(*l*) *Κεφάλ. ν'.* Sic Dufrenii codex breviate, quæ nota est capitis quinquagesimi, ejus operis, quod Maximus ad Marinum presbyterum scripsit; sicque ex Romanis codd. *Caput quinquagesimum*, rite ascripsit Lucas Holstenius. At Turriani codex, ipse forsitan quod et apographum a reverendissimo Gerasimo Blaccho acceptum, Κεφάλαια πεντήκοντα, dum reddit, *Capita quinquaginta*, parum certe accuratum agit interpretem, cui nec sic apertum mendum subolucrit. Quis enim *Quinquaginta* hic *Capita* vel somniet, non unum ipsum *Quinquagesimum*: a quo statim sequitur *Quinquagesimum primum*; quæ duo ex tanta illa Maximi lucubratione nobis exstant? Ad eumdem Marinum, Πρὸς τὸν αὐτὸν Μαρῖνον, unius Blacchi codicis est. Quodque tantum Maximi opus ad Marinum excidit, cujus nulla dubitatio esse potest, una hac ac altera spica tanti manipuli in his quasi Collectaneis nobis superstite, quid mirum excidisse et epistolam, qua apud eumdem excusat pro diplomate Roma a papa misso Constantinopolim, ut nusquam integra exstet, sed sola quasi excerpta, iis passim relata, qui de Spiritus processione, tuenda aut impugnanda Latinorum hoc argumento fide, scripserunt, ut valde frivolum inde argumentum ducant etiam viri catholici, quasi περὶ νοθείας laborare intelligatur, cum alias Maximi characteres habeat, τὸν σχολαστικόν, nec veterum, pro Maximi ætate, testimonio careat. Magis miror, quod card. Baronius opus hoc quinquaginta capitibus distinctum, ipsam existimat ad Marinum epistolam, quæ est hic prima inter editas Gretsero ex Turriani versione, cum illa vix excedat duodecim capita: post quam sequitur caput illud 51. ex dicto opere de operationibus et voluntatibus. Nimirum granditas operis prohibuit ill. scriptorem librum adire, alioqui plurimum de re ecclesiastica meritus esset, si nactus integrum ejusmodi opus, saltem indicasset.

D

Digitized by Google

θις σχοίη τὸ ψεῦδος συνήγορον, ἀντὶ φύσεων εἰρηκέναι τὰς ὑποστάσεις ἀποφαινόμενος. Εἰ δὲ πάλιν ἐγκληθῇ δικαίως, ἐπὶ τῇ ψιλῇ διαφορᾷ, τὴν τῶν ἑνωθέντων πραγμάτων ζογμστίζων ἀνυπαρξίαν, εὕροι πρὸς ἀπολογίαν καταφυγὴν τὴν ὡς ἐν ποιότητι φυσικῇ διαφοράν· ποιοτήτων λέγων φυσικῶν, ἀλλ' οὐ φύσεων, ἤγουν οὐσιῶν ἐπὶ Χριστοῦ διαφορὰν μετὰ τὴν ἕνωσιν· διὰ τῆς λυούσης τὴν σύγχυσιν φωνῆς· τουτέστι, τῆς διαφορᾶς, πλέον ὁ πανοῦργος σοφιστὴς, διασφίγγων τὴν σύγχυσιν· τῶν ἐναντίων κατὰ τὸν νόμον τῆς φύσεως, οὐ λύσιν τὰ ἐναντία ποιούμενος, ἀλλὰ σύστασιν, παρὰ τὸν ὅρον καὶ νόμον τῆς φύσεως· καὶ τοιοῦτος γενόμενος περὶ τὴν διαφορὰν εἰς πλάνην τῶν ἀκουόντων, οἷος ὑπάρχων περὶ τὴν ἕνωσιν ἀπεφάνθη Νεστόριος. Ἐκεῖνός τε γὰρ κατὰ μόνην ψιλὴν τὴν προσηγορίαν, ὀνομάζων τὴν ἕνωσιν, κατ' ἐνέργειαν τὴν τῶν πραγμάτων εἰσῆγε διαίρεσιν· καὶ οὗτος ψιλὴν τὴν διαφορὰν πρεσβεύων μετὰ τὴν ἕνωσιν, κατὰ μὲν τὴν ἐπίνοιαν εἶναι φρονεῖ τῶν διαφερόντων τὴν ὕπαρξιν· κατὰ δὲ τὴν ἐνέργειαν, τὴν αὐτῶν ἐπιδιατίθεται σύγχυσιν. Εἰ γὰρ μὴ ψιλὴν ἐφρόνει Νεστόριος γεγενῆσθαι τὴν ἕνωσιν, εἶπεν ἂν τὴν ἐκ τῆς ἑνώσεως τῶν φύσεων ἀποτελεσθεῖσαν τοῦ Χριστοῦ μίαν ὑπόστασιν σύνθετον· καὶ οὗτος, εἰ μὴ ψιλὴν ἐκήρυττε τὴν διαφορὰν, οὐ παρητεῖτο λέγειν ἐν Χριστῷ μετὰ τὴν ἕνωσιν τὴν ἄτμητον καὶ ἀδιαίρετον τῶν διαφερόντων ποιότητα (*m*), γινώσκων ὅτι πάσῃ διαφορᾷ, πάντως συνεισάγεται ποσότης· καὶ πάσῃ ποσότητι, συνέζευκται ὁ δηλωτικὸς αὐτῆς ἀριθμός. Ἀμήχανον γὰρ, ἡ διαφορὰν ποσότητος εἶναι χωρὶς, ἢ ποσότητα δίχα τοῦ δηλοῦντος αὐτὴν ἀριθμοῦ διαγνωσθῆναι.

A nem, sentire convincatur, ac velut in prophetia, verbi per gratiam operationem afflatumque decere, paratum rursus ad causæ suæ defensionem habeat mendacium, asserendo dixisse se hypostases ac personas pro naturis. Sin vero rursus juste accuzetur, quod simplici distinctione, res quæ fuerunt unitæ, sublatas statuat, defensionis effugium inveniat, distinctionem velut in qualitate naturali; qui nimirum dicant esse in Christo distinctionem naturalium qualitatum, sed non naturarum, id est, substantiarum: cum alioqui malitiosus sophista, voce solvente confusionem (distinctionis scilicet vocabulo) magis confusionem astringat; qui nempe non contrariis contraria solvat, pro eo ac naturæ poscit ratio, sed illa invita, hæc illis statuat ac B constituat; talis nimirum effectus ad distinctionem quod attinet, ut fucum auditoribus faciat, qualis Nestorius proditus est, quod spectat ad unionem. Ille enim, dum solum simplici voce unionem nominat, ipsam revera rerum divisionem invexit; hicque adeo (nempe Severus) dum post unionem, simplicem distinctionem statuit; subtili quidem cogitatu, corum quæ distincta sunt exsistentiam sentit; revera autem confusionem astruit. Nisi enim Nestorius simplicem nudamque unionem exstitisse sentiret, plane quæ ex natura unione facta est, unam Christi hypostasim ac personam compositam dixisset: hicque adeo nisi simplicem nudamque distinctionem prædicaret, haud prorsus in Christo post C unionem, corum quæ distincta sunt, indissectam indivisamque qualitatem [quantitatem] dicere abnueret; quem nempe non lateret, cum omni distinctione eique comitem omnino inferri quantitatem; ac cum omni quantitate, qui ejus significandæ vim habeat, numerum conjunctum esse. Nec enim fieri potest, ut vel distinctio sine quantitate intelligatur, vel quantitas sine numero qui eam significet.

Καὶ ὁ μὲν, τὴν φύσεων μόνην ἐπὶ Χριστοῦ γινώσκων ποσότητα, τὸ δὲ κατὰ σύνθεσιν ἐκ τῶν φύσεων τῆς ὑποστάσεως μοναδικὸν οὐκ εἰδὼς, ἐπικάλυμμα πλέκεται διαμπὰξ [τῆς] τῶν φύσεων διαιρέσεως, τὴν ψιλὴν τῆς ἑνώσεως προσηγορίαν· ὁ δὲ, τὸ κατὰ μόνην τὴν φύσιν ἀντὶ τοῦ καθ' ὑπόστασιν πρεσβεύων μοναδικὸν, τὸ δὲ κατὰ φύσιν ποσὸν οὐκ εἰδὼς, ἐπικάλυμμα πλέκεται τῆς τῶν φύσεων συγχύσεως τὴν ψιλὴν ἐν ποιότητι φυσικῇ διαφοράν. Καὶ ὁ μὲν, τὴν ἐν μόνῃ ποιότητι γνωμικῇ τῶν φύσεων ἕνωσιν πρεσβεύων, ἀρνεῖται τὴν μίαν ὑπόστασιν, ἀληθῆ τῶν πραγμάτων κατ' οὐσίαν γεγενῆσθαι τὴν σύνοδον λέγειν οὐκ ἀνεχόμενος. Αὐθεντία γὰρ καὶ ἀξία, καὶ τοιάδε θέλησις, ὧν ἔφασκε Νεστόριος εἶναι τὴν ἕνωσιν, γνώμης ὑπάρχει κινήματα σαφῶς, ἀλλ' οὐ φύσεως.

Ac Nestorius quidem, qui solam in Christo naturarum quantitatem cognoscat, unam autem ex naturis secundum compositionem personam non agnoscat, simplici nudaque unionis appellatione, **20** naturarum divisionem prorsus contegit: Severus vero, dum unam solummodo naturam pro una singulari persona profitetur, nec naturarum novit quantitatem, simplici nudaque penes qualitatem naturalem distinctione, naturarum confusionem obvelat. Ac quidem Nestorius, cum in sola qualitate voluntatis, quæ sententia animi est, naturarum unionem tradit, D unam negat personam, qui veram rerum secundum substantiam factam conjunctionem, dicere non sustineat. Auctoritas enim et dignitas, et hæc talis voluntas, quorum Nestorius unionem aiebat, vo-

NOTÆ.

(*m*) *Ποιότητα.* Sic quoque Turr. *Qualitatem non divisam*: sed palam mendum est, ac reponendum, *quantitatem*, quam aliis passim locis, distinctionis omnino comitem ait, ejusque notam numerum esse, qui ipse minime dividat; sed pro eorum quæ numerata sunt, ratione, vel continuus, vel discretus exsistat. Paulo etiam superius, nihil apte idem Turrianus, ita jungit, διασφίγγων τὴν σύγχυσιν τῶν ἐναντίων, *confusionem contrariorum astringat*; quasi Maximus contraria vocet naturas in Christo, aut qualitates; non ipsam distinctionem et confusionem; quibus contrariis Nestorius Severusque contraria statuebant, non evertebant, uti ipse Maximus satis clare exponit. Stulta religiositas sic scribas festinantis manu in præceps agi, ut vel cum luce clarior aberratio est, ipseque perspicuus auctoris sensus, emendare nolis, ac vel indicare quod emendandum videris.

Digitized by Google

luntatis, quam animi sententiam dicimus, palam motus sunt, non naturæ. Severus autem, dum simplicem nudamque in sola naturali qualitate distinctionem post unionem dicit, ea quæ unita sunt, liquido interimit; qui nempe substantialem ipsorum unitorum in naturali diversitate distinctionem inficietur. Atque, ut de his summa dicam, Nestorius, qualitatum ad voluntatem quæ animi sententia est, spectantium unionem ad hoc adinvenit, ut res ipsas atque naturas dividat: at contra Severus, qualitatum naturalium distinctionem ejus rei causa excogitavit, ut confundat naturas. Sane quidem pravum par scelestissimorum hominum, insano male furore connitentium, ut rectorum veritatem dogmatum ex contrariis divellant. Ille siquidem (nempe Nestorius) qualitatum ad voluntatem, quæ animi sententia est, spectantium, unionem docens, naturarum, ne quidem prorsus (quantum ille opinatur) unitarum, divortium facit: hic vero (nimirum Severus) qui naturalium solum qualitatum distinctionem post unionem dicat, simili et ipse ratione, naturarum, ne quidem omnino (quod ad eum spectat) unitarum, confusam alterationem inducit; cum neque quid dicant, intelligant. Oportebat enim, siquidem sibi ipsis consentanee loqui eis constitutum erat, Nestorium quidem, qui qualitatum ad voluntatem ex sententia spectantium unionem statuat, naturas non dividere, quarum nec initio prorsus unionem professus sit: sed quas naturas unitas esse dicit, earum post unionem, distinctionem agnoscere: Severum autem, qui qualitatum naturalium distinctionem profiteatur, nec ipsum post unionem naturas confundere; quas nec ut unitas dicat ei permittimus, quandiu earum post unionem distinctionem ignorat. Unitorum enim, 21 posteaquam unita sunt, spectatur distinctio, quidquid actus furore Nestorius evomat; distinctorumque unio, posteaquam unione convenerunt, vel si adversa Severus stet acie, amploque mendacium patrocinio defendat.

Si igitur, ut Nestorius sentit, voluntatum solummodo ex sententia, facta est unio, earum quoque post unionem distinctionem dicat, relicta rerum divisione (nempe naturarum) quæ nequaquam fuerunt unitæ: unaque cum voluntatum ex sententia distinctione, animi quoque ac sententiæ variationem intulit; qua, non naturalis distinctio demonstrari habet, sed personalis; quæ videlicet, in distinctione voluntatum ex sententia, majorem ac minorem bonitatem præstat: fecitque peccatorem, quem ex profectu deitatem adeptum hominem existimat; qui nimirum non omni modo ac ratione, eadem ac Deus voluntate, quæ ex sententia est, præditus sit. Voluntatum enim, uti dicebam, ex sententia

A Ὁ δὲ, τὴν ψιλὴν ἐν μόνῃ ποιότητι φυσικῇ λέγων διαφορὰν μετὰ τὴν ἕνωσιν, τῶν ἑνωθέντων ποιεῖται προδήλως ἀναίρεσιν, τὴν κατ' οὐσίαν αὐτῶν τῶν ἑνωθέντων ἐν ἑτερότητι φυσικῇ διαφορὰν ἀπαρνούμενος. Καὶ συντόμως περὶ τούτων εἰπεῖν· ὁ μὲν, τὴν τῶν γνωμικῶν ποιοτήτων ἕνωσιν εἰς τὴν τῶν φύσει πραγμάτων ἐφεῦρε διαίρεσιν· ὁ δὲ, τοὐναντίον, τὴν τῶν φυσικῶν ποιοτήτων διαφορὰν, εἰς τὴν τῶν πραγμάτων ἐπενόησε σύγχυσιν. Οὕτως κακὴ ξυνωρὶς ἀνδρῶν παρανόμων, διασπᾷν μαινομένων κακῶς διὰ τῶν ἐναντίων τὴν τῶν ὀρθῶν δογμάτων ἀλήθειαν.

Ὁ μὲν γὰρ, ποιοτήτων γνωμικῶν εἰσηγούμενος ἕνωσιν, τὴν τῶν μηδόλως κατ' αὐτὸν ἑνωθεισῶν φύσεων ποιεῖται διαίρεσιν· ὁ δὲ, ποιοτήτων φυσικῶν λέγων μόνον εἶναι διαφορὰν μετὰ τὴν ἕνωσιν, B ὡσαύτως τὴν τῶν μηδόλως κατ' αὐτὸν ἑνωθεισῶν φύσεων εἰσηγεῖται συγχεχυμένην ἀλλοίωσιν· οὐκ εἰδότες ὅ τι καὶ λέγουσιν. Ἐχρῆν γὰρ εἴπερ ἑαυτοῖς στοιχεῖν διεγνώκεισαν, τὸν μὲν Νεστόριον, γνωμικῶν ποιοτήτων λέγοντα γεγενῆσθαι τὴν ἕνωσιν, μὴ διαιρεῖν τὰς φύσεις, ὧν μηδὲ τὴν ἀρχὴν παντελῶς ἐπρέσβευσεν ἕνωσιν· ἀλλὰ τὴν ὧν εἶναι φάσκει τὴν ἕνωσιν, γινώσκειν διαφορὰν μετὰ τὴν ἕνωσιν· τὸν δὲ Σεβῆρον, ποιοτήτων φυσικῶν διαφορὰν εἰσηγούμενον, μετὰ τὴν ἕνωσιν μὴ συγχεῖν τὰς φύσεις, ὧν οὐ συγχωροῦμεν αὐτῷ λέγειν τὴν ἕνωσιν, ἕως ἂν αὐτῶν ἀγνοεῖ τὴν διαφορὰν μετὰ τὴν ἕνωσιν. Τῶν γὰρ ἑνωθέντων ἡ διαφορὰ θεωρεῖται μετὰ τὴν ἕνωσιν, κἂν Νεστόριος μέμηνε· καὶ τῶν μετὰ τὴν ἕνωσιν διαφερόντων ἡ ἕνωσις, κἂν Σεβῆρος παρατάττεται, καὶ C πολλὴν ὑπὲρ τοῦ ψεύδους ποιεῖται τὴν συνηγορίαν.

Εἰ μὲν οὖν κατὰ τὸν Νεστόριον, μόνων τῶν γνωμικῶν θελημάτων ἕνωσις γέγονε, τούτων εἰπάτω καὶ τὴν διαφορὰν μετὰ τὴν ἕνωσιν, ἀφεὶς τὴν τῶν μηδαμῶς ἑνωθέντων πραγμάτων διαίρεσιν· καὶ συνήγαγε τῇ τῶν γνωμικῶν θελημάτων διαφορᾷ (n), καὶ τὴν τῆς γνώμης παραλλαγήν· καθ' ἣν οὐχ ἡ κατὰ φύσιν διαφορὰ δείκνυσθαι πέφυκεν, ἀλλ' ἡ καθ' ὑπόστασιν, ποιουμένη τῆς ἀγαθότητος ἐν τῇ διαφορᾷ τῶν γνωμικῶν θελημάτων, ἄνεσιν καὶ ἐπίτασιν· καὶ D πεποίηκεν ἁμαρτωλὸν, τὸν κατὰ προκοπὴν παρ' αὐτοῦ θεοποιούμενον ἄνθρωπον· ὡς μὴ κατὰ πάντα τρόπον τε καὶ λόγον τὴν αὐτὴν τῷ Θεῷ γνωμικὴν ἔχοντα θέλησιν. Ἡ γὰρ διαφορὰ τῶν γνωμικῶν θελημάτων, τὴν τῆς γνώμης, ὡς ἔφην, ποιεῖται παραλ-

NOTÆ.

(n) *Συνήγαγε τῇ τῶν γνωμικῶν θελημάτων διαφορᾷ.* Clara Maximi sententia; eo quod distinctæ voluntates ex sententia, sequi majoris ac minoris bonitatis esse, quod scilicet vicissim hoc illoque modo procedant, varientque boni prosecutione; a quo proinde nihil vetat deficere: quod est Christo demere τὸ ἀναμάρτητον, quod *ab omni immunis peccato* est. Turr. Et *conjunxit cum differentia voluntatum ex sententia, differentiam sententiæ; eadem* voce reddens, quod est Græce διαφορὰ et παραλλαγή· quæ voces longe differunt, ac quarum Maximus pro maximo absurdo alteram infert ex altera in ejusmodi voluntatibus, id est, gnomicis; nempe ex distinctione contrarietatem, contra ac dicit Greg. Τὸ ἐκείνου θέλειν, οὐδὲν ὑπεναντίον Θεῷ, ac vertibilitatem in malum seu minus bonum, humanæ Christi voluntatis ex sententia, ut quæ non Verbi nutu regatur, ut personæ moventis atque utentis, sed ipsa suo.

Digitized by Google

ἰαγήν· ἡ δὲ τῆς γνώμης παραλλαγὴ, τῆς ἀγαθότη- A
τος εἰσηγεῖται τὴν μείωσιν· ὑφ' ἧς ὁ καθοτιοῦν ἔτι
κραταιούμενος, τελείως οὔπω κατὰ τὴν γνώμην γέγο-
νεν ἀναμάρτητος.

Οὐκοῦν τὸ καθ' ὑπόστασιν ἐκ τῆς συνόδου τῶν φύ-
σεων ἐν μὴ δεχόμενος ὁ Νεστόριος, καὶ τὴν τῶν
γνωμικῶν θελημάτων διέλυσεν ἕνωσιν, οὐχ εὑρίσκων
εἰπεῖν τί ποτέ ἐστι τὸ ἐκ τῆς ἑνώσεως τῶν γνωμι-
κῶν θελημάτων ἀποδεικνύμενον ἕν. Οὐ γὰρ ἔχει
ταυτότητα λέγειν τῆς ἀγαθότητος, τῆς τῶν γνωμι-
κῶν θελημάτων σαφῶς διαφορᾶς μετὰ τὴν ἕνωσιν,
τὴν κατ' ἐπίτασιν καὶ ἄνεσιν ταύτοις ἑτερότητα
προφαινούσης. Ὧν γὰρ ἡ σύνοδος, τούτων ἀνάγκη
πάντως λέγειν καὶ τὴν διαφοράν. Καὶ μάτην αὐτῷ
τῆς ταυτοβουλίας ὁ λόγος ἐπενοήθη, κἂν πρὸς δήλω- B
σιν τῆς τῶν προσώπων διαιρέσεώς ἐστιν ἁρμόδιος. Ἡ
γὰρ ταυτοβουλία, βουλῶν ἐστιν ἕνωσις φυλάττουσα
τὴν τῶν κατ' αὐτὴν ἡνωμένων διαφοράν, εἴπερ ἀσύγ-
χυτος αἷς ἡ τῶν βουλομένων προσώπων συνεπι-
θεωρεῖται διαίρεσις.

distinctio, animi sententiæque diversitatem facit. Animi autem sententiæque diversitas, bonitatis diminutionem inducit; qua, qui ullo modo adhuc laborat, nondum perfecte animi sententia ac voluntate a peccato immunis exsistit.

Igitur Nestorius, qui non admittat factum esse unum personaliter, eo quod naturæ convenerint, unionem etiam voluntatum ex sententia labefactavit; qui scilicet non inveniat, nec possit dicere, quid tandem sit illud unum, quod factum est ex unione voluntatum ex sententia. Non enim potest dicere eamdem bonitatem, cum manifeste voluntatum ex sententia distinctio post unionem, ejus, penes majorem ac minorem intentionem, diversitatem ostendat. Quorum enim est congressus, horum quoque omnino necesse est ut distinctio dicatur. Frustraque Nestorio excogitatum ταυτοβουλίαν nomen (velut dicas, *ejusdem consilii animique sententiæ*), etsi vox commoda est, ad significandam personarum discretionem. Ταυτοβουλία enim consiliorum unio est, eorum, quæ uniuntur, distinctionem servans: quippe cum una cum eis intelligatur, personarum consultantium inconfusa discretio.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. — EJUSDEM.

Ἐκ τῆς αὐτῆς πραγματείας κεφάλ. να'. Ὅτι δύο θελήματα λέγοντες οἱ Πατέρες ἐπὶ Χριστοῦ, τοὺς φυσικοὺς νόμους, οὐ τὰς γνώμας ἐσήμαναν.

22 *Ex eodem tractatu, cap.* 51, *quod Patres, qui duas in Christo voluntates dixerunt, naturales leges significarunt, non voluntates ex sententia.*

Ἀλλὰ μηδεὶς εὐθυνέτω τὸν λόγον, τὴν τῶν γνω- C
μικῶν θελημάτων ἀπαγορεύοντα δυάδα· πάντας
εὑρίσκων σχεδὸν τοὺς ἐνδόξους διδασκάλους, δύο θε-
λήματα λέγοντας· μηδ' αὖ πάλιν κατὰ Σευῆρον,
τρὸς ἓν θέλημα διὰ τοῦτο τὸν εὐσεβῆ μεθορμήσοιτο
νοῦν, ἵνα μὴ κακοῦ κακὸν ποιῆται διάδοχον· τῆς
αἱρέσεως λέγω τὴν σύγχυσιν. Οὐ γὰρ εἶπον οἱ θε-
σπέσιοι Πατέρες ἐπὶ Χριστοῦ ποσότητα γνωμικῶν
θελημάτων (ο), ἀλλὰ φυσικῶν· τοὺς οὐσιώδεις τε καὶ
φυσικοὺς τῶν ἑνωθέντων νόμους τε καὶ λόγους, θε-
λήματα καλῶς προσαγορεύσαντες. Καὶ γὰρ φυσι-
κὴν τῆς νοερῶς ἐψυχωμένης σαρκὸς, ἀλλ' οὐ τὴν
γνωμικὴν τοῦ τινος ἀνθρώπου, νοῦ κινήμασι δια-
νοήσαντες δρεξιν, ἔχουσαν τῆς τοῦ ὄντος φυσικὴν
ἐφέσεως δύναμιν, φυσικῶς κινουμένην τε καὶ τυ-
πουμένην ὑπὸ τοῦ Λόγου πρὸς τὴν τῆς οἰκονομίας B
ἐκπλήρωσιν, θέλημα σοφῶς προσηγόρευσαν· οὗ χω-
ρὶς εἶναι τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν, ἀδύνατον. Θέλημα
γάρ ἐστι φυσικὸν, δύναμις τοῦ κατὰ φύσιν ὄντος
ὀρεκτικὴ, καὶ τῶν οὐσιωδῶς τῇ φύσει προσόντων,

Nemo tamen sermonem reprehendat, qui duas in Christo voluntates ex sententia dicere prohibeat, cum omnes fere præstantes magistros duas dicere voluntates inveniat; neque rursus idcirco ad unam voluntatem ex Severi sententia, piam mentem transferat, ne malum malo succedere (divisioni scilicet confusionem) faciat. Non enim divini Patres voluntatum ex sententia quantitatem in Christo dixerunt, sed naturalium; nempe essentiales ac naturales, eorum, quæ unita sunt, leges rationesque, voluntates rite nuncupantes. Carnis enim intelligentium more animatæ appetitum considerantes, non vero cujuspiam hominis, mentis ex sententia motum, naturalem ejus quod est esse cupiditatis vim naturaliter motam, atque a Verbo ad explendam dispensationem informatam, habentem, sapienter voluntatem appellarunt; sine qua ut exsistat natura humana fieri non potest. Est enim voluntas naturalis, vis ac facultas id appetens, quod secundum naturam est, omnesque es-

NOTÆ.

(ο) *Ποσότητα γνωμικῶν θελημάτων. Voluntatum ex sententia quantitatem.* Id est plures numero ejusmodi voluntates ac γνώμας, quasi caro suo, non Verbi nutu regeretur; quod Nestoriani erroris est. Turr. *Quantitatem vocat numerum*; bene id quidem: sic enim passim Maximus, at non quod addit: *Numerus enim est quantitatis discretæ*. Hic enim Severianorum ac Monothelitarum scrupulus, ac vero scopulus, inde negantium duas vel naturas vel voluntates, quod numerum existimarent quantitatis discretæ ac dividere; quod Maximus etiam atque etiam refellit, ostenditque solum notam quantitatis esse, pro ejusdem quantitatis, cui adhibetur, ratione: in discretis, discretum seu divisum; in continuis sive conjunctis, conjunctum ac continuum: cum sola distinctione, sive, ut alii amant loqui, differentia (Græce διαφορᾷ) eorum quæ numerantur: quorum scilicet unum non sit aliud, nec eorum una essentia, quantumvis sint unita.

Digitized by Google

sentialiter naturæ competentes proprietates continens; secundum quam semper voluntatis facultate prædito, natura comparatum est velle. Haud vero idem est, cui comparatum sit velle, ac velle; uti neque cui comparatum sit loqui, et loqui. Ei enim qui loquendi facultate præditus est, semper quidem comparatum est loqui; loquitur tamen non semper. Alterum enim essentiæ est, ac continetur ratione naturæ; alterum consilii, loquentis sententia informatum. Quamobrem naturæ quidem est ut ei semper loqui comparatum sit; personæ vero, sic ac tali modo loqui; quemadmodum etiam quod comparatum sit velle, et velle. Quod si esset comparatum velle, et velle non est idem; alterum enim, uti dicebam, essentiæ est, alterum vero, volentis consilii seu electionis: habuit ergo incarnatum Verbum quatenus homo, quod ei esset comparatum velle, divina ipsius motum atque formatum voluntate. *Illius* namque *velle*, inquit magnus Gregorius, *nihil Deo contrarium, totum Deitate imbutum*. Quod si deitate imbutum, imbuentis **23** scilicet conjunctione ac quasi naturali cohæsione imbutum. Quod autem deitate imbuit, et quod imbuitur, duo plane, non unum ac idem natura sunt; quippe cum illa ex eis sint quæ sunt *ad aliquid*. His autem quæ sunt *ad aliquid* hoc comparatum, ut se vicissim ac reciproce inferant, alterumque alteri comes esse intelligatur. Igitur velut cui natura comparatum esset, mortis quoque metum ac fugam, una cum reliquis humanis affectibus ac passionibus, Salvator quatenus homo carnaliter velle significatur; nempe ut dispensationem (assumptæ scilicet carnis mysterium) ab omni immunem fictione ostenderet, naturamque ab illis passionibus, quibus ex peccato facta erat obnoxia, liberaret. Rursusque, incitationem ac prosecutionem ostendit, carne peccatum interimens, quo nimirum, et quod natura comparatum est, tanquam homo, in se ipse incolume ostenderet, et arcanum magnumque Patris consilium, ut Deus, corporaliter impletum exhiberet. Non enim ut obnoxius esset ac morcretur, sed ut salutem præstaret, primario homo factus est. Idcirco ait: *Pater, si fieri potest, transeat a me calix iste: verumtamen non mea, sed tua voluntas fiat* [8]; una cum metu et fuga, incitationem ac prosecutionem humanæ voluntatis in conjunctione cum divina, pro naturalis rationis cum dispensationis modo complexione, formatam atque exercitam ostendens: quippe cum incarnatio manifesta naturæ sit dispensationisque exhibitio: tum scilicet naturalis, eorum, quæ sunt uni-

A συνεκτικὴ πάντων ἰδιωμάτων· καθ' ἣν ἀεὶ τῷ φύσει θελητικῷ, τὸ πεφυκέναι θέλειν, ἐμπέφυκεν· οὐ ταυτὸν δὲ τὸ πεφυκέναι θέλειν, καὶ θέλειν· ὡς οὐδὲ τὸ πεφυκέναι λαλεῖν, καὶ λαλεῖν. Πέφυκε μὲν γὰρ ἀεὶ τὸ λαλητικὸν, λαλεῖ δὲ οὐκ ἀεί· ἐπειδὴ τὸ μὲν οὐσίας ἐστὶ λόγῳ φύσεως συνεχόμενον· τὸ δὲ βουλῆς, τῇ τοῦ λαλοῦντος γνώμῃ τυπούμενον. ὥστε φύσεως μὲν τὸ ἀεὶ πεφυκέναι λαλεῖν· ὑποστάσεως δὲ, τὸ πῶς λαλεῖν· ὥσπερ καὶ τὸ πεφυκέναι θέλειν καὶ θέλειν (*p*). Εἰ δὲ τὸ πεφυκέναι θέλειν, καὶ θέλειν οὐκ ἔστι ταυτὸν (τὸ μὲν γὰρ, ὡς ἔφην, οὐσίας· τὸ δὲ, τῆς τοῦ θέλοντος ὑπάρχει βουλῆς)· εἶχεν ἄρα τὸ πεφυκέναι θέλειν ὁ σαρκωθεὶς Λόγος ὡς ἄνθρωπος, τῷ αὐτοῦ θεϊκῷ θελήματι κινούμενόν τε καὶ τυπούμενον. Τὸ γὰρ *ἐκείνου θέλειν*, φησὶν ὁ μέγας Γρηγόριος; [10], *οὐδὲν ὑπεναντίον Θεῷ, θεωθὲν ὅλον*. Εἰ δὲ τεθέωτο, τῇ τοῦ θεοῦντος δηλονότι συμφυΐᾳ τεθέωτο· τὸ δὲ θεοῦν καὶ θεούμενον, δύο πάντως· ἀλλ' οὐχ ἓν καὶ φύσει ταυτόν. Εἴπερ τῶν *πρός τι*, τό τε θεοῦν, καὶ τὸ θεούμενον· τὰ δὲ *πρός τι*, πάντως ἀλλήλοις συνεισάγεσθαι πέφυκε, καὶ θατέρῳ συνεπινοεῖσθαι θάτερον. Οὐκοῦν ὡς φύσει πεφυκὼς, καὶ τὴν πρὸς τὸν θάνατον συστολὴν θέλων ἐπισημαίνεται σαρκικῶς μετὰ τῶν λοιπῶν παθῶν ὡς ἄνθρωπος ὁ Σωτὴρ, πάσης καθαρὰν τὴν οἰκονομίαν δεικνὺς φαντασίας, καὶ τὴν φύσιν τῶν κατακριθέντων αὐτῇ διὰ τὴν ἁμαρτίαν παθημάτων, λυτρούμενος. Καὶ πάλιν τὴν ὁρμὴν ἐπιδείκνυται, σαρκὶ θανατώσας τὸν θάνατον· ἵνα καὶ τὸ φύσει πεφυκὼς ὡς ἄνθρωπος ἐν ἑαυτῷ δείξῃ σωζόμενον, καὶ τὴν ἀπόῤῥητον καὶ μεγάλην τοῦ Πατρὸς ὡς Θεὸς παραδείξῃ βουλὴν, σωματικῶς πληρουμένην. Οὐ γαρ ἵνα πάθῃ, σώσῃ δὲ, προηγουμένως γέγονεν ἄνθρωπος. Διό φησι· *Πάτερ, εἰ δυνατὸν, παρελθέτω τοῦτο τὸ ποτήριον ἀπ' ἐμοῦ· πλὴν μὴ τὸ ἐμὸν, ἀλλὰ τὸ σὸν γενέσθω θέλημα*· δεικνὺς ἅμα τῇ συστολῇ, τὴν ὁρμὴν τοῦ ἀνθρωπίνου θελήματος, ἐν τῇ συμφυΐᾳ τοῦ θεϊκοῦ, κατὰ τὴν τοῦ φυσικοῦ λόγου πρὸς τὸν τῆς οἰκονομίας τρόπον συμπλοκὴν, τυπουμένην τε καὶ γινομένην· εἴπερ ἡ σάρκωσις, ἐναργὴς ἐστὶ φύσεως καὶ οἰκονομίας ἀπόδειξις· τοῦ τε φυσικοῦ λέγω τῶν ἡνωμένων λόγου, καὶ τοῦ καθ' ὑπόστασιν τῆς ἑνώσεως τρόπου τοῦ μὲν πιστουμένου, τοῦ δὲ καινοτομοῦντος τὰς φύσεις, δίχα τροπῆς καὶ συγχύσεως. Ἀλλ' οὐ τὸ αὐτὸ, κατὰ τὸ αὐτὸ, καταργηθῆναί τε καὶ ἐνεργηθῆναι δεόμενος, ὅπερ ἄτοπον· εἴπερ τοῦ Υἱοῦ φύσει θέλημα, τὸ τοῦ Πατρός. Εἶχεν οὖν θέλημα φυσικὸν ὡς ἄνθρωπος ὁ Σωτὴρ, τῷ αὐτοῦ θεϊκῷ θελήματι τυπούμενον, οὐκ ἐναντιούμενον· οὐδὲν γὰρ ἠναντίωται παντάπασι Θεῷ φυσικὸν, ὁπόταν οὔτε γνωμικόν· ἔνθα καὶ

[8] Matth. xxvi, 39; Luc. xxii, 42.

[10] Orat. 36, quæ est 2 de Filio, p. 585.

B

C

D

NOTÆ

(*p*) Ὥσπερ καὶ τὸ πεφυκέναι θέλειν καὶ θέλειν. Alterum exemplum est Maximi, ejus quod naturæ, et ejus quod personæ: τὸ πεφυκέναι, esse comparatum, ut loqui, sic et velle, id naturæ: ipsum loqui et velle, quasi utentis personæ: nec unum hæc et idem. Male Turr. *Sicut naturæ insitum esse velle et velle*: quibus verbis idem significatur, et utrumque natura, contra ipsa Maximi verba et mentem. Nihilque apta nota marg.: *Aliquo modo hoc scil. vel illo;* quasi insitum naturæ, nempe velle

προσωπικὴ θεωρεῖται διαίρεσις, ἅπερ ἢ κατὰ φύσιν· ἐπεὶ τὸν ποιητὴν αἰτιατέον τῆς μέμψεως (q), ἑαυτῷ πεποιηκότα τὸ φύσει μαχόμενον.

ta, rationis; tumque modi unionis in persona: quorum alterum astruat, alterum vero, citra omnem mutationem ac confusionem, innovet naturas. At non eo spectabat orationis scopus, ut idem secundum idem fieri, et non fieri flagitaret; quod est absurdum: quippe cum natura Filii voluntas, ipsa Patris voluntas sit. Habuit igitur in quantum homo Salvator, humanam voluntatem, quam ejus divina firmaret voluntas, non quæ ei adversaretur. Nihil enim prorsus quod est ex natura, Deo adversatur; quando nec quæ ex sententia voluntas est, in qua et personalis discretio intelligitur, ac divisio, si modo secundum naturam est, eique consentanea. Alioqui erit arcessendus ipse qui condidit, eique labes ascribenda, qui nimirum ejus, quod natura cum ipso pugnat, auctor exstiterit

Πῶς δὲ γέγονε κατ' ἀλήθειαν ἄνθρωπος; σαρκωθεὶς ὁ Λόγος, τοῦ μάλιστα τὴν φύσιν ὡς λογικὴν χαρακτηρίζοντος; ἔρημος; Τὸ γὰρ τῆς κατ' ἔφεσιν ὀρεκτικῆς ἐστερημένον κινήσεως, καὶ πάσης ζωτικῆς δυνάμεως ἀμοιρήσειεν ἄν. Τὸ δὲ ζωτικὴν οὐκ ἔχον ἐκ φύσεως δύναμιν, οὐδὲ τὴν οἱανοῦν δηλονότι ψυχήν, ἧς χωρὶς οὐδὲ σὰρξ ὑποσταίη ποτ' ἄν. Οὐκοῦν ψιλῇ μορφώσει σαρκὸς τὴν οἰκονομίαν ἐφάντασεν· ἀλλ' οὐ φύσει σαρκὸς, νοερῶς τε καὶ λογικῶς ἐψυχωμένης καθ' ὑπόστασιν σαρκωθεὶς ὁ Λόγος πεπλήρωκε, θέλημα φυσικὸν κατὰ Σεῦῆρον οὐκ ἔχων ὡς ἄνθρωπος. Εἰ γὰρ φυσικῷ θελήματι κατ' ἀλήθειαν ὡς ἄνθρωπος ἦν ἐλλιπὴς, τέλειος κατ' ἀλήθειαν οὐ γέγονεν ἄνθρωπος· εἰ δὲ τέλειος κατ' ἀλήθειαν οὐ γέγονεν ἄνθρωπος, οὐδ' ὅλως ἄνθρωπος γέγονεν. Τίς γὰρ ἀτελοῦς φύσεως ὕπαρξις, ἧς οὐδὲ λόγος ἐστί;

Qua vero ratione vere homo Verbum incarnatum exstitit, si eo caruit, quod potissimum 24 naturam utentem ratione insignit? Nam quod appetitionis motu privatum est, omnis quoque vitalis facultatis expers est. Quod autem vitalem ac animalem ex natura facultatem non habet, nec ulla prorsus anima præditum est, sine qua nec caro unquam queat consistere. Igitur simplici nudaque carnis formatione, ficte dispensationem gessit; non carnis natura, anima intelligente ac utente ratione præditæ personali unione incarnatum Verbum implevit, quod ipsum, Severi sententia, quatenus est homo voluntas naturalis deficeret. Si enim vere naturali voluntate quatenus homo deficiebatur, nec vere exstitit perfectus homo. Quod si vere perfectus homo non exstitit, neque prorsus homo fuit: quæ enim exsistentia atque veritas ac substantia naturæ imperfectæ, cujus neque ratio sit?

Σκοπὸς οὖν Σεὐῆρῳ, καὶ τοῖς ἀμφ' αὐτὸν, διά τινος πάντως ἐλλείψεως φυσικῆς, τὴν προσληφθεῖσαν καθ' ἕνωσιν ἀῤῥητον ἐξώσασθαι φύσιν· τῆς τε Μάνεντος φαντασίας, καὶ τῆς Ἀπολιναρίου συγχύσεως (r), καὶ τῆς Εὐτυχοῦς συνουσιώσεως ἐπικυρῶσαι τὸ μῦσος. Μέμνημαι γὰρ κατὰ τὴν Κρητῶν νῆσον διάγων, τινῶν ψευδεπισκόπων πρὸς ἐμὲ διενεχθέντων τῆς Σεὐῆρου μερίδος· ἀκούσας, ὡς διὰ τοῦτο δύο κατὰ τὸν Λέοντος τόμον ἐνεργείας οὐχ ὁμολογοῦμεν ἐπὶ Χριστοῦ, διὰ τὰ ἑπόμενα ταύταις θελήματα, οἷς ἐξ ἀνάγκης προσώπων συνεισάγεται δυάς· ἀλλ' οὐδὲ μίαν πάλιν, ἁπλῆν θεωρεῖσθαι μὴ δυναμένην· ἓν δὲ θέλημα, καὶ πᾶσαν θείαν τε καὶ ἀνθρωπίνην ἐνέργειαν ἐξ ἑνὸς καὶ τοῦ αὐτοῦ Θεοῦ Λόγου σεσαρκωμένου, κατὰ

Maximi cum Severianis episcopis in Creta insula disputatio. — Eo igitur Severus ejusque discipuli ac sectatores collineant, ut quasi omnino aliquid naturale deficiat, naturam arcana ratione assumptam ejiciant, ac tum Manetis impuram atque scelestam fictionem tum Apollinarii confusionem, tum denique Eutychis συνουσίωσιν (velut dicas, *essentiarum conflatum*) statuant. Memini enim cum moras Cretæ traherem, ac quidam Severi sectæ falsi nominis episcopi mecum disputarent, audisse ex illis, idcirco non confiteri in Christo duas operationes, juxta quod in Leonis tomo sancitum est, quod illis comes sit duplex voluntas, ac inde pariter necessario duplex persona inducatur: at neque rursus

NOTÆ.

(q) *Ἐπεὶ τὸν ποιητὴν αἰτιατέον τῆς μέμψεως.* Clara sententia; nempe istud vitii ac labis, tribuendum Auctori, qui sic condidisset, quod cum eo natura pugnaret. Nihil bene Turr. *Quia auctor esset causa culpæ et querelæ, qui fecisset sibi, quod cum natura pugnaret.* Ipse lector, ne sugillandi avidior videar, recognosce ac cense: majorem certe ἀκρίβειαν voluisse in tractatibus sic theologicis. Dispensationis (Græce οἰκονομίας) rationem scite exponit Maximus, ut modum unitionis personalis, qua certa divini consilii ratione, ut nostræ saluti conducebat, innovatæ sunt naturæ, proprie significet; de qua innovatione ad Greg. orat. in diem Christi Natalem. Id sane acute. Dispensatio enim et οἰκονομία, quamdam velut indulgentiam et accommodationem sonat, prout æquitas videtur exigere, posthabito quod ex debiti jurisque rigore est.

(r) *Καὶ τῆς Ἀπολιναρίου συγχύσεως.* Non ita pronum, ut Apollinarii hæresis confusio nuncupetur. In eo erat, quod Christum ut hominem ἄνουν existimabat; *sine mente*, cujus vices ac officium præstaret Verbum. Erat igitur illi in Christo velut confusio quædam munerum, uti etiam fere Ario ac Eutychi, substantiarum; humana scilicet natura transeunte in divinam, et quasi ab ea absorpta, ut ex utraque jam una esset essentia, amborumque conflatum unum; quod signanter Maximus συνουσίωσιν appellavit; cum tamen etiam ipse paulo post confusionis voce Severi dogma, Eutychiano proximum ejusque prolem, traducat, συγκεχυμένην τῶν ψευδῶν διδασκαλία δογμάτων· ubi Turr. *Doctrina infusa falsorum dogmatum:* pro *confusa;* quod malim typorum, quam quod manus mentem præcurrerit: et quod paulo ante est in loco Zachar. *Et qui habitatis filia Babylonis*, pro *filiam*. Poterant hæc non tantis sordere per Gretzeri vulgantis diligentiam, cum forte Turriano non satis licuerit abs se scripta relegere.

Digitized by Google

unam, quæ simplex intelligi non possit; sed unam voluntatem, omnemque divinam atque humanam operationem ex uno eodemque Verbo incarnato ex Severi se doctrina profiteri prodire. In quos quis prophetiæ partem illam querulis vocibus jactare merito possit : *O, o fugite ab aquilone* [h]; *in Sion salvamini, qui habitatis filiam Babylonis* [i]. Vere etenim Aquilo Severi mens; nempe locus caliginosus effecta, divinæque lucis demoratione privata. Filia autem Babylonis, quæ ex ascito pessimo habitu, confusa falsorum dogmatum doctrina male coaluit; quam ii colunt, qui scientiæ lumen repudiarunt; nec ut in Sionem (Ecclesiam scilicet) per conversionem incolumes evadant, in animum inducunt. Simul enim contra divinitatem, Christique mysterium Severi disputatio ad libram revocata concertat. Si enim, ejus sententia, comparatum est, ut operationibus voluntates **25** sint comites, unaque cum voluntatibus personæ inducantur, velut nimirum effecta una cum causis (ne dicam inepte hæc probari), utique etiam cum omni persona, ex ipso ejusque sententia, voluntas inferetur, ac cum voluntate, omnino etiam operatio illi congrua. Eorum enim quæ sunt *ad aliquid*, ratio, quæ indissolubilem habitudinem habeat, eorum quæ relata sunt, consequenti ratione parem reciprocationem facit.

A Σευῆρον προϊέναι φαμέν. Πρὸς οὓς ἄν τις σχετλιαστικῶς ἐκεῖνο τῆς προφητείας ἐποίσει τὸ μέρος· *Ὦ, ὦ, φεύγετε ἀπὸ Βορρᾶ· εἰς Σιὼν ἀνασώζεσθε, οἱ κατοικοῦντες θυγατέρα Βαβυλῶνος.* Βορρᾶς γὰρ ὡς ἀληθῶς Σευήρου διάνοια, τόπος γενομένη ζοφερὸς (*s*), καὶ τῆς τοῦ θείου φωτὸς ἐστερημένη διατριβῆς· Θυγάτηρ δὲ Βαβυλῶνος, ἡ κακῶς ἐκ τῆς προσγενομένης αὐτῷ χειρίστης ἕξεως γεννηθεῖσα συγκεχυμένη τῶν ψευδῶν διδασκαλία δογμάτων, ἣν κατοικοῦσι οἱ τὸ φῶς ἀπεστραμμένοι τῆς γνώσεως· καὶ πρὸς τὴν Σιὼν, λέγω τὴν Ἐκκλησίαν, ἀνασωθῆναι δι' ἐπιστροφῆς οὐκ ἐθέλοντες. Ὁμοῦ γὰρ τῆς τε θεολογίας καὶ τῆς οἰκονομίας, ὁ Σευήρου βασανιζόμενος καταγωνίζεται λόγος. Εἰ γὰρ κατ' αὐτὸν, ταῖς ἐνεργείαις ἕπεσθαι τὰ θελήματα πέφυκε τοῖς δὲ θελήμασιν B εἰσάγεσθαι πρόσωπα, καθάπερ αἰτίοις αἰτιατά· ἵνα μὴ λέγω τίς ἡ ἀπόδειξις· καὶ παντὶ προσώπῳ δηλονότι, κατ' αὐτὸν, θέλημα· καὶ τούτῳ πάντως ἐνέργεια συνεισαχθήσεται πρόσφορος. Ὁ γὰρ τὸν *πρός τι*, λόγος, ἄλυτον ἔχων τὴν σχέσιν, ἴσην ποιεῖται τὴν τῶν σχετῶν ἀκολούθως ἀντιστροφήν.

Voluntas æquivoce ut naturæ est, et ut ex sententia. Ratio a Trinitatis mysterio. — Quandoquidem igitur voluntas simpliciter dicta ex iis est, quæ multa significant; siquidem voluntates quæ una cum personis reciproce inferuntur, fuerint naturales, beata Unitas, auctore Severo, erit et naturarum Trinitas. Sin vero sint voluntates gnomicæ, id est, ex sententia, omnino a seipsa dissentiet, minime secum ipsa voluntatibus concors, ut quæ sit personarum Trinitas; aut omnino, siquidem una superessentialis Trinitatis voluntas est, unius personæ trinominis erit Divinitas.

Οὐκοῦν ἐπειδὴ πολύσημόν ἐστι τὸ ἁπλῶς λεγόμενον, εἰ μὲν φυσικὰ τὰ κατὰ ἀντιστροφὴν συνεισαγόμενα τοῖς προσώποις εἶεν θελήματα, ἡ μακαρία Μονὰς, κατὰ Σευῆρον, καὶ φύσεων ἔσται Τριάς. Εἰ δὲ C γνωμικὰ, στασιάσει πάντως πρὸς ἑαυτὴν μὴ συμβαίνουσα τοῖς θελήμασιν, ὡς προσώπων Τριάς· ἢ πάντως (*t*), εἴπερ ἓν θέλημα τῆς ὑπερουσίου Τριάδος ἐστὶ, μονοπρόσωπος ἔσται Θεότης τρώνυμος.

Ac rursus, si, ut auctor est Severus juxtaque ejus propositionem, operationi omnino comes voluntas est, unaque cum voluntate infertur persona; necessario sublata operatione, etiam illi comes voluntas sublata est, ac quæ simul cum illa infertur persona. Sin autem una cum operatione tollitur voluntas, unaque cum voluntate persona, erit Christus ex Severi sententia, non in persona vereque D exsistens; quippe cum una cum operatione, ob voluntatem, quæ una cum illa perimitur, quæ ipsa cum voluntate infertur persona, illique comes est, sublata sit.

Καὶ πάλιν, εἰ τῇ ἐνεργείᾳ πάντως κατὰ τὴν Σευήρου πρότασιν ἕπεται θέλημα· τούτῳ δὲ συνεισάγεται πρόσωπον, ἐξ ἀνάγκης ἀναιρεθείσῃ τῇ ἐνεργείᾳ, καὶ τὸ ἑπόμενον αὐτῇ συναναιρήσεται θέλημα, καὶ τὸ τούτῳ συνεισαγόμενον πρόσωπον. Εἰ δὲ τῇ μὲν ἐνεργείᾳ, τὸ θέλημα· τῷ δὲ θελήματι, συναναιρεῖται τὸ πρόσωπον, ἀνυπόστατος ἔσται κατὰ Σευῆρον ὁ Χριστός· τῇ ἐνεργείᾳ, διὰ τὸ συναναιρούμενον αὐτῇ θέλημα, τοῦ συνεισαγομένου τῷ θελήματι προσώπου συναναιρεθέντος.

Ac rursus, si, ut Severus existimat, operationibus omnino comites sunt voluntates, unaque cum voluntatibus inferuntur personæ; ac ex uno

Καὶ πάλιν, εἰ ταῖς ἐνεργείαις κατ' αὐτὸν ἕπεται πάντως θελήματα, τοῖς δὲ θελήμασι συνεισάγεται πρόσωπα· ἐξ ἑνὸς δὲ καὶ τοῦ αὐτοῦ Θεοῦ Λόγου σε-

[h] Zach. II, 7. [i] Psal. CXXXVI, 8.

NOTÆ.

(*s*) *Τόπος ζοφερός. Locus caliginosus*; sic rite dicta Severi mens. Aquilonis typo. Venet. τύπος ζοφερός, quod et Turr. reddit, *facta forma caliginosa* : quod certe durum, longeque a metaphora; ut et quod illi sequitur, *privata divini luminis usu et exercitatione* : cum et istud plane aquilonis locum, lucisque in eo absentiam, metaphorice respiciat.

(*t*) *Ἢ πάντως*. Legit Turr. ac reddit relative, ἥ, *quæ necessario*, quod non satis cohæret : melius disjunctive, ἤ, habent nostri cod.

Digitized by Google

σαρκωμένου προϊέναι φησὶ πᾶσαν θείαν καὶ ἀνθρωπίνην ἐνέργειαν· καὶ πᾶν θέλημα κατ' αὐτὸν (δηλονότι θεῖόν τε καὶ ἀνθρώπινον), ὡς ταῖς ἐνεργείαις ἑπόμενον μετὰ τῶν ἰσαρίθμως συνεισαγομένων αὐτοῖς προσώπων, ἐξ ἑνὸς καὶ τοῦ αὐτοῦ Λόγου σεσαρκωμένου πάντως συμπροαχθήσεται· καὶ οὐδεὶς ἀντερεῖ λόγος.

A eodemque Deo Verbo incarnato, omnem divinam atque humanam operationem ait proficisci; omnis etiam voluntas, illius sententia (tum scilicet divina tum humana) velut quæ sit comes operationibus, una cum personis, quæ pari numero cum illis inferuntur, ex uno eodemque Verbo incarnato omnino pariter producentur; nec quæ contradicat, ulla ratio est.

Ἔσται τοιγαροῦν τῇ μὲν ἀναιρέσει τῶν φυσικῶν ἐνεργειῶν ὁ Χριστὸς κατὰ Σεουῆρον, ἀνούσιος· τῇ δὲ παραγραφῇ τῆς μιᾶς (κ), πάλιν ἄβουλος καὶ ἀνυπόστατος· καὶ τῇ πάσῃ προαγωγῇ θείας τε καὶ ἀνθρωπίνης ἐνεργείας, πολύβουλός τε καὶ πολυπρόσωπος· ἢ τό γε κυριώτερον εἰπεῖν, ἀπειρόβουλός τε καὶ ἀπειροπρόσωπος. Ὁ γὰρ πᾶσαν φήσας ἐνέργειαν, ποσότητος πεποίηκε δήλωσιν ἀναρίθμητον.

Sublatis igitur operationibus naturalibus, erit Christus, Severi sententia, essentiæ expers ac naturæ; unaque proscripta ac amandata, erit rursus voluntatis exsors, nec ipse vere et in persona exsistens. Quod vero divinam omnem humanamque producat operationem, multiplicis voluntatis ac personæ erit; vel, ut magis proprie dicam; B utrisque infinite multiplex. Qui enim omnem dixit operationem, **26** quantitatem significavit, quæ numerum omnem excedat.

Οὐκοῦν κατὰ μὲν τὴν ἀντιστροφὴν τῆς Σευήρου προτάσεως, ὁ τῆς θεολογίας αὐτῷ [17] διαπέπτωκε λόγος, Ἀρειανὴν πολυθεΐαν, καὶ Σαβελλιανὴν ἀθεΐαν, καὶ μαχομένην Ἑλληνικῶς ἑαυτῇ φύσιν θεότητος εἰσηγουμένῳ· κατὰ δὲ τὴν πρότασιν, σαφῶς ὁ τῆς οἰκονομίας αὐτῷ νενόθευται λόγος, τὸν ἕνα Χριστὸν ἀνούσιον, ἄβουλον, ἀνυπόστατον· καὶ πάλιν τὸν αὐτὸν ἀπειρόβουλόν τε πρεσβεύοντι καὶ ἀπειροπρόσωπον· οὔ τί δυσσεβέστερον;

Inversa itaque ac reciproce accepta Severi propositione, omnis illi de deitate eversa doctrina est; quippe cum Arii multitudinem deorum, Sabelliique remotis personis impietatem, ac Græcorum errore secum ipsam pugnantem deitatis naturam introducat. Juxta vero ejusdem propositionem, dispensationis ratio ac fides palam ei adulterata est, qui unum Christum, et essentiæ seu naturæ, et voluntatis et personæ expertem, eumdemque rursus infinite voluntatibus personisque multiplicem profiteatur; quo quid magis impium esse queat?

Ὁρᾶτε ποῦ φέρων ὁ Σευήρου κανὼν ἀπάγει τοὺς πειθομένους; Τοιοῦτος γὰρ ἅπας καθέστηκε λόγος, τὴν ἀήττητον βάσιν οὐκ ἔχων ἀλήθειαν. Ἓν δὲ Χριστοῦ θέλημα λέγων, ὦ βέλτιστε, πῶς καὶ ποῖον τοῦτο φῄς; Εἰ μὲν ὡς Χριστοῦ φυσικὸν, Πατρὸς φύσει καὶ Μητρὸς αὐτὸν ἠλλοτρίωσας, οὐδετέρῳ κατ' οὐσίαν ἐνούμενον. Οὐδέτερον γὰρ αὐτοῖν φύσει Χριστός· καὶ πῶς ἐκφεύξῃ τοῦτο λέγων, τῆς πολυθεΐας τὸν κίνδυνον; Εἰ δὲ γνωμικὸν, μόνης ἔσται τῆς αὐτοῦ χαρακτηριστικὸν ὑποστάσεως. Προσώπου γὰρ ἀφοριστικὸν ὑπάρχει τὸ γνωμικόν· καὶ δειχθήσεται σαφῶς ἑτερόβουλος Πατρί τε καὶ Πνεύματι κατὰ σὲ, καὶ μαχόμενος. Εἰ δὲ τῆς αὐτοῦ μόνης θεότητος, ἐμπαθὴς ἔσται θεότης, παρὰ φύσιν βρώσεως καὶ πόσεως ἀφιεμένη. Εἰ δὲ τῆς αὐτοῦ μόνης ἀνθρωποτητος, οὐκ ἔσται φύσει δραστήριον. Πῶς γὰρ, εἴπερ ἀνθρώπινον; Καὶ τερατώδης δειχθήσεται σαφῶς ἡ τῶν θαυμάτων ἐπίδειξις.

Videtis quo Severi regula illi fidem habentes præcipites agat? Talis est enim omnis doctrina, C quæ invicta veritate basi caret. Quæso autem, qui unam Christi voluntatem dicas, quomodo aut qualem hanc dicis? Si enim tanquam Christi naturalem, natura a Patre ac Matre alienum eum statuisti, qui per essentiam neutri copuletur. Christus enim neutrum illorum natura est. Qua vero ratione, dum ita dicis, quin plures deos dicas, effugeris? Sin voluntatem ex sententia dicas, ejus solummodo personæ insigne ac nota erit. Voluntas enim ex sententia, personam discernit: ac plene, ut tu ipse auctor es, diversæ a Patre et Spiritu voluntatis esse eum liquebit. Sin autem ejus tantum deitatis; erit deitas affectibus perturbationibusque obnoxia, quam innaturaliter tangant appetitus cibi D et potus. Sin autem solius humanitatis ejus, non erit natura efficax. Quomodo enim, siquidem est humana? Atque ita palam monstrosa apparebit miraculorum ostensio.

Εἰ δὲ ἀμφοτέρων φύσει κοινὸν, πῶς ἔσται θέλημα

Si vero amborum natura voluntas communis

[17] Fr. αὐτοῦ.

NOTÆ.

(κ) *Τῇ δὲ παραγραφῇ τῆς μιᾶς.* Sic et Turr. *Et sublata una operatione naturali;* de suo addens, ut par est, duas posteriores voces, quasi explicationis causa; nec certe abs re, aut extra Maximi subtilitatem. Quod enim ex Severianorum sententia voluntas ad operationem sequatur, vicissimque se illæ et interimant et ponant, sublata una operationum, Christus ἄβουλος erit, *sine voluntate*, et ἀνυπόστατος, *non vere exsistens et in persona*, quod illorum sententia, voluntas inferat personam, vicissimque operationes naturales sublatæ ἀνούσιον faciant; quia quod omni caret operatione et actu ac virtute, ut passim Maximus ex Patrum doctrina, id neque est aut vere substantiam habet.

Digitized by Google

erit, quinam fiat ut eorum voluntas natura communis sit, quorum est distincta natura? Sin est voluntas ut totius composita (præterquam quod nova fabula est ac commentum; quæ enim est voluntatis compositio?), rursum eum a Patre alienum fecisti, cum, voluntate composita, compositam duntaxat personam designaveris. Sic igitur omnem plantationem, quam non plantavit Pater, accedens sermo exstirpat et evellit [1]; quod non soleat suas facere atque curare ac servare extraneas segetes.

A φύσει κοινὸν, ὧν ἡ φύσις διάφορος; Εἰ δὲ ὡς ὅλου σύνθετον, πρὸς τῷ καινῷ μύθῳ καὶ πλάσματι. Τίς γὰρ θελήματος σύνθεσις; πάλιν αὐτὸν τοῦ Πατρὸς ἠλλοτρίωσας, συνθέτῳ θελήματι μόνην χαρακτηρίσας ὑπόστασιν σύνθετον. Οὕτω μὲν οὖν πᾶσαν φυτείαν ἐκριζοῖ προσελθὼν ὁ λόγος, ἣν ὁ Πατὴρ οὐκ ἐφύτευσεν· ἐπεὶ μὴ πέφυκε (v) τὸ ξένον περιποιεῖσθαι γεώργιον.

Verum, ut apparet, naturalem humanitatis Christi voluntatem sustulit Severus, nesciens propriissimam primamque proprietatem ac dotem omnis maxime **27** naturæ utentis ratione, ejus appetendi motum ac incitationem esse; quam Patres attendentes, voluntatum in Christo naturalium, non ex sententia distinctionem clare professi sunt. Nunquam enim distinctionem voluntatum ex sententia in Christo dixerunt, ne duplicis eum sententiæ, duplicisque consilii ac electionis, et, ut ita dicam, cogitationum dissidio secum ipsum pugnantem, ac proinde duplicem personam, prædicarent: qui nempe per hanc solam voluntatum ex sententia distinctionem, tum peccatum, tum quod a Deo dissentimus, in vitam subintrasse scirent. In nullo enim alio malum positum est, nisi duntaxat in voluntatis nostræ ex sententia a divina discrepantia ac distinctione, cum qua prorsus una quoque contraria quantitas infertur, et qui eam significat, numerus, voluntatis nostræ ex sententia affectum a Deo dissidentem ostentans.

B Ἀλλ', ὡς ἔοικε, τὸ φυσικὸν θέλημα τῆς κατὰ Χριστὸν ἀνθρωπότητος Σευῆρος ἀνεῖλεν, οὐκ εἰδὼς ὅτι κυριώτερόν τε καὶ πρῶτον ἰδίωμα πάσης μάλιστα φύσεως λογικῆς, ἡ κατ' ἔφεσιν αὐτῆς καθέστηκε κίνησις· ἣν οἱ Πατέρες σκοπήσαντες, φυσικῶν, ἀλλ' οὐ γνωμικῶν ἐπὶ Χριστοῦ θελημάτων διαφορὰν λαμπρῶς ὡμολόγησαν. Οὐ γὰρ ἂν ἔλεγόν ποτε γνωμικῶν ἐπὶ Χριστοῦ θελημάτων διαφορὰν, ἵνα μὴ δίγνωμον καὶ δίβουλον, καὶ οἷον εἰπεῖν μαχόμενον ἑαυτῷ τῇ στάσει τῶν λογισμῶν· καὶ διὰ τοῦτο διπρόσωπον αὐτὸν κηρύττωσιν· οἵ γε κατὰ μόνην ταύτην γινώσκοντες τὴν τῶν γνωμικῶν θελημάτων διαφορὰν ἐν τῷ βίῳ γεγενῆσθαι· τήν τε τῆς ἁμαρτίας εἴσοδον, καὶ τὴν πρὸς τὸν Θεὸν ἡμετέραν διάστασιν. Ἐν οὐδενὶ γὰρ ἄλλῳ καθέστηκε τὸ κακὸν, εἰ μὴ μόνον ἐν τῇ πρὸς τὸ θεῖον θέλημα διαφορᾷ τοῦ κατὰ γνώμην ἡμετέρου θελήματος· ἥτινι πάντως ἀντικειμένη συνεισάγεται ποσότης, καὶ ὁ ταύτης δηλωτικὸς ἀριθμὸς, δεικνὺς ἡμῶν τὴν πρὸς τὸν Θεὸν τοῦ γνωμικοῦ θελήματος ἀντιπάθειαν.

Unum igitur Nestorio atque Severo propositum est, ut impie ac hæretice sentiant, tametsi modus diversus est. Ille enim dum propter confusionem, unionem in persona fugit, essentialem distinctionem, personalem divisionem facit: hic vero, propter personarum divisionem, personalem unionem in naturarum confusionem vertit; cum par esset, nec confusionem in Christo confiteri, nec divisionem; sed earum rerum quæ essentialiter distinctæ sunt, profiteri unionem; earumque distinctionem, quæ personaliter unitæ sunt; ut et essentiarum ratio, et unionis modus pie prædicaretur: a quibus ambo avulsi; Nestorius quidem, qualitatum duntaxat ex sententia unionem astruens; Severus vero, naturalium itidem solummodo qualitatum distinctionem post unionem ponens, a veritate ambo exciderunt; dum Nestorius quidem, divisionem, Severus vero confusionem temere mysterio ascribunt.

C Εἷς οὖν Νεστορίῳ τε τῶν Σευήρῳ περὶ τοῦ δυσσεβεῖν ὑπάρχει σκοπὸς, κἂν ὁ τρόπος διάφορος. Ὁ μὲν γὰρ διὰ τὴν σύγχυσιν, φεύγων τὴν καθ' ὑπόστασιν ἕνωσιν, τὴν οὐσιώδη διαφορὰν προσωπικὴν ποιεῖται διαίρεσιν· ὁ δὲ διὰ τὴν διαίρεσιν τὴν οὐσιώδη μὴ λέγων διαφορὰν, τὴν καθ' ὑπόστασιν ἕνωσιν φυσικὴν ἐργάζεται σύγχυσιν· δέον μήτε σύγχυσιν ἐπὶ Χριστοῦ, μήτε διαίρεσιν· ἀλλ' ἕνωσιν τῶν κατ' οὐσίαν διαφερόντων, καὶ διαφορὰν τῶν καθ' ὑπόστασιν ἡνωμένων ὁμολογεῖν, ἵνα καὶ τῶν οὐσιῶν ὁ λόγος, καὶ τῆς ἑνώσεως ὁ τρόπος, εὐσεβῶς καταγγέλληται· ὧν ἄμφω διαῤῥαγέντες· ὁ μὲν, τὴν τῶν γνωμικῶν μόνον ποιοτήτων ἕνωσιν· ὁ δὲ, τὴν D τῶν φυσικῶν μόνον μετὰ τὴν ἕνωσιν ἐπικυρώσας διαφορὰν, ἄμφω τῆς τῶν πραγμάτων ἀληθείας ἀπέπεσον· ὁ μὲν, διαίρεσιν· ὁ δὲ, σύγχυσιν τοῦ μυστηρίου τολμηρῶς κατακρίναντες.

EJUSDEM

Ad GEORGIUM sanctissimum presbyterum ac hegumenum, qui per epistolam de Christi mysterio sciscitatus erat.

Qui mentem tuam divino desiderio quasi adjectis

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ,

Πρὸς ΓΕΩΡΓΙΟΝ τὸν ὁσιώτατον πρεσβύτερον καὶ ἡγούμενον, ἐρωτήσαντα δι' ἐπιστολῆς περὶ τοῦ κατὰ Χριστὸν μυστηρίου.

Νοῦν μὲν τὸν οἰκεῖον ἐφέσει θείᾳ πτερώσας, καὶ

[1] Matth. xv, 13.

NOTÆ.

(v) *Μὴ πέφυκε.* Ipse nimirum Pater, non γεώργιον, uti Turr. reddit. Nempe id alienum a Deo, ut evellat, et conservet suumque ducat, quidquid alienæ plantationis est; quod unum inductæ auctoritati apte respondet.

Digitized by Google

τὸν λόγον διάρας σπουδῇ καὶ ἐξάρας ὕλης καὶ τῶν περὶ ταύτην, θεοτίμητε Πάτερ, ἀκόρεστον ἔχεις τῶν ἱερογράφων Λογίων τὴν ἔντευξιν, καὶ τῆς περὶ αὐτὰ φροντίδος δι' ἐμμελοῦς προσοχῆς, εἴ καί τις ἄλλος τὴν ἀκάματον δύναμιν. Οὐ γὰρ οἶδε κόρον τὸ ὑπὲρ αἴσθησιν· οὔτε μὴν τὴν οἱανοῦν περιστολὴν (x), τὸ ὑπὲρ ἔννοιαν. Τὸ μὲν γὰρ, ῥοῆς ἁπάσης καὶ ἀποῤῥοῆς κατὰ φύσιν ὑπερανέστηκε· τὸ δὲ παντὸς εἴδους ὑπερανέχει καὶ σχήματος· τοῦ τε κρυφίου τὴν ἔκφανσιν, ὡς θέμις, ἐκεῖνο ποιεῖται· καὶ τοῦ ἀορίστου [18] τὴν ἐνδιχομένην τοῦτο παρέχει κατάληψιν· καὶ ὅση πρὸς ἁρπαγὴν διανοίας αὐτάρκης, καὶ Πνεύματος ἁγίου περίδραξιν. Ἕως γὰρ τούτου, καὶ διὰ τοῦτο καθέστηκεν, ἡ φιλάνθρωπος τοῦ ὑπὲρ ἀνθρώπους δι' ἐκφάνσεως συγκατάβασις· χάριτι θεουργοῦσα, τοὺς γνώμῃ συναναβαίνοντας· καὶ τῇ κενώσει τοῦ Λόγου (y), τὸ κατ' αὐτὸν πλήρωμα δεχομένους, ἐν τῷ ἀπαρτισμῷ τῆς τῶν ἐντολῶν ἐργασίας· καθ' ἣν πρὸς ἐντέλειαν φρονήσεως καὶ ἀνδρείας αὐτὸς ἀναχθείς, τό τε φαινόμενον σωφρόνως πιέζεις, καὶ τὸ κρυπτόμενον, δικαίως παίνεις· ἵν' ἐκείνῳ μὲν τὴν νέκρωσιν τοῦ Ἰησοῦ παραδείξῃς, πᾶσαν ὁλικῶς ἁμαρτίαν ἐξαφανίζουσαν· ἐν τούτῳ δὲ τὴν ζωὴν ἐπιδείξῃς, ἀρετὴν πᾶσαν ὑπερκοσμίως προβαλλομένην· ἐξ ὧν πρᾶξιν ἱερὰν κατορθώσας καὶ θεωρίαν, τέλος ἱερὸν ἐκομίσω τὴν σωτηρίαν· ἣν ὥστε μεταδοῦναι καὶ ἄλλοις, καὶ ταύτην γνωρίσαι, τὸ θεομίμητον, εἶλου πρὸς ἐμὲ τὸν ἀνάξιον, ταπεινόν τε καὶ ἀγνώστην ὑπάρχοντα, τιμίαις προσχρήσασθαι συλλαβαῖς· καὶ πρῶτα μὲν, σοφίσαι λόγῳ καὶ συνετίσαι· πρὸς δὲ καὶ ἁγιάσαι διὰ τῆς ἐνούσης σοι χάριτος, πᾶσι πανταχοῦ διαδιδομένης· ἀπερίγραφον γὰρ, ὡς αἰτίαν τὸν ἀναίτιον ἔχουσα Λόγον.

A alis sublimem extuleris, rationemque studio erexeris, atque a terrenis rebus (in Deo honorande Pater) abstraxeris, sanctarum Scripturarum lectione **28** insatiabilis exsistis; ac qua illis cura, diligenti attentione impenderis, indefesso animi robore, si quis alius, potiris. Nescit enim tædium afferre, quod supra sensum exsistit; nec vel minimam novit obductionem, quod intelligentiam excedit: illud enim, omni quod fluit atque defluit, natura superius est; hoc vero, formæ omni ac figuræ eminet. Illud, id quod est occultum, quoad licet, explanat ac elucere facit; istud, ejus quod nullis comprehensum finibus est, quanta possibilis est, comprehensionem tribuit: quanta demum ad mentis raptum sufficit, et ad Spiritum sanctum apprehen- B dendum. Hucusque enim, eamque in rem humanitatis plena, ejus qui superior quam pro hominum ratione est, qua se nobis apparens demisit, inclinatio enituit; deificans gratiæ munere eos qui voluntate mentisque proposito una cum illo ascendunt; Verbique exinanitione, ejus plenitudinem in consummatione operationis mandatorum recipiunt: qua utique, ad prudentiæ ac fortitudinis perfectionem ipse provectus, tum quod oculis subjectum est (corpus scilicet) sobrie comprimis, tum quod est occultum (nempe animum) juste opimas: ut in altero quidem mortificationem Jesu, omne prorsus peccatum abolentem, ostendas; in altero vero, vitam, quidquid est virtutis, altiori supra sæculi usum ratione proferentem, exhibeas: quorum cultu, actione sacra et contemplatione perfunctus, C finem sacrum salutem adeptus es: qua, ut et alios impartires, notamque eam faceres (quæ res nobilo quoddam Dei simulacrum est) animo destinasti, ut ad me indignum, humilemque ac ignotum hominem, venerabilibus tuis utereris syllabis: ac primum quidem per sermonem atque doctrinam sapientia prudentiaque componeres, tumque etiam, per eam, qua polles, gratiam, in omnes ubique se distribuentem (est enim res nullis circumscripta finibus, quippe Verbum auctore carens, ipsa auctorem habens) sanctitate imbueres.

Εἶτα [19] καὶ πρὸς ἐπιστήμην ἱκανῶς ἀγαγεῖν τοῦ καινοῦ μυστηρίου τῆς κατ' ἄνθρωπον θεοπλαστίας τοῦ δι' ἡμᾶς σαρκωθέντος Θεοῦ Λόγου καὶ τελείως ἐνανθρωπήσαντος· τῷ δι' ἐρωτήσεως ἐθέλειν, οὐ τὸ ἡγούμενον μαθεῖν· ἐν περιλήψει γὰρ τῶν καλῶν ὑπάρχεις ἁπάντων· ἀλλ' εἰς μύησιν προβιβάσαι τελεωτέραν, τὸν οὕπω δεδεγμένον τὴν ἥττονα. Καί σου τὸν εὐσεβῆ τρόπον ἀποθαυμάσας, τὸν λόγον προ- D ἴσχομαι κατὰ δύναμιν· φάσκων, ὡς οὐκ ἄλλο τι κατὰ

Ad hæc etiam, qui ad novi mysterii, divinæ secundum hominem Dei Verbi propter nos incarnati ac perfecte facti hominis, formationis notitiam quasi sciscitando ac interrogando abunde velles adducere, non cujus ignorantia laborares addiscere; cum ea quæ pulchra sunt atque honesta omnia complexus sis, sed ut ad perfectiorem institutionem eum proveheres, qui nondum minorem adeptus sit. Tuos igitur religiosos mores admiratus, **29** quanta

[18] Fr. ἀρίστου. [19] Dionys. de div. nom. c. 2, § 8.

NOTÆ.

(x) *Τὴν οἱανοῦν περιστολήν.* Περιστέλλειν Suid. περικαλύψαι, *obtegere, obvelare*: nec alio sensu hic verbale Maximo sumitur aut exponitur, quidquid Turr. *contractionem* reddat, ac si esset συστολήν. Loquitur Maximus de viro excellenter spirituali, cui tribuit, ut nullo spiritalium tædio afficiatur, nihilque tecta ac occulta habeat, quæ vim mentis superant, id est, divina, quæ pro ejus captu, ipsa pene nuda, nullisque figuris ac formis adumbrata, illi patefiant et inferantur.

(c) *Τῆς πρὸς Μαρῖνον.* Non videtur supposita D hæc epistola ad Marinum, aliqua esse ex illis quæ ad eum exstant, omnes dogmaticæ: ipsaque prima inter editos Turriano tractatus, scrio γνωμικὴν in Christo impugnat voluntatem, et electionem nobis similem, solum admittens quatenus est motus liber, non tamen secundum contraria, aut conjunctam incerti rationem habens; sicque se admisisse *Quæst. ad Thalass.* excusat ac prolitetur. Ubi quoque voluntatem κατ' οἰκείωσιν, *per arrogantiam et appropriationem* ex Patrum sensu, ipsam nostram voluntatem, quam velut caput membrorum, suam quodammodo ducit, recte exponit; cui nihil commune cum tertia illa Monothelitarum voluntate ut totius, etsi eam etiam illi dicerent κατ' οἰκείωσιν. Quæ seorsum exstat a reliquis Maximi epistolis ejus ad Marinum epistola, qua satisfacit pro adjecta particula *Filioque* Litteris apostolicis, num ejusmodi aliquid habuerit incertum est, cum nec illi qui Maximo abrogant, ejus quidquam insimulaverint, vel exemplum illius magis integrum, quam modo habeamus, nacti sint. Potuit sic ab iis Græcis ablegari, qui Photiani dogmatis studiosiores, Maximi piam illam expositionem ejusque εἰρηνικὸν non probaverunt.

Digitized by Google

tiam utrinque exquireret ac provocaret; nos quoque, ut par erat in proœmio nostræ ad eum epistolæ ipsum coluimus, uti nos admonet Apostolus, cum ait : *Invicem honore prævenientes* [u] : cum et eos qui se aliter habent, aut ad nos scribunt, diligere, ac bene eis precari jubeat divinus Sermo [v]. Simul etiam cura mihi fuit, ne hominem exasperarem, sed magis lenirem ; quo scilicet ipsa laudationis illecebra, ad eorum quæ pie ex sanctorum Patrum doctrina tradebam, assensum cogerem : unde sic fatebar me intellexisse quæ ab eo mihi scripta erant, quemadmodum ipse ad eum scripseram; velut nimirum impellens, uti dicebam, atque invitans ad assensum piæ doctrinæ, quo sibi maximam esset paraturus salutem, si modo in animum induceret, ut quemadmodum ad eum scripseramus, nobiscum confiteretur; duas scilicet unius ejusdemque Christi Dei naturales operationes, uti et duas naturas inconfuse unitas ac indivise, divinam et humanam, increatam et creatam; at non unam eamdemque, quovis modo dictam. Nempe, esse non Patrum, sed magis hæreticorum doctrinam, quæ unam eamdemque operationem seu voluntatem aut naturam, in uno eodemque Domino nostro ac Deo tradat.

Hic igitur meæ ad Pyrrhum laudationis scopus, hic modus ac ratio, cum sensim a contraria opinione abducere, et ad rectam fidei doctrinam transferre cogitarem. Si quis vero non satis mei ejus propositi vim assecutus, meam adhuc illam laudationem ægre fert, per me licet, utque illi videtur, eam explodat quæ nec **69** nobis jam placet aut probatur, sed magis gravis ac molesta est, postquam ille plene eversus est; eorum vero vim, quæ a nobis catholice ad eum scripta sunt, ratam habeat ac comprobet.

Habetis, Patres sancti, qua ratione per meam defensionem mei securos vos reddiderim. Enimvero viriliter agite et confortamini spiritu, nec ad dexteram aut sinistram adversariorum vos studiis ac doctrinis abduci patiamini, sed via regia stabiliri ac duci, ab eo qui ait : *Ego sum via et vita ac veritas* [x]; — *Unanimes, idipsum sentientes* [y]; — et, *Deus pacis erit cum omnibus vobis* [z], quem pie semper prædicetis ac sancte colatis : quique demum post beatam ævo hoc tum vitæ institutionem, tum confessionem, futuro illo beatiorem se vobis hæreditatem præbiturus est atque requiem : quo cum Patri ac Spiritui sancto gloria, honor, potestas, adoratio, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

καὶ τὴν ἡμετέραν οἷον ἐπιζητοῦντα, καὶ προσκαλούμενον περὶ ἑκατέρου λόγου κρίσιν τε καὶ ὑπόληψιν, εἰκότως; καὶ ἡμεῖς αὐτὸν ἐν προοιμίοις, τοῦ πρὸς αὐτὸν ἡμετέρου γράμματος, ἀντετιμήσαμεν, ἀποστολικὴν ἐκπληροῦντες παραίνεσιν. *Τῇ τιμῇ γὰρ ἀλλήλους προηγούμενοι* φησιν ὁ θεῖος Ἀπόστολος· ὅπου γε καὶ τοὺς ἑτέρως ἔχοντας, ἢ ἐπιστέλλοντας πρὸς ἡμᾶς, ἀγαπᾶν τε καὶ εὐλογεῖν ὁ θεῖος παρακελεύεται λόγος. Καὶ ἅμα σπουδὴ μοι καθειστήκει, μὴ ἐκτραχύνειν· ὁμαλίζειν δὲ μᾶλλον τὸν ἄνδρα, τοῖς εἰς αὐτὸν ἐγκωμίοις, πρὸς συγκατάθεσιν ἰέναι τῶν εὐσεβῶς μοι δεδογματισμένων, κατὰ τὴν τῶν ἁγίων Πατέρων διδασκαλίαν· ὅθεν καὶ οὕτω νενοηκέναι κατὰ τὴν γεγονυῖαν αὐτῷ παρ' ἐμοῦ συγγραφὴν, τὰ ὑπ' ἐκείνου μοι γραφέντα διωμολόγουν· παρορμῶν αὐτὸν οἷον, ὡς ἔφην, καὶ προσκαλούμενος εἰς τὴν τοῦ εὐσεβοῦς ἐπίνευσιν λόγου, σωτηρίαν αὐτῷ μεγίστην προξενοῦντος, εἴγε τοῦτο στέρξας σὺν ἡμῖν ὡμολόγησεν [ὁμολογήσειεν], ὡς γεγράφαμεν· τουτέστι δύο τοῦ αὐτοῦ καὶ ἑνὸς Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ κατὰ φύσιν ἐνεργείας, ὥσπερ οὖν καὶ φύσεις ἡνωμένας ἀσυγχύτως καὶ ἀδιαιρέτως, θείαν καὶ ἀνθρωπίνην· ἄκτιστον καὶ κτιστήν· ἀλλ' οὐ μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ὁπωσοῦν λεγομένην. Οὐ γὰρ Πατρικὸς, αἱρετικὸς δὲ μᾶλλον ὁ περὶ μιᾶς καὶ τῆς αὐτῆς ἐνεργείας ἢ θελήσεως ἢ φύσεως λόγος, ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ καὶ ἑνὸς Κυρίου ἡμῶν καὶ Θεοῦ.

Τῆς μὲν οὖν πρὸς αὐτὸν ἐκεῖνον, ἤγουν τὸν Πύρρον, ἡμετέρας εὐφημίας τοιοῦτος ὁ τρόπος καθέστηκε, τῆς ἀντιῤῥόπου δόξης αὐτὸν ἠρέμα διϊστᾶν ἐπειγόμενος, καὶ πρὸς τὸν ὀρθὸν ἐπαναβιβάζειν λόγον τῆς πίστεως. Εἰ δέ τις τοῦ καθ' ἡμᾶς διαμαρτάνων σκοποῦ, πρὸς τὴν εὐφημίαν ἔτι δυσφορεῖ, τὸν τῆς ἡμετέρας οἰκονομίας ἐν τούτῳ δὴ μάλιστα λόγον οὐκ ἀποδεχόμενος, παρείσθω δὴ τούτῳ, καὶ διαῤῥιπτέσθω κατὰ τὸ δοκοῦν ἡ εὐφημία, μηδὲ ἡμῖν λοιπὸν ἐπέραστος οὖσα, προσάντης δὲ μᾶλλον μετὰ τὴν τελείαν τἀνδρὸς ἐκτροπήν· κυρούσθω δὲ σὺν ἡμῖν τῶν πρὸς αὐτὸν ὀρθοδόξως δογματισθέντων ἡ δύναμις.

Ἔχετε, Πατέρες ἅγιοι, τῆς πληροφορίας διὰ τῆς ἡμετέρας ἀπολογίας τὸν λόγον· ἀλλ' ἀνδρίζεσθε, καὶ κραταιοῦσθε πνεύματι, μὴ παρακλινόμενοι δεξιὰ ἢ ἀριστερὰ πρὸς τῶν ἐναντίων ἀνδρῶν καὶ δογμάτων· ἀλλ' ὁδῷ βασιλικῇ στεριζόμενοί τε καὶ ποδηγούμενοι παρ' αὐτοῦ τοῦ εἰπόντος, *Ἐγὼ εἰμὶ ἡ ὁδὸς, καὶ ἡ ζωὴ, καὶ ἀλήθεια, — σύμψυχοι, τὸ αὐτὸ φρονοῦντες, — καὶ ὁ Θεὸς τῆς εἰρήνης ἔσται μετὰ πάντων ὑμῶν*, εὐσεβῶς ἀεὶ κηρυττόμενος, καὶ ὁσίως παρ' ὑμῶν λατρευόμενος· καὶ πέρας τῆς ἐνταῦθα μακαρίας πολιτείας τε καὶ ὁμολογίας, ἑαυτὸν ἐκεῖσε μακαριωτέραν παρεχόμενος ὑμῖν κληρονομίαν τε καὶ ἀνάπαυσιν· μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ σὺν τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, δόξα, τιμὴ, κράτος, προσκύνησις, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[u] Rom. XII, 10. [v] Matth. V, 44. [x] Joan. XIV, 6. [y] Philipp. II, 2. [z] Philipp. IV, 9.

Digitized by Google

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΜΑΞΙΜΟΥ

Ἴσον ἐπιστολῆς πρὸς τὸν κύριον Μαρῖνον τὸν πρεσβύτερον τῆς Κύπρου [60].

EXEMPLUM EPISTOLÆ SANCTI MAXIMI

Ad Domnum Marinum Cypri presbyterum.

EX ANASTASII EPISTOLA AD JOANNEM DIACONUM.

Præterea interpretati sumus ex epistola ejusdem sancti Maximi ad Marinum scripta presbyterum, circumstantiam de Spiritus sancti processione, ubi frustra causari contra nos innuit Græcos, cum nos non causam, vel principium Filium dicamus Spiritus sancti, ut autumant; sed unitatem substantiæ Patris ac Filii non nescientes, sicut procedit ex Patre, ita eum procedere fateamur ex Filio, missionem [61] ninirum, processionem intelligentes; pie interpretans, utrisque linguæ gnaros [62] ad pacem erudiens, dum scilicet et nos et Græcos edocet secundum quiddam procedere, et secundum quiddam non procedere Spiritum sanctum ex Filio: difficultatem exprimendi de alterius in alterius linguæ proprietatem significans. Siquidem et hujusmodi pia interpretatione, sanctus olim Athanasius Orientales et Occidentales super substantiæ vel personæ nomine dissidentes univit, dum unum idemque utrosque credere sensuque retinere, perdocuit: licet ob linguæ varietatem aliter atque aliter ore confiterentur, et importunis contentionibus deservirent.

Νόμῳ θείῳ κατὰ Θεὸν εὐθυνόμενος [63], θεοτίμητε πάτερ, νόμον ὑπερεῖδες ἀνθρώπινον, κενώσει τὸ μέτριον ὑπεράρας, καὶ πτωχείᾳ τὸ ἐντελὲς μεγαλύνας τῆς ἐμῆς περί τε τὸ νοεῖν καὶ λέγειν ἀπειρίας, ἢ προπετείας, εἰπεῖν οἰκειότερον· οὐ γὰρ αἰσχύνομαι τὰ ἐμὰ καὶ τῆς ἐμῆς ἀσθενείας, πάθη δεόντως ἐξαγορεύειν, καὶ τόσῳ προθυμίᾳ μᾶλλον ἀποκαλύπτειν, ἢ ὅσον φιλανθρωπίᾳ ἐπικαλύπτειν ἐσπούδασας. Τίς γάρ ποτ' ἂν ἀλόγου [64] λόγον οὕτω προσήκατο, καὶ φρενίτιδος [65] νοῦν διανοίας ἐδέξατο, μή τί γε παντελῶς εἰπεῖν, ἀπεσέμνυνεν, ὡς σὺ τὸν ἐμὸν, θεοτίμητε πάτερ, οὐχ ὅσον μόνον δι' ἀγάπην παραδραμὼν τὸ ἀπαίδευτον, κατ' ἄκρον ἐτίμησας [66]· ὃ δὴ μέγιστον τῷ ἀκόσμῳ [67] πρὸς εὐδοξίαν, ἀλλὰ καὶ ὅσον διὰ χάριν ἐπιβαλὼν τὸ αἰδέσιμον, ᾧ τὴν οἰκείαν παγκαλῶς εἴωθας ὡραΐζειν διάνοιαν, ὑπερβολῇ κατεφαίδρυνας· ἐξ ὧν ὅ τε λόγος καὶ τρόπος συνίσταται τῆς ἀληθοῦς εὐγενείας, ἢ Θεοῦ συγγενείας, εἰπεῖν ἀληθέστερον ἢ [68] καὶ οἰκειότερον· οὐ μᾶλλον μετεωρίζειν εἰδώς· οὐ γὰρ πέφυκεν ἢ μετριάζειν ποιῶν· καὶ γὰρ εἴωθέ πως ἀμεταβόλως ἑδράζειν πρὸς ὕφεσιν, τῇ ὑπερβολῇ τῶν οὐ προσόντων πλεῖον ἀποκαλύπτων τὴν ἔνδειαν, καὶ γνωρίζων τὴν γύμνωσιν· καὶ τῇ παραδείξει τῶν ὑπὲρ ἀξίαν, αὐστηροτέραν ἐνιεὶς [69] τῶν κατ' ἀξίαν τὴν αἴσθησιν, ἡνίκα τοῦ τῆς ψυχῆς βάθους κατακρατήσας, τὸ μέγεθος τοῦ ἀπεμφαίνοντος ἰδεῖν, ἀπαρακαλύπτως ποιήσειεν· ὃ δὴ μάλιστα πεπονθὼς, τῇ τῶν ὑμετέρων εὐχῶν διατρανώσει, θεῖων ἠψάμην θεσμῶν, οὓς λόγος οἰκονομίας τῆς ὑπὲρ ἔννοιαν εἶδε προνοητικῶς συντηρεῖν καὶ προβάλλεσθαι τοῖς κατ' ἐμὲ χειραγωγίας προσδεομένοις καὶ χρῄζουσιν.

Divina lege secundum Deum, a Deo honorande Pater, directus humanam sprevisti legem; qui nimirum meam intelligendi dicendique partibus imperitiæ, sive (ut proprie magis loquar) temeritatis mediocritatem exinanitione, ac tenuitatem paupertate, supra modum extulisti: non enim pudet, mea meæque imbecillitatis vitia, pro eo ac decet ingenua confessione evulgare, tantoque majori alacritate detegere, quanto tu impensiori humanitate studuisti obtegere. Quis enim sic unquam hominis ineruditi sermonem doctrinamque probavit, mentisque pene insipientis intelligentiam sensumque suscepit, ne prorsus dicam, laudibus extulit ac celebravit, quemadmodum **70** tu, a Deo honorande Pater, meum (non hactenus solum, ut charitate duce inscitiam dissimulanter transires) honori maximo habuisti: quod sane maximum est ad claritatem ac laudem ei, qui omni destitutus ornamento sit: sed quod etiam propter gratiam adjecto quod dignitatis est facitque venerationem, quo pulcherrime tuum ipse animum decorare soles, præstantia decorasti; quibus sermo modusque (doctrina ac virtus) veræ ingenuitatis, aut (verius dicam magisque proprie) cum Deo necessitudinis ac affinitatis, conflatur; ac non magis efferre novit (non enim hoc illi comparatum) quam modesto sensu componat. Consuevit namque immobili sede in humilitate statuere, dum eorum quæ desiderantur excellentia, indigentiam magis detegit, ac notam facit nuditatem; obiterque monstrando quæ majora quam pro dignitate exsistant, eorum quæ ex dignitate sunt, sensum austerius ingerit; tunc scilicet cum alto mentis sinu sibi subdito ac occupato, ejus quod dissentaneum est, magnitudinem ipsam revelatam videre fecerit. Quod cum mihi maxime evenerit, vestris precibus lucem affundentibus, divinas aggressus sum leges, ac quæ dispensationis sermo, vim omnem mentis excedens, providentiæ rationibus scita consuevit servare, atque his, qui simili mihi ratione manuductione egent, proponere.

Καὶ μετὰ βραχέα. Ἀμέλει τοι γοῦν τῶν τοῦ νῦν ἁγιοτάτου, Πάπα συνοδικῶν, οὐκ ἐν τοσούτοις, ὅσοις

Paucisque interjectis. Sane igitur [70], sanctissimi, qui nunc est, Papæ synodica, non in tot capitulis,

[60] Ex Reg. antiquo cod. cum alio Reg. et cl. v. Dufren. duplicique Vaticano n. 1098 et 1428 collato. Alter Reg. cod., Ἐπιστολὴ τοῦ ἁγίου Μαξίμου πρὸς, κ. τ. λ. [61] *Emissionem* lego, ne cum Græcis schismaticis effectum solum temporalem notet, quod longe est a Max. τοῦ δι' Υἱοῦ προιέναι, omnique Latinorum sensu; ipso ea voce rite expresso ab Anast. in Maximi excerpto. [62] Et hic *ignaros*; potuitque vir tantus cautius edere. [63] *Liberaliter educatus ac locuples.* εὐθηνούμενος. [64] Vat. 2. ἅμα λόγου. [65] Reg. Fr. Vat. 1; 2, φροντίδος. [66] Vat. κατακρίνας. [67] Reg. et Vat. 1 κόσμῳ. [68] Deest alteri Reg. et Fr. [69] Vat. 2. ἐνίησι. [70] Anast. Collect.

Digitized by Google

quot scripsistis, Regiæ urbis cives (Constantinopolitani) reprehenderunt : sed in duobus duntaxat. Quorum alterum est de fide Trinitatis, ac quod, aiunt, dixerit, « Spiritum sanctum etiam ex Filio procedere : » alterum vero de divina incarnatione ; quod nimirum scripserit, « esse Dominum, ut est homo, absque peccato originis [71]. » Et primo quidem consonantia Latinorum Patrum testimonia protulerunt : præterea etiam Cyrilli Alexandrini ex ejus sacra lucubratione in sanctum Joannem evangelistam. Ex quibus, non causam se ac auctorem, Filium Spiritus facere ostenderunt. Unam quippe Filii ac Spiritus causam Patrem noverunt ; ac auctorem [72] ; alterius quidem generationis modo ; alterius vero, processionis : sed ut per eum prodire significarent, eaque ratione conjunctionem substantiæ nullaque e variatione similitudinem, demonstrarent.

71 Ad secundum quod attinet, nulla prorsus egent defensione. Quæ enim in eo dubitandi ratio, tametsi his, qui occasiones quærunt, ob suam morum pravitatem, ita videatur. Nihilominus tamen fecerunt satis, dicendo : « Nec quod est in mente peccatum habuisse, quo fere Adamus primum laborasse videatur ; nec quæ ex ipso per corpus prodit atque geritur, mali actum ac actionem. »

Atque hæc quidem isti, quorum nomine nulla justa ratione in crimen vocati erant. Illi vero nec ob ea, quorum nomine juste admodum vituperantur, ullam hactenus satisfactionem fecerunt, quando neque perperam a se inductas voces ejecerunt. Rogavi autem Romanos secundum jussionem vestram, ut ad cavendas sic ex cuniculis obrepentium fraudes dolosque, sua ipsi redderent ac interpretarentur. Verum cum in more positum habeant ut ita faciant ac scribant, nescio an forte obtemperaturi sint. Est præterea alia ratio, quod non ita possint alia lingua ac idiomate mentem suam exacte exprimere, sicut in sua atque nativa : uti et jam nos in nostra. Prorsus vero rem et ipsi curabant, qui experimento, quod inde est damnum injuriamque, didicerint.

Theodori Pharanitæ Monothelitarum antesignani excussus liber : gnomicæ in Christo operationis auctor. — Legi Theodori Pharanitæ episcopi libellum de Substantia (seu essentia) et natura, deque hypostasi et persona, ac reliquis capitulis : nec forte velut introductionis specie omni carent utilitate. Cæterum in iis quæ de persona ac hypostasi docet, non magis horum regulis, quam sibi ipse propemodum astipulari videtur, qui hypostaticam, seu personalem, dicat operationem : quem etiam adversarii suæ opinionis doctorem ac patronum proferunt ; omnem fere ex ejus verbis formantes atque dictantes, quam ecthesim ediderunt ac fidei formulam. In hunc namque modum sermonem obumbravit ac

A γεγράφατε [73], κεφαλαίοις, οἱ τῆς βασιλίδος τῶν πόλεων ἐπελάβοντο · δυσὶ δὲ μόνοις, ὧν, τὸ μὲν ὑπάρχει περὶ Θεολογίας, ὅτι τε φησὶν εἶπεν [74], « Ἐκπορεύεσθαι καὶ τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον · » τὸ δὲ ἄλλο, περὶ τῆς θείας σαρκώσεως · ὅτι περ γέγραφε « Δίχα [75] τὸν Κύριον εἶναι τῆς προπατορικῆς ἁμαρτίας ὡς ἄνθρωπον. » Καὶ τὸ μὲν πρῶτον [76], συμφώνους παρήγαγον χρήσεις τῶν Ῥωμαίων Πατέρων · ἔτι γε μὴν καὶ Κυρίλλου Ἀλεξανδρείας, ἐκ τῆς πονηθείσης αὐτῷ εἰς τὸν εὐαγγελιστὴν ἅγιον Ἰωάννην ἱερᾶς πραγματείας · ἐξ ὧν, οὐκ αἰτίαν τὸν Υἱὸν ποιοῦντας τοῦ Πνεύματος, σφᾶς αὐτοὺς ἀπέδειξαν · μίαν γὰρ ἴσασιν Υἱοῦ καὶ Πνεύματος τὸν Πατέρα αἰτίαν · τοῦ μὲν κατὰ τὴν γέννησιν · τοῦ δὲ, κατὰ τὴν ἐκπόρευσιν · ἀλλ' ἵνα τὸ B δι' αὐτοῦ [77] προΐέναι δηλώσωσι · καὶ ταύτῃ τὸ συναφὲς τῆς οὐσίας καὶ ἀπαράλλακτον παραστήσωσι.

Τῷ δὲ δευτέρῳ, μηδεμιᾶς χρῄζουσι τὸ παράπαν ἀπολογίας. Ποία γὰρ ἐν τούτῳ ἀμφισβήτησις · εἰ καὶ τοῖς προφασιζομένοις νομίζεται δι' ὰ τὸ δύστροπον. Ὅμως δ' οὖν ἐξεδυσώπησαν, εἰπόντες · « Μήτε τὴν κατὰ νοῦν ἔχειν ἁμαρτίαν, καθ' ἣν πρωτοπαθήσας φαίνεταί πως ὁ Ἀδάμ, μήτε τὴν ἐξ αὐτῆς προϊοῦσαν διὰ σώματος πρᾶξιν τοῦ κακοῦ καὶ ἐνέργειαν. »

[73] Οὗτοι μὲν οὖν ταῦτα, περὶ ὧν οὐκ εὐλόγως ἀνεκλήθησαν · ἐκεῖνοι δὲ περὶ ὧν καὶ μάλα δικαίως, οὐδεμίαν μέχρι καὶ νῦν πεποίηνται τὴν ἀπολογίαν, ὅτι μηδὲ τὴν παρεισαχθέντων τῶν ὑπ' αὐτῶν ἐκβολήν. Μεθερμηνεύειν δὲ τὰ οἰκεῖα, τοῦ τὰς ὑποκλοπὰς C χάριν διαφυγεῖν. τῶν ὑποπιπτόντων κατὰ τὴν ὑμετέραν κέλευσιν, παρεκάλεσα τοὺς Ῥωμαίους · πλὴν ἔθους κεχρακτικότος οὕτω ποιεῖν καὶ στέλλειν, οὐκ οἶδα τυχὸν εἰ πιστεῖεν. Ἄλλως τε καὶ τὸ μὴ οὕτως δύνασθαι διακριβοῦν ἐν ἄλλῃ λέξει σὲ καὶ φωνῇ τὸν ἑαυτῶν νοῦν ὥσπερ ἐν τῇ ἰδίᾳ καὶ θρεψαμένῃ, καθάπερ οὖν καὶ ἡμεῖς ἐν τῇ καθ' ἡμᾶς τὸν ἡμέτερον. Γενήσεται δὲ πάντως αὐτοῖς, πείρᾳ τὴν ἐπήρειαν μαθοῦσι, καὶ ἡ περὶ τούτου φροντίς.

Τῷ δὲ περὶ οὐσίας καὶ φύσεως, ὑποστάσεώς τε δὴ καὶ προσώπου, καὶ τῶν καθεξῆς κεφαλαίων, ἐνέτυχον σχέδει Θεοδώρου τοῦ τῆς Φαράν · καὶ ὡς ἐν εἰσαγωγῇς τρόπῳ τυχὸν οὐκ ἀσυντελοῦσιν · ἐν δὲ τῷ D περὶ προσώπου καὶ τῆς ὑποστάσεως λόγῳ, οὐ τοῖς περὶ τούτων κανόσι μᾶλλον, ἢ ἑαυτῷ φαίνεται στοιχήσας πως, ὑποστατικὴν λέγοντι τὴν ἐνέργειαν · ὃν καὶ τῆς οἰκείας δόξης καθηγητὴν καὶ συνήγορον, οἱ τῆς ἐναντίας προβάλλονται · τὴν πᾶσαν ἐξ αὐτοῦ καὶ τῶν αὐτοῦ ῥημάτων σχέδον τυπώσαντές τε καὶ ὑπαγορεύσαντες Ἔκθεσιν. Καὶ γὰρ κατὰ ταῦτα [78] λόγον συνεσκίασέ πως καὶ ἠμαύρωσε, τῷ προσώπῳ δεδωκὼς ὡς προσώπῳ τὴν χαρακτηρίζουσαν τὴν φύσιν ἐνέργειαν · οὐχὶ τὸν πῶς καὶ ὁποῖον τῆς κατ'

[71] Addit. Anast. *et actuali*. [72] Solus Pater causa et auctor, προκαταρκτικῶς αἴτιον, ut Basil. prima origine fons ipse totius Trinitatis. [73] Flor. sess 23 Georg. Metoch. l. IV, Bece. etc. Vat. 2 γράφετε · [74] R. V. 2 ὅτι φασὶν. καὶ ἐκ τῶν. [75] R. alter, μὴ δίχα. [76] R. V. 1 τῷ πρώτῳ. Flor. καὶ δὲ αὐτοῦ. [77] Mutili hic Romani codices. [78] Fr. V. 1, κατὰ ταύτην.

Digitized by Google

αὐτὴν ἐκδάσεως τρόπον· καθ' ἣν ἡ διαφορότης τῶν τε πραττόντων καὶ τῶν πραττομένων γνωρίζεται, κατὰ φύσιν, ἢ παρὰ φύσιν ἐχόντων. Ὡς γάρ τι ὢν προηγουμένως, ἀλλ' οὐχ ὥς τις ἕκαστος ἡμῶν ἐνεργεῖ· τοιοῦτόν ἐστιν, ὡς ἄνθρωπος· ὡς δέ τις, οἷον Παῦλος ἢ Πέτρος, τὸν τῆς ἐνεργείας σχηματίζει τρόπον, ἐνδύσει τυχὸν ἢ ἐπιδύσει, οὕτως ἢ ἐκείνως ὑπ' αὐτοῦ κατὰ γνώμην τυπούμενος. Ὅθεν ἐν μὲν τῷ τρόπῳ τὸ παρηλλαγμένον τῶν προσώπων κατὰ τὴν πρᾶξιν γνωρίζεται· ἐν δὲ τῷ λόγῳ, τὸ τῆς φυσικῆς ἀπαράλλακτον ἐνεργείας. Οὐ γὰρ ὁ μὲν μᾶλλον, ὁ δὲ ἧττόν ἐστιν ἐνεργὴς ἢ λογικός· ἀλλ' ἐπίσης ἅπαντες τόντε λόγον ἔχομεν καὶ τὴν τούτου κατὰ φύσιν[81] ἐνέργειαν. Μᾶλλον δὲ καὶ ἧττον· καὶ οὕτως ἢ ἐκείνως δίκαιος ἢ ἄδικος, τῷ τὸν μὲν τοῖς κατὰ φύσιν ἕψεσθαι[82] πλέον· τὸν δὲ τούτων ἀφέψεσθαι. Τηρητέον δὲ δι' ἀκριβείας τοὺς περί τι παρεγκλίνοντας[83]. Ἐπειδὴ βιάζονταί πως καὶ ἕλκουσι τοὺς τῶν πραγμάτων ὅρους, καὶ τοὺς κανόνας πρὸς ᾧ δοκοῦν, ὥσπερ ἐξ ἐπιτάγματος μεταφέροντες, ἵνα τὰ οἰκεῖα δόξῃεν ἐκ παρατροπῆς ὑποστήσωσι.

obscuravit, assignans personæ, ut persona est, operationem quæ naturam insignit, ejusque nota propria est; non modum, quo sic ac tali ratione eveniat: unde differentia tum agentium, tum eorum quæ aguntur innotescat, quæ se ex naturæ rationibus, aut contra habeant. Quisque enim nostrum prima ratione ut quid operatur, non ut hic quisque hoc est, ut homo: ut autem quis, puta Paulus aut Petrus, operationis modum figurat, ut ex arbitrio rationis, remissione forsitan aut intensione, hoc illove modo a se formet ac exhibeat. Quapropter, in modo quidem personarum 72 diversitas agendi partibus dignoscitur: in ratione vero, exacta per omnia naturalis operationis similitudo. Non enim alius magis, alius minus, operandi vi ac rationis est præditus; sed omnes æqualiter tum ratione præditi sumus, tum ejus naturali operatione. Magis autem et minus, hoc illove modo justus aut injustus, hinc est, quod alter naturæ rationibus magis obsequatur; alter ab eis abhorreat ac sequi renuat. Diligenti autem cura observandi sunt, qui in aliquo exorbitaverint. Vim enim propemodum faciunt, trahuntque rerum definitiones atque regulas, ad quod illis visum sit, velut ex condicto immutantes, ut pervertendo, quæ sua sunt statuant.

Τὰς σταλείσας τετράδας[84], καίτοι μὴ κατὰ σχολὴν μετιών, λέγω δὴ τὰς περὶ ψυχῆς καὶ τῶν λοιπῶν κεφαλαίων, τὸ δοκοῦν περὶ αὐτῶν γνωρίζω. Τὸ γὰρ τάχος τοῦ ἐξορμῶντος, οὐ συνεχώρει ταύτας διελθεῖν· ὅτι καὶ μετὰ πλείους ἡμέρας τοῦ καταλαβεῖν ἐν τῷ Βυζακίῳ, πρὸς τὴν ἐμὴν γέγονεν οὐδενίαν[85] ἐν Καρθαγένῃ. Λοιπὸν δὲ καὶ εἰργομένῳ μοι κἀκ τῆς προσούσης μοι τῶν ὀμμάτων ὡς εἰπεῖν ἀδρανείας· ἐπεὶ καὶ τὴν περὶ τούτων κέλευσιν ὑμῶν, ὡς τάχος ἠβουλόμην πληρῶσαι, πέπομφα. Ἡ κριθεῖσα τῆς μεταγραφῆς χάριν τοῦ τείχους οἰκονομία, τοῖς ἁγιωτάτοις ὑμῖν, τοῦ τὴν ἑρμηνείαν ἔχοντος τοῦ εὐαγγελιστοῦ Ἰωάννου, κἀμοὶ τῷ ὑμετέρῳ λίαν πέφανται προσηνής, ὡς ἂν μὴ καταδρομῆς αἰτία γένηται κατὰ τοῦ ἐκθεμένου, τοῖς πάντα κατὰ τὸ δοκοῦν μεταλλεύειν[86] οὐ καλῶς πειρωμένοις.

Missis quaternis, quanquam non ex otio satis decursis (quæstionibus scilicet de anima ac reliquis capitulis), quid de illis sentiam, indicabo. Nuntii enim profecturi celeritas, hos pellegendi mihi facultatem non faciebat: post multos enim dies quam Byzacium venerat, ad meam prope nihil tennitatem, Carthaginem venit. Jam vero quod et ipsa, qua laboro, ut ita dicam, oculorum imbecillitas obstaret; quia vestram quam cito de his jussionem implere in animo habebam, misi. Quod vobis sanctissimis, transcribendi causa voluminis, expositionis Joannis evangelistæ, solerti consilio constitutum est, mihi quoque vestro servo valde liberale visum est; arrisitque, ut nulla sit insultandi ratio ac ingruendi adversus expositionis auctorem, his, qui ex libito cuncta non bene scrutari ac indagare conantur.

—

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ,

[87] *Ἐκ τῆς ἐπιστολῆς τῆς ἐν Ῥώμῃ γραφείσης.*

Ταῦτα γὰρ τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης, καὶ οἱ τὸν Κύριον εἰλικρινῶς καὶ ὀρθοδόξως πανταχοῦ γῆς ὁμολογοῦντες, ὥσπερ εἰς ἥλιον φωτὸς ἀΐδιον εἰς τὴν Ῥωμαίων ἁγιωτάτην Ἐκκλησίαν καὶ τὴν αὐτῆς ὁμολογίαν καὶ πίστιν, ἰθυτενῶς[88] ἀποβλέπουσιν, ἐξ αὐτῆς τὴν ἀπαστράπτουσαν αἴγλην προσδεχόμενοι, τῶν πατρικῶν[89] καὶ ἁγίων δογμάτων, καθὼς αἱ θεόληπτοι καὶ θεσπέσιοι εἰλικρινῶς καὶ πανευσεβῶς ἐξέθεντο ἅγιαι ἓξ σύνοδοι[90], ἐκφαντορικώτατα φάσκοντες τὸ σύμβολον τῆς πίστεως. Ἀπαρχῆς γὰρ τῆς πρὸς ἡμᾶς καταβάσεως τοῦ σαρκωθέντος Θεοῦ

EJUSDEM.

Ex epistola Romæ scripta.

Omnes enim orbis terrarum fines, et qui ubique gentium Dominum vere rectaque fide confitentur, velut in solem sempiternæ lucis in sanctissimam Romanam Ecclesiam, ejusque confessionem ac fidem recta intortis oculis respiciunt, ex ipsa effulgurans exspectantes jubar, Patrum doctrinæ sanctorumque, pront sincere omnique pietate, Numine afflatæ atque divinæ sanctæ sex synodi exposuere, explicatissime fidei symbolum edentes. Ab initio enim quando ad nos Dei Verbum assumpta carne descendit, unicam firmam basim e fundamentum,

[81] R. V. 1, 2, τούτου φύσιν. [82] R. V. 1, ἕπεσθαι et ἀφέπεσθαι. [83] R. V. 1, παρεκβληθέντας· ego παρεγκλιθέντα,. [84] V. 1, 2, τὰ γραφὰς καὶ τετρ. [85] R. V. 1, 2, οὐδένειαν. [86] R. V. 1, μεταλέγειν, 2, μετακείσθαι. [87] V. 2, καὶ μεθ' ἕτερα, quasi ex eadem epistola: melius Regius, ut ex alia. Vatic. 1 non habet, nec aliter R. aut Fr. [88] V. 2, ἐκτενῶς. [89] Vatic. 2, πατρικανῶν. [90] Pro VI synodo, Lateran. sub Martino I, ipsam orbi notissimam, videtur indicare, a qua ipsa hæc Maximus Romæ scripserit.

Digitized by Google

omnes 73 ubique Christianorum Ecclesiæ, quæ ibi est, maximam nacti sunt, habentque Ecclesiam; ut in quam, juxta ipsam Salvatoris promissionem [a], portæ inferi haudquaquam prævaluerint, sed quæ rectæ fidei in ipsum ac confessionis claves habeat, nisque, qui cum pietate accedant, quæ vere natura est, solamque pietatem aperiat; claudat vero atque obstruat omne os hæreticorum, injustitiam loquens in excelso [b]. Etenim quæ ipse universorum conditor ac Dominator, Dominus noster Jesus Christus, ejusque discipuli et apostoli, ac deinceps sancti Patres et Magistri atque martyres, suis tum operibus tum sermonibus, certaminibusque et sudoribus ac laboribus ac cruoribus, postremoque stupendis interfectionibus atque necibus immolati ob nostram in eum credentium catholicam et apostolicam Ecclesiam, fundaverunt; duabus vocibus sine labore atque opera (o longam Dei patientiam tolerantiamque!) convellere nituntur, ac magnum omnique luce splendidum ac laude celebrandum, Christianorum rectæ fidei religionis abolere mysterium.

A Λόγου, μόνην κρηπῖδα καὶ θεμέλιον αἱ πᾶσαι πανταχοῦ τῶν Χριστιανῶν Ἐκκλησίαι, τὴν αὐτόθι μεγίστην ἐκτήσαντό τε καὶ ἔχουσιν· ὡς οὐδαμῶς μὲν κατισχυομένην κατὰ τὴν αὐτὴν τοῦ Σωτῆρος ἐπαγγελίαν, ὑπὸ ᾅδου πυλῶν· ἀλλ' ἔχουσαν τὰς κλεῖς τῆς εἰς αὐτὸν ὀρθοδόξου πίστεως καὶ ὁμολογίας· καὶ τοῖς εὐσεβῶς προσερχομένοις ἀνοίγουσαν τὴν ὄντως φύσει καὶ μόνην εὐσέβειαν· ἀποκλείουσαν δὲ καὶ ἐμφράττουσαν πᾶν αἱρετικὸν στόμα, λαλοῦν ἀδικίαν εἰς τὸ ὕψος. Καὶ γὰρ ἅπερ αὐτὸς ὁ τῶν ὅλων δημιουργὸς καὶ Δεσπότης Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, οἵ τε τούτου μαθηταὶ καὶ ἀπόστολοι, καὶ οἱ καθεξῆς ἅγιοι Πατέρες τε καὶ διδάσκαλοι καὶ μάρτυρες, ἱερουργηθέντες οἰκείοις ἔργοις τε καὶ λόγοις, ἀγῶσί τε καὶ ἱδρῶσι, καὶ πόνοις καὶ αἵμασι, καὶ τελευταίοις ἐξαισίοις θανάτοις διὰ τὴν ἡμῶν τῶν εἰς αὐτὸν πιστευόντων καθολικὴν καὶ ἀποστολικὴν Ἐκκλησίαν ἐθεμελίωσαν καὶ ᾠκοδόμησαν, διὰ δύο ῥημάτων ἀπονητὶ καὶ δίχα θανάτου [καμάτου], ὢ τῆς τοῦ Θεοῦ μακροθυμίας καὶ ἀνοχῆς! καταλῦσαι σπουδάζουσι, καὶ ἀχυρῶσαι τὸ μέγα καὶ πάμφωτον καὶ πανύμνητον τῆς Χριστιανῶν ὀρθοδόξου θρησκείας μυστήριον.

B

[a] Matth. xvi, 18, 19. [b] Psal. lxxii, 8.

MONITUM.

Maximi locum ex epistola ad Marinum, de processione Spiritus ex Patre et Filio in Martini primi synodicis, quo offensi sint Constantinopolitani, ipseque Maximus exposuerit, ut non duas causas, sed unam, Patrem, Latini sentiant; nonnulli, etiam Catholici, an sit Maximi addubitant; vereorque ne Leo Allatius liberalior sit, in Vindiciis synodi Ephesinæ Cyrilli ea de re, cap. 72, cum ait *plerosque addubitare*. Anastasius in Collectaneis ut certæ fidei retulit, ac momentum habere in rem fidei et Ecclesiæ existimavit. In concilio Lugdunensi Gregorio X pontifice, nescio qui dubitarint: non Beccus, non Georgius Metochita, etc. In Florentino ea Maximi distinctione et sententia, Ecclesiarum pax conciliata: non Blemidas aliique Catholici vix schismaticis, Palamas, Marcus Ephesius, etc. Libri antiquissimi servarunt, in quibus codex ille Romanus antiquior vii synodo, ex quo exscriptus Reg. Michaele Duca Angelo Comneno imper. Qui dubitent, parum versatos in Maximi lectione existimo, nec ullam arbitror exstare ejus epistolam aut tomum dogmaticum, in quo ejus styli character clarius eluceat, quibus præsertim præfatur, ut in aliis ad eumdem Marinum dogmaticis, aliosque viros sacros, diversi argumenti epistolis. Nec sic a vero et catholico sensu abhorret Maximi expressio, ut tam facile ejus relinquendum vadimonium viro catholico sit. Una causa Pater absolute, seu auctor: nec Filius auctor, nisi quia a Patre, et ejus quasi virtus, quo cum una causa, et principium de principio: quod Græci libentius particula *per* exprimunt, ut ordinem significent, et Patri τὸ προκαταρκτικόν, ratione primæ causæ et originalis (a se scilicet) servent. Operæ pretium igitur fecit Maximus, qui et vivus, et vita functus, dissentaneas in specie Doctorum voces Virorumque Ecclesiasticorum eodem sensu, velut olim Athanasius in eadem prope materia (ac περὶ Θεολογίας) commiserit.

Locum Maximi eo ipso sensu egregie exponit Joan. Veccus, orat. 2, t. II *Græciæ orth.* p. 63 et 64, ubi omissa fusiori explicatione, quam Damasceno malit impendere, cujus causa difficilior, et quo adversarii magis glorientur, sic paucis de Maximo: Ὑμῖν δὲ οὐκ ἀγαπητὸν τῷ μεγάλῳ Μαξίμῳ καταχολοῦσθαι ὑπερηγορῶντι Ῥωμαίων, ἐφ' οἷς καὶ τότε ἐκ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα ἔλεγον ἐκπορεύεσθαι καὶ οὐδὲν διαφέρειν, τὸ ἐκ Πατρὸς δι' Υἱοῦ πρὸς τὸ, ἐξ ἀμφοῖν ἐκδιδάσκοντι δι' ὧν ἡ ἐπιστολή τὸ, ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι, εἰς τὸ, δι' Υἱοῦ προϊέναι σαφῶς ἐκλαμβάνεται; Ubi Leo All. *An non volupe vobis fuerit, magnum Maximum sequi, patrocinium Romanorum suscipientem, qui tum ex Patre et Filio Spiritum procedere affirmabant: nihilque differre ex Patre per Filium, et ex utroque, edocentem: quibus in illa epistola*, Ex Filio procedere, *in illud*, Per Filium procedere, *assumitur*. Omissa Allatio particula καὶ, ipsa non inutilis, qua significatur esse hoc argumento antiquæ traditioni, cum nulla Ecclesiarum scissione sic Romana Ecclesia doceret, nec Græcam lateret. Vexatque egregie hoc argumentum Georgius Metochita in suis de processione Spiritus sancti quinque libris, a me ipsi Leoni Allatio transmissis, ut in tertium suæ *Græciæ orthodoxæ* volumen conferret; sicque transmissi tum mihi periere, tum rei ecclesiasticæ. Extrema verba 74 sic redderem: *Ea ratione quod epistola*, ex Filio procedere, *palam exponat, ut sit idem ac* per Filium prodire. Fuse vero idem ad Constantinum, l. iv, p. 203 et seq., ubi optime quasi utrique parti de processione Spiritus sancti studentem sanctum Maximum, mollicndo illa verba junxisse, ut ad assensum traheret, rixamque sedaret: Ἐξ ὧν οὐκ αἰτίαν τοῦ Πνεύματος τὸν Υἱὸν ποιοῦντας σφᾶς ἑαυτοὺς ἀπέδειξαν· *Ostenderunt se non causam Spiritus Filium facere*: qualem illi sibi videbantur ex ipsorum verbis et modo profitendi, habere: primam scilicet, et qualis est Pater: quod ipsum illis ex contentione provenerat, et quod Latini Monothelitarum hæresis causa ipsos perstringerent; ut optime idem Veccus, p. 47, dicens se deprehendisse ex Maximi epistola; ac facile quisque advertat: nec aliter in Photio et Cerulario, sic privata odia vertentibus in causam fidei.

In excerpto, ex epistola quam Regius Cod. laudatus Romæ scriptam dicit, Romanus alter, qui solus habet, cum epistola ad Marinum conjungit, quasi sit illius pars. καὶ μεθ' ἕτερα· quomodo non Romæ,

Digitized by Google

sed Byzacii in Africa scripta esset. Ac num imperitus librarius Byzantium sibi pro *Byzacio* divinavit, ut eamdem epistolam, eodem loco scriptam sibi finxerit? Anastasius, quod non defloravit, nec habuit : nunquam omissurus sic illustre Romanæ fidei et Ecclesiæ, Petri privilegio, testimonium ac elogium. Nihil autem abhorret a Maximi aliis, quibus per occasionem Romanos laudat, eorumque in fide firmitatem : nusquam non fidei primatum et arcem Ecclesiasticæ communionis, in Romano Antistite ponens, a quo et absolutio ab hæresi impetranda sit, ac cujus arbitratu transigenda fidei negotia.

Movere possit, quod sex synodos numerat, cum sexta synodus Maximo jam consummato celebrata sit. Existimo sextam voluisse ipsam Romanam et Lateranensem Martino I pontifice, quæ pro sui celebritate sic quinque generalibus Maximo commumerari potuit : qua vere Catholicis supremo judicio confossa hydra videretur, cui interfuisset aut communicasset, quidquid esset orthodoxum, reliquis per Orientem sedibus, excepta Hierosolymitana, Monothelitarum hæresi infectis : in qua perinde Sophronio auctore ea damnata fuerat, uti etiam a Joan. IV Romæ : sed non ea pompa et celebritate, qua a Martino e concilio Lateranensi, Maximo ipso illi incentore, cujus acta illustrissima exstarent, in quibus ventilata omnia, adductaque Scripturæ ac Patrum testimonia, quibus veritas catholica luculentissime statueretur, ac quidquid Monothelitarum furfuris esset, exsufflaretur, illorum etiam nominatim proscriptis capitibus : ut jam una Christianitatis tessera viderentur, in sancta una catholica, quo tantum sui desiderium per Orientem veris fidelibus consciverant, quantum Theodosius Gangrensis presbyter testatur in Hypomnestico. Nec ultra trahenda Maximi epistola ad Petrum illustrem, quam nobis servavit Anastasius in Collectaneis excerptam, unaque nobis Græce desideratur : cum alia dogmatica nobis exstent ad eumdem, in epistolis, quas sequentibus repræsento.

DIFFLORATIO 74 EX EPISTOLA EJUSDEM SANCTI MAXIMI,

SCRIPTA AD PETRUM ILLUSTREM;

Ubi Pyrrhi et sancti Sophronii Hierosolymitani episcopi, atque papæ Honorii mentionem facit : ita post aliqua prosecutus :

Vestris laudabilibus syllabis dignatus es significare indigno servo tuo propter abbatem Pyrrhum. *Et post pauca.* Et futurum profecto est, ut hac forte pro causa ad redargutionem illius, et omnium qui secundum illum impiam novitatem sectantur indifferenter, ad divinitus conservanda tua, et famosissima vestigia properarem, quatenus scirent omnes, qui secundum vos pietatis sunt amatores, illorum cum omni prorsus inscitia, impietatis quoque superfluam abundantiam. Sed timui ne putarer extra sacra quidquam agere jura, præter voluntatem hoc faciens sanctissimæ sedis apostolicorum virorum, qui universam plenitudinem catholicæ Ecclesiæ bene ducunt, et ordinate secundum divinam legem dedicant. Quoniam hac divina videlicet lege consistunt cœlestia et terrestria, et oportet ab ea nequaquam exorbitare; sed quæ sunt divina, secundum Deum agere illos, qui sancte secundum vos vivere proposuerint; quatenus et Deum gestorum habeant curatorem et sine successu receptionem. Quoniam, famosissime domine, pejor his est, quod et antea intimavi, etiam ab antiquis hæreticis, nova fides et expositio (Ἔκθεσις). Hanc enim multis, quibus perduravit annis in episcopatu ad manifestationem reprobatæ mentis suæ (nam Deus et ad nequitiæ propalationem sæpe novit longanimiter sustinere : non ut hanc ampliorem per inducias relatat, sed ut hanc ampliorem factam justius puniat) decessor quidem ejus impie in utero aluit, iste vero magis 75 impie genuit, et rursus posteriores horum in contemptum excolunt divinitatis.

Et paulo post. Et quod adhuc deterior illis est nos, et veluti speciale omnium universorum hæreticorum indicium, quia et suæ ipsius impietatis obnoxios, scribunt innoxios. Sophronium quippe, qui prudenter divina perdocuit et prædicavit Ecclesiæ catholicæ dogmata, se in errorem movisse hac illacque susurrant. *Et post pauxillum :* Divinus enim Sophronius, ut ipsi testamini, laudatissimi, in Afrorum regione mecum et cum omnibus peregrinis monachis moras agebat, cum ipsi perversitates illas fabricarent adversus omnes. *Et post pusilla :* Et erat quidem domus omnium per divinam concordiam et unanimitatem in unum Dei favente gratia in universitate, quæ sub sole consistit, pacifica et tranquilla fide munitis Ecclesiis. Hi vero, qui horum invidebant consonantiæ, ac in Christum Deum confessioni, veluti quamdam caliginosam nubem, et stridentem vel gravem fluctum maris ac barbarorum, nemine hos movente, quam solo dæmone turbationis amico, qui genus humanum ad simultatem concitavit, repente contra veram Christianorum fidem excogitaverunt Ecthesim; deinde sententias pro ea, et compositiones incultas; dein actiones monumentorum; deinde synodos latrocinales et concursus episcoporum, non vero convenientium, sed violentia contractorum; non exhortatione properantium, sed ex fuga Barbarorum peregre proficiscentium; dein jussiones et minas huc atque illuc adversus pios transmissas. Nam cum, qui tunc imperabat, sophistice muneribus in servitutem redigentes.

Et post pauca. Ex proprio nomine viro Ecthesim producere persuaserunt. *Paulo post.* Fit autem horum inimicus pariter et defensor; an potius asserendum fautor et accusator, horum publicans argumentum : et innotescens quod ipse nequaquam ex se fuerit motus, sed ab illis coactus, impiissimam fecerit Ecthesim, in scriptis pro seipso hæc

Digitized by Google

dicens, et rationem reddens Joanni sanctæ memoriæ papæ senioris Romæ. *Et post paucillum.* Convincunt autem seipsos, quod isti valde manifeste fortissimi hanc fecerint, et nullatenus ille. Neque enim quodlibet super hoc habuit studium, utpote ad alia circumlatus.

Post brevia. De quibus omnibus miseri, nec sensus apostolicæ facti sunt sedis; et quod est risu, imo, ut magis proprie dicamus, lamento dignissimum, utpote illorum demonstrativum audaciæ, nec adversus ipsam apostolicam sedem mentiri temere pigritati sunt : sed quasi illius effecti consilii, et veluti quodam ab eo recepto decreto, in suis contextis pro impia Ecthesi actionibus, secum, magnum Honorium acceperunt, suæ præsumptionis ostentationem ad alios facientes, viri in causa pietatis maximam eminentiam. Quis itaque, o famosissime, et qualis Sophronius hæc et tam atrociter et per tantum temporis facere his falsiloquis persuasit? quæ hos non rogavit Ecclesia? quis pius et orthodoxus non supplicavit antistes, cessare illos a propria hæresi clamando et obtestando? siquidem ultima sua exspirabat sacer Arcadius et spiritum Deo tradebat : sed neque usque ad horam illam eos rogare cessavit.

Et post pauca. Quid autem et divinus Honorius; quid vero et post illum Severinus senex? quid denique et is, qui post hunc exstitit, sacer Joannes? Porro is qui nunc præsidet beatissimus papa, omisit quidquam supplicationi conveniens? Nonne Oriens totus et Occidens lacrymas, lamenta, obsecrationes, deprecationes ex æquo, tam Deo per orationes, quam his per epistolas offerebant? Sed Deus quidem horum profecto beatorum virorum fidem admisit, et pro ea vicissitudinem in sæcula conservavit. Illi autem Domini contemnentes inducias, ad conversionem hos benigne cohortantes, et horum egregiorum facta per tot tempora supplicatione torpentes, suæ nequaquam passi sunt cœlestem fidem præferre.

Post aliqua. Divinus ergo magnusque Sophronius tunc Alexandriam veniens, mox ex prima lectione (dederat enim etiam ipsi Cyrus ad retractandum illa novem impietatis capitula) lugubre quiddam et ingens vociferatus, fontes emittebat lacrymarum illum fervide obsecrans, supplicans, expostulans, in pavimento ipsius pedibus provolutus, quo nihil horum super ambonem contra catholicam Dei Ecclesiam prædicaret : quippe cum hæc liquido impii essent Apollinarii dogmata. *Et paulo post.* Taliter viri, o mihi præ omnibus reverendum caput, divina Deo perosis insultationibus, et invicem scenicis quodammodo illusionibus lacerabant, et sacratissimum Sophronium tam miserabiliter lamentatum, utpote contritionem more cujusdam secundi Jeremiæ catholicæ deflentem Ecclesiæ, tantumque divinorum lapsum **76** bene valde et compatientissime dogmatum deplorantem, nullatenus consolati sunt.

Et post nonnulla. Si enim Romana sedes non solum reprobum Pyrrhum, sed et male sentientem et male credentem non nescit, perspicuum profecto est, quia omnis, qui eos, qui Pyrrhum reprobaverunt, anathematizat, sedem Romanam, id est, catholicam Ecclesiam anathematizat. Omitto enim dicere, quia utique et seipsum, qui talis est, si duntaxat sedi Romanæ communicat, catholicæque Dei Ecclesiæ. Obsecro igitur, benedicte domine mi, præcipere omnibus, ne Pyrrhum sanctissimum vel Almificum nominent. Neque enim tale quid sacra regula eum vocari permittit. A cuncta enim cecidit sanctitate, qui nimirum ab Ecclesia catholica sponte prosiliit. Non enim fas est illum ex quacunque laude cognominari, qui jam olim damnatus est et abjectus ab apostolica sede Romanæ urbis[91], ob externæ sensum opinionis, donec ab ea recipiatur conversus ad ipsam; imo ad Dominum Deum nostrum per piam confessionem et orthodoxam fidem, qua sanctificationem recipiat, sanctumque vocabulum. Itaque si vult hæreticus non esse, neque audire, non isti aut illi satisfaciat; superfluum quippe hoc et irrationabile est : quia sicut uno contra eum scandalizato omnes scandalizati sunt; ita quoque uno satisfacto, omnes procul dubio satisfiunt. Festinet pro omnibus sedi Romanæ satisfacere. Hac enim satisfacta, communiter ubique omnes pium hunc et orthodoxum prædicabunt. Nam frustra solummodo loquitur, qui mihi similes suadendos putat, et non satisfacit et implorat sanctissimæ Romanorum Ecclesiæ beatissimum papam, id est, apostolicam sedem, quæ ab ipso incarnato Dei Verbo, sed et omnibus sanctis synodis, secundum sacros canones et terminos, universarum, quæ in toto terrarum orbe sunt, sanctarum Dei Ecclesiarum in omnibus et per omnia percepit et habet imperium, auctoritatem et potestatem ligandi et solvendi. Cum hac enim ligat et solvit etiam in cœlo Verbum, quod cœlestibus virtutibus principatur. Si enim alios quidem satisfaciendos ducit, et beatissimum Romanum papam nequaquam implorat, simile quiddam agit ei, qui forte homicidii, vel alterius cujusdam criminis redarguitur, et insontem se, non ei, qui secundum leges judicandi jura sortitus est, exhibere festinat : sed tantum inutiliter et sine lucro aliis et privatis hominibus munditiam monstrare sui satagit actus, qui nullam habeant se solvendi a crimine potestatem.

Quapropter, benedicte mi domine, adhuc magis extende præceptionem, quæ bene vobis et secundum placitum Dei visa fuisse dignoscitur, quo nemini licentiam habeat iste quidquam loqui et obloqui dogmatis causa. Sed liquido discite voluntatem hujus abundantius investigantes, si velit annuere

[91] Hæc forte post Theodori papæ excommunicationem : vel cum sede ejectus et Urbe in Africa ageret.

Digitized by Google

penitus veritati : et si hoc agere studuerit, et ad id secundum rationem accelerat, hortamini eum suggestionem convenienter facere ad beatissimum papam Romanum : quatenus sic per illius divinam A præceptionem, regulariter, quæ circa ipsum sunt, et decentissime moderetur ad gloriam Dei, et vestræ laudem sublimitatis.

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΜΑΞΙΜΟΥ

Περὶ τῶν δύο τοῦ Χριστοῦ φύσεων (d).

α'. Ὁ Ἄρειός τὰς τρεῖς ὑποστάσεις ὁμολογεῖ· ἀλλὰ τὴν Μονάδα ἀρνεῖται· καὶ οὐ λέγει ὁμοούσιον τὴν ἁγίαν Τριάδα. Ὁ δὲ Σαβέλλιος, τὴν Μονάδα ὁμολογεῖ· ἀλλὰ τὴν Τριάδα ἀρνεῖται· τὸν γὰρ αὐτὸν λέγει Πατέρα καὶ Υἱὸν καὶ ἅγιον Πνεῦμα· ἡ δὲ Ἐκκλησία τοῦ Θεοῦ, καὶ τὴν Μονάδα [92] ὁμολογεῖ, καὶ τὴν Τριάδα κηρύττει. Ὁ Μακεδόνιος ὅμοια τῷ Ἀρείῳ πρεσβεύει· τὸ γὰρ ἅγιον Πνεῦμα, κτίσμα ὑποτίθησιν· ἡ δὲ Ἐκκλησία, ὁμοούσιον τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀνακηρύττει, καὶ Θεὸν πῶς διαβεβαιοῖ (e). Ὁμοίως καὶ ἐπὶ τοῦ ἑνὸς τῆς ἁγίας Τριάδος, Νεστόριος τὴν φυσικὴν διαφορὰν λέγει· ἀλλὰ τὴν ἕνωσιν οὐχ ὁμολογεῖ, οὐ γὰρ λέγει ταύτην καθ' ὑπόστασιν γεγονέναι. Ὁ δὲ Εὐτυχὴς, τὴν μὲν ἕνωσιν ὁμολογεῖ· τὴν δὲ κατ' οὐσίαν διαφορὰν ἀρνεῖται, καὶ σύγχυσιν τῶν φύσεων εἰσάγει. Ἡ δὲ Ἐκκλησία, καὶ τὴν καθ' ὑπόστασιν ἕνωσιν διὰ τὸ ἀδιαίρετον, καὶ τὴν κατ' οὐσίαν διαφορὰν διὰ τὸ ἀσύγχυτον πρεσβεύει.

β'. Πῶς ἡ ἄκρα ἕνωσις καὶ ταυτότητα ἔχει, καὶ ἑτερότητα; Ἡ ταυτότητα οὐσιῶν καὶ ἑτερότητα προσώπων, καὶ τὸ ἔμπαλιν. Οἷον ἐπὶ τῆς ἁγίας Τριάδος, ταυτότης μέν ἐστιν οὐσίας· ἑτερότης δὲ προσώπων· μίαν γὰρ οὐσίαν ὁμολογοῦμεν· τρεῖς δὲ ὑποστάσεις. Ἐπὶ δὲ τοῦ ἀνθρώπου, ταυτότης μέν ἐστι προσώπου· ἑτερότης δὲ οὐσιῶν· ἑνὸς γὰρ ὄντος ἀνθρώπου, ἄλλης οὐσίας ἐστὶν ἡ ψυχὴ, καὶ ἄλλης ἡ σάρξ [93]. Ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ Δεσπότου Χριστοῦ· ταυτότης μέν ἐστι, προσώπου· ἑτερότης δὲ, οὐσιῶν· ἑνὸς γὰρ ὄντος προσώπου, ἤτοι ὑποστάσεως, ἑτέρας οὐ- C

SANCTI MAXIMI

De duabus Christi naturis.

1. Arius tres hypostases, seu personas, confitetur; verum Unitatem negat : nec sanctam Trinitatem consubstantialem dicit. Sabellius vero, Unitatem confitetur, sed negat Trinitatem. Eumdem enim dicit Patrem, Filium et Spiritum sanctum. Dei autem Ecclesia, cum Unitatem confitetur, tum prædicat Trinitatem. Macedonius similia docet Ario : natu Spiritum sanctum creaturam esse tradit. Ecclesia vero Spiritum sanctum ejusdem ac Pater et Filius substantiæ celebrat, ac Deum esse affirmat. Similiter 77 etiam Nestorius in uno sanctæ Trinitatis distinctionem dicit, sed unionem non confitetur. Non enim factam unionem dicit secundum hypostasim. Eutyches vero confitetur quidem unionem, verum naturarum confusionem inducit. At Ecclesia, tum unionem secundum hypostasim, propter indivisionem ; tum distinctionem secundum substantiam profitetur, ne fiat confusio. B

2. Quomodo summa unio et identitatem habet, et distinctionem ? Nempe aut substantiarum identitatem, aut personarum distinctionem; et ut sic dicam, alietatem; vel e contra: Velut in sancta Trinitate, eadem substantia est; personarum vero distinctio. Unam enim substantiam confitemur; tres vero hypostases ac personas. In homine autem una est hypostasis seu persona, sed diversæ substantiæ. Cum enim homo unus sit, alia animæ substantia est, alia carnis, sive corporis. Similiter autem ratione etiam in Christo Domino, eadem

[92] Fr. καὶ Μονάδα καὶ Τριάδα. [93] Fr. τὸ σῶμα, ut et Turr.

NOTÆ.

(*d*) Ex Regio cod. collato cum nostro Tiliano S. Hilarii et Dufresnii editisque Latine a Turriano. Eadem fere Leontius. Opusculum hoc ipsum breve, quod tam multis codd. exstat, argumento est, pluris Ecclesiæ catholicæ alumnis olim habitum, eisque velut tesseræ loco fuisse adversus hæreticos, qui vel de Deitate male sensissent, vel de dispensatione seu incarnatione; ne omissa quidem Macedonii hæresi, in nostro sancti Hilarii cod., sive ipse sanctus Maximus illam inseruit, sive alius quispiam studiosus adjecit, ut esset plenior doctrina; quod vero similius putem, vel inde quod in aliis ubique codd. desideratur. Placuit vero etiam repræsentare. Titulus apud Turr. paulo auctior; addit enim, *Et quod Arius et Nestorius in theologia et incarnatione, contra atque Sabellius et Eutyches sentiunt :* quod ipsum indicat, unum hoc Maximum spectasse, ut contrarias has hæreses in Trinitate et Incarnatione contenderet, eisque fidem catholicam, ipsam illarum mediam, opponeret. D

(*e*) *Καὶ Θεὸν πῶς διαβεβαιοῖ.* Sic noster ille cod. non enclitice. Qui velit τὸ, πῶς, ἐμφατικῶς dici, ac velut quadam admiratione, nihil ipse inficias ierim. Sic certe quod altero statim numero requitur, Πῶς ἡ ἄκρα ἕνωσις, admiratione reddo; quidquid Turrianus interrogatione.: *Quomodo summa unio et idem habet et diversum ?* Non id quærit Maximus, sed admiratur, in divinis æque ac in creatis : nisi quod in divinis, non satis aptum, τὸ, *diversum et diversitas*, quod sic proclive Turr. usurpat : pro eo quod est *distinctum et distinctio*, sed aliud, vel alterum, vel differens ac differentia; quod nimirum diversus divisionem videatur inducere; sicque reddit Ambros. Calep. *diversus, separatus*, κεχωρισμένος· quo facit illud Cæsaris *De bello Afr. : Cum Numidas diversos dissipatosque in omnes partes fugere vidissent;* itemque Plauti in Rud. : *Inde suam quisque ibant diversi domum.* Ἑτερότητα dicant, si liceret, castigatiores theologi, *alietatem ;* uti etiam alia eis persona atque alia in divinis dicitur: quanquam ἕτερος respectu duorum proprie, ἄλλος etiam plurium. Ad illa verba Hilariani nostri cod. ἡ ταυτότητα οὐσιῶν, addo quæ necessaria sunt, ut sit plenus sensus, καὶ ἑτερότητα προσώπων, καὶ τὸ ἔμπαλιν. Aliter enim se res in Deo habet, aliter in Christo ac nobis, modoque opposito; quod utrumque propositum exponere Maximo, cum utrobique summa unio sit, altera essentialis seu natura, altera personalis ac subsistentia.

Digitized by Google

persona est, et diversæ substantiæ. Cum enim una sit persona, seu hypostasis, alterius substantiæ est divinitas, alterius ac diversæ humanitas. Quemadmodum enim fieri non potest ut in sancta Trinitate unionem confiteamur et non efferamus distinctionem : sic prorsus necesse est ut in uno e sancta Trinitate, tum unionem prædicemus, tum distinctionem.

A σία; ἐστὶν ἡ θεότης, καὶ ἑτέρας ἡ ἀνθρωπότης. Ὥσπερ γὰρ ἀδύνατον τῆς ἁγίας Τριάδος ὁμολογεῖν μὲν τὴν ἕνωσιν, μὴ ἐκφωνεῖν δὲ τὴν διαφοράν· οὕτως ἀνάγκη πᾶσα ἐπὶ τοῦ ἑνὸς τῆς ἁγίας Τριάδος, καὶ τὴν ἕνωσιν καὶ τὴν διαφορὰν κηρύττειν.

5. Quemadmodum enim in sancta Trinitate, non iisdem vocibus unio significatur et distinctio; sed quod tres hypostases seu personas dicamus, distinctio designatur; quod vero unam confiteamur substantiam, unio denotatur : sic et in uno e sancta Trinitate, quod duas agnoscamus naturas, distinctio; quod vero unam prædicemus hypostasim compositam ac personam, unio perhibetur.

γ'. Ὥσπερ γὰρ οὐ διὰ τῶν αὐτῶν σημαίνεται λέξεων, ἥ τε διαφορὰ καὶ ἡ ἕνωσις ἐπὶ τῆς ἁγίας Τριάδος· ἀλλὰ διὰ τοῦ μὲν λέγειν τρεῖς ὑποστάσεις, ἡ διαφορά· διὰ τοῦ ὁμολογεῖν δὲ μίαν οὐσίαν, ἡ ἕνωσις ὁμολογεῖται· οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ ἑνὸς τῆς ἁγίας Τριάδος· διὰ μὲν τοῦ γνωρίζειν τὰς δύο φύσεις, ἡ διαφορά· διὰ δὲ τοῦ κηρύττειν μίαν ὑπόστασιν σύνθετον, ἡ ἕνωσις ὁμολογεῖται.

4. Sicut enim Arium anathematizamus, non ea ratione quod in sancta Trinitate distinctionem quæ est secundum hypostasim prædicet, sed velut qui non dicat naturalem unionem : sic et Nestorium anathematizamus, non velut, qui naturalem distinctionem in Christo agnoseat; sed ut qui unionem secundum hypostasim non dicat.

B δ'. Ὥσπερ γὰρ Ἄρειον ἀναθεματίζομεν, οὐχ ὡς κηρύττοντα [a] ἐπὶ τῆς ἁγίας Τριάδος τὴν καθ' ὑπόστασιν διαφοράν· ἀλλ' ὡς μὴ λέγοντα τὴν φυσικὴν ἕνωσιν· οὕτω καὶ Νεστόριον ἀναθεματίζομεν, οὐχ ὡς γνωρίζοντα τὴν φυσικὴν διαφορὰν ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ· ἀλλ' ὡς μὴ λέγοντα τὴν καθ' ὑπόστασιν ἕνωσιν.

5. Quemadmodum Sabellium anathematizamus, non velut qui in sancta Trinitate unionem prædicet; sed ut qui non dicat unionem quæ secundum hypostasim est : sic Eutychem anathematizamus, non velut qui non dicat unionem secundum hypostasim in Christo, sed ut qui naturalem distinctionem non agnoscat.

ε'. Ὥσπερ Σαβέλλιον ἀναθεματίζομεν, οὐχ ὡς κηρύττοντα ἐπὶ τῆς ἁγίας Τριάδος τὴν φυσικὴν ἕνωσιν· ἀλλ' ὡς μὴ λέγοντα τὴν καθ' ὑπόστασιν διαφοράν· οὕτως Εὐτυχέα ἀναθεματίζομεν, οὐχ ὡς μὴ λέγοντα τὴν καθ' ὑπόστασιν ἕνωσιν ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ, ἀλλ' ὡς μὴ γνωρίζοντα τὴν φυσικὴν διαφοράν.

786. Distinctio secundum hypostasim in sancta Trinitate, et naturalis distinctio in uno e sancta Trinitate, non in sensu dicenda sit, sed mentis oculis intelligenda. Ac quanam, quæso, ratione, in sancta quidem Trinitate tres effertis hypostases seu personas, ob distinctionem secundum hypostasim; in uno autem e sancta Trinitate non effertis duas naturas in una hypostasi ac persona, ob naturalem distinctionem?

ς'. Τὴν καθ' ὑπόστασιν διαφορὰν ἐπὶ τῆς ἁγίας C Τριάδος, καὶ τὴν φυσικὴν διαφορὰν ἐπὶ τοῦ ἑνὸς τῆς ἁγίας Τριάδος, οὐκ ἐν αἰσθήσει χρὴ λέγειν, ἀλλὰ νοῆσαι τοῖς τῆς διανοίας ὄμμασιν. Καὶ πῶς, ἐπὶ μὲν τῆς ἁγίας Τριάδος ἐκφωνεῖτε τὰς τρεῖς ὑποστάσεις διὰ τὴν καθ' ὑπόστασιν διαφοράν· ἐπὶ δὲ τοῦ ἑνὸς τῆς ἁγίας Τριάδος οὐκ ἐκφωνεῖτε δύο φύσεις ἐν μιᾷ ὑποστάσει, διὰ τὴν φυσικὴν διαφοράν;

7 Quemadmodum ob sanctæ Trinitatis consubstantialitatem, unam dicis substantiam, ac tres personas seu hypostases, ob distinctionem; sic ob Verbi et carnis substantiæ diversitatem, duas naturas dicito, et quod non propria cujusque hypostasis estac subsistentia, unam hypostasim seu personam.

ζ'. Ὥσπερ διὰ τὸ ὁμοούσιον τῆς ἁγίας Τριάδος, μίαν οὐσίαν· καὶ διὰ τὸ ἑτεροὐπόστατον τρεῖς ὑποστάσεις λέγεις· οὕτω διὰ τὸ ἑτεροούσιον τοῦ Λόγου καὶ τῆς σαρκὸς, δύο οὐσίας· καὶ διὰ τὸ μὴ ἰδιοὐπόστατον (*f*), μίαν ὑπόστασιν λέγε.

8. Quemadmodum in sancta Trinitate unam substantiam dicimus, non ut personas confundamus; neque tres personas ac hypostases, ut unam naturam perimamus : sic in uno e sancta Trinitate

sunt in subjecto, nulla est compositio; quod scilicet non ipsa vere omnino ac per se exsistant, sed debile quidpiam vanumque exhibeant. Quocirca si quæ vere sunt per naturam esse inficiantur, qui fiat ut quod nusquam aliquid est, id vero reipsa exsistentiæ compos exsistat? Quis enim est qui personalem operationem dicat, aut unde hoc et a quo acceptum proferant? Sin autem forte istud asserunt, personamque ad quam refertur, fatentur compositam; contrariorum scilicet et eorum quæ opposita sint capacem; nempe, mortalem et immortalem, oculis conspicuam et inaspectabilem, circumscriptam et incircumscriptam, carentem principio et quæ principio subsit; istud merito erit et operatio. Quo vero alio modo, quam secundum habitum et privationem? Ac partim quidem, ut quæ exsistat, patietur; partim vero, ut quæ ipsa non exsistat, diminute et quasi umbra substabit. Qui autem fiat, ut tali præditus operatione, secundum idem, et non aliud atque aliud (quando nec ipsa) talia patiatur? Operantem enim suæ coaptari operationi, hancque illi congeneam ac affinem esse, prorsus necesse est. Ecquonam modo Deus, qui non natura, sed filius habitu sit? Quove modo homo, qui privatione, et non substantia vere istud exsistit? Quænam vero natura ipsa iners, aut quæ naturali deficiatur operatione? Uti enim nusquam exsistentia vacat ac substantia, sic neque naturali caret operatione. Sin autem hujus expers est, utique etiam illius expers futura est. Quod enim vi ac facultate caret, ut prorsus imbecille **108** atque obscurum, unum nihil est. Si quid enim demum in rebus est, constituentem sui ac insignientem differentiam habet (naturæ scilicet insitum motum) qua, una cum genere assumpta, subjecti definitio struatur subjectumque esse ac quidnam illud sit, manifestetur; ejusmodi scilicet, ut cum eis quæ ejusdem generis sunt, nulla dissimilitudine abhorrens, conveniat, ac rursus ab eis, quæ diversi generis sunt, differat. Ac si ita est, qui omnino fiat, ut naturalis expers operationis (quod ad carnem attinet); Verbum homo factum, ipsum homo perfectus, aut prorsus homo exsistat? Non enim est homo, qui naturali operatione deficiatur, uti nec alia quævis natura, quæ propria ac essentiali careat facultate. Quod enim hæc desit, aut id præstat, ut ne quidem natura sit, aut ut naturæ omnes inter se idem sint, unaque vice omnium habeatur, iis prorsus commistis atque confusis, per ejus vis absentiam ac facultatis, quæ constituit atque insignit. Si enim non iners expersque operationis, ea ratione quia est homo, Verbum dicunt, palam insitam ac naturalem operationem illi ascribunt. Quo enim alio modo intelligatur? Ut enim aliquid operetur non naturali fultum operatione, haud unquam fiat, uti neque ut absque essentia et natura exsistat. Sed nec unam

A εἰκαῖον παριστᾷ. Ὡς εἰ τὰς κυρίως κατὰ φύσιν οὐσίας οὐκ εἶναι λέγουσι, πῶς ὑπάρξει τὸ μηδαμῶς ὄν; Τίς γάρ ἐστι ὑποστατικὴν λέγων ἐνέργειαν, καὶ πόθεν τοῦτο, καὶ παρὰ τίνος λαβόντες προσφέρουσιν; Εἰ δὲ [22] τοῦτο τυχὸν ἀποφαίνονται, οὐνδετὸν δεῖξαι τὴν ὑπόστασιν ὁμολογοῦσι πρὸς ἣν ἀναφέρεται, καὶ τῶν ἐναντίων καὶ ἀντικειμένων δεκτικήν· θνητὴν γὰρ καὶ ἀθάνατον, ὁρατὴν καὶ ἀόρατον, περιγραπτὴν καὶ ἀπερίγραφον, ἄναρχον καὶ ὑπὸ ἀρχήν, ἔσται τοῦτο κατὰ τὸ εἰκὸς καὶ ἡ ἐνέργεια. Καὶ πῶς ἄλλως, ἢ καθ' ἕξιν δηλονότι καὶ στέρησιν; καὶ τὰ μὲν, ὡς οὖσα, πείσεται, τὰ δὲ, ὡς μὴ οὖσα, παρυπαστήσει. Πῶς δὲ καὶ ὁ τοιαύτην ἔχων ἐνέργειαν, κατὰ τὸ αὐτὸ καὶ οὐχ ἄλλο καὶ ἄλλο, ὅτι μηδὲ ἐκείνη, τὰ ὅμοια πείσεται; προσφυῶς γὰρ ἔχειν τῇ οἰκείᾳ ἐνεργείᾳ τὸν ἐνεργοῦντα, κἀκείνην τούτῳ, πᾶσα ἀνάγκη. Καὶ πῶς θεὸς, ὁ ἕξει, καὶ μὴ φύσει θεός; Πῶς δὲ ἄνθρωπος, ὁ στερήσει, καὶ μὴ οὐσίᾳ κυρίως τοῦτο ὑπάρχων; Τίς δὲ φύσις ἀνενέργητος, ἢ φυσικῆς ἐνεργείας ἐκτός; Ὡς γὰρ τὸ δαμῶς ὑπάρξεως ἔρημος, οὕτως οὐδὲ δυνάμεως φυσικῆς. Εἰ δὲ ταύτης ἀμοιρεῖ, καὶ τῆς ὑπάρξεως ἀμοιρήσειεν ἄν. Τὸ γὰρ ἀδύναμον, ὡς ἀδρανὲς πάντη μόνον ἐστὶ τὸ μὴ ὄν. Πᾶν γὰρ εἴ τι τῶν ὄντων, συστατικὴν ἔχει διαφοράν, τὴν ἐμφυτον κίνησιν τῷ γένει συμπαραλαμβανομένην, καὶ ποιοῦσαν τοῦ ὑπειμένου τὸν ὁρισμὸν, δι' οὗ ὅτι ἐστὶ καὶ τί ἐστι κυρίως γνωρίζεται, πρός τε τὰ ὁμοειδῆ τὸ ἀπαράλλακτον ἔχον, καὶ τὸ διάφορον αὖθις πρὸς τὰ ἑτεροειδῆ· καὶ εἰ τοῦτο, πῶς δυνατὸν φυσικῇ δυνάμει ἀμοιροῦντα κατὰ σάρκα, τὸν ἐνανθρωπήσαντα Λόγον ἄνθρωπον τέλειον, ἢ ὅλως ἄνθρωπον χρηματίζειν. Οὐ γὰρ δίχα φυσικῆς ἐνεργείας ὁ ἄνθρωπος, ὥσπερ οὐδ' ἄλλη φύσις τῆς οἰκείας καὶ οὐσιώδους. Ἡ γὰρ Ἔλλειψις ταύτης, ἢ οὐδὲ φύσιν εἶναι ποιεῖ τὴν φύσιν, ἢ τὰς πάσας ἀλλήλαις ταυτὸν, καὶ ἀντὶ πάντων μίαν, τῇ ἀπολείψει τῆς συνιστώσης συμφορείσας δι' ὅλου συγχυθείσας. Εἰ γὰρ οὐκ ἀνέρητον λέγουσι τὸ καθ' ἡμᾶς τὸν Λόγον, δῆλον ὡς ἔμφυτον καὶ ἀνθρωπίνην ἐνέργειαν ἔχοντα τοῦτόν φασι. Πῶς γὰρ ἂν ἄλλως; Οὐ γὰρ ἐνεργεῖν δυνατὸν φυσικῆς ἐνεργείας χωρὶς· ὥσπερ οὐδὲ ὑπάρχειν, οὐσίας δίχα καὶ φύσεως. Ἀλλ' οὐδὲ μίαν μόνον, ἂν περ ᾖ τὴν φύσιν διπλοῦς, τὴν ἔμφυτον ἔχειν ἐνέργειαν τὸν ἐνεργοῦντα, πᾶσα ἀνάγκη· ἐπεὶ καὶ φύσιν μίαν πάντως τὸν ὑφεστῶτα, κἂν σύνθετος ᾖ τὴν ὑπόστασιν. Εἰ γὰρ διὰ τὴν σχέσιν ἐκεῖνο, διὰ τὴν αὐτὴν πάντως καὶ τοῦτο. Μονάδικως γὰρ ἐπ' ἀμφοῖν ταύτην φερομένην ὁρῶμεν. Ἥ τε γὰρ ἐνέργεια πρὸς τὸν ἐνεργοῦντα, καὶ πρὸς τὸν ὑφεστῶτα πάλιν ἡ φύσις ἀνάγεται. Χρὴ τοίνυν εἴπερ διὰ τὴν ἕνωσιν καὶ τὸ μοναδικὸν τοῦ προσώπου, μίαν τοῦ ἐνεργοῦντός φασι τὴν ἐνέργειαν, μίαν διὰ τοῦτο καὶ φύσιν τοῦ ἐφεστῶτος διαγορεύειν, ἵνα μὴ σχετικὴν τὴν ἕνωσιν θεσμοθετοῦντες φωραθεῖεν, ἐνεργειῶν ταύτην, ἀλλ' οὐχὶ καὶ φύσεων λέγοντες. Οὐ γὰρ πρὸς ὑπόστασιν ταύτας αὐτοὺς ἑνοῦν δυνατὸν, ἀλλ' οὐσίαν καὶ φύσιν ὅσον ἐπὶ ταῖς

[22] Marg. Ὅτι οὐκ ἔστιν ὑποστατικὴ ἐνέργεια. *Operationem non esse personalem.*

Digitized by Google

φυσικαῖς ἐνεργείαις, οὐκ εἰς ἄλλο τι πλὴν ἐνεργείας πρὸς αὐτὸν ἐνουμένας; Ἐπεὶ ὥσπερ ἡ τούτων φυσικὴ διαφορά, δύο τοὺς ἐνεργοῦντας ποιεῖ κατ' αὐτούς, οὕτω δήπου πάντως, καὶ ἡ τῶν οὐσιῶν ἕμφυτος ἑτερότης, δύο τοὺς ὑφεστῶτας συνάξει. Ἢ τοίνυν πρὸς μίαν φύσιν· καὶ ταύτας συμφύρωσιν· ἢ μηδαμῶς ἐκείναις, οὐσίαις τε οὔσαις φυσικῶς καὶ ἀριθμουμέναις, διαίρεσιν ἐπεισφρήσωσιν. Ὅπερ γὰρ ἐν ἐκείναις οὐ γίνεται, οὐδὲ ἐν ταύταις συμβαίνῃ ποτ' ἄν. Ἀλλὰ δηλοῦται μὲν ἡ φυσικὴ διαφορὰ, διὰ τοῦ κατ' αὐτὰς ἀριθμοῦ· ἐξίσταται δὲ ἡ διαίρεσις διὰ τῆς ἄκρας ἑνώσεως. Οὐ γὰρ δυνατὸν θείαν ἢ ἀνθρωπίνην ψύσιν, ὅτι κἂν ἔστι γνωρίσαι, μὴ ὅτι γε διαφέρειν πρὸς ἄλλην, οὐσιώδους ἐνεργείας ἐκτός. Ὅρος γὰρ τοῦ πράγματος, ὁ λόγος τῆς οὐσιώδους δυνάμεως· κυρίως ἐστὶν· ἧς ἀναιρουμένης, συναναιρεῖται πάντως καὶ τὸ ὑποκείμενον. Καὶ διὰ τοῦτο ταύτας ὁμολογοῦμεν ἐπὶ τοῦ σαρκωθέντος Λόγου φυσικῶς σωζομένας· τὴν μὲν, ἐν τῇ σαρκὸς προσβολῇ τῶν θείων· τὴν δὲ πάλιν, ἐν τῇ πείρᾳ τῶν ἀνθρωπίνων ἐξουσιαστικῶς δεικνυμένην· ἵνα καὶ τὰς φύσεις, ὧν εἰσιν οὐσιώδεις ἐνέργειαι, ταύτας συνομολογήσωμεν.

A solum operationem naturalem habeat, qui operatur, prorsus necesse est, siquidem ipse duplicis naturæ exsistat. Alioqui, prorsus etiam una natura erit, ejus qui subsistit, tametsi persona composita exsistat. Si enim illud ob relationem ac habitudinem, ob eamdem prorsus et istud. Singulariter enim in utrisque ferri eam videmus. Operatio enim ad operantem, ac rursus natura ad subsistentem refertur. Igitur necesse est, siquidem propter unionem, ac quod singularis una persona est, unam operantis dicunt operationem; unam pariter eadem ipsa ratione etiam subsistentis naturam prædicent; ne relatione affectuque constantem unionem docere deprehendantur, qui eam operationum, et non etiam naturarum, asserant. Non enim fieri potest, ut has B illi cum persona uniant, sed cum essentia et natura (quod scilicet attinet ad naturales operationes), quæ in nullo alio cum eo uniantur, præterquam in operatione. Alioqui, sicut harum naturalis distinctio, duos operantes facit, ut illi existimant: sic utique omnino, quæ natura inest substantiarum diversitas, duos subsistentes **109** inferet. Aut ergo cum una natura has quoque commisceant, aut nullo modo eis, ac substantiis quæ natura sint ac numerentur, divisionem ascribant. Quod enim in substantiis non contingit, ne in operationibus quidem unquam accidat. Sed declaratur naturalis quidem earum distinctio, ea ratione quod numerantur; eliminatur vero divisio, quod summa unione copulantur. Nec enim unquam fiat, ut divina aut humana natura, vel saltem esse intelligatur, tantum abest ut ab alia distingui, absque essentiali operatione. Rei enim definitio, essentialis proprie facultatis ratio est, qua sublata, una quoque prorsus necesse est, ut et subjectum auferatur. Atque id causæ est, cur in Verbo incarnato eas naturaliter incolumes fateamur; alteram quidem, ea ratione qua caro, quæ divina essent, aggrediebatur; atque alteram rursus, in affectuum humanorum periculo, arbitra sui potestate elucentem; ut et naturas, quarum sunt essentiales operationes ac vires, una cum eis confiteamur.

Τίνι δὲ δῆλον οὐκ ἔστιν, ὡς ἐπὶ μὲν οὐσίας καὶ φύσεως τῆς αὐτῆς, διαφορὰν ὑπάρξεως ἢ φυσικῆς ἐνεργείας, οὐκ ἔστιν ἰδεῖν; Οὐδεμία γὰρ πρὸς ἑαυτὴν διαφέρει· τοῦτο γάρ πως ἀμήχανον. Ἐν ἀτόμῳ δὲ καὶ προσώπῳ πάντη τε καὶ πάντως, εἴπερ σύνθετον· καὶ διαφόρους τε γὰρ φύσεις, τὰς ἐξ ὧν συνέστηκεν, καθορῶμεν, καὶ τὰς φυσικὰς κινήσεις, αἷς ἐνεργοῦν κατὰ φύσιν γνωρίζεται, τὴν οἰκείαν πιστούμενος ὕπαρξιν, καὶ ἄλλο καὶ ἄλλο τὰ ἐξ ὧν ἐστι, διὰ τῆς κατ' ἄλλο καὶ ἄλλο φυσικῆς ἐνεργείας πραγματικῶς παριστᾷ, δι' οὗ, τοῦ πρὸς αὐτὸ, φημὶ δὴ τὸ ἄτομον, ἀποσκοποῦντος, καὶ τὰς φύσεις ἐκοντὶ παρατρέχοντος, διὰ τὸ τὰς φυσικὰς ἀνελεῖν ἐνεργείας, τὴν καταδρομὴν, οὐ μᾶλλον ἐν τούτῳ βαροῦσαν, ἢ συνεργοῦσαν εὑρίσκομεν. Εἰ γὰρ οὐκ εἰς μίαν φυσικὴν τὸ ἄτομον περικλείεται πάντως ἐνέργειαν, ὥσπερ οὖν οὐδὲ φύσιν· τίς γὰρ ὁ λέγων, ἢ παραστῆσαι δυνάμενος; δῆλον ὡς ταῖς κατ' αὐτὸ φύσεσιν ἡγοῦν οὐσίαις, ἰσαρίθμους ἔχει τὰς οὐσιώδεις κινήσεις, καὶ οὐδεὶς ἀντερεῖ. Καὶ παρῶ λέγειν, ὡς οὐδὲ ἄτομον κυρίως τὸ κατὰ Χριστὸν σύνθετον λέγεται πρόσωπον. Οὐ γὰρ σχέσιν ἔχει [22] πρὸς τὴν ἐκ τοῦ γενικωτάτου γένους διὰ τῶν ὑπάλληλα καθιεμένην γενῶν πρὸς τὸ εἰδικώτατον εἶδος διαίρεσιν,

C Cui enim non explorate liquet, in eadem essentia et natura non posse diversam exsistentiam ac operationem conspici? Neutra enim a seipsa differt. Hoc namque propemodum impossibile est. In individuo autem ac persona, prorsus omninoque, si modo individuum compositum est, distinctasque cernimus naturas, ex quibus constat ac motus naturales; quibus ex naturæ rationibus operans noscitur, suam astruens exsistentiam ac veritatem; aliudque et aliud ex quibus est, naturali secundum aliud atque aliud operatione, reipsa repræsentat: unde sane inde grassantem, quod sponte, omissis naturis, ad ipsum (nempe individuum) animum attendat, non tam gravare præsenti negotio, quam juvare invenimus. Siquidem enim D individuum non in una prorsus operatione includitur, uti nec natura (quis enim dicat, antve demonstrare sufficiat?), palam est naturis suis sive essentiis, pares numero essentiales motus habere: nec ullus sit qui eat inficias. Mitto dicere, nec Christi compositam personam, individuum proprie esse. Non enim relationem habet, ea ratione quod ex generalissimo genere per genera subalterna in specialissimam speciem dividatur, suumque in ea

[22] Marg. Ὅτι οὐκ ἄτομον κυρίως τὸ κατὰ Χριστὸν σύνθετον πρόσωπον· καὶ πῶς. *Non proprie individuum Christi compositam personam; ac qua id ratione*

Digitized by Google

processum definiat. Atque id causæ est, cur, sapientissimo Cyrillo auctore, nomen Christus definitionis vim minime habeat. Neque enim **110** species est, quæ de multis numero distinctis prædicetur, neque vere essentiam cujusquam significat. Neque enim individuum est, quod ad speciem aut genus reducatur, vel secundum essentiam ab eis circumscribatur; sed persona composita, naturalem extremorum divisionem, ad summam in seipsa identitatem atque unitatem, partium suarum unione trahens. Sin autem forsitan, quibus non iners expersque operationis secundum carnem Dominus est, insitam ejus atque humanam confitentur operationem, etiam non ἀνυπόστατον (id est non subsistentiæ, aut personæ expertem) eum colligunt, qui sic opinantur, hypostasis seu personæ rationem evertunt. Non enim hypostasim seu personam esse facit, non esse naturam ἀνυπόστατον (quasi dicas, vere exsistentiæ expertem ac non subsistentem). Uti neque figuram, omne si quid corpus est, non esse corpus infigurabile : nec generationem aut visionem, non esse ingenitum, aut non invisibile. Atque, ut verbo dicam, si quid aliud prædicatur non esse, id, quod non est, relationem facit esse seu habitudinem, id prædicatum, circa quod illa naturaliter consideratur. Præterea, etsi forte id esset (quod tamen non est), haud enimvero ad naturales faceret operationes, quas sancti Patres non perinde eliminant ac hypostases personasque : ac quæ unum in duas minime dirimant, uti illis comparatum est. Quis enim est qui probare possit, haud e re esse ac conveniens, ad essentialis differentiæ specimen, naturales in eodem operationes docere? Cujus vero gratia, et quomodo, quæve Scriptura aut probatus Pater, vel solum nominare prohibuit? Nam si haud præstat naturales fateri operationes, plane nec ipsas naturas. Aut quomodo has quidem, non illas? Sin autem utrasque operæ pretium, quid causæ est, cur ab eis, quod operæ pretium decensque exsistat, impugnari debeat; ac de natura affirmari esse hypostasim seu personam, idcirco quod non ἀνυπόστατος est, id est, quæ vera exsistentia ac subsistentia careat? Si quidem enim illis exploratum esset, Patribus, perinde ac hypostases seu personas, sic quoque operationes reprobatas esse, haud immerito has rejicerent : sin autem eas prædicare, divinamque et humanam operationem, uti et naturam eos confiteri, ac confitendam jubere manifestum est : hypostasim vero seu personam divinam aut humanam, neminem prorsus, excepto duntaxat diviso atque **111** hominis cultore Nestorio, liquet docuisse; quorsum, quæso, siquidem sanctorum se doctrinam sequi profitentur, hæcce in eam cavillantur, ut naturales operationes excludant? Cujus vero ut hæc talia, inque eum modum inferat, præterquam impostoris duntaxat ac dementis Severi; hominis scilicet, qui et sua ipse sedulo dissolvat, nec ullo modo adversus pietatis cultores, quidquid sophisticarum nugarum impudentia moliatur (sic illustri claraque veritatis victoria), prævaleat.

A καὶ ἐν αὐτῷ τὴν οἰκείαν πρόοδον περιγράφουσιν. Ὅθεν διὰ τοῦτο, κατὰ τὸν σοφώτατον Κύριλλον, τὸ Χριστὸς ὄνομα, οὔτε ὅρου δύναμιν ἔχει· οὐδὲ γὰρ εἶδός ἐστι πολλῶν ἀριθμῷ διαφερόντων κατηγορούμενον, οὔτε μὴν τήν τινος οὐσίαν δηλοῖ. Οὐδὲ γὰρ ἄτομόν ἐστι, πρὸς εἶδος ἢ γένος ἀναγόμενον, ἢ κατ' οὐσίαν ὑπὸ τούτων περιγραφόμενον· ἀλλ' ὑπόστασις σύνθετος, τὴν φυσικὴν τῶν ἄκρων διαίρεσιν ἐν ἑαυτῇ κατ' ἄκρον ταυτίζουσα, καὶ εἰς ἓν ἄγουσα τῇ τῶν οἰκείων ἑνώσει μερῶν. Εἰ δὲ τυχόν, τοῖς διὰ τοῦ μὴ ἀνενέργητον εἶναι κατὰ σάρκα τὸν Κύριον τὴν ἔμφυτον αὐτοῦ καὶ ἀνθρωπίνην ὁμολογοῦσιν ἐνέργειαν, τὸ μὴ καὶ ἀνυπόστατον[a] εἶναι συνάγουσι, τὴν ὑπόστασιν ἐπηρεάζειν ἐστίν. Οὐ γὰρ ὑπόστασιν εἶναι ποιεῖ, τὸ μὴ ἀνυπόστατον εἶναι τὴν φύσιν· ὥσπερ οὐδὲ B σχῆμα πᾶν εἴ τι σῶμα, τὸ μὴ ἀσχημάτιστον εἶναι τὸ σῶμα· οὐδὲ γέννησιν, οὐδὲ ὅρασιν (1), τὸ μὴ ἀγέννητον. ἢ οὐκ ἀόρατον εἶναι, τὸ γεννητὸν ἢ ὁρατόν. Καὶ ἁπλῶς πᾶν εἴ τι ἄλλο μὴ εἶναι τοῦθ' ὅπερ οὐκ ἔστιν ἀποφασκόμενον, σχέσιν εἶναι ποιεῖ· τὸ, περὶ ὃ αὐτὴ φυσικῶς θεωρεῖται, καταφασκόμενον. Ἄλλως τε, καὶ εἰ τοῦτο τυχὸν ἦν, ὁπότε οὐκ ἔστιν, οὐδὲν ἦν πρὸς τὰς φυσικὰς ἐνεργείας, ἐπίσης οὐκ ἀποβαλλομένας ταῖς ὑποστάσεσι παρὰ τῶν ἁγίων Πατέρων· οὔτε διαιρούσας εἰς δύο τὸν ἕνα, καθάπερ αἱ ὑποστάσεις ποιοῦσι. Τίς γὰρ ὁ δεῖξαι δυνάμενος ἂν, ὅτι μὴ καλὸν ἐπὶ δηλώσει τῆς οὐσιώδους διαφορᾶς τὰς φυσικὰς ἐνεργείας πρεσβεύειν ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ; καὶ τίνος χάριν καὶ πῶς, καὶ τίς ὁ τοῦτο διοριζόμενος C λόγος, ἢ Πατὴρ ἔγκριτος, ἀλλὰ [ἵνα] μὴ ἀποφήνωνται μόνον; Εἰ γὰρ τὰς φυσικὰς ἐνεργείας ὁμολογεῖν οὐ καλόν, οὐδὲ τὰς φύσεις αὐτάς. Ἢ πῶς ταύτας μὲν, οὐκ ἐκείνας δέ; Εἰ δὲ ἄμφω καλὸν, τίνος χάριν ἀντεξάγονται τῷ καλῷ, καὶ τὴν ὑπόστασιν τῷ μὴ ἀνυποστάτῳ τῆς φύσεως κατασκευάζουσιν; Εἰ γὰρ ὥσπερ τὰς ὑποστάσεις, οὕτω καὶ τὰς ἐνεργείας κακιζομένας τοῖς Πατράσιν ἐγνώριζον, οὐκ ἀπεικὸς ταύτας διέῤῥιπτον. Εἰ δὲ ταύτας κηρύττοντας, καὶ θείαν καὶ ἀνθρωπίνην ὁμολογοῦντας ἐνέργειαν, ὥσπερ οὖν καὶ φύσιν, καὶ ὁμολογεῖν παρακελευομένους γινώσκομεν, ὑπόστασιν δὲ θείαν ἢ ἀνθρωπίνην οὐδένα καθ' ὁτιοῦν σθαμῶς, ἢ μόνον τὸν διῃρημένον καὶ ἀνθρωπολάτρην Νεστόριον, διατί ἄρα, εἴπερ οὐκ ἀπόβλητος αὐτοῖς ἡ τῶν ἁγίων διδασκαλία, κατ' D αὐτῆς τὰ τοιαῦτα σοφίζονται, εἰς τὴν τῶν φυσικῶν ἐνεργειῶν ἀποσκευήν; Τίνος δὲ ἄλλου τὸ ταῦτα καὶ οὕτως συνάγειν ἐστὶ, πλὴν Σεβήρου τοῦ σοφιστοῦ καὶ παράφρονος, τοῦ καὶ τὰ οἰκεῖα σπουδῇ καταλύοντος, καὶ τῶν εὐσεβῶν οὐδαμῶς κατισχύοντος, διὰ τὸ τῆς ἀληθείας περιφανὲς, εἰ καὶ τῷ ἀναιδεῖ μηχανᾶται τρόπῳ τῶν σοφιστικῶν ληρημάτων;

[a] Marg. Ὅτι οὐχ ὑπόστασιν εἰσάγει, τὸ μὴ ἀνυπόστατον. *Non* ἀνυπόστατον (*id est non expers subsistentiæ*), *hypostasim seu personam non inducere.*

Digitized by Google

Εἰ γὰρ τὸ μὴ ἀνυπόστατον εἶναι τὴν φύσιν (2), A ὑπόστασιν ταύτην ποιεῖ, πάντως; δήπου κατὰ τὸ ἀκόλουθον, καὶ τὸ μὴ ἀνούσιον τὴν ὑπόστασιν ὑπάρξιν, οὐσίαν ταύτην παρίστησι. Καὶ οἱ τοῦτο λέγοντες, πῶς τόν τε τῆς θεολογίας οὐ διαιροῦσι λόγον, εἰς τῶν ἰσαρίθμων ὑποστάσεων φύσεσιν, εἴπερ οὐσία πάντως αἱ μὴ ἀνούσιοι κατ' αὐτοὺς ὑποστάσεις· καὶ τὸ τῆς οἰκονομίας οὐ συγχέουσι, τῷ τῆς φύσεως μοναδικῷ διὰ τὴν μίαν ὑπόστασιν; Ἑαυτοῖς γοῦν πταίρουντες, καὶ τὰ τοιαῦτα καθ' ἑαυτῶν δογματίζουσι. Τοῖς δὲ τὰς φυσικὰς ἐνεργείας ὁμολογοῦσι, τὸ καὶ οὕτω ταύτας συνάγειν, χάρις ἐστὶ, διὰ πάντων ἑαυτοῖς τὸ ἀληθὲς συναγείρουσι κατὰ τὴν τῶν ἁγίων παράδοσιν, καθ' ἣν τὸ μὴ ἀνυπόστατον, οὐχ ὑπόστασιν εἶναι τὴν φύσιν ποιεῖ, ἀλλ' ἐνυπόστατον· ἵνα μὴ ὡς συμβεβηκὸς ἐπινοίᾳ μόνῃ λαμβάνηται, ἀλλ' ὡς B εἶδος πραγματικῶς θεωρῆται. Οὕτω δὲ καὶ τὸ μὴ ἀνούσιον, οὐκ οὐσίαν ποιεῖ τὴν ὑπόστασιν, ἀλλ' ἐνούσιον παριστᾷ, ἵνα μὴ ψιλὸν ἰδίωμα ταύτην, ἀλλὰ μετὰ τοῦ ἐν ᾧ τὸ ἰδίωμα κυρίως γνωρίζωμεν. Ὥσπερ οὖν ἐκεῖ τὸ ἀνυπόστατον δηλοῖ τὸ ἐνύπαρκτον· ἐνύπαρκτον δέ ἐστι τὸ οὐσιώδους καὶ φυσικῆς μετέχον ὑπάρξεως· οὕτω κἀνταῦθα τὸ ἐνεργὸν ἤγουν ἐνεργητικὸν, τὸ ἐνδύναμον σημαίνει κυρίως. Ἐνδύναμον δέ ἐστι, τὸ οὐσιώδη καὶ φυσικὴν ἔχον τὴν δύναμιν. Οὐκοῦν τὸ μὴ ἀνυποστάτους ἢ ἀνενεργήτους ἐπὶ Χριστοῦ τὰς φύσεις ὁμολογεῖν, οὐκ ἔστιν ὑποστάσεις ἢ ἐνεργοῦντας συνάγειν, ἀλλὰ τὰς οὐσιώδεις αὐτῶν καὶ φυσικὰς ὑπάρξεις τε καὶ ἐνεργείας ὀρθοδόξως ὁμολογεῖν, εἰς τὴν τοῦ ἐξ αὐτῶν, καὶ ἐν αὐταῖς ὄντος καὶ κατ' αὐτάς· φημὶ δὲ τὰς φύσεις, C καθ' ἕνωσιν τὴν ἀδιάσπαστον, ἐνεργοῦντος Θεοῦ Λόγου σεσαρκωμένου, πίστωσιν ἀληθῆ καὶ βεβαίωσιν.

Si enim inde, quod natura ἀνυπόστατος non sit (velut dicas, non inconsistens et quæ vere non exsistat), hypostasim ac personam eam facit, omnino etiam consequenti ratione, quod hypostasis ac persona non sit ἀνούσιος (expers scilicet essentiæ seu substantiæ), eam substantiam seu essentiam faciet. Quique ita affirment, quo tandem modo divinæ Trinitatis non scindunt rationem, tot scilicet naturas inducendo, quot sunt hypostases atque personæ; siquidem, ut illi existimant, hypostases et personæ, quæ non sint essentiæ expertes seu essentiæ, ipsæ omnino substantiæ sunt seu essentiæ, divinæque incarnationis mysterium non confundunt, unam singularem astruendo naturam, idcirco quod una hypostasis ac persona est? Ipsi igitur, talia quoque in seipsos docebunt, dum sibi cohæreant. His vero qui naturales admittunt operationes, quod vel ita eas colligunt, gratiam præstant, dum sic undique, ex sanctorum Patrum traditionis ritu, veritatem acervant: ex qua (scilicet traditione) non ἀνυπόστατον (id est, non personæ expers ac subsistentiæ) non hypostasim ac personam naturam facit, sed ei tribuit ut in hypostasi seu persona subsistat vereque exsistat; ne velut accidens, subtili solum cogitatu accipiatur, sed tanquam forma reipsa intelligatur. Sicque adeo etiam non ἀνούσιον (non expers substantiæ ac essentiæ) substantiam seu essentiam non hypostasim facit ac personam, sed hoc præstat, ut persona in substantia sit ac essentia, ne nudam eam proprietatem, sed cum eo, in quo est proprietas, vere propriequo noscamus exsistere. Quemadmodum igitur illic, quod dicitur ἐνυπόστατον (velut dicas, subsistens

(2) id significat quod ἐνύπαρκτον (vere scilicet exsistens). Vere autem exsistens et ἐνύπαρκτον, est, quod substantialis ac naturalis exsistentiæ particeps est; ita hic quoque, quod agendi efficax, seu operandi vi præditum dicitur, proprie significat quod facultatem ac potentiam habet. Habens autem potentiam ac facultatem, quod ipsum essentiali ac naturali virtute pollet. Quod igitur non insubsistentes, aut non inertes, seu operandi facultatis expertes, in Christo naturas confitemur, non hypostases seu personas, **112** autve operantes colligimus, sed essentiales ac naturales earum veras exsistentias ac operationes, recto fidei sensu confitemur; ut scilicet, eum, qui ex his, inque illis est, exque illarum ratione (scilicet naturarum) secundum individualem unionem operatur, Deum Verbum incarnatum vere astruamus ac confirmemus.

Τίνι δὲ λόγῳ, πολλὰς μὲν αὐτοὶ, καὶ ἀριθμοῦ πλείους εἰς ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν ἀναφέροντες τὰς ἐνεργείας, τῷ λέγειν, *Πᾶσαν θείαν καὶ ἀνθρωπίνην* (m) D

Qua vero ratione, qui multas ipsi numeroque superiores operationes in unum eumdemque referant, dicendo, *divinam omnem humanamque operationem*

NOTÆ.

(m) *Πᾶσαν θείαν καὶ ἀνθρωπίνην.* Sic Monothelitæ utrinque sibi cavere videbantur scopulum, ut n. 8, dictum est; ut neque cum Severo aliisque superioribus confunderent, nec cum Nestorio ipsisque Catholicis (in cujus partes eos male arcessebant) dividerent. Quin ipse quoque Joannes Constantinopolitanus ejusque synodus, Bardano imperante, fucum se illis fecisse arbitrati sunt, ac Catholicam fidem confessos esse, ipsis his eorum verbis, et ad eam confitendam, imprudentem ipsum eorum induxisse; suppressa duntaxat voce *unius* earum, quæ videretur in Ecclesiis turbas movere: quidquid sit de hac illorum dispensatione (omnis scilicet et sociorum episcoporum, in quibus etiam fuere viri sanctitate conspicui), num reipsa proditæ fidei damnandi sint, Baroniana censura, aut certe mitius habendi, vel etiam pro dispensationis solertia laudandi, qua ab Ecclesiis tantum depulerint turbinem, quantum per hæretici principis tyrannidem cernebant illis ingruere. Putem Constantinum papam eorum accepisse satisfactionem, nec austerius in ipsos quæsiisse, quos agnosceret catholicam reipsa animo fidem tenuisse, nec quidquam magis quam Ecclesiarum incolumitatem in eo negotio spectasse. Ipse Maximus sanum hic sensum deprehendit, si eumdem ipsum Christum secundum aliud et aliud, quod vere erat, alia atque alia, exque ipsorum ratione, pro communis personæ ac compositæ munere, intelligamus operatum esse; quod tamen negat Monothelitas voluisse. Certe si

Digitized by Google

(vox enim illa, *omnem*, non unam duasve prorsus, aut tres, sed infinitas, ac quarum ne iniri quidem numerus possit, cogitandas ingerit, uti plane quod *omnia* et *omne* seu universitas dicitur), divisionem nequaquam verentur; hanc vero adversus eos, qui naturales duas operationes ex divinorum Patrum sensu menteque confitentur, hactenus scilicet ut distinctio noscatur, nescio quomodo, quorsumve, cum operantibus colligunt. Si enim multæ naturaque diversæ operationes unum eumdemque operantem in plures non dividunt ac secant, id binæ quomodo præstabunt? Ac cui magis danda crimini aggressio, ut quæ omnis expers probabilitatis sit? Si enim non de uno illas dicerent, nec in unum referrent, aliamque alii, qua inter se permeant, velut coalitas, atque in eo secundum individuam unionem incolumes, ab eoque, secundum aliud tamen atque aliud, uniformiter motas tribuerent (quibus scilicet tum miraculorum vim divine proferebat, tanquam natura Deus, passionesque ac cruciatus, vero illorum periculo, tanquam homo natura propter nos sustinebat), non omni prorsus probabilitate aggressio careret. Nunc autem, cum hoc non dicant, sed ejusdem eas asserant, et ad eumdem reducant, unde, ac qua ratione inferunt operantes? Quorsum vero, siquidem probabilitate ulla nituntur, non sibi plures ipsi colligunt, quo plures operationes admittunt? Nam sicut duæ duas, sic plane necessario plures etiam plures dabunt. Nisi autem hoc : illud ut conficiant, nullas capio; ac nec puto alius quisquam, dum pluris veritatem, quam ejus fucum falsamque existimationem, ducat).

Quomodo vero rursus in eo, quasi inficianter, adversum plures unam obtendunt? Quam vero hanc, ac quomodo docent ac tradunt? Haud enim fieri potest, ut unus plures habeat, et unam. Nam si plures, non unam; ac si unam, quomodo **113** rursum plures? Aut enim prorsus has, illa; aut hanc, illæ expellent, in eorum sententia, qui ut naturales duas evertant, unam obtrudunt operationem. Sin autem forte, velut ex multis unam conflatam aiunt, haud fieri potest, aut natura patitur, uti dictum est, ut ea quæ sunt in subjecto, compositionem admittant. At neque rursus, quæ una ex multis sit, in multas dividi contingat. Prius igitur per unam operationem plures auferant, ne sibi ipsi pugnantes, plures operantes inducant. Rursumque per plures unam, ne συνουσίωσιν (unam scilicet confusione substantiam) astruant; atque in eum modum, adversus duarum assertores operationum (nisi eorum imbecilliores vires sunt) pugnam instruant. Non enim fieri potest, ut graviore impetu aliis ingruant, qui suis se propriis

A ἐνέργειαν· τὸ γὰρ, πᾶσαν, οὐ μίαν οὐδὲ δύο καθάπαξ, οὐδὲ τρεῖς, ἀλλὰ ἀπείρους καὶ ἀριθμὸν ὑπεραιρούσας ὑποβάλλει νοεῖν, ὥσπερ οὖν καὶ τὸ πάντα καὶ πᾶν· διαίρεσιν οὐδαμῶς ὑποπτεύουσιν· ταύτην δὲ κατὰ τῶν τὰς φυσικὰς δύο, κατὰ τοὺς θείους Πατέρας ὁμολογούντων, μέχρι τοῦ γινώσκειν τὴν διαφορὰν, οὐκ οἶδ' ὅπως καὶ διατί, μετὰ τῶν ἐνεργούντων συνάγουσιν; Εἰ γὰρ αἱ πολλαὶ καὶ διάφοροι κατὰ φύσιν, τὸν ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν εἰς πολλὰ ἐνεργοῦντας οὐ διαιροῦσι καὶ τέμνουσι, πῶς αἱ δύο; Καὶ τίς ὁ μᾶλλον τὴν καταδρομὴν ὡς οὐκ εὔλογον αἰτιώμενος; Εἰ γὰρ ἐπὶ τὸν αὐτὸν καὶ τοῦ αὐτοῦ ταύτας οὐκ ἔλεγον καὶ ἀνέφερον, καὶ τῇ πρὸς ἀλλήλας δι' ὅλου περιχωρήσει συμφυείσας ἀλλήλαις, καὶ καθ' ἕνωσιν τὴν ἀδιάσπαστον ἐν αὐτῷ σωζομένας, καὶ πρὸς αὐτοῦ, κατ' ἄλλο μέντοι καὶ ἄλλο κινουμένας ἑνοειδῶς, δι' ὧν τήν τε τῶν θαυμάτων θεϊκῶς προὐβάλλετο δύναμιν, ὡς φύσει Θεὸς, καὶ τὴν πεῖραν τῶν παθημάτων θέλων, ὡς ἄνθρωπος φύσει δι' ἡμᾶς κατεδέχετο, ἦν ἄρα καὶ οὐκ ἀπίθανος αὐτῶν ἡ καταδρομή. Νῦν δὲ τοῦτο μὴ λεγόντων, ἀλλὰ τοῦ αὐτοῦ ταύτας καὶ εἰς τὸν αὐτὸν ἀναγόντων, πόθεν καὶ πῶς τοὺς ἐνεργοῦντας συνάγουσι; Καὶ διατί, εἴπερ εὔλογον, μὴ πρότερον ἑαυτοῖς τοὺς πολλοὺς, ὅσον ἐπὶ ταῖς πολλαῖς ἐνεργείαις; Ὡς γὰρ αἱ δύο τοὺς δύο, οὕτω δήπου πρὸς ἀνάγκης καὶ αἱ πολλαὶ τοὺς πολλούς. Εἰ δὲ οὐδὲ τοῦτο, πῶς ἐκεῖνο συνιδεῖν οὐκ ἔχω· οἶμαι δὲ οὐδὲ ἄλλος τις τῶν τὸ ἐληθὲς τοῦ δοκεῖν προτιμώντων.

C Πῶς δὲ πάλιν αὐτοῖς ὥσπερ ἀντιφατικῶς, ἐπ' αὐτοῦ κατὰ τῶν πολλῶν ἡ μία προΐσχεται; Καὶ τίνα ταύτην καὶ πῶς δογματίζουσιν; Οὐ γὰρ οἷόν τε τὸν αὐτὸν καὶ πολλὰς ἔχειν, καὶ μίαν. Εἰ γὰρ πολλὰς, οὐ μίαν· καὶ εἰ μίαν, πῶς αὖθις πολλάς; Ἢ γὰρ ταύτας ἐκείνη πάντως, ἢ ταύτην ἐκεῖναι διώσονται, κατὰ τὸν ἐκείνων λόγον, καθ' ὃν τὴν μίαν ἐπ' ἀνατροπῇ τῶν φυσικῶν δύο προβάλλονται. Εἰ δὲ τυχὸν, ὡς ἐκ πολλῶν ἀποτελουμένην τὴν μίαν φασὶν, οὐκ ἔχει φύσιν, ὡς λέλεκται, τὰ ἐν ὑποκειμένῳ συντίθεσθαι. Ἀλλ' οὔτε πάλιν τὴν μίαν ἐκ πολλῶν εἰς πολλὰς ἐπιτέμνεσθαι. Πρότερον οὖν τὰς πλείους αὐτοὶ διὰ τῆς μιᾶς ἐνεργείας ἀνέλωσιν, ἵνα μὴ πολλοὺς τοὺς ἐνεργοῦντας καθ' ἑαυτῶν εἰσάγωσιν. Καὶ διὰ τῶν πολλῶν αὖθις τὴν μιαν, ἵνα μὴ D συνουσίωσιν δογματίσωσι, καὶ οὕτω κατὰ τῶν τὰς δύο πρεσβευόντων, ἅπερ οὐκ ἀδρανῶς ἔχοιεν, πολεμήσωσιν. Οὐ γὰρ οἷόν τε παντελῶς ἄλλοις ἐπιφῦναι, τοὺς σφᾶς αὐτοὺς μετὰ τῶν οἰκείων ἀνστρέποντας, οὐδενὸς ἄλλου καθάπαξ ἐν τούτῳ προσδεηθέντας. Τὸ γὰρ ἔχον βάσιν, τὸ ὄν, πρὸς αὐτοῦ παγίως

NOTÆ.

voluissent, proclive erat hinc geminas ejus operationes, uti et naturas, agnoscere; nec sic obstricte Leoni adversari, quod utramque formam cum alterius communione dixerit agere; cum et in naturalibus sic promiscue vocibus utamur, nec minus dicamus animum et mentem intelligere, oculum videre, sentire corpus, quam vel hominem, vel Petrum aut Joannem, eadem hæc præstare; quid quid sit de principii actionis discrimine, ut quo quod, elicitive et denominative, ut solemne philosophis et loqui et disputare.

Digitized by Google

βράζεται, μηδαμόθεν τὴν οἱανοῦν πάσχον διάπτωσιν. Καὶ γὰρ ἐκεῖνο μόνον ἀχμαῖον ὄντως καὶ ἰσχυρόν, τὸ τὴν ἀλήθειαν ἔχον κρατύνουσαν· ἀλλ' οὐ τὸ παρ' ἄλλου, μή τί γε παρ' ἑαυτοῦ, τὴν λύσιν δεχόμενον. A ipsi evertunt, nec in eam rem cujusquam prorsus alterius desiderant operam. Quod enim id quod est basim habet eoque fundatum est, in seipso firmiter hæret, nec aliunde prorsus casum ac labem timet. Illud enim duntaxat est quod viget, ac robustum est, quod nimirum veritatem firmamentum habet; non cui ab alio, ne dicam a seipso, ut dissolvatur et intereat proclive est.

Τούτων γοῦν ἀφεμένους, προσήκει πάντως εὐσεβοῦντας ἡμᾶς, καὶ ἑκατέρας τῶν ἐν τῷ ἑνὶ σεσαρκωμένῳ Θεῷ Λόγῳ σωζομένης φύσεως πραγματικῶς ὁμολογοῦντας τὴν ὕπαρξιν, καὶ τὴν ἔμφυτον ὁμολογεῖν πάντως ἐνέργειαν, ὥσπερ οὖν καὶ τὸ θέλημα· καὶ διὰ τῆς περὶ ἑκάτερον, τὸ θεῖον ὁμοῦ καὶ τὸ ἀνθρώπινον, εὐσεβοῦς τοῦ αὐτοῦ καὶ ἀληθεστάτης δόξης, καὶ τῶν προσόντων αὐτῷ φυσικῶς τὴν ὀρθόδοξον τῶν ἁγίων Πατέρων κρατύνειν διδασκαλίαν, οἳ περὶ αὐτοῦ ταῦτα καὶ φρονεῖν καὶ λέγειν ταῖς ἁγίαις τοῦ θεοῦ καθολικαῖς Ἐκκλησίαις παραδεδώκασι· καὶ μηδὲν ἐξαρνεῖσθαι τῶν ἅπερ ἦν ἀπ' ἀρχῆς καὶ δι' ἡμᾶς γέγονεν ὕστερον, καὶ τῶν χαρακτηριζόντων αὐτὰ φυσικῶς πάντων ἰδιωμάτων. Τέλειον γὰρ τὰ ἑκάτερα, καὶ ἐν ἑκατέραις τὸν αὐτὸν ἐδογμάτισαν, καὶ ἀνελλιπῶς τὴν ἑκατέρου τῶν ἐξ ὧν ὑπῆρχε διασώζοντα φυσικὴν ἰδιότητα, καὶ κατὰ πάντα ὅμοιον ἡμῖν, καὶ ὁμοίως κατὰ θέλησιν πεπειραμένον [23], χωρὶς μόνης τῆς ἁμαρτίας. B His ergo valere jussis, operæ pretium omnino, ut qui pietatem rectamque fidem colimus, ambasque in Deo Verbo reipsa incolumes et exsistentes naturas confitemur; prorsus etiam innatam operationem, uti sane et voluntatem confiteamur: piaque, utriusque simul (divinæ scilicet ac humanæ) ejusdem, ac verissima, eorumque quæ illi natura insunt, assertione, orthodoxam sanctorum Patrum doctrinam stabiliamus, qui hæc de illo tenenda ac prædicanda sanctis Dei Ecclesiis catholicis tradiderunt; nihilque eorum quæ erat a principio, negemus, ac quæ postea nostri causa factus est; nihil denique earum omnium proprietatum, quæ hæc natura insigniunt. Utraque enim natura perfectum, et in utraque eumdem docuerunt; amborum denique ex quibus erat naturalem proprietatem, nulla labe aut detrimento servantem incolumem, ac per omnia nobis similem, similique nobis ratione, uno duntaxat excepto peccato, voluntate sponteque sua tentatum.

Τούτων οὖν ἐπακούοντες τῶν μακαρίων φωνῶν, οὐδὲν οὔτε τῶν ἡμετέρων καὶ φυσικῶν, οὔτε τῶν πατρικῶν καὶ θείων, ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ τὸ παράπαν ἀρνούμεθα· ἀλλὰ διαφόρους φύσεις καὶ φυσικὰς ἐνεργείας, καὶ οὐσιώδη θελήματα, τουτέστι δύο, τὸν αὐτὸν ἔχειν πρεσβεύομεν. Οὔτε γὰρ ἡ καθ' ἡμᾶς, οὔτε μὴν ἡ πατρικὴ φύσις, οὐσίας ἐκτὸς, ἢ ἐμφύτου θελήματος ἢ ἐνεργείας καθέστηκε. Καὶ εἰ τοῦτο, δῆλον ὡς ὁ ἐκ τούτων, θεότητός φημι καὶ ἀνθρωπότητος, κατὰ μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ὑπόστασιν ὑφεστὼς, καὶ θεὸς ὁ αὐτὸς κυρίως ὑπάρχων καὶ ἄνθρωπος, ὁμοούσιος ἡμῖν ἐστι καὶ ὁμοεργὴς, καὶ τὴν αὐτὴν ἔμφυτον θέλησιν ἔχων κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα· καὶ ὁμοούσιος τῷ Πατρὶ καὶ ὁμοεργὴς, καὶ τὴν αὐτὴν θέλησιν κεκτημένος κατὰ τὴν θεότητα, καὶ ὅλος συγγενὴς τοῖς ἄνω κατὰ πάντα τὰ συγγενῶς ἔχοντα, καὶ ὅλος συγγενὴς τοῖς κάτω κατὰ πάντα τὰ συγγενῶς ἔχοντα, χωρὶς μόνης τῆς ἁμαρτίας. Καὶ ὁ μὴ οὕτω πρεσβεύων, τοὺς ταῦτα κηρύσσοντας οὐ παραδέχεται θεολήπτους Πατέρας· ἀλλὰ δῆλός ἐστι τίνας καὶ ποίους. C Has igitur obaudientes beatas voces, nihil eorum quæ nostra ac naturalia sunt, vel quæ paterna ac divina, in eodem prorsus negamus; sed distinctas naturas ac naturales operationes, essentialesque **114** voluntates (geminas scilicet) ipsum habere docemus. Neque enim natura nostra, at neque paterna, exsors essentiæ est, aut innata caret voluntate vel operatione. Quod cum ita sit, liquet sane eum, qui ex his (divina scilicet humanaque natura) in una eademque persona, Deus idem et homo vere exsistit, consubstantialem nobis esse, eademque, qua homo est, præditum operatione atque innata voluntate, Patrique eumdem consubstantialem, atque eadem, qua Deus est, præditam operatione ac voluntate; totum affinem superis, secundum omnia quibus illis consistit affinitas; totumque inferis, secundum omnia quibus illis inest affinitas, si modo unum duntaxat peccatum exceperis. Ac, qui non ita docet ac profitetur, hæc prædicantes divinos Deoque afflatos Patres non recipit: liquet vere, quos qualesve sibi sequendos assumat. D

Γένοιτο δὲ πάντας ἡμᾶς, τῇ μεσιτείᾳ τῶν θεοτεύκτων ὑμῶν προσευχῶν, ἐν τῷ ναῷ τοῦ Θεοῦ, τῇ καθολικῇ καὶ ἀποστολικῇ Ἐκκλησίᾳ, διὰ παντὸς φρονουμένους ψυχῇ τε καὶ σώματι, ταύτην τὴν εἰλικρινῆ καὶ ὀρθόδοξον τοῦ μεγάλου Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν, πρεσβεύειν ὁμολογίαν ἔμπροσθεν αὐτοῦ καὶ πάσης τῆς κτίσεως, καὶ ἀντὶ πάντων, καὶ περὶ πάν- Donet Deus, ut nos omnes, vestris ad eum suffragantibus precibus, in ejus templo (catholica scilicet et apostolica Ecclesia) animo pariter et corpore communiti, sinceram hanc ac orthodoxam magni Dei et Salvatoris nostri confessionem, in conspectu ejus omnisque creaturæ, profiteamur, eamque pro omnibus, ac præ omnibus in glorio-

[23] Marg. Ὅτι μὲν ἔπαθε λογίζῃ· ὅτι δὲ ἑκών, οὐ προστίθῃς. *Passum quidem repatas; sed sponte non addis* schol. quasi de industria ad rem Maximo mutata Pauli voce. Hebr. IV, 5. κατὰ πάντα, *per tentatum.*

Digitized by Google

sissima ipsius apparitione illi offeramus, paremque ab eo consequi mereamur, æternaque ac beata dona percipere, illis promissa, qui ipsum coram hominibus confiteri non erubuerunt [a]; ipsis denique pro voto rei ipsa experientia frui, quorum nunc divina dignatione gustum fecimus; precibus et intercessionibus gloriosissimæ ac sanctissimæ intemeratæ dominæ nostræ Dei Genitricis semperque Virginis Mariæ, et omnium sanctorum. Amen.

A των αὐτῷ προσκομίσαι κατὰ τὴν αὐτοῦ παγένδοξον ἐπιφάνειαν, καὶ πρὸς αὐτοῦ τῆς ἴσης καταξιωθῆναι καὶ μετασχεῖν τῶν τοῖς ἀνεπαισχύντως ἔμπροσθεν ἀνθρώπων ὁμολογοῦσιν αὐτὸν, ἐπηγγελμένων αἰωνίων τε καὶ μακαρίων δώρων, καὶ πείρᾳ κατ' εὐχὰς ἀπολαῦσαι, ὧν νῦν πίστει καταξιωθέντες γεγεύμεθα, εὐχαῖς καὶ πρεσβείαις τῆς πανενδόξου καὶ παναγίας ἀχράντου δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου καὶ Ἀειπαρθένου Μαρίας, καὶ πάντων τῶν ἁγίων Ἀμήν.

SCHOLIA.

1. Invisibile, ejus quod videtur negatio est. Dumque enuntiatur, non in ordine ad visum enuntiatur, sed ad id quod est visibile : quod est habitudo ejus, quod non est invisibile ; sive ad quod habet habitudinem, id quod non est invisibile. Visus autem, non invisibile, sed cæcitas habitudo est, per ordinem ad quam enuntiatur.

B

2. Adversus eos qui dicunt *Non esse naturam* ἀνυπόστατον (quæ *non vere exsistat ; subsistentiæ seu personæ expertem*) vicissim reponendum est, *neque hypostasim seu personam* ἀνούσιον (*essentiæ* scilicet *expertem*). Tunc inferendum, quemadmodum dicendo hypostasim seu personam non ἀνούσιον (non expertem scilicet essentiæ seu substantiæ), non significamus eam essentiam ac substantiam esse. Qui enim sic dicat, dividit divinæ Trinitatis mysterium, divinæque dispensationis seu Incarnationis mysterium confundit. Sic neque quod dicamus naturam non ἀνυπόστατον, hypostasim seu personam inducimus.

ΣΧΟΛΙΑ.

α'. Τὸ μὲν ἀόρατον τοῦ βλεπομένου ἀπόφασίς ἐστι. Καταφασκόμενον δὲ οὐ πρὸς τὴν ὅρασιν, ἀλλὰ τὸ ὁρατὸν καταφάσκεται· ὅπερ ἐστὶ σχέσις τοῦ μὴ ἀοράτου, ἤτοι πρὸς ὃ τὴν σχέσιν ἔχει τὸ μὴ ὁράτον. Τῆς δὲ ὁράσεως οὐ τὸ μὴ ἀόρατον, ἀλλὰ ἡ τύφλωσις σχέσις, πρὸς ἣν καταφάσκεται.

β'. Πρὸς τοὺς λέγοντας, *μὴ εἶναι φύσιν ἀνυπόστατον*, ἀντιστρεπτέον τὸ, *μηδὲ ὑπόστασιν ἀνούσιον*. Εἶτα ἐπακτέον, ὅτι ὥσπερ τὸ μὴ ἀνούσιον τὴν ὑπόστασιν λέγειν, οὐκ οὐσίαν ταύτην παρίστησιν ὑπάρχειν. Οὕτω γὰρ διαιρεῖν καὶ συγχεῖν ἐστι, τὸ μὲν τῆς θεολογίας, τὸ δὲ τὸ τῆς οἰκονομίας μυστήριον. Οὕτως οὐδὲ τὸ λέγειν τὴν φύσιν μὴ ἀνυπόστατον, τὴν ὑπόστασιν εἰσάγει.

115 EJUSDEM

Distinctionum quibus res dirimuntur definitiones.

Rerum omnis, qua dirimuntur, distinctio, aut per contrariationem est (ἐναντίωσιν) aut per oppositionem, id est, ea ratione qua disjunguntur, aut qua se interimunt. Verbi gratia, quæ sensu percipiuntur et quæ mente intelliguntur, habent ea quidem contrariationem, ut quæ diversæ substantiæ sint ac naturæ (disparata vocant), non tamen sunt inter se opposita ac pugnantia. Non enim ejus rationis sunt, ut se mutuo interimant : atque id in causa est, ut discretionem ad seipsa secundum contrariationem, id est, divisionem suscipiant. Vita autem et mors discretionem habent, non quæ est secundum contrariationem, modo explicato, sed quæ est secundum oppositionem, qua scilicet se interimant. Alterius enim positio, alterius sublatio est ; uniusque exsistentia, alterius non exsistentia et desitio. Si quid igitur primaria ratione alteri opponitur, omnino etiam ex consequenti est contrariatione dispunctum. Si quid vero primario contrarium est ac dispunctum, non prorsus consequenti ratione opponitur. Et, ut clarius dicam, substantiæ quidem, per eas quæ insunt, differentias, inter se ut dirimantur ex contrariatione, admittunt ; velut anima et corpus, et quæcunque sunt circa substantiam, id est, qualitates, sic dirimuntur quasi per oppositionem (ac si adversa essentialiter ac substantia differunt. Quæ autem

C

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ

Περὶ ὅρων διαστολῶν.

Ἡ τῶν ὄντων πᾶσα διαστολή, ἢ κατ' ἐναντίωσιν, ἢ κατὰ τὸ ἀντικεῖσθαι, ἤγουν διαιρεῖσθαι, ἢ ἀναιρεῖσθαι γίνεται. Οἷον αἰσθητὰ καὶ νοητὰ ἐναντίωσιν μὲν ἔχουσιν ὡς ἑτεροούσια, οὐκ ἀντίκειται δὲ ἀλλήλοις. Οὐ γὰρ ἀναιρετικὰ ἀλλήλων εἰσὶν ταῦτα, καὶ διὰ τοῦτο δέχονται τὴν κατ' ἐναντίωσιν διαστολὴν πρὸς ἑαυτὰ, ἤγουν διαίρεσιν· ζωὴ δὲ καὶ θάνατος ἔχουσι διαστολὴν, ἀλλ' οὐ κατ' ἐναντίωσιν, ἀλλὰ τὴν ἀντικειμένην, ἤγουν ἀναιρετικήν. Ἡ γὰρ θατέρου θέσις θατέρου γίνεται ἀφαίρεσις· καὶ ἡ τοῦ ἑνὸς ὕπαρξις τοῦ ἄλλου ἀνυπαρξία καθέστηκεν. Εἴ τι οὖν προηγουμένως ἀντίκειται ἄλλῳ, ἑφεπομένως πάντως καὶ ἐναντίωται· εἴ τι δὲ προηγουμένως ἄλλῳ ἐναντίωται, ἑφεπομένως οὐδόλως ἀντίκειται. Καὶ σαφέστερον εἰπεῖν, αἱ μὲν οὐσίαι διὰ τὰς ἐνούσας αὐταῖς διαφορὰς, τὴν πρὸς ἀλλήλας κατ' ἐναντίωσιν διαστολὴν ἐπιδέχονται, ὡς ψυχὴ καὶ σῶμα, καὶ τὰ κατ' οὐσίαν διαφέροντα πάντα· τὰ δὲ περὶ τὴν οὐσίαν, ἤγουν ποιότητες, τὴν κατὰ τὸ ἀντικεῖσθαι ἔχουσι διαστολὴν, ὡς ζωὴ καὶ θάνατος, καὶ εἴ τι τοιοῦτον. Ἀναιρετικὰ γὰρ ἀλλήλων ταῦτα προδήλως εἰσίν.

D

[a] Luc. IX, 26.

Digitized by Google

acie dicas) ut vita et mors, et si qua sunt ejus generis. Hæc enim, ut palam liquet, mutuo se interimunt.

ΣΧΟΛΙΟΝ.

Ἐναντίωσιν, τὴν διαίρεσιν νόει· τὸ δ' ἀντικεῖσθαι, τὴν ἀναίρεσιν φρόνει. Ἡ μὲν γὰρ αὐτῶν ἐστιν ἐν ταῖς οὐσίαις, τὸ δ' ἐμπέφυκε τοῖς περὶ τὴν οὐσίαν· καὶ τῶν μὲν, ἄμφω συντρέχει θαυμασίως, ἀναίρεσίς τε καὶ διαίρεσις πάλιν. Ἡ δ' αὖ διαιρεῖν, οὐκ ἀναιρεῖν ἰσχύει.

SCHOLIUM.

A Contrariationem (ἐναντίωσιν) divisiónem intellige ac discretionem : opponi vero existima, quod se interimunt. Horum quidem alterum in substantiis est ; alterum vero in illis versatur, quæ circa substantias sunt ; ac horum quidem, ambo mirabiliter concurrunt, quod est interimere ac quod rursus dirimere. Contra vero dirimere, interitum afferre non potest.

Ὅροι ἑνώσεων (n).

Ἡ κατ' οὐσίαν ἕνωσις, ἐπὶ τῶν ὑποστάσεων, τουτέστι τῶν ἀτόμων.

Ἡ καθ' ὑπόστασιν ἕνωσις, ἐπὶ τῶν οὐσιῶν, τουτέστι ψυχῆς καὶ σώματος.

B Ἡ κατὰ σχέσιν (*o*) ἕνωσις, ἐπὶ τῶν γνωμῶν, εἰς ἓν θέλημα.

Ἡ κατὰ παράθεσιν ἕνωσις, ἐπὶ τῶν σανίδων.

Ἡ κατὰ ἁρμονίαν (*p*) ἕνωσις, ἐπὶ τῶν λίθων.

Ἡ κατὰ κρᾶσιν ἕνωσις, ἐπὶ τῶν ὑγρῶν οἴνου καὶ ὕδατος καὶ τῶν τοιούτων.

Ἡ κατὰ φύρσιν ἕνωσις, ἐπὶ τῶν ξηρῶν καὶ τῶν ὑγρῶν, ἀλεύρου καὶ ὕδατος.

Ἡ κατὰ σύγχυσιν ἕνωσις, ἐπὶ τῶν τηκτῶν, κηροῦ καὶ πίσσης, καὶ τῶν τοιούτων.

Ἡ κατὰ σωρείαν ἕνωσις, ἐπὶ τῶν ξηρῶν, σίτου καὶ κριθῆς, καὶ τῶν τοιούτων.

C Ἡ κατὰ συναλοιφὴν (*q*) ἕνωσις, ἐπὶ τῶν ἀποσπω-

Unionum definitiones.

Unio secundum essentiam in hypostasibus seu personis, id est, individuis.

Unio secundum hypostasim ac personalis, in substantiis, ut in anima et corpore.

B Unio κατὰ σχέσιν (velut dicas affectualem ac necessitudinis) in sententiis et consiliis, ut una voluntas sit.

116 Unio secundum appositionem, in asseribus ac tabulis.

Unio secundum coagmentationem seu commissuram, in lapidibus.

Unio secundum mistionem, in humidis, vino et aqua, et similibus.

Unio secundum conspersionem, in aridis et humidis, in farina et aqua.

Unio secundum confusionem, in iis quæ liquantur, ut cera et pice, et similibus.

Unio secundum acervationem seu congeriem, in C aridis, tritico et hordeo, et similibus.

Unio secundum coalitionem, in iis quæ quasi

NOTÆ.

(*n*) *Ὅροι ἑνώσεων.* Brevem hunc tractatum, postremum pene habet Turrianus, etsi non integrum, Græca, Romanus codex superioribus subjiciebat. Quam 1 ponit, unitio est, ἡ κατ' οὐσίαν· quam debemus accipere ut distinctam contra sequentem, quæ est, ἡ καθ' ὑπόστασιν· quarum etiam magis conditiones exponit in fine; quod, ἡ κατ' οὐσίαν, sit in diversis hypostasibus, seu personis et individuis; ἡ καθ' ὑπόστασιν vero, in diversis substantiis seu naturis. Cyrillus tamen et Patres alii, οὐσιώδη et φυσικὴν ipsam unionem in Christo ὑποστατικὴν vocitant, quasi veram, et ut distinguant contra σχετικὴν Nestorii, id est, *affectu solo constantem*, qualis est in sanctis per gratiam. *Hypostasibus individuorum*, non satis apte Turr. quod Maximus, ἐπὶ τῶν ὑποστάσεων, τουτέστιν ἀτόμων, nisi aliter ejus codex habuerit, ac certe aliter habuisse putem, nempe, ἐπὶ τῶν ὑποστάσεων, τῶν ἀτόμων, quæ sic ille sibi redenda putaverit, cum esset reddendum : *In hypostasibus*, *quæ sunt individua ;* qui modus loquendi Græcis familiarissimus, ac in illis Maximo. In seq. habuisse videtur, ὡς ἐπὶ ψυχῆς καὶ σώματος, quod et clarius est, ac libens sequor.

(*o*) *Ἡ κατὰ σχέσιν.* Turr. *secundum habitudinem* reddit; sequentia non reddens, ὡς ἐπὶ τῶν γνωμῶν· quæ facile erat illi reddere, et ex illis vim τοῦ κατὰ σχέσιν, ex Maximi mente, et theologorum adversus Nestorium, magis perdiscere seu explicare. Est ergo unitio quæ est per affectum, libera voluntate et ex arbitrio, cum plures per concordiam una sententia, unus animus, una voluntas sunt : Εἰς ἓν θέλημα, *ut sit una voluntas*, non quod reddit idem Turr. *ut una voluntatibus*. Hæc nempe una Christi voluntas Nestorio, ejusque ταυτοβουλίας (consensu scilicet in objecto) quæ communis est sanctorum cum Deo, a quorum communi classe ἀνθρωπολάτρης hæreticus Christum non eximebat : nullam substantialem unitionem, ac vere subsistendi ratione, in eo ponens, sed solam affectualem (ut sic loquar) et quæ est per gratiam, in qua solum haberet potiores partes, ut qui reliquis, acceptis a Deo melius usus esset, exque profectu, in Filium Dei evasisset, non a prima D exsistentia, natura Filius exstitisset. Hæc sic impura ac Judaica Nestorii, in quem nemo Catholicorum indulgentior esse debeat, et ut malum potius metaphysicum quam scelestissime in Filium Dei blasphemum, ejusque omne dispensationis evertentem mysterium, ingerat. Qui de hara Calvini Ministellus in Septimania tentavit haud ita pridem Nestorium levare, Cyrillo detrahere, is suas in se continet tenebras, nec orci novam fuliginem (cui satis sit Calvinianus candor hactenus Christianissimo orbe tantum non repressus) in claram ejus pubem, celebri orbis Lycæo procul aspergat.

(*p*) *Ἡ καθ' ἁρμονίαν.* Idem atque ἁρμὸς, *commissura, compago.* In animalibus proprie dicitur; hincque adeo in ædificiis, quorum structura sic maxime alii aliis lapides committuntur. Ἁρμὸς λίθου, *Lapidis commissura*, citatur ex Schol. Aristophanis.

(*q*) *Ἡ κατὰ συναλοιφήν.* Unionem hanc, quæ maximi sit Græcis theologis, acutissime exponit.

Digitized by Google

avelluntur ac rursus reponuntur; velut in face ex igne prodeunte, et quæ igni rursus reddatur.

Unio secundum essentiam, in iis quæ diversam hypostasim habent, sive personam.

Unio secundum hypostasim ac personalis, in iis quæ diversam habent substantiam ac naturam.

μένων, καὶ αὖθις ἀποκαθισταμένων· οἷον λαμπάδος ἐκ πυρὸς προερχομένης, καὶ πάλιν ἀποκαθισταμένης.

Ἡ κατ' οὐσίαν ἕνωσίς ἐστιν ἐπὶ τῶν ἑτεροϋποστάτων.

Ἡ καθ' ὑπόστασιν ἕνωσίς ἐστιν ἐπὶ τῶν ἑτεροουσίων.

THEODORI BYZANTINI, MONOTHELITÆ.

QUÆSTIONES

CUM MAXIMI SOLUTIONIBUS.

Theodori Byzantini diaconi rhetoris, ac Pauli archiepiscopi Constantinopolitani synodicarii, prima dubitatio ac quæstio.

Siquidem eadem Patres ratione cum voluntate, etiam ignorantiam de Christo prædicarunt, necesse est, ut qui voluntatem in Christo non secundum arrogationem considerari dicunt, etiam ignorantiam illi tribuant. Ecquonam vero modo Deus, qui ea nesciat quæ futura sunt? Sed et nudum eum docent hominem, juxta damnatam jam Agnoetarum hæresim. Sin autem quod inde sequitur absurdum veriti, secundum arrogationem ignorantiam tribuunt, uti etiam derelictionem et non subjectionem; secundum eamdem dicant et voluntatem. Patres enim eadem cum voluntate ignorantiam classe collocarunt, eumdem ei servantes sermonem seu rationem, uti ait Athanasius quidem in oratione sua adversus Arianos, Gregorius vero Theologus oratione prima de Filio, aliique in aliis suis lucubrationibus.

Πρώτη ἀπορία Θεοδώρου διακόνου Βυζαντίου ῥήτορος, καὶ συνοδικαρίου (r) Παύλου ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως.

Εἰ κατ' αὐτὸν τῷ θελήματι λόγον, καὶ τὴν ἄγνοιαν κατηγόρησαν οἱ Πατέρες ἐπὶ Χριστοῦ, ἀνάγκη τοὺς μὴ κατ' οἰκείωσιν ἐν τῷ Χριστῷ θεωρεῖσθαι λέγοντας τὸ θέλημα, καὶ ἀγνοεῖν αὐτὸν λέγειν. Καὶ πῶς; Θεὸς, ὁ τὰ μέλλοντα μὴ εἰδώς; Ἀλλὰ καὶ ψιλὸν αὐτὸν εἰσάγειν ἄνθρωπον, κατὰ τὴν ἤδη τῶν Ἀγνοητῶν καταχριθεῖσαν αἵρεσιν. Εἰ δὲ τὴν ἐντεῦθεν ἀτοπίαν ὑποστελλόμενοι, τὴν ἄγνοιαν κατ' οἰκείωσιν λέγουσιν, ὥσπερ καὶ τὴν ἐγκατάλειψιν, καὶ τὴν ἀνυποταξίαν, κατὰ τὸν ὅμοιον τρόπον καὶ τὸ θέλημα λεγέτωσαν. Τῷ γὰρ θελήματι καὶ τὴν ἄγνοιαν οἱ Πατέρες συνέταξαν, τὸν αὐτὸν αὐτῇ φυλάξαντες λόγον· ὡς φησιν Ἀθανάσιος μὲν ἐν τῇ κατ' Ἀρειανῶν αὐτοῦ βίβλῳ, Γρηγόριος δὲ ὁ Θεολόγος, ἐν τῷ περὶ Υἱοῦ πρώτῳ λόγῳ, καὶ ἄλλοι ἐν ἄλλοις συγγράμμασι.

117 *Ejusdem altera dubitatio ac quæstio.*

Siquidem omnis dictio atque vox, quam non

Τοῦ αὐτοῦ δευτέρα ἀπορία.

Εἰ πᾶσα λέξις καὶ φωνὴ μὴ τοῖς Πατράσιν εἰρη-

NOTÆ.

Maximus ex eorum mente. Nempe advertit vir divinus in theologia maxime usurpari hanc unitionem, et ab illa, uno omnium Patrum consensu removeri: ita nimirum ut veras in Deo intelligamus emanationes, quibus reipsa personæ procedant, Filius et Spiritus, qui tamen cum Patre auctore non coalescant ac confundantur, sive etiam inter se, sed suam quæque hypostasim, et quod vere in persona exsistunt, habeant. Næ igitur frigide Turr. *unio secundum conjunctionem*. Certe quæ secundum conjunctionem unitio est, haud ita abhorret a Trinitate. Nam quæ major conjunctio, quam qua una persona in altera est, et quasi illi immeat, per συμπεριχώρησιν, quam theologi Græci vocant. Est ergo conjunctio (non enim divisio et separatio), sed sine confusione, veraque eorum quæ sic conjuncta sunt, distinctione. Greg. orat. *De theol.* ἑνοῦμεν δὲ τὴν θεότητα, καὶ οὐκ εἰς ἓν τὰ τρία συναλείφομεν. Chrysost. in I ad Cor. Οὐ τὰς ὑποστάσεις συναλείφων, ἀλλὰ τῆς οὐσίας τὴν ὁμοτιμίαν ἐμφαίνων. Damasc. *De Trin.* Ἑνοῦνται γὰρ αἱ ὑποστάσεις, καὶ τὴν ἐν ἀλλήλαις περιχώρησιν ἔχουσι, δίχα πάσης συναλοιφῆς καὶ συμφύρσεως. Reddat Turr. *Uniuntur et inter se commeant absque ulla conjunctione*. Ergo summo divortio. Implicat certe in adjecto. Mihi, *absque ulla coalitione, concretione et quasi conflato, et confusione*. Συναλείφειν Gregorio, τὸ συναιρεῖν· et συναλοιφὴ, συναίρεσις, Sabelli propria; conjunctio quasi elisione, et quasi ad unum medium redactis quæ uniuntur, extremisque compressis, velut fere apud grammaticos fit in syllabis. More nostro loquimur in divinis, in quibus tamen non licet communibus Patrumque vocibus resilire, vel ita detorquere. Hæc satis pro opusculi parvitate.

(r) *Καὶ συνοδικαρίου*. Sit forte qui judiciis ecclesiasticis præerat, vel qui ab epistolis quasi synodalibus Paulo archiepiscopo esset. Num quasi ἔκδικος seu συνέκδικος, *defensor, vindex*? Quid si ambæ jungendæ voces, Ῥήτορος καὶ συνοδικαρίου, ut altera alteram exponat, sitque orator, cujus partium erat ut pontificias sanctiones ac decreta exponeret? seu etiam ex illorum ratione subditis jus diceret; qualis fere quem episcopi officialem vocant. Vellem certiora monumenta, quibus ejus munus totum explicari posset. Valde certe inficetus homo, qui nugas ejusmodi, magis quam subtile aliquid habentes quæstiones, obtruderet.

Digitized by Google

μένη καινοτομία προδήλως καθέστηκεν, δυοῖν ἀνάγκη θάτερον, ἢ δεῖξαι τῶν Πατέρων οὖσαν φωνὴν, τὸ *φυσικὰ* λέγειν ἐπὶ Χριστῷ *θελήματα*· ἢ δεῖξαι μὴ δυνάμενοι, ἵστωσαν τῷ τῶν Πατέρων ὀνόματι τὴν ἑαυτῶν καινοτομοῦντες διδασκαλίαν. Εἰ δὲ, τὰς ἑτέρας αὐτῶν φωνὰς πρὸς τὸν ἴδιον νοοῦντες σκοπὸν, τὴν τοιαύτην τίθενται ὀνοματοποιίαν. Εἰ δὲ τὸ δεύτερον μεμπτὸν, ἄρα καὶ τὸ πρῶτον.

A sunt locuti Patres, palam novitas est, duorum alterum necesse est : aut, ostendant Patrum vocem esse ut dicantur in Christo *naturales voluntates;* aut cum non possint ostendere, noverint se Patrum nomine, novam eis doctrinam supponere. Sin minus, alias eorum voces, ad intentum suum considerantes, nomenclationem ejusmodi confinxere. Quod si alterum reprehensione dignum, ergo et primum.

SANCTI MAXIMI SOLUTIONES.

Μαξίμου μοναχοῦ πρὸς Μαρῖνον πρεσβύτερον· Ἔκλυσις τῶν προτεταγμένων ἀποριῶν ὑπὸ Θεοδώρου διακόνου καὶ ῥήτορος, λύσις α'.

B *Maximi monachi ad Marinum presbyterum, ad superius positas Theodori diaconi atque rhetoris dubitationes solutio prima.*

Αἱ παρὰ τοῦ ῥήτορος πεύσεις, ἁγιώτατε καὶ θεοτίμητε πάτερ, οὐ μᾶλλον τὸ εὔλογον ἔχουσι τῆς ἀπορίας, ἢ τὸ παράλογον ἐνδείκνυνται τῆς ἀπορίας· ἔκ τε τοῦ ψεύδους αὐτοῦ, καὶ τῆς ἐπ' ἀνατροπῇ τῆς θείας τοῦ Μονογενοῦς σαρκώσεως ἔριδος. Οὐ γὰρ κατὰ τὸν αὐτὸν τῷ θελήματι λόγον, ὡς φησι, καὶ τὴν ἄγνοιαν ἐπὶ Χριστοῦ κατηγόρησαν οἱ Πατέρες. Τίς γὰρ ὁ τοῦτο δεῖξαι δυνάμενος, εἰ καὶ οὗτοι τὰ μηδαμῶς ὄντα, καθὼς ἔθος αὐτοῖς, οὐκ ἀναπλάττονται μόνον, ἀλλὰ καὶ τολμηρῶς καθ' ἑαυτῶν προκομίζουσιν; Ἢ οὕτω δ' ἂν ἀγνοίας καὶ θελήματος ὁ αὐτὸς ἔσται λόγος, εἰς ταὐτὸν ἄγων ἀλλήλοις τὰ C πάντη κυρίως ἀσύμβατα· εἴπερ ἡ μὲν, τὴν τοῦ ὄντος ἀναίρεσιν· τὸ δὲ, τὴν τοῦ ὄντος θέσιν παρίστησιν, ὃ δὴ προδήλως ἀμήχανον, ὡς οὐδὲ τὸ παράπαν ἀλλήλαις ἕξις ὑπάρχει καὶ στέρησις. Οὐδὲ γὰρ ἐπειδὴ τὴν ἀπὸ τῶν Ἀρειανῶν προτεινομένην, καὶ ταύτην ὁ θεῖος καὶ μέγας Γρηγόριος καταριθμεῖ· φημὶ δὴ τὴν ἄγνοιαν, ἤδη ταὐτὸν οὖσαν ἀπέφηνεν, τῷ θελήματι. Τοῦ θελήματος γὰρ ῥητῶς οὐδὲ κατὰ τὸν τόπον παντελῶς ἐμνημόνευσεν, ἐν ᾧ ταῦτα διέξεισι, « Σὺ δέ μοι, λέγων [ss], καταριθμεῖ πρὸς ταῦτα τὰ τῆς ἀγνωμοσύνης ῥήματα (s), τὸ, *Θεός μου, καὶ Θεὸς ὑμῶν*· τὸ, *μείζων*· τὸ, *ἔκτισεν*, τὸ, *ἡγίασε*, καὶ τὰ ἑξῆς. Εἰ δὲ ὅτι συμπαράλαβε μόνον, εἰς ταὐτὸν ἄγειν τὴν ἄγνοιαν τῷ θελήματι τυχὸν ἐπιχειροῦσιν, ἔσται δήπου πάντως, καὶ τὸ, *Θεός μου, καὶ* D *Θεὸς ὑμῶν*· καὶ τὸ, *μείζων*, παρὰ τοῦ Πατρὸς εἰρημένον, καὶ τὸ *κτίζειν* καὶ *ἁγιάζειν* ταὐτὸν τῇ ἀγνοίᾳ κατ' αὐτοὺς· διὰ τὴν σύνταξιν, ἐπειδὴ καὶ ταῦτα τῇ ἀγνοίᾳ συντέταχεν. Εἰ δὲ τοῦτο διανοίας καθέστηκε παρατροπὴ, κἀκεῖνο μειζόνως ἐκτροπὴ τῶν ταῦτα

Monothelitarum voluntas secundum appropriationem exagitata. — Quas rhetor quæstiones proposuit, sanctissime inque Deo colendissime Pater, non tam dubiæ quæstionis probabilem rationem habent, quam ab omni abhorrentis ratione absurditatis specimen ; tum ex ipsa falsitate, tum ex contentione evertendi divinam Unigeniti incarnationem. Non enim eadem ratione, ut ait, Patres de Christo ignorantiam prædicaverunt, qua voluntatem. Quis enim qui istud probare queat, quanquam illi, quæ nusquam exsistunt, more illis consueto, non solum confingunt, verum etiam adversum se afferunt. Alioqui vero, eadem ignorantiæ et voluntatis futura est ratio, in idem cogens, quæ nunquam vere coincidant, siquidem alterum rei interitum ; alterum, ejus positionem repræsentat : hæc autem ut coeant, liquet fieri non posse, uti neque ut habitus et privatio, idem inter se exsistant. Non enim idcirco, quod, quam Ariani objecerant (nempe ignorantiam) divinus magnusque Gregorius numerat, idem eam esse cum voluntate asseruit. Nam nec voluntatis expresse omnino illic loci meminit. « Tu autem mihi, inquit, ad hæc percense improbitatis ingratique animi verba ; illud nimirum : *Deum meum, et Deum vestrum* [o] ; illudque, *major* [p] ; itemque, *creavit* [q], **118** et *sanctificavit* [r], et quæ sequuntur. Quod si ideo, quod solum una complexus est, in unum idemque ignorantiam cogere cum voluntate forsitan moliuntur ; utique etiam quod a Gregorio dictum est, *Deum meum et Deum vestrum ;* illudque, *major*, et *creare*, et *sanctificare*, idem prorsus atque ignorantia il-

[o] Joan. xx, 17. [p] Joan. xiv, 28. [q] Prov. viii, 22. [r] Joan. x, 36.

[ss] Orat. 55.

NOTÆ.

(s) *Τὰ τῆς ἀγνωμοσύνης ῥήματα.* Nempe Eunomii, qui a Christo ac de Christo dicta ad ejus astruendam humanitatem, ac quibus ipsius in humanum genus commendetur dignatio ac benignitas, in illius deitatis injuriam improbe summaque ingratitudine trahebat, uti etiam Billius observavit. Chrysostomo passim εὐγνωμοσύνης verba, relata scilicet ad Christum, qui illa verborum expressione Patri deferat, et se illi minime contrarium ostendat, suamque cum origine agnoscat.

Digitized by Google

lorum sententia, ob eamdem contextus seriem futura sunt; quod nimirum etiam illa cum ignorantia junxerit. Sin autem hoc sensus perversio est, illud magis eversio, eorum qui hæc in animum inducant, non solum qui loqui aut scribere audeant.

A λογιζομένων, μή τί γε λέγειν ἢ γράφειν ἐπιχειρούντων.

Præterea, si eadem ignorantiæ ac voluntatis est ratio : vel ea quæ natura volunt, prorsus etiam ignorant; vel ea quæ natura ignorant, omnino etiam volunt. Ergo et Deus, qui natura velit, ignorantiæ labe laborabit; cunctaque inanimata, quæ naturaliter ignorent, naturali movebuntur voluntate. Quod cum ita sit, ipse quoque Christus, qui ex deitate atque humanitate consistat, atque, ut hi loquuntur, ignorantiam pariter ac voluntatem secundum arrogationem habeat, prorsus etiam una cum divina voluntate, ignorantiam habiturus est. Mitto dicere (etsi per errorem, idcirco quod propter arrogationem), quod impugnarunt hoc illos explorate defendere; qui nimirum ipsi quoque duas statuant voluntates (naturalem scilicet, et eam quæ est secundum arrogationem) quas liquet duas esse, cum pari numero ignorantiis; quod et absurdum; duplicem in Christo ignorantiam opinari, qui nullam habeat, sed omnem prorsus eliminet, ut qui Dei sapientia atque virtus exsistat[a].

Ἄλλως τε δὲ, εἰ ἀγνοίας καὶ θελήματος ὁ αὐτὸς καθέστηκε λόγος, ἢ τὰ φύσει θέλοντα πάντως, καὶ ἀγνοοῦσιν, ἢ τὰ φύσει ἀγνοοῦντα, πάντως καὶ θέλουσιν· οὐκοῦν καὶ Θεὸς κατὰ φύσιν θέλων, ἀγνοίας περιπεσεῖται πάθει, καὶ ἄψυχα πάντα κατὰ φύσιν ἀγνοοῦντα, θελήματι κινηθήσεται φυσικῷ. Εἰ δὲ τοῦτο, καὶ Χριστὸς αὐτὸς ὁ ἐκ θεότητος ὑφεστὼς καὶ ἀνθρωπότητος, κατ' οἰκείωσιν, ὡς φασιν αὐτοί, τήν τε ἄγνοιαν καὶ τὸ θέλημα ἔχων, ἕξει που πάντως φύσει κατὰ τοῦ θείου θελήματος καὶ τὴν ἄγνοιαν. Καὶ σιωπῶ λέγειν, ὡς εἰ καὶ διὰ τὴν οἰκείωσιν ἐσφαλμένως· ἀλλ' ὅμως οὕπερ κατηγωνίσαντο συνηγοροῦντες ἐδείχθησαν, καὶ B αὐτοὶ δύο συνιστῶντες θελήματα, τό τε κατὰ φύσιν λέγω, καὶ τὸ κατ' οἰκείωσιν· ἅπερ δύο προδήλως τυγχάνουσι, σὺν ταῖς ἰσαρίθμοις ἀγνοίαις, ὃ καὶ παράλογον, διττὴν ἐπὶ Χριστοῦ δοξάζειν τὴν ἄγνοιαν, τοῦ μηδὲ μίαν ἔχοντος, πᾶσαν δὲ πάντως ἐξαφανίζοντος, εἴπερ ἐστὶ Θεοῦ σοφία καὶ δύναμις.

Præterea, si eadem ignorantiæ ac voluntatis est ratio : vel ea quæ natura volunt, prorsus etiam ignorant; vel ea quæ natura ignorant, omnino etiam volunt. Ergo et Deus, qui natura velit, ignorantiæ labe laborabit; cunctaque inanimata, quæ naturaliter ignorent, naturali movebuntur voluntate. Quod cum ita sit, ipse quoque Christus, qui ex deitate atque humanitate consistat, atque, ut hi loquuntur, ignorantiam pariter ac voluntatem secundum arrogationem habeat, prorsus etiam una cum divina voluntate, ignorantiam habiturus est. Mitto dicere (etsi per errorem, idcirco quod propter arrogationem), quod impugnarunt hoc illos explorate defendere; qui nimirum ipsi quoque duas statuant voluntates (naturalem scilicet, et eam quæ est secundum arrogationem) quas liquet duas esse, cum pari numero ignorantiis; quod et absurdum; duplicem in Christo ignorantiam opinari, qui nullam habeat, sed omnem prorsus eliminet, ut qui Dei sapientia atque virtus exsistat[a].

Quam vero arrogationem dicunt seu vindicationem? Substantialem, qua res quælibet, ea quæ insunt natura, ut quæ illa per naturam habeat, sibi arrogat; an eam quæ in affectu seu habitudine sita est, qua mutuo quæ sunt aliorum colimus, nostraque ducimus, cum nihil ipsi illorum patiamur aut operemur? At siquidem primam, illi potius Deum incarnatum nudum hominem affirmarunt, ut qui eum natura ignorantem docuerunt. Sin autem secundam, ne prorsus quidem hominem, sed Deum carnis expertem, ut qui simplici affectu, non velut hominis naturalia, ea quæ sunt carnis, sibi natura vindicet atque arroget, cum interim Deus exsistat maneatque. In quo enim illi ignorantiam ponunt, in eo palam Gregorius cuncta, quæ sunt Dei incarnati, **119** enumerat; puta, somnum, famem, sitim, lassitudinem, fletum, anxium mortis timorem, refugam cautionem, crucem, mortem; ac cum illis etiam resurrectionem, in cœlos receptionem, quibus et nobis salutem contulit, eo quod hæc sponte pro nobis natura susceperit, atque illa passus sit. Siquidem igitur ex ejus arrogationis rationibus, quæ in solo affectu seu habitudine consistit, hæc in Christo

Οἰκείωσιν δὲ (*t*), ποίαν ἄρα φασί; Τὴν οὐσιώδη, καθ' ἣν τὰ προσόντα φυσικῶς ἕκαστον ἔχοντα οἰκειοῦται διὰ τὴν φύσιν· ἢ τὴν σχετικὴν, καθ' ἣν τὰ ἀλλήλων φυσικῶς στέργομέν τε καὶ οἰκειούμεθα, μηδὲν τούτων αὐτοὶ πάσχοντες ἢ ἐνεργοῦντες; Ἀλλ' εἰ μὲν τὴν πρώτην, ἐκεῖνοι μᾶλλον ψιλὸν ἀπέφηναν ἄνθρωπον τὸν σαρκωθέντα Θεὸν, ὡς τοῦτον ἀγνοοῦντα φυσικῶς δογματίζοντες. Εἰ δὲ τὴν δευτέραν, οὐδὲ ἄνθρωπον ὅλως, ἀλλ' ἄσαρκον μόνον Θεὸν, ὡς ἐν ψιλῇ σχέσει τὰ τῆς σαρκὸς, καὶ οὐχ ὡς ἀνθρώπου τὰ φυσικὰ φυσικῶς οἰκειούμενον μετὰ τοῦ εἶναι καὶ μένειν Θεόν. Ἐπειδήπερ ἐν ᾧ τὴν ἄγνοιαν τίθησι, καὶ τὰ φυσικὰ πάντα τοῦ σαρκωθέντος Θεοῦ καταριθμεῖ σαφῶς ὁ διδάσκαλος· οἷον τὸ ὑπνοῦν, τὸ πεινεῖν, τὸ διψεῖν, τὸ κοπιᾶν, τὸ δακρύειν, τὸ ἀγωνιᾶν, τὸ ὑποδύεσθαι, τὸν σταυρὸν, τὸν θάνατον· μεθ' ὧν καὶ τὴν ἔγερσιν, καὶ τὴν ἀνάληψιν, οἷς καὶ σέσωκεν, ἑκουσίως ταῦτα κατὰ φύσιν δεξάμενος ὑπὲρ ἡμῶν καὶ παθών. Εἰ οὖν ταῦτα κατὰ τὴν ἐν σχέσει ψιλὴν οἰκείωσιν ἐπὶ Χριστοῦ γεγενῆσθαι δοξάζουσι, καὶ οὐ φυσικὰ ὡς ἀνθρώπου τοῦ σαρκωθέντος εἶναι Λόγου πρεσβεύουσι, τί λοιπὸν Ἀπολιναρίῳ καὶ Μάνεντι καταλείψωσι; Σεβῆρον γὰρ ὑπερῆραν τῇ ἀσεβείᾳ, μᾶλλον ὑπεραυδήσαντες, ὡς οὐ τοσοῦτον κατεξανα-

[a] I Cor. I, 24.

NOTÆ.

(*t*) *Οἰκείωσιν δέ.* Scite Maximus *arrogationem* distinguit, qua sibi quis arrogat, quæ reipsa habet, et qua ea, quæ sunt aliorum, ut se unum quid cum illis reputat. Sic in Christo præter naturalia, ipsa vere et in unitione, in ipso exsistentia, κατ' οἰκείωσιν proinde naturalem, ut idem Maximus loquitur; *quæ sibi vere ac natura Christus vindicaret ac tribueret;* erant ἐν τῇ κατ' ἐπίνοιαν· διαστολῇ, ut subtili mentis cogitatu a deitate quasi sejuncta caro intelligebatur, ac unum nobiscum ratione hominis, velut præcisione a Verbo sustentante, atque eam habente; κατ' οἰκείωσιν σχετικὴν, *arrogatione illa quæ est secundum affectum, ac quadam necessitudine*, etiam illa quæ nobis ex peccato inoleverunt; ignorantia, non subjectio, et similia : ipsa vere nunquam in ipso, quod neque in illa præcisione, sed vere semper in unitione : at neque in nobis ut συστατικὰ, *quasi ad naturam pertinentia, illamque constituentia*, sed pravæ voluntatis labe invecta. Idem clarius sequenti ad Marinum tomo dogmatico.

Digitized by Google

στάντα τῆς ἀληθείας, ἀλλὰ τῇ τῶν φυσικῶν ἰδιωμάτων ῥήσει προσκεχρημένον, εἰ καὶ τὴν φύσιν ἀθετεῖ τῆς σαρκὸς, πρὸς μίαν τὰς διαφόρους φύσεις ἐκθλίβων. Ταῦτα γὰρ ἕψεται τοῖς τὰ ἄμικτα μίσγουσι, καὶ τὸν Πατρικὸν διωθουμένοις καὶ παρακλέπτουσι νοῦν, ὅστις εὐκρινῶς ἅπαντα τίθεται κατὰ τάξιν τὴν πρέπουσαν. Ὅθεν ὁ πανεύφημος καὶ θεοφόρος διδάσκαλος ἐν τῷ περὶ Υἱοῦ δευτέρῳ λόγῳ, τάδε διέξεισι περὶ ἀγνοίας, ὥσπερ κανόνι τινὶ καὶ τύπῳ διοριζόμενος, κἂν αὐτὰ τὸ πρῶταν ἡμῖν ἀνερμηνεύτως εἰς μέσον προήγαγον, τὸν ἀκρωτὴν ὑφαρπάζοντες· « Ἡ πᾶσιν εὔδηλον, ὅτι γινώσκει μὲν ὡς Θεὸς, ἀγνοεῖν δέ φησιν ὡς ἄνθρωπος, ἄν τις τὸ φαινόμενον χωρίσῃ τοῦ νοουμένου. » Τίθεται οὖν τὴν μὲν ἄγνοιαν τῇ κατ' ἐπίνοιαν διαστολῇ τῶν οὐσιῶν μόνον ἐκδέχεσθαι· τὰ δὲ φυσικὰ θελήματα, καὶ πᾶν τι ἄλλο φυσικὸν δίχα μόνης τῆς ἁμαρτίας, τῇ καθ' ὑπόστασιν ἑνώσει τῶν φύσεων αὐτοῦ τοῦ σαρκωθέντος Λόγου γνωρίζειν, εἰς τὴν τῶν ἐξ ὧν, καὶ ἐν οἷς, καὶ ἅπερ ὑπάρχει κυρωστάτην βεβαίωσιν. Εἰ τοίνυν τὴν μὲν ἄγνοιαν ἐν τῇ κατ' ἐπίνοιαν διαστολῇ θεωροῦμεν, οὐδ' αὐτοῦ κυρίως ἐστὶν, ὃ μήτε ἡμῶν κατὰ φύσιν ὡς συστατικὸν, εἰ καὶ ἡμῶν εἶναι λέγεται διὰ τὴν ἀρχαίαν παράβασιν, οἷον ἡ ἄγνοια, ἡ ἐγκατάλειψις, ἡ παρακοὴ, τὸ ἀνυπότακτον. Τίς γὰρ ἡμῶν ἐν τούτοις φύσεως λόγος, ἢ τῆς οὐσίας συστατικός; Διόπερ οὐδὲ Χριστοῦ ταῦτα κατηγοροῦμεν, ὡς Χριστοῦ παντελῶς, οὐδὲ εἴ τι ἄλλο, καθὼς ἔφην, τῶν ἐν τῇ κατ' ἐπίνοιαν διαστολῇ γνωριζομένων· καὶ μάλα εἰκότως. Εἰ γὰρ οὐκ ἐν διαστολῇ τὸν σεσαρκωμένον γινώσκομεν Λόγον, οὐδὲ κατ' ἐπίνοιαν ψιλὴν φανταζόμεθα, ἀλλ' ἐν ἄκρᾳ τῇ καθ' ὑπόστασιν ἑνώσει τῶν φύσεων ὄντα πιστεύομεν· δῆλον ὡς οὐδέ τι τῶν ἐν διαιρέσει κατ' ἐπίνοιαν λαμβανομένων, αὐτοῦ τὸ παράπαν ἐστίν· ἀλλ' ἐκεῖνα κυρίως αὐτοῦ καὶ μόνα προσβεύομεν, τὰ ὅσαπερ φυσικὰ τυγχάνει μετὰ τῆς φύσεως, καὶ λώβης ὄντα τῆς καθ' ἁμαρτίαν ἐκτὸς, ἑνότητι προσώπου, καὶ τῆς κατ' αὐτὸν μιᾶς ὑποστάσεως, πραγματικῶς σωζόμενά τε καὶ ὁμολογούμενα τοῖς εὐσεβέσιν.

A fuisse sentiunt, non ea naturalia, tanquam hominis incarnati Verbi docent, quid demum Apollinario atque Nestorio reliquum faciant? Severum enim impietate vicerunt, majori præ illo blasphemia, verborumque procacitate usi, quippe cum ille non tanta temeritate in veritatem invectus sit, sed naturalium proprietatum vocem usurparit; tametsi naturam carnis abolet, dum naturas, quæ distinctæ sunt, in unum exterit. Hæc enim eos sequentur, qui incommista miscent, Patrisque mentem rejiciunt ac intervertunt; qua ille cuncta distincte, congruo admodum ordine, ponit. Quocirca clarissimi nominis divinus Magister, altera de Filio oratione, isthæc de ignorantia edisserit; velut regula quadam ac norma dispescens, tametsi hæc primum nulla interpretatione emollita, in medium nobis protulerunt, ut ea fraude auditori fucum facerent: « Eccui dubium esse potest, quin ut Deus quidem cognoscat; nescirę tamen se dicit, ut homo est, si quis partem aspectabilem, ab ea disjungat, quæ sola mente perspici potest. » Hoc igitur statuit, ignorantiam quidem, sola substantiarum divisione, quæ subtili mentis cogitatu consistit, exponi ac sumi; naturales vero voluntates, ac si quid aliud naturale est (unó duntaxat excepto peccato), unione personali duplicis naturæ ipsius incarnati sermonis cognosci, ad ea vere omnino astruenda, ex quibus et in quibus, et quæ exsistit. Siquidem igitur ignorantiam, in ea, quæ subtili mentis cogitatu est, seorsum acceptione ac partitione, intelligimus, haud ejus proprie est, quæ ne ad nos quidem secundum naturam spectet, ut constituens ac insigniens; tamesi ea ad nos spectare dicantur antiquæ transgressionis merito ac labe; cujusmodi ignorantia est, derelictio, inobedientia, non subjectio. Quæ enim in his humanæ naturæ ratio, aut quæ insigniat substantiam ac constituat? Quamobrem neque hæc de Christo, ut Christus est, prorsus prædicamus, neque aliud quidpiam, uti dicebam, eorum quæ in **120** sola distinctione, quæ est subtili mentis cogitatu, considerantur. Ac sane quam merito. Si enim non in distinctione incarnatum Sermonem cognoscimus, nec nuda solum ratione cogitamus, sed in summa primoque ortu secundum hypostasim naturarum unione ipsum exsistere credimus; liquet, nihil eorum, quæ in divisione, quæ est subtili mentis cogitatu, accipiuntur, illius prorsus esse; sed illa vere ejus solaque profitemur, quæcunque naturalia exsistunt una cum natura, omnique carent peccati labe; quæ videlicet in unitate personæ ejusque una subsistentia reipsa vere incolumia sint, ac quæ pii confiteantur.

Οὐκοῦν εἰ μὲν οὐ φυσικὸν τὸ θέλημα, καὶ τῆς ἡμετέρας οὐσίας συστατικὸν, παραστήσωσιν. Εἰ δὲ φυσικόν· θελητικὸς γὰρ φύσει ὁ ἄνθρωπος, ἢ καὶ αὐτὸ μετὰ τῶν ἄλλων τοῦ σαρκωθέντος Λόγου κατ' οὐσίαν ὡς ἀνθρώπου γεγενημένου, καὶ θελητικοῦ κατ' ἄμφω τὰς ἐξ ὧν συνέστηκε φύσεις ὑπάρχοντος, καὶ ἔστι καὶ γνωρίζεται, ἢ καὶ τὰ ἄλλα φυσικὰ μετ' αὐτοῦ. φημὶ δὴ τοῦ κατὰ φύσιν θελήματος, ἐν τῇ κατ' ἐπίνοιαν διαιρέσει, ψιλῶς, ἀλλ' οὐ κυρίως καὶ πραγματικῶς γνωρισθήσονται, καὶ ἔσται κατ' αὐτοὺς, ἡ τῆς ὅλης οἰκονομίας θεωρία καὶ μύησις· μᾶλλον δὲ αὐτὴ κυρίως ἡ σάρκωσις, κατὰ διαίρεσιν αὐτοῖς λαμβανομένη καὶ τάξιν, μηδενὸς φυσι-

D Siquidem igitur voluntas non est naturalis, ac quæ substantiam humanam insigniat, id vero ostendant. Sin autem est naturalis (est enim homo natura voluntatis facultate præditus) aut etiam voluntas una cum reliquis incarnati Sermonis secundum substantiam, ut qui homo exstiterit, sitque voluntatis facultate præditus secundum ambas, ex quibus consistit, naturas, tum exsistit tum noscitur; vel alia quoque pariter naturalia, una cum naturali voluntate, in divisione quæ est subtili mentis cogitatu, sola ratione, non vere ac reipsa noscentur; totaque illis dispensationis consideratio atque doctrina (quinimo ipsa vere incarnatio) so-

Digitized by Google

cundum divisionem atque nudo cogitatu fallente specio accipietur, cum nihil in Christo secundum unionem (nec ipsam prorsus naturam) confiteantur. Ubi enim non est aliquid naturale, neque prorsus natura sit. Uti vicissim, ubi vere natura est, sunt etiam quæ ad eam spectant omnia, uno duntaxat excepto peccato. Quapropter nulla eis adversus veritatem occasio : sublata enim omnis ac per omnia cavillatio est; ut eam, si modo velint, gaudio amplectantur, animique sinceritate nobiscum, qui recta fide in eum credamus, confiteantur (non suis quasi aranearum telis, imbecillæ mentis rationibus innitantur). Ex quibus Christus est, in eis Christum esse; ac in quibus est, hæc et illum esse. Est igitur Deus et homo simul et semel Christus; estque in deitate et humanitate; ac ex iisdem demum unitus est.

A κοῦ τούτοις ἐν Χριστῷ καθ' ἕνωσιν ὁμολογουμένου, μηδ' αὐτῆς τὸ παράπαν τῆς φύσεως. Οὔ γάρ τι φυσικὸν οὐκ ἔστιν, οὔτε φύσις ἔσται ποτὲ ἄν. Ὥσπερ ἔνθα κυρίως ἡ φύσις, τὰ κατ' αὐτὴν ἀπαραλείπτως δίχα μονης τῆς ἁμαρτίας. Διόπερ οὐδὲ μία τούτοις κατὰ τῆς ἀληθείας πρόφασις ἔσται. Περιῄρηται γὰρ πᾶσα, καὶ διὰ πάντων ἐπίνοια, πρὸς τὸ ταύτην, εἴ γε βούλοιντο, περιχαρῶς ἀσμενίσαι, καὶ ἡμῖν εἰλικρινῶς συνομολογεῖν· ἀλλὰ μὴ τοῖς ὡς ἐξ ἀράχνης τῆς κατ' αὐτοὺς ἀδρανοῦς διανοίας ἐπερείδεσθαι λόγοις, τοὺς εἰς αὐτὸν ὀρθοδόξως πιστεύοντας, ὅτι ἐξ ὧν ἐστιν ὁ Χριστὸς, ἐν αὐτοῖς ἐστιν ὁ Χριστός· καὶ ἐν οἷς ἐστιν ὁ Χριστὸς, ταῦτά ἐστιν ὁ Χριστός. Ἔστιν οὖν Θεὸς καὶ ἄνθρωπος ἐν ταὐτῷ ὁ Χριστός· ἔστι δὲ καὶ ἐν Θεότητι καὶ ἐν ἀνθρωπότητι· ἥνωτο B δὲ καὶ ἐκ Θεότητος καὶ ἐξ ἀνθρωπότητος.

121 *Ejusdem S. Maximi solutio alterius absurditatis.*

Quod Patres naturales dicant voluntates, tunc ostendemus, cum obaudire potuerint, vel (ut magis proprie loquar) voluerint, qui ad omnia divina, Patrumque testimonia, aures animi obturarunt. Si enim velut ex quadam labe, ex rixæ studio eas purgare velint, limpideque (seu potius nullo occupante affectu ac libidine) mentis oculum ex ratione, traditæ Patribus doctrinæ, multiluci sacroque splendori admovere, omnino intelligent naturales eos operationes vocare; quod omnes diserte dicant, C docentque : « Naturalem atque insitum appetitum, et a natura habentem, ut caro nolit mori. Est enim istud naturæ damnatio. Ecquonam modo communem amborum voluntatem dicit? Quandonam vero naturæ diversitas una voluntate diluxerit? Prorsus enim necesse est ut voluntas cum natura concurrat; et ut natura mori nolit, sed præsenti vitæ adhærescat. Ac sicut esuries aut sitis nullum crimen est, ita neque vitæ præsentis cupiditas danda vitio est. Inesse quoque naturæ innati vim amoris erga præsentia. » Itemque : « Cum carni competat, quam in nostri gratiam assumpsit, cum iis omnibus, quæ illi natura insunt, ut et mortem defugiat. » Hæc doctrina inclytorum Athanasii, Basiliique et Gregorii et Joannis et Theophili et Cyrilli, B ac reliquorum probatorum Patrum, sententiæ et verba. Quæ his major probatio, ut sit manifestum naturales eos voluntates docere? Quænam vero, quibusve auctoribus orta contradictio, cum in his quæ dicta sunt nulla dubietas sit; nihil eorum mentem in obscurum trahat?

Nihil ergo nos inde, ut causantur adversarii, dictiones novamus; sed Patrum voces confitemur : neque ex sensu nostro, et ut destinato serviant, nomina fingimus (res enim temeraria est, mentisque

Τοῦ αὐτοῦ ἁγίου Μαξίμου ἐπίλυσις τοῦ δευτέρου ἀτόπου.

Περὶ τοῦ δεῖξαι φυσικὰ λέγειν τὰ θελήματα τοὺς Πατέρας, τότε δείξομεν, ὅταν ἐπαΐειν δυνηθῶσιν ἢ βουληθῶσιν, εἰπεῖν οἰκειότερον, οἱ πρὸς πάντα τὰ θεῖα καὶ πατρικὰ τὴν ἀκουστικὴν τῆς ψυχῆς ἀποβύσαντες δύναμιν. Εἰ γὰρ ταύτην ὡς ἔκ τινος πάθους ἀφακαθᾶραι βουληθῶσι τῆς ἔριδος, καὶ τρανῶς, ἢ μᾶλλον ἀπροσπαθῶς, τὸ τῆς διανοίας ὄμμα κατὰ λόγον ἐρεῖσαι τῇ τῆς πατροπαραδότου διδασκαλίας πολυφώτῳ καὶ ἱερᾷ λαμπηδόνι, συνήσουσι πάντως ὡς *φυσικὰ θελήματα* κατονομάζουσιν· ἔκ τε τοῦ διαρρήδην ἅπαντας κοινῇ λέγειν τε καὶ διδάσκειν, « Φυσικήν τε ὄρεξιν, καὶ ἔμφυτον ὄρεξιν, καὶ φυσικῶς ἔχουσαν τὸ μὴ θέλειν ἀποθανεῖν τὴν σάρκα· κατάγνωσις φύσεώς (*u*) ἐστι γὰρ τοῦτο. Καὶ πῶς ἂν φῄσι κοινὸν ἀμφοτέρων τὸ θέλημα; ποῦ δ' ἂν ἡ τῆς φύσεως διαφορότης τῷ ἑνὶ θελήματι διαφαίνοιτο; Ἀνάγκη γὰρ πᾶσα σύνδρομον εἶναι τῇ φύσει τὴν βούλησιν, καὶ τὴν φύσιν μὴ βουλομένην ἀποθανεῖν, ἀλλὰ τῆς παρούσης ἀντεχομένην ζωῆς. Καὶ ὥσπερ τὸ πεινεῖν καὶ διψεῖν οὐκ ἔγκλημα, οὐδὲ τὸ τῆς παρούσης ζωῆς ἐφίεσθαι. Καὶ ὅτι φύσει γὰρ ἔγκειται τὸ φίλτρον τὸ περὶ τὰ παρόντα. » Καὶ τό· « Ἐχούσης τῆς σαρκὸς, ἣν δι' ἡμᾶς ἀνέλαβε μετὰ πάντων τῶν αὐτῇ προσόντων φυσικῶς, καὶ τὸ παραιτεῖσθαι τὸν θάνατον. » Ταῦτα Ἀθανασίου, καὶ Βασιλείου, καὶ Γρηγορίου, καὶ Ἰωάννου, καὶ Θεοφίλου, καὶ Κυρίλλου, τῶν ἀοιδίμων, τὰ δόγματα, καὶ τῶν ἄλλων ἐγκρίτων Πατέρων. Τίς ἡ ὑπὲρ ταῦτα μείζων ἀπόδειξις, ὡς φυσικὰ θελήματα διαγορεύουσι; Ποία δὲ καὶ παρὰ τίνων ἀντιλογία, μηδεμιᾶς ἐν τούτοις τοῖς λεγομένοις οὔσης ἀμφιβολίας, ἢ τῆς εἰασοῦν ἐπικρύψεως;

Ἡμεῖς μὲν οὖν ἐντεῦθεν οὐ λέξεις καινοτομοῦμεν, ὡς οἱ δι' ἐναντίας φασὶν, ἀλλὰ πατρικὰς ὁμολογοῦμεν φωνάς· οὐδὲ πρὸς τὸν ἴδιον νοοῦντες σκοπὸν τὰς ὀνοματοποιίας τιθέμεθα· τολμηρὸν γὰρ τοῦτο, καὶ

NOTÆ.

(*u*) *Κατάγνωσις φύσεως.* Nempe velle mori, quasi naturæ abdicatio est ac damnatio; cum ipsa esse et vivere appetat. Nec qui altiori proposito mortem contemnunt, ipsi mortem ambiunt, aut vitam defugiunt, sed meliorem vitam deteriori præferunt.

Digitized by Google

τῆς αἱρετικῆς ἔργον καὶ μανικῆς διανοίας ἐφεύρεσις· ἀλλ' ὡς ὑπ' αὐτῶν τῶν ἁγίων ἐνοήθησαν καὶ ἐλέχθησαν, ταύτας εὐσεβῶς προκομίζομεν. Αὐτοὶ δὲ τίνα καὶ πόθεν ἔξουσι χώραν, εἰς τὸ μὴ πάντως οὕτω νοεῖν, ἀλλ' ἑτέρως καὶ παρὰ ταῦτα δοξάζειν, εἴγε βούλοιντ' ἂν ὅλως εὐσεβεῖν, καὶ τῆς πατρικῆς μὴ παρεκκλίνεσθαι διδασκαλίας; Εἰ γὰρ ὑποστατικὰ, τουτέστι προσωπικὰ ἔξουσι πάντως, τὰ φυσικὰ δ... οὐμενοι [δυσωπούμενοι], καὶ τὴν προσωπικὴν ἑτερότητα συνεισάξουσιν, ἢ τὰ παρὰ φύσιν, καὶ τὴν ἔκπτωσιν τῶν οὐσιῶν δογματίζουσιν, εἰς ἀνυπαρξίαν τὰς φύσεις, ἢ μᾶλλον ἑαυτοὺς, συνελάσαντες. Καὶ γάρ τι τῶν προσωπικῶν, καὶ τῶν παρὰ φύσιν, εἴπερ τι τοιοῦτον δώσομεν ὅλως εἰπεῖν, οὐκ ἔστιν· ὅτι μηδὲ καθόλου γινώσκεται, μετὰ τὴν τῶν κατ' οὐσίαν ἀποφοίτησιν θελημάτων. Εἴτε γὰρ θεῖον καὶ ἀνθρώπινον, εἴτε θεοῦν καὶ θεούμενον, εἴτε κτιστὸν καὶ ἄκτιστον, εἴτε καὶ ὅπως ποτὲ καλεῖν ἐθέλοιεν, φυσικὰ, καὶ οὐκ ἄλλως τὰ ἐπὶ Χριστοῦ θελήματα κατονομάζειν εὐσεβῶς ἐναγόμεθα, τὴν φυσικὴν ἑτερότητα τῶν ἐξ ὧν συνέστηκε διασημαίνειν ἐθέλοντες. Εἰ γὰρ ἀνάγκη πᾶσα σύνδρομον εἶναι τῇ φύσει τὴν βούλησιν· κατὰ τοὺς Πατέρας, καὶ οὐκ ἔστι κοινὸν δηλαδὴ ἀμφοτέρων τῶν οὐσιῶν τὸ θέλημα λέγειν, οὔτε ἡ τῆς φύσεως διαφορότης τῷ ἑνὶ θελήματι διαφαίνεται, δῆλον ὡς πάντως δύο φυσικὰ ἀνάγκη τὰ θελήματα λέγειν· ἵνα, κατὰ τοὺς Πατέρας, ἡ τῶν οὐσιῶν ἐπὶ Χριστοῦ διαφορότης ἀσυγχύτως καὶ ἀδιαιρέτως γνωρίζηται. Τίς οὖν αὐτοῖς πρὸς ταῦτα λόγος, ἢ τίνα τὴν ὀνοματοποιίαν ἑαυτοῖς ἀναπλάσοιντο, κατὰ τὸν ἴδιον τὰ πατρικὰ νοοῦντες σκοπόν; Ποῖα δὲ ἄρα τὸν εὐσεβῆ ἐλέσθαι βούλοιντ' ἄν, τῶν φυσικῶν ἀποπίπτοντα θελημάτων, τὰ προσωπικά; Καὶ τίς οἴσει τὴν ἐν προσώποις τοῦ ἑνὸς κατατομήν; Ἀλλὰ τὰ παρὰ φύσιν; Καὶ τίς ὁ τῆς κακίας καὶ τῆς ἀνυπαρξίας ἐνέγκῃ βάραθρον, εἰς ὅπερ ἑαυτοὺς κατὰ μικρὸν συνελαύνουσι; Πλὴν, ἐκεῖνο χάριν ἑαυτοῖς, ὅτι τὸν ἀριθμὸν τῶν θελημάτων πολεμεῖν ἀφέμενοι, περὶ τὴν τούτων φυσιολογίαν ἐτράπησαν, ἣν τυχὸν καὶ παραχωροῦμεν, ὡς θέλοιεν ὀνομάζειν, τοῦ κατὰ τοῦτα διαπίπτοντες ἀριθμοῦ, μέχρις ἂν ἐκ τῆς ἀκαταλλήλου κλήσεως μεταμαθόντες τὸ ἄτοπον, καὶ εἰς ὅπερ ἂν αὐτοῖς ἄγῃ τέλος ἀπρόσφορον, πεισθεῖεν καὶτοι φυσικὰ θελήματα κατὰ τοὺς Πατέρας ὁμολογεῖν.

A hæreticæ ac furibundæ opus inventioque), sed qua ratione sanctis intellectæ ac dictæ voces sunt, eas pie proloquimur. Illis vero quinam prætextus, ac unde, ut non omnino sic intelligant, sed aliter menteque contraria sentiant; siquidem ipsis omnino constitutum est ut pie credant, neque a Patrum doctrina deflectant? Nam **122** si hypostaticas (hoc est personales) voluntates habebunt, quos naturalium pudeat, una quoque personalem diversitatem inducent, aut quæ innaturalia sunt; ac substantias interire docebunt, qua naturas (ni magis ipsi scipsos) in nihilum cogunt. Etenim nec personalium, nec eorum quæ sunt præter naturam (si quæ tamen ejusmodi prorsus dici dederimus) aliquid est, quando nec prorsus noscitur, posteaquam voluntates naturales abierunt. Sive enim divinam humanamque voluntatem, sive deificantem et deificatam, sive creatam et increatam, sive quidvis aliud appellare libuerit naturales in Christo, non aliter, voluntates, pie appellandas monemur, ut earum, ex quibus consistit, naturalem diversitatem liquido designemus. Siquidem enim prorsus necesse est, ex Patrum sententia, ut voluntas cum natura concurrat, nec communem scilicet ambarum substantiarum voluntatem dicere licet; nec demum naturæ diversitas una dilucescit voluntate, liquet duas necessario dicendas naturales voluntates, ut, juxta quod Patres sentiunt, substantiarum in Christo inconfuse ac indivise diversitas noscatur. Quæ illorum ad hæc responsio? aut quam sibi arbitrariam nominum compositionem confingent, ut dicta Patrum ad suum propositum trahant? Quas vero, eum qui pietatis cultor sit ac rectæ fidei tenax, amplecti velint personales voluntates, cui naturalium jactura obtigerit? Et quis ferat eum, qui unus exsistat, personarum multitudine conscindi? Verum innaturales? At quis tandem patienter habeat, in quod se illi malitiæ, atque nihili (ut sic loquar) barathrum paulatim præcipites dant? Hoc tamen illis gratiam habemus, quod missa numeri voluntatum impugnatione, ad earum versi sunt explicandam naturam; quam et forte concedemus, utcunque nominare libuerit, earum amisso numero; donec tandem ex inconvenienti nuncupatione, rei absurditatem dedoceti, ac in quem finem nihil eis conferentem ducat, ipsi quoque se suaderi sinant, ut naturales duas voluntates ex Patrum sententia dicant.

Τίς δὲ καὶ τὴν τούτων περιφορὰν μὴ θαυμάσειε; Ὅπως τε περιόδοις τισὶ καὶ διαύλοις ἀποκεχρημένοι, τὸ μέγα τῆς περὶ ἡμᾶς θείας οἰκονομίας ἀποσκευάζειν μηχανῶνται μυστήριον; Ποτὲ μὲν γὰρ κατὰ τῶν φυσικῶν ἐνεργειῶν τὸ θέλημα προσκομίζοντες, δι' ἑνὸς, ἧ φησιν, ἑαυτοῖς συνεισάγοντες τὴν μίαν, κατὰ τῶν δύο μετῆλθον ἐνέργειαν· ποτὲ δὲ τὴν ἄγνοιαν κατὰ τῶν θελημάτων, ὡς ταύτῃ συναποβαίνοντος τοῦ θελήματος, καὶ τῶν ἐκτὸς εἶναι λογιζομένου. Ποτὲ τὴν πάντων τῶν φυσικῶν τελείαν ἀπό-

D Quis vero etiam hominum non miretur joculationem versatileque ingenium? Quomodo scilicet periodis quibusdam ac veluti circumactu abusi, magnum erga nos divinæ dispensationis mysterium convellere nitantur? Quandoque enim adversus naturales operationes **123** voluntatem afferentes; per unam, uti loquuntur, una sibi unam inferentes, duplici abolita, operationem sanxerunt. Quandoque vero, ignorantiam voluntatibus commiscentes, quasi voluntas una cum ignorantia excludatur, ac cum

NOTÆ.

(a) *Τὰ φυσικὰ δυσωπούμενοι.* Sic puto exesam pene vocem rite restitui ac suppleri; nec in ea totoque Maximi discursu hæret aliquid scrupuli.

Digitized by Google

lis quæ extrinsecus sunt computetur. Quandoque per arrogationem, quæ sunt naturæ, omnia prorsus inficiantes, totumque mysterium, uti dicebam, evertentes; cum hæc omnia in ipso, nuda ipsis habitudine affectuque sumantur, non vere natura, tanquam Dei hominis incarnati, unionis vi inesse intelliganlur; cum par esset, ut a veritate haud quidquam exciderent, sed in eam potius cunctis viribus proni tum essent, tum ei patrocinio venirent; ea ratione, quod unius ejusdemque Christi Dei nostri naturas nullo eis desiderato, et quæ ipsis competunt, vere astruerent, ac firmissime confiterentur; cui gloria cum Patre et Spiritu sancto in sæcula infinita. Amen.

A φασιν, διὰ τῆς οἰκειώσεως, καὶ τοῦ μυστηρίου, καθὼς ἔφην, τὴν ὅλην ἀνατροπήν· ἐν σχέσει ψιλῇ τούτων αὐτοῖς ἁπάντων ἐπ' αὐτοῦ λαμβανομένων, καὶ οὐ φυσικῶς ὡς ἀνθρώπου τοῦ σαρκωθέντος Θεοῦ καθ' ἕνωσιν γνωριζομένων· δέον μὴ τῆς ἀληθείας ἐξίστασθαι· συννεύειν δὲ μᾶλλον αὐτῇ διὰ πάντων καὶ συνηγορεῖν, κατὰ τὴν ἀπαράλειπτον τῶν τοῦ αὐτοῦ καὶ ἑνὸς Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν φύσεων, καὶ τῶν προσόντων ταῖς φύσεσι πίστωσιν εἰλικρινῆ καὶ βεβαιωτάτην ὁμολογίαν· ᾧ ἡ δόξα σὺν Πατρὶ καὶ ἁγίῳ Πνεύματι, εἰς τοὺς ἀπεράντους αἰῶνας. Ἀμήν.

ΜΑΞΙΜΟΥ ΤΟΥ ΑΓΙΩΤΑΤΟΥ ΜΟΝΑΧΟΥ

ΚΑΙ ΟΜΟΛΟΓΗΤΟΥ

ΤΟΜΟΣ ΔΟΓΜΑΤΙΚΟΣ (x) ΠΡΟΣ ΜΑΡΙΝΟΝ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΟΝ.

—

MAXIMI SANCTISSIMI MONACHI

AC CONFESSORIS

TOMUS DOGMATICUS AD MARINUM PRESBYTERUM.

—

Quorum ratio virtutibus splendescit, horum mens scientiæ radiis clarescit, ab omni eximentibus oblivionis noxa, uti ab errore tuta illis ratio præstatur; tantumque ad occulti ducentibus hauriendam notitiam, quantum ad ejus, qui nostri causa eluxit, imitationem reducunt. Hoc vero in Spiritu sancto ostendisti, quibus ipse, religiosissime ac venerande Pater, sacrorum morum sacratissimarumque uctionum sedulitate concertans, tantum laudationem excedis, quantum etiam acriorem conatum ac vehementiam adjicere sufficis [1]; qui scilicet cursus finem ac metam, majorem extensionem facias; finemque rationis, jugis motus ascensum ad rationem; ut et naturam excedas, cunctasque figuras abjicias, ac pure purissimo illi consuescas, pro tua ex omnibus ergaque omnes submissione perfectoque transitu, habitudinis seu affectus ratione: qui nempe nullis finibus comprehensam facilis expeditique cursus felicitatem per gratiam tribuat, ejus-

B Ὧν ὁ λόγος ἀρεταῖς ὡραΐζεται, τούτων ὁ νοῦς γνωστικαῖς ἐπιλάμπεται χάρισιν, ἐξιστώσαις λήθης ἁπάσης αὐτὸν, ὥσπερ ἐκεῖνον ἀπάτης ἐκεῖναι, καὶ πρὸς μύησιν ἀγούσαις τοῦ κρυφίου τοσοῦτον, ὅσον αὐτοῦ δι' ἡμᾶς ἐκφανθέντος· πρὸς μίμησιν ἐπανάγουσι. Τοῦτο ἐν Πνεύματι ἁγίῳ παρέδειξας, οἷς αὐτὸς ἀμιλλώμενος ἐμμελείᾳ τρόπων ἱερῶν καὶ ἱερωτέρων πράξεων, θεοτίμητε Πάτερ, ὑπερέχεις τοσοῦτον τὴν εὐφημίαν, ὅσον καὶ ἱκανὸς προσβαλεῖν τὴν εὐτονίαν, πέρας μὲν δρόμου ποιούμενος τὴν ἐπέκτασιν, καὶ λόγου τὴν ἐπὶ τὸν Λόγον ἀεικίνητον ἄνοδον, ἵνα καὶ φύσιν ὑπερβῇς, καὶ τύπους ἅπαντας διαῤῥίψῃς, καὶ καθαρῶς τῷ καθαρωτάτῳ προσομιλήσῃς, κατὰ τὴν ἐκ πάντων καὶ πρὸς ἅπαντας ὑποστολήν ἑαυτοῦ, καὶ τελείαν ἐν σχέσει διάβασιν· ἥτις τὴν ἀόριστον εὔροιαν προξενεῖ κατὰ χάριν περιγράφουσά τε πᾶν ὁριστὸν καὶ ὑπερβαίνουσαν, καὶ εἰς τὰ Ἅγια τῶν ἁγίων, ἔνθα πρόδρομος ὑπὲρ ἡμῶν εἰσῆλθε τὸ καθ' ἡμᾶς ὁ ὑπὲρ ἡμᾶς Ἰησοῦς ἀπρὶξ χωρῆσαι πα-

[1] Philipp. III, 13.

NOTÆ.

(x) *Τόμος δογματικός.* Hunc magna parte sive librum, sive epistolam, Anastasius Bibliothecarius in sua Collectanea retulit, ea deflorans ac sublegens, quæ Honorii papæ defensionem contineant. Ac sane gratulandum tantum monumentum et cimelium in pontificia Romæ asservatum gaza, vel nunc demum qua productum est lingua, Gallicani cleri sedulitate et ope; inque eo splendidissimi surgentis jubaris, pari nobilitate, vita, doctrina, serenissimi principis ducis d'Abret Em. card. propensissima liberalitate, ac episcopi suprema arce Palatini, in lucem prodire: ut eo, ac reliquis Maximi, filia suppetias matri eat, arcemque vel maxime Romanam, quo tempore tantis turbinibus quatitur, fulciat, et sibi ipsa in ejus salute incolumitatem atque gloriam, avita in sedem apostolicam pietate, quærat. Nec una Honorii hic defensio, sed et Anastasii Sinaitæ, et Gregorii Theologi.

Digitized by Google

ρασκευάζουσαν, τὸν ἀπὸ δόξης εἰς δόξαν πρακτικῶς αὐτῷ δι' ἀρετῆς συναναβαίνοντα, καὶ τοὺς οὐρανοὺς ἀπὸ γνώσεως εἰς γνῶσιν ἐπιστημονικῶς διερχόμενον, καὶ τῇ κρυφιομύστῳ καὶ πολυφωνοτάτῃ σιγῇ, κατὰ πᾶσαν νοερᾶς ἐνεργείας ἀπόλειψιν, ἀγνώστως ἐντυγχάνοντα τῷ Πατρὶ τῶν πνευμάτων, ᾧ διὰ χάριτος καὶ τῆς περὶ τὰ ἱερουργὰ μακαρίας σπουδῆς ὑπερφυῶς ἀναχθεὶς, ἀνάγεις τοὺς κατ' ἐμὲ κάτω κειμένους, χειρά τε συμπαθῶς ὀρέγων διὰ τοῦ γράμματος, καὶ λόγον διὰ τῆς ἐν τούτῳ κρυπτομένης νοήσεως, πείθων τε διὰ σπουδῆς ὑπεξίστασθαι τῶν ἐξιστάντων Θεοῦ, καὶ μόνην ἀσχέτως τὴν αὐτοῦ καὶ πρὸς αὐτὸν ἑνωτικὴν ἐξ ὅλης καρδίας [τιμᾷν, ἀσκεῖν, προτιμᾷν vel quid simile,] ἀγάπην, καθ' ἣν, ὡς ἁπλῆν καὶ ἀνείδεον, πᾶσαν διπλόην, καὶ σχήματος ἐπικάλυψιν αὐτῆς τε διανοίας, καὶ τοῦ φαινομένου διακρούσασθαι παρακελεύῃ, καὶ τὴν μακαρίαν ὄντως, καὶ τῶν μακαρίων ἐκφαντορικὴν ἀρετὴν κατορθοῦν, ἣν ταῖς σαῖς ἱερωτάταις στηριζόμενος προσευχαῖς δυνηθείην ἐξανύσαι, εὐπερίστατον ἁμαρτίαν ἀπολιπών.

A modi scilicet ut finitum omne circumscribat atque excedat, inque Sancta sanctorum, ubi præcursor pro nobis [u], nostra carne ac **124** natura, qui nobis superior est, Jesus, ingressus est, tenacius cohærentem faciat penetrare, qui a claritate in claritatem actionis cultu, virtutis scilicet functione, una cum ipso ascendat, atque a scientia in scientiam mentis solertia cœlos pervadat [x] : eoque, quod occultius docetur loquacissimoque silentio, omni mentis operatione subducta, ignote cum Patre spirituum versetur [y] : in quem gratiæ munere, beataque re sacra peragenda diligentia ac sedulitate, eximie, ac quam natura ferre videatur, altius subvectus, qui mei similes humi jaceant, subvehis, miserantis affectu per epistolam manum porrigens, B sermonemque ac rationem, per latentem in ea intelligentiam; omnique opera, ab iis quæ a Deo distrahant, suadens animum avocare, atque solam illius libere, ac cum illo unientem charitatem, ex toto corde colere; pro cujus munere et ratione (quippe cum simplex sit uniusque rationis formarum varietatis expers) omnem duplicitatem expellere jubes, ac vehiculi involucrum, tum animi ipsius, tum ejus partis quæ oculis subjecta est, beatamque vere ac beatorum explanatricem virtutem implere; quam utinam sacratissimis tuis precibus confirmato mihi ac fulto liceat præstare; relicto, quod facile adhæret tenaciorisque naturæ est, peccato.

Ἐπεὶ δέ μοι καὶ πρὸς ἐργασίαν αὖθις ἐγείρων τὸν λογισμὸν καὶ τὸ χώρημα τῆς ψυχῆς πάσης ἀγνοίας διακαθᾶραι βουλόμενος, ἐκέλευσάς μοι διερευνῆσαι τοῦ τῆς ἀναστάσεως φερωνύμως (y) θειοτάτου καὶ μεγάλου Καθηγητοῦ τῆς ἁγίας Θεουπολιτῶν Ἐκκλησίας, ταὐτὸν δὲ φάναι τῆς οἰκουμένης ἁπάσης, τὸν κατὰ τοῦ Διαιτητοῦ λόγον· μᾶλλον δὲ Διαιρέτου, κυρίως εἰπεῖν, ὅσῳ καὶ Θεοῦ καὶ ἡμῶν τελείως· χωρίζει δι' ἄκρας μεταβολῆς καὶ σύμφύρσεως, τὸν δι' ἡμᾶς ἀνθρωπήσαντα Θεὸν, καὶ τοῦ Πατρὸς ὁμοούσιον γέννημα Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, πῶς ἐπ' αὐτοῦ μίαν φησὶ τὴν ἐνέργειαν [z], καίτοι φυσικὰς δογματίζων τὰς ἐνεργείας· αὐτόν γε αὐτῆς ὡς οἰκείας φωνῆς προΐσχομαι σοφὸν ἑρμηνευτὴν καὶ διδάσκαλον, οὐκ ἄλλο τι ταύτην εἶναι διοριζόμενον, ἢ τὴν τῶν ἀμφοτέρων ἐνεργειῶν ἀδιάσπαστον ἕνωσιν, καὶ τὸ ἐξ αὐτῶν ἀποτέλεσμα, τὸ ἔργον φημὶ καὶ τὴν πρᾶξιν, ὡς ἐνδεικτικὴν τούτων ὑπάρχουσαν καὶ δηλωτικὴν, εἴ τις κατὰ τὴν ἐνέργειαν κεκοινώνηκε κλήσεως, ἅτε δὴ μερικόν τι κυρίως οὖσα καὶ καθολικόν. Καθ' ὅσον γὰρ ἐκ τῆς κατὰ ἰδιότητα φυσικῆς οὐσιώδους ἐνεργείας προάγεται, μερικοῦ τάξιν ἐπέχει, ὥσπερ οὖν πάλιν κἀκείνη προάγουσα καθολικοῦ. Πέφυκε γὰρ τὰ μὲν ἰδικὰ τῆς κλήσεως κοινωνεῖν τῶν γενικῶν, τὰ δὲ καθόλου τῆς

Quod autem mihi quoque ad operis functionem rursus mentem excitans, omnique, animi sinum, ignorantia depurgare satagens, ejus qui a resurrectione merito nomen habet, divinissimi magnique C sanctæ Theopolitanorum Ecclesiæ (idemque sit ac si orbis universi dicas); magistri ac præceptoris orationem, seu librum *Adversum Diætetem* (judicem atque arbitrum dicas) quinimo, ut vere loquar, Diæretem (id est, *divisorem*), qua ratione a Deo pariter nobisque per summam mutationem ac confusionem [a], Deum, qui pro nobis homo factus est, Patrisque consubstantialem prolem Dominum nostrum Jesum Christum, separat, perscrutari jussisti : quonam modo unam in eo dicat operationem (ἐνέργειαν), tametsi naturales operationes profiteatur; ipsum nimirum suæ ipsius vocis, seu dictionis, sapientem interpretem ac magistrum produco, qui hanc nihil aliud esse statuat, quam naturalium, D seu insitarum operationum individuam unionem, earumque effectum (opus scilicet et actionem), quatenus ejusmodi est, ut per eam illæ innotescant ac declarentur; quæ ipsa operationis nomen **125** nacta sit, velut quæ vere quid particulare ac universale exsistat. Quatenus enim ex substantiali operatione, quæ naturalis proprietas est, producitur,

[u] Hebr. VI, 20. [v] II Cor. III, 18. [x] Hebr. IV, 14. [y] Hebr. XII, 9. [z] Ibid. 2.

[a] Ἐνέργεια ut usurpata Anastasio, unaque in Christo asserta.

NOTÆ.

(y) *Τοῦ τῆς ἀναστάσεως φερωνύμως.* Circumlocutio est, qua Anastasius Sinaita Antiochenus archiepiscopus Justino imperatore, describitur, libro adversus Joannem Philoponum; qui se fidei quasi indicem atque arbitrum, Catholicos inter et Severianos constituens, suæ illi lucubrationi Διαιτητὴν titulum fecerat, ut auctor est Nicephorus lib. XVIII, c. 47, sive etiam περὶ ἑνώσεως, *De unitione*. Lemmation ejus libri Anastasii refert Gretzerus in Odegi proœmio, repertum inter adversaria Turriani. Ex quibus etiam τοῦ Διαιτητοῦ τεμάχιον, ex illius operis libro IV, pollicitus, cum quinque Anastasii orationes de rectis fidei dogmatibus editurus esset, fidem liberasse non videtur.

Digitized by Google

particularis rationem habet; uti vicissim producens rationem universalis. Sic enim comparatum est, ut communem cum universalibus singularia nuncupationem sortiantur, ac universalia de singularibus exsistentibus prædicentur, etsi non eodem nomine censeantur; quo scilicet velut singularia reddantur, et ad particularium classem reducantur. Denique effectum, uti dicebam, ambarum ipsarum insitarum operationum (actionem scilicet) ut quæ utramque, quatenus inter se uniuntur, complectatur, ex ipsarum nomine doctor appellans, unam operationem vocavit, quod nihil divinum aut humanum seorsim efficiatur; sed ex uno eodemque naturarum simul copulatione atque unite producatur, ob singularem in eis vicissim commeationem. Non tamen propterea, unam ejus dixit pro naturali proprietate substantialem operationem, uti nec unam substantiam naturamque, ob eamdem ipsam rationem, quod una singularis persona est; ejusmodi scilicet, ut eorum ex quibus coaluit, neutrum participet. Nam etiam in unione, incolumis naturarum substantialis distinctio manet, unaque secum vere, etiam eorum quæ naturis insunt, distinctionem essentialiter incolumem retinet.

A ὑπάρξεως κατηγορεῖσθαι τῶν μερικῶν, οὐ μὴν τε τῆς κλήσεως κοινωνεῖν, ἵνα διὰ ταύτης ἐξιδιάζηταί πως καὶ εἰς μερικοῦ τάξιν λογίζηται. Τὸ γοῦν ἀποτέλεσμα, καθὼς ἔφην, αὐτῶν δύο τῶν ἐμφύτων ἐνεργειῶν, ἤγουν τὴν πρᾶξιν, ὡς ἀμφοτέρας καθ' ἕνωσιν αὐτῶν συλλαβοῦσαν, ἐκ τοῦ κατ' αὐτὰς προσαγορεύσας ὀνόματος ὁ διδάσκαλος, μίαν εἶπεν ἐνέργειαν, διὰ τὸ μηδὲν θεῖον ἢ ἀνθρώπινον κεχωρισμένως ἐπιτελεῖσθαι, ἀλλ' ἐξ ἑνὸς καὶ τοῦ αὐτοῦ συμφυῶς ἅμα καὶ ἡνωμένως προάγεσθαι, κατὰ τὴν ἐν τούτοις ἐνιαίαν περιχώρησιν· οὐ μὴν γε διὰ τοῦτο εἶπε μίαν αὐτοῦ κατ' ἰδιότητα φυσικὴν τὴν οὐσιώδη ἐνέργειαν· ὥσπερ οὐδ' οὐσίαν μίαν καὶ φύσιν δι' αὐτό γε τὸ τοῦ ἑνὸς προσώπου μοναδικὸν, οὐδετέρας τῶν ἐξ ὧν συνετέθη μετέχουσαν. Σώζεται γὰρ B καὶ τῇ ἑνώσει τῶν φύσεων ἡ κατ' οὐσίαν διαφορὰ, συναποσώζουσα κυρίως αὐτῇ καὶ τὴν τῶν οὐσιωδῶς προσόντων ταῖς φύσεσι.

Idque ille exponens in eodem ipso libro *Adversus Diætetem* ab eo elucubrato, ubi scite admodum ac solerter distinxerat, de naturali proprietate, quæ se ad operationem aptitudine habeat, deque ipsa operatione in opus actumque, ex eo quod aptitudine erat, procedente, sic edisserit: « Idcirco unam in Christo operationem (subditque rationem, quod scilicet nihil divinum aut humanum seorsim efficiatur) et nos fatemur. » Ubi autem unionis rationem iis verbis monstraverat, essentialis quoque distinctionis rationem subjungens, ait: « Non unam tamen ejus proprietatem; absit! Non enim eadem deitatis et humanitatis proprietas est; » quæ scilicet ad naturalem operationem aptitudinem habet, juxta quod ille existimat. Rursus vero in sequentibus: « Præterea vero, ut idem universim dicam, quarumvis naturarum inter se coeuntium operationem unam esse prorsus necesse est, unionis scilicet et termini ipsius communione; unamque earum citra confusionem dicere proprietatem; forte **126** etiam in quibus nullus omnino confusioni locus intelligi potest. » Apertissime igitur, suis ipse suam ipsius mentem pater declaravit, non unam in Christo substantialem operationem dixisse, ne ejus partibus confusio induceretur; non personalem omnino, ne ab extremis sejungi eum et separari (Patre scilicet principii experte ac intemerata Matre) contingeret. Persona enim, ac iis quæ ad personam spectant, palam dirimitur. Sed quid ait! *Unam unionis terminique communione*, quod superius *opus* et *actionem definivit;* ne minimam quidem subeundi occasionem iis præbens, qui aut confundere velint, aut separare ac dirimere; verum alios procul abigens, quod ostendat, quid primario naturaque ejus proprium humanitatis, quidve supersubstantialis deitatis; alios autem fugans, nullam in uno eodemque dirimendo aut separando operationem. Cum enim operationis nomen (Græce ἐνέργεια) communiter de

Καὶ τοῦτο διαγορεύων ἐν αὐτῷ τῷ τοῦ *κατὰ Διαιτητοῦ* πανηθέντι λόγῳ, μετὰ τὸ λίαν ἐπιστημόνως προδιαστείλασθαι περί τε ἰδιότητος φυσικῆς τῆς πρὸς ἐνέργειαν ἐπιτηδείως ἐχούσης, καὶ αὐτῆς ἐνεργείας τῆς εἰς ἔργον καὶ πρᾶξιν ἐκ τῆς ἐπιτηδειότητος προϊούσης, οὕτως διέξεισι· « Διὸ μίαν μὲν τὴν ἐνέργειαν ἐπὶ Χριστοῦ, » καὶ τὴν αἰτίαν ἐπάγει, διὰ τὸ μηδὲν θεῖον ἢ ἀνθρώπινον κεχωρισμένως ἐπιτελεῖσθαι, « καὶ ἡμεῖς φαμεν. » Ὡς δὲ τὸν τῆς C ἑνώσεως λόγον ταύτῃ παρέδειξε, τὸν τῆς οὐσιώδους διαφορᾶς ἐπάγων, φησὶν, « Οὐ μίαν δὲ αὐτοῦ τὴν ἰδιότητα, μὴ γένοιτο. οὐ γὰρ ἡ αὐτὴ θεότητος ἰδιότης καὶ ἀνθρωπότητος· » ἡ πρὸς ἐνέργειαν δηλαδὴ φυσικὴν ἐπιτηδείως ἔχουσα, κατ' αὐτόν. Καὶ παρακατιὼν αὖθις, « Καὶ ἄλλως δὲ τὸ αὐτὸ καθόλου φάναι, μίαν μὲν τῶν συνελθουσῶν τὴν ἐκ τῶν ὁποίων δὴ φύσεων ἐνέργειαν εἶναι, τῇ κοινωνίᾳ δηλονότι τῆς ἑνώσεως καὶ τοῦ συμπεράσματος αὐτοῦ, πᾶσα ἀνάγκη· μίαν δὲ αὐτῶν τὴν ἰδιότητα λέγειν συγχύσεως ἄνευ, τάχα δὲ καὶ ἐφ' ὧν τῇ συγχύσει χώρος παντελῶς ἀνεπινόητος. » Φανέστατα γοῦν διὰ τῶν οἰκείων τὴν ἑαυτοῦ ἔννοιαν ἐσαφήνισεν ὁ Πατὴρ οὐκ οὐσιώδη μίαν τὴν ἐπὶ Χριστοῦ φήσας ἐνέργειαν D ἵνα μὴ σύγχυσις αὐτοῦ ταῖς μέρεσιν ἐπάγηται καθ' φυρμός· οὐχ ὑποστατικὴν τὸ σύνολον, ἵνα μὴ τῶν ἄκρων αὐτῷ χωρισμὸς γένηται καὶ διάστασις· Πατρὸς ἀνάρχου φημὶ καὶ ἀχράντου μητρός. Ὑποστάσει γὰρ, καὶ τοῖς ὑποστατικοῖς ἐκείνων σαφῶς διακρίνεται. Ἀλλὰ τί φησιν; *Μίᾳ τῇ κοινωνίᾳ τῆς ἑνώσεως καὶ τοῦ συμπεράσματος, ὅπερ ἔργον καὶ πρᾶξιν ἀνωτέρω διώρισε,* μήτε τοῖς φύρειν ἐθέλουσι, μήτε μὴν τοῖς χωρίζειν παρεισδυσιν τὴν οἱανοῦν δεδωκώς· ἀλλὰ τοὺς μὲν ἀπελάσας, τῷ γνωρίζειν, τί μὲν προηγουμένως καὶ κατὰ φύσιν ἴδιον τῆς κατ' αὐτὸν ἀνθρωπότητος· τί δὲ τῆς ὑπερουσίου θεότητος· τοὺς δὲ τροπωσάμενος, τῷ μηδεμίαν ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ καὶ ἑνὸς διιστᾶν ἢ χωρίζειν ἐνέργειαν. Τὸ γὰρ ὄνομα τῆς *ἐνεργείας* κοινῶς ἐπί τε ἁπλῆς

Digitized by Google

ὁμοίως καὶ τῆς ἐν σχέσει θεωρουμένης κινήσεως, ἢ αὐτοῦ τοῦ ἀποτελέσματος λαμβανόμενον, φυρμὸν οὐκ ἐπάγει τοῖς πράγμασιν, ἕως ἂν εὐκρινῆς ἡ τῶν νοουμένων διασάφησις γένηται, καθ' ἣν τά τε θάτερα φύσεων οὐσιωδῶς προσδεδραμηκυιῶν ἀδιαιρέτως φυλάττομεν, καὶ τὰ θατέρας ἴδια τῆς θατέρας· ἀσυγχύτως γνωρίζομεν διὰ τὴν ἕνωσιν, καὶ ἀμφοτέρων τοῦ ἐξ αὐτῶν ὅλου διὰ τὴν ὕπαρξιν, οὔτε κατὰ τοῦτο συμφύροντες, οὔτε μὴν κατ' ἐκείνας χωρίζοντες, ἀλλ' οὐσιῶν μὲν ὅρους κρατοῦντες τὴν διαφοράν, λόγοις δὲ μιᾶς καὶ τῆς αὐτῆς ὑποστάσεως τὴν ἕνωσιν διασφίγγοντες. Οὕτω γοῦν, καὶ διὰ ταῦτα οὗτος, καὶ πᾶς ἄλλος εἴ τις ἔγκριτος καὶ θεῖος Πατήρ, ὡς ἤδη φαίνομαι γεγραφὼς, μίαν ἐπὶ Χριστοῦ τὴν ἐνέργειαν καὶ δύο, τὸ μὲν τὴν ἕνωσιν ἀποσκοπῶν τῶν κατὰ φύσιν ἐνεργειῶν, ὥσπερ οὖν καὶ τῶν φύσεων· τὸ δὲ, τὴν οὐσιώδη τούτων διαφοράν. Καὶ ὧδε μὲν ταῦτα.

A simplici motu, eoque qui in habitudine consideratur, vel de effectu ipso, accipiatur, nullam rebus confusionem inducit, quandiu ea quæ intelliguntur distincte explanantur; qua nimirum utraque earum quæ substantialiter concurrerunt naturarum, indivise servamus, et quæ alterius propria naturæ sunt, alterius inconfuse, idcirco quod unitæ sunt, noscimus; ac quæ ambarum sunt, totius ex illis constituti, quod in illo exsistant; ita ut, neque ratione totius confundamus, neque ratione naturarum dirimamus: sed substantiarum quidem rationes, quod distinctæ sunt, teneamus, uniusque ac ejusdem personæ rationibus unionem astringamus. Sic igitur, eamque ob rem, vir ille, ac si quis alius probatus atque divinus Pater est, ut jam B scripsisse videor, unam in Christo ac duplicem dicit operationem; alterum quidem, unionem spectans naturalium operationum, uti nimirum etiam naturarum; alterum vero, earum substantialem distinctionem. Atque hæc quidem hactenus.

Περὶ δὲ τῆς εἰς τὴν χρῆσιν ἑρμηνείας τοῦ θεολόγου καὶ μεγάλου τῆς Ἐκκλησίας [ἀληθείας] κήρυκος Γρηγορίου[27], τὴν « Παρὰ τοῦ ἀνθρώπου τυποῦσθαι τὸν λόγον φάσκουσαν, οὐ τοῦ κατὰ τὸν Σωτῆρα νοουμένου. Τὸ γὰρ ἐκείνου θέλειν, οὐδὲ ὑπεναντίον Θεῷ θεωθὲν ὅλον, » λίαν μὲν εὐσεβοῦς ἠρτημένης ὁρίζομαι διανοίας, ὑπὲρ ἧς καὶ ἐξ ἧς ἐσπουδάσθη τῷ φιλοπόνῳ (z), μικρὸν δὲ περὶ τὸ τῆς λέξεως ἀκριβὲς ἐνδεοῦς, ᾧ καὶ μᾶλλον ἐπιδρομὰς, ἢ καταδρομὰς εἰπεῖν ἀληθέστερον, οἱ πάντα εὔκολοι καὶ παχεῖς, μηχανῶνται ποιεῖν, καὶ οὐδὲν οὕτως αὐτοῖς περισπούδαστον, ὡς τὸ καὶ τὰ λίαν πάντοθεν ἠσφαλισμένα, καὶ μηδεμίαν αὐτοῖς ὑπανοίγοντα χώραν κατὰ τοῦ λόγου, διερευνᾶσθαι καὶ μωμοσκοπεῖν, μήτοιγε ψιλῆς ποθεν ὁραξάμενοι φωνῆς, καὶ ταύτης ἐξ ἁπλάστου προαγομένης καὶ καθαρᾶς διανοίας, ἐπὶ τὸ μὲν ἐπικουροῦν καὶ συνιστᾷν τῆς ἐξ ἡμῶν προληφθείσης ἐψυχωμένης σαρκὸς, (ἤγουν τοῦ κατὰ τὸν Σωτῆρα ἀνθρωπίνου,) τὸ οὐσιῶδες θέλημα καὶ φυσικὸν, ἐκ τοῦδε τοῦ θεολήπτου Πατρὸς τὸ λέγειν· « Τὸ γὰρ ἐκείνου θέλειν σοφὸν καὶ περιεσκεμμένον, » ἐξ οὗ τῆς πρὸς τὸ φύσει Θεῖον αὐτοῦ καὶ Πατρικὸν ἡ οὐσιώδης δείκνυται διαφορὰ, μηδαμῶς ἐπιφυῆναι σύγχυσιν παραχωροῦσα τῷ κατὰ Χριστὸν μυστηρίῳ. Τὸ δέ γε παροξυτόνως ὡς ἐξ ἀντιγράφων τινῶν ἐκφωνεῖν τὸ *θεωθὲν*[28] *ὅλον*, καὶ μὴ μᾶλλον ὀξυτόνως, δέοι τοῦ μὴ τὸ ἐν εἰσαχθῆναι θέλημα πρὸς τῶν ἐναντίων, λαβὴν δίδωσι καθ' ἡμῶν, ὡς σχετικὴν καὶ ὑποστατικὴν ὑποφαινόντων, καὶ οἷον χάριτι καὶ ἀξίᾳ τὴν ἕνωσιν, τῷ καὶ τοὺς ἁγίους ἐκ Θεοῦ προ-

Ad expositionem autem loci theologi magnique veritatis præconis Gregorii, quod attinet, quo nempe ait: « Ab homine sermonem figurari, non qui de Salvatore intelligatur. Illius enim voluntas Deo non adversatur, cum tota deificata sit; » piæ admodum arbitror hærere sententiæ, pro qua et ex qua, multa viro industrio indefessique laboris navata opera; sic tamen, ut a dictionis proprietate nonnihil desciverit; **127** cui etiam magis ingruere, C seu (ut verius loquar) in quem omni impetu irruere satagunt, qui ad omnia expediti et agiles sunt; nec quidquam aliud sic curant exque animo habent, quam ut ea ipsa quæ longe tutissima sunt, ac unde nullus adversus doctrinam fidemque vel leviter eis pateat locus, curiosius rimentur atque explorent; nedum sicunde nudam captarint vocem, eamque ex simplici ac pura mente profectam; quod nimirum divinus hic Pater, ad astruendam ac confirmandam assumptæ ex nobis carnis animatæ (humanæ scilicet Salvatoris naturæ) essentialem ac naturalem voluntatem, dicat: « Illius enim velle sapiens ac cautum est; » ex quo, ejus a divina, quæ natura est Paternaque voluntate essentialis distinctio monstratur, nequaquam sinens confusionem inolescere D Christi mysterio. Quod autem, ut ex quibusdam exemplaribus probatur, penacuto accentu pronuntiet vocem illam θεόθεν ὅλον (*a Deo totum*) non potius acuto, θεωθὲν (*deificatum*), eo scilicet, atque id cavens, ne ab adversariis una voluntas inducatur, ansam adversus nos præbet, tanquam quæ in habi-

[27] Orat. 36, quæ est 2 de Filio. [28] Anast. legit θεόθεν.

NOTÆ.

(z) *Ὑπὲρ ἧς καὶ ἐξ ἧς ἐσπουδάσθη τῷ φιλοπόνῳ.* Nempe Anastasio; quasi alludat ad ipsum adversarii nomen Φιλοπόνος· quo ipso Patres ægre eum indigitant, sæpiusque cum illis exciderit, velut emendando adjungunt, ἢ μᾶλλον ματαιοπόνος, ne sic ominato nominantes videantur aliquid indulgere Tritheitæ, aliisque erroribus nefasto hæretico. Paulo obscuriora videantur hæc Maximi, præsertim quod utriusque nos auctoris lucubratio deficiat; tum scilicet Anastasii pie hærentis menti Gregorii, nec tamen ea explicanda satis facilis, tum Philoponi depravantis, ac, si mavis, Matæoponi, non viri studiosi, sed hominis stulte laborantis.

Digitized by Google

tudine affectuque posita sit ac personalem, velutque ex gratia et secundum dignitatem, unionem significemus; ea ratione quod etiam sancti ex Deo primario moventur atque afflantur, per eorum in Deum atque divina totis animis propensionem ac affectionem. Quod enim ita accentu acuto θεωθὲν dicitur, nec in eamdem cum essentiali et quæ natura est, voluntale, quod Salvatoris tanquam hominis velle nuncupatur, trahit (quis enim probare possit?) summamque unionem et naturarum conjunctionem ostendit. Cum enim vox illa θεωθὲν eorum sit, quæ sunt ad aliquid, uti etiam quod πυρωθὲν, φωτισθὲν (*ignitum*, *illuminatum*) dicitur, et si qua ejusmodi sunt, omnino una secum infert, id etiam ad quod habet relationem; quod nempe deificans est, quodque igniens ac illuminans; ut non magis ex uno quam ex alio, distinctionis ipsa ratio summæque unionis firma illi rataque constet. Non enim non adversari, seu contrarium esse, sufficit ad unionem. Quidquid enim naturale est, nec vitii labem, quidem aut contrarium est; non tamen omnino etiam omnino prorsusque unitum est, nec essentiali quidquam distinctione excedit, ac quo reprehendatur, habet, non adversatur quidquam inconfusum manet.

A ηγουμένως κινεῖσθαί τε καὶ ἐνεργεῖσθαι, διὰ τὴν ὁλικὴν αὐτῶν πρός τε Θεὸν καὶ τὰ θεῖα σύννευσιν καὶ διάθεσιν. Ἡ γὰρ ὀξύτονος τοῦ *θεωθὲν* φράσις, οὔτε εἰς ταυτὸν οὐσιώδους καὶ φυσικοῦ θελήματος ἄγει τὸ, ὡς ἀνθρώπου κατὰ τὸν Σωτῆρα θέλειν, (τίς γὰρ ὁ δεῖξαι δυνάμενος;) καὶ τὴν ἄκραν ἕνωσίν τε καὶ συμφυΐαν παρίστησι. Τῶν γὰρ πρός τι τυγχάνον τὸ *θεωθὲν*, ὥσπερ οὖν καὶ τὸ *πυρωθὲν* καὶ *φωτισθὲν*, καὶ ὅσα τοιαῦτα, συνεισάγει πάντως ἑαυτῷ καὶ τὸ πρὸς ὃ τὴν ἀναφοράν, ὅπερ ἐστὶ τὸ *θεοῦν*, καὶ τὸ *πυροῦν* καὶ τὸ *φωτίζον*, τῆς σχέσεως ἔχει, ὡς μὴ μᾶλλον ἐκεῖθεν ἢ ἔνθεν τόν τε λόγον κρατύνεσθαι τῆς διαφορᾶς καὶ τῆς ἄκρας ἑνώσεως. Οὐδὲ γὰρ τὸ μὴ ὑπεναντίον εἶναι πρὸς ἕνωσιν αὐτάρκες· πᾶν γὰρ εἴ τι φυσικὸν, καὶ ἀδιάβλητον, οὐκ ἐναν-
B τίον μὲν, οὐ πάντως δὲ καὶ ἡνωμένον Θεῷ. Τὸ δὲ θεωθὲν πάντη τε καὶ πάντως ἡνωμένον, καὶ τὴν οὐσιώδη διαφορὰν οὐδαμῶς ἐξιστοῦν, ὅσῳ καὶ ἀσύγχυτον ὑπάρχει κατὰ τὴν ἕνωσιν.

virum inclytum Cyrillum sequendo, differentiam confitetur, quem nimirum contractionis probri pudeat: quid causæ est, cur non etiam una cum eo naturas confiteatur; inque illis, velut ille, essentialem agnoscit differentiam, sola nimirum divisione explosa; sed penes nudas duntaxat qualitates, secus ac ille sanxit sensitque, differentiam statuit? Quod enim B. Cyrillus naturas confiteatur, quarum et differentiam **138** docet ac tradit, inde perspicuum est, quod nec Nestorio, qui divisus est, in ipsa naturarum assertione renuat communicare, etsi a mente ejus sensuque prorsus abhorreat: « Quid enim, inquit ille, mihi commune cum Nestorio? Quod duas dicam naturas, hactenus dum carnis Deique Verbi differentia ac distinctio noscatur. Est enim hæc alia ab ipso, quod attinet ad naturalem qualitatem, et quod substantia non unius generis est. » Cum igitur etiam naturas confiteatur, atque in illis differentiam agnoscat, pieque confessionis rationem reddat, dum ait: « Idcirco nimirum quod caro alia sit a Verbo, quod attinet ad naturalem qualitatem » (idemque est ac si substantiam dicas et operationem, quod attinet ad Dei Verbi differentiam), quonam modo emotæ mentis homo Severus, nec ipsi, quem simulat colere, Cyrillo dignatur communicare, ac cum eo pariter naturas confiteri, hactenus dum differentia noscatur, juxta ejus doctrinam, nedum quod attinet ad naturalem qualitatem, sed quod etiam substantiæ non unius generis sit; ut simul tum naturarum, tum naturalium qualitatum (id est, substantiarum et operationum) differentiam agnoscat; sed et hoc negans, quod carnis substantia non unius generis cum Verbo sit (quæ est naturalis differentia ac distinctio) ejus loco differentiam in qualitatibus non vere exsistentibus (omnis enim prorsus qualitas ne quidem exsistit absque subjecta substantia) inducat? Quod certe dum maligne animique perversitate factitat, adversumque sapientissimi Cyrilli (idemque dicas, probatorum Patrum) veritate fulsam doctrinam insurgit, ab eo se alienum, mendaciique asseclam ac vindicem probat.

Ἆρα δὲ ποιοτήτων λέγων ἐπὶ Χριστοῦ διαφοράν, μετὰ τὴν ἕνωσιν, ἢ πρὸ τῆς ἑνώσεως λέγει τὴν διαφοράν; Εἰ μὲν γὰρ πρὸ τῆς ἑνώσεως, διαίρεσιν φρονεῖ πάντως, ἀλλ' οὐ διαφοράν, καὶ ἐκ διῃρημένων, οἷον τῶν καθ' αὑτὰ προϋφεστότων, δογματίζει τὴν ἕνωσιν, ἢ ταύτην ἔλυσε διὰ τῆς τῶν ποιοτήτων διαφορᾶς καὶ ὁμολογίας, ἢ οὐδὲ ταύτας ὅλως ἡνῶσθαι τὴν ἀρχὴν ἀποφαίνεται. Καὶ εἰ μὲν οὐχ ἡνῶσθαι λέγει, δῆλον ὡς οὔτε τὰς φύσεις ὧν αἱ ποιότητες, ἡνωμένας δοξάζει, κἂν ὑποκρίνεται λέγειν· οὐ γὰρ ἐνδέχεται, τὰς μὲν ἡνῶσθαι, τὰς δὲ διῃρεῖσθαί ποτ' ἂν· ἀλλὰ σὺν ἀλλήλαις ταυτὸν ἀλλήλαις παθεῖν, εἴτε ἕνωσιν, εἴτε διαίρεσιν. Εἰ οὖν τὴν διαίρεσιν ἀποβαλλόμενος ἡνῶσθαι διαγορεύει μετὰ τῶν φύσεων, καὶ τὰς τούτων ποιότητας, ἀνάγκη πάντως αὐτὸν ἑαυτῷ γε στοιχοῦντα διὰ πάντων, ἢ μίαν σύνθετον λέγειν ποιότητα, καθάπερ καὶ μίαν σύνθετον φύσιν, διὰ τὴν ἕνωσιν, καὶ ἠλέγχθη μὴ δὲ τὴν ἐν ποιότητι γνωρίζων διαφοράν, ἀλλ' ἐπ' ἀμφοῖν, οὐσιῶν τέ φημι καὶ

Nam, quæso, dum in Christo qualitatum differentiam dicit, vel post unionem dicit, vel ante eam? Siquidem enim ante unionem, omnino divisionem sentit, non differentiam ac distinctionem, atque ex eis quæ divisa essent, ut quæ ipsa subsisterent, docet factam esse unionem; aut per qualitatum differentiam easque confitendo, solvit, aut neque has prorsus ab initio unitas esse decernit. At siquidem non fuisse unitas dicit, liquet neque naturas, quarum sunt proprietates, unitas esse existimare, etsi simulate unitas illas dicit. Non enim fieri potest, ut aliæ unitæ, aliæ divisæ unquam exstiterint; sed idem inter se passæ sunt, sive unionem dicas, sive divisionem. Siquidem igitur divisionem **139** respuens, una cum naturis, earum quoque qualitates unitas fuisse asserit, necesse omnino, qui sibi ipse in omnibus consentiat, aut unam compositam dicere qualitatem, ut et naturam unam compositam propter unionem, convinciturque nec in qualitate

Digitized by Google

differentiam agnoscere, sed in utrisque (substantiis scilicet et qualitatibus) confusionem docere; aut cum diversas atque distinctas concedat qualitates, nihil veritus divisionem, diversas quoque ac distinctas naturas dicat, nihil timens, aut omnino prætexens ipsarum scissionem, ut eas confiteri abhorreat ac abnuat. Siquidem enim, ipso auctore, quas ille confitetur qualitates, nullam passæ sunt sectionem, eo quod unitæ sunt, quomodo eam patientur naturæ, quod eas confiteamur, et quod differentes sint? Sin autem naturas quidem non agnoscit, qui solas nimirum qualitates confiteatur; palam est eum naturas destruere, ac qualitatum acervum Christum docere, quales etiam terrenarum rerum naturas novimus: quæ tamen ipsa in materia subjecta consistant, non in solis nudisque qualitatibus considerentur, uti sane ille Christum describit, eamque ob rem naturam compositam indigitat, illam nimirum, et non aliam cogitans, quam ex nudis qualitatibus confinxit atque conflavit. Quorum enim differentiam ac distinctionem, eorum procul dubio et unionem dicit. Non enim sed eorumdem, non aliorum exsistit.

Igitur ex qualitatibus, ac qualitates, dementissimus hominum, Christum asserit, ac penes eas rursus eum divisum ostendit; quippe qui, non unam compositam propter unionem, sed diversas atque distinctas in eo qualitates doceat; quandoquidem hæc illi unionis probatissima definitio est. Sin autem alia quidem in naturis lex obtinet, aliaque rursus in qualitatibus, illius propensioris diligentiæ, seu (ut verius dicam) stuporis sit, docere, ut noverimus qua ratione ob unionem naturas duas unam naturam statuat, non etiam unam qualitatem, diversas qualitates atque distinctas; aut qua demum ratione qualitatum quidem differentiam, non item naturarum, dicat. Quo item modo, qualitates quidem absque differentia inconfusæ non remansere, manent vero etiam absque illa inconfusæ naturæ? Quomodo etiam penes differentiam qualitates non dividuntur, **140** dividuntur tamen penes eam naturæ? Aut quomodo, quæ non dividantur, cum qualitatibus non prædicentur? Quorsum vero etiam componit quidem naturas, non componit autem qualitates; et cum illæ in unam compositam qualitatem non sint unitæ, has in unam unitas cur nugaciter affirmat naturam? Hæc nobis quærentibus explanet, si quis illius impius amator ac patronus est, ut ea solvendo crimen diluat; aut si non potest eamdem ac ille criminis labem, majori quoque damnatione, juste referat · quod consentire se Patribus, profiteri ausus, secum ipse per omnia absurdissime dissideat.

Hæc mihi obiter, Deo colendissime domine, pro eo ac jusseratis, dicta sunto, ad Severi ejusque asseclarum refellendas argutias fastumque retundendum. Tuæ vero divino sensu præditæ mentis sit ac solertiæ, ut imperfectos mei similes, majora perfectioraque doceas, eruditasque atque ad divinioremque

A ποιοτήτων δογματίζων τὴν σύγχυσιν, ἢ διαφόρους διδοὺς τὰς ποιότητας, καὶ οὐ δεδιὼς τὴν διαίρεσιν, διαφόρους καὶ τὰς φύσεις εἴποιεν ἄν, οὐ δεδιττόμενος, οὔτε μὴν προφασιζόμενος τὴν διαμπὰξ τομὴν εἰς τὴν τῆς αὐτῶν ὁμολογίας ἀποστροφὴν καὶ παραίτησιν. Εἰ γὰρ κατ' αὐτὸν οὐ πεπόνθασι διατομὴν αἱ ποιότητες, πρὸς αὐτοῦ δῆθεν ὁμολογούμεναι, διὰ τὴν διαφορὰν, πῶς αἱ φύσεις τμηθήσονται τῆς ὁμολογίας χάριν καὶ διαφορᾶς; Εἰ δὲ ταύτας μὲν οὐχ ὁμολογεῖ, μόνας δὲ δῆθεν ὁμολογεῖ τὰς ποιότητας, δῆλός ἐστι τὰς φύσεις ἐξαφανίζων, καὶ ποιοτήτων ἄθροισμα τὸν Χριστὸν δογματίζων, ὥσπερ καὶ τὰς τῶν ὑλικῶν φύσεις οὔσας γνωρίζομεν· ὑποκειμένῳ μέντοι τῇ ὕλῃ συνισταμένας, ἀλλ' οὐκ ἐν μόναις ἐπιθεωρουμένας καὶ ψιλαῖς ταῖς ποιότησιν, ὡς ἐκεῖνός γε τὸν Χριστὸν διαγράφει, καὶ διὰ τοῦτο σύνθετον αὐτὸν ὀνομάζει φύσιν, ἐκείνην δηλαδὴ, καὶ οὐκ ἄλλην νοῶν ἣν ἐκ ψιλῶν τῶν ποιοτήτων ἀνεπλάσατο καὶ συνέθηκεν. Ὧν γὰρ εἶναι λέγει τὴν διαφορὰν, τούτων σαφῶς καὶ τὴν ἕνωσιν. Οὐ γὰρ ἄλλων ἡ διαφορὰ καὶ ἄλλων ἡ ἕνωσις, ἀλλὰ τῶν αὐτῶν, καὶ οὐκ ἄλλων.

Οὐκοῦν ἐκ ποιοτήτων καὶ ποιότητας εἶναι διηγ-
ρεύει τὸν Χριστὸν ὁ παράφρων, καὶ κατ' αὐτάς γε πάλιν διῃρημένον αὐτὸν ἀποδείκνυσιν, ὡς οὐ μίαν σύνθετον διὰ τὴν ἕνωσιν, ἀλλὰ διαφόρους ἐπ' αὐτοῦ δογματίζων ποιότητας, εἴπερ ὅρος οὗτος αὐτῷ τῆς ἑνώσεως ἄριστος. Εἰ δὲ ἄλλος μὲν ἐπὶ φύσεων, ἄλλος δὲ πάλιν ἐπικρατεῖ νόμος ἐπὶ τῶν ποιοτήτων, τῆς αὐτοῦ δεῖξαι τοῦτον ἡμῖν ἔργον ἐμμελείας, ἢ ἐκπληξίας, εἰπεῖν οἰκειότερον, ὡς ἂν μάθοιμεν πῶς κατὰ τὴν ἕνωσιν μίαν μὲν φύσιν τὰς δύο γνωρίζει φύσεις, οὐ μίαν δὲ ποιότητα διαφόρους ποιότητας · ἢ τίνι λόγῳ ποιοτήτων μὲν λέγει, φύσεων δὲ διαφορὰν οὐ λέγει. Καὶ πῶς; οὐκ ἀσύγχυτοι μὲν δίχα διαφορᾶς; μεμενήκασιν αἱ ποιότητες, ἀσύγχυτοι δὲ καὶ δίχα ταύτης αἱ φύσεις; Πῶς τε κατὰ τὴν διαφορὰν αἱ ποιότητες οὐ διαιροῦνται, διαιροῦνται δὲ κατ' αὐτὴν αἱ φύσεις; Ἢ πῶς οὐ διαιρούμεναι μὴ ὁμολογοῦνται μετὰ τῶν ποιοτήτων; Διατί δὲ συντίθησι μὲν τὰς φύσεις, οὐ συντίθησι δὲ τὰς ποιότητας, καὶ πῶς τούτων οὐχ ἑνωθεισῶν εἰς μίαν ποιότητα σύνθετον, ἐκείνας εἰς μίαν σύνθετον ἑνῶσθαι τερατεύεται φύσιν; Ταῦτα διατρανώσαι διαπορῶσιν ἡμῖν, ὅστις ἐκείνου δυσσεβὴς ἐραστὴς καὶ συνήγορος, ἵνα τὴν τούτων λύσιν ποιούμενος, συνδιαλύσῃ τὴν μέμψιν, ἢ μὴ δυνάμενος ταύτην ἐνδίκως, ἐκείνῳ συναπενέγκηται μετὰ καὶ μείζονος τῆς κατακρίσεως, ὅτι τε σύμφωνον, τὸν καὶ πρὸς ἑαυτὸν ὄντα διὰ πάντων ἀλλόκοτον, εἰπεῖν τοῖς Πατράσιν τετόλμηκεν.

Ταῦτά μοι, θεοτίμητε δέσποτα, ἐν παραδρομῇ κατὰ τὴν ὑμετέραν εἰρήσθω κέλευσιν, εἰς τὴν ἐκείνου καὶ τῶν τῆς ἐκείνου συμμορίας ὑπασπιστῶν ἀνασκευὴν καὶ κατάργησιν. Τῆς σῆς δ' ἂν εἴη θεόφρονος διανοίας, τὰ μείζω, καὶ τελεώτερα τοὺς ἀτελεῖς κατ' ἐμὲ καὶ νηπίους ἐκπαιδεῦσαί τε καὶ διδάξαι. καὶ

Digitized by Google

πρὸς γνῶσιν ἀγαγεῖν θειοτέραν, ἵν' οἰκειώσῃς Θεῷ διὰ τῆς ἀληθοῦς ἐπιστήμης τῶν ὄντων, ὧν αὐτὸς ὁ ὑπὲρ τὰ ὄντα φύσει Λόγος αἰτία καθέστηκε, Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός, ᾧ καὶ δι' εὐχῶν μὴ διαλείποις με παρατιθέμενος τὸν ἀνάξιον, ἁγιώτατε καὶ θεοσέβαστε Πάτερ. A

scientiam trahas; ut per veram rerum notitiam, quarum ipsum, rebus natura superius, Verbum auctor est, Dominus noster Jesus Christus, Deo concilies; cui etiam indignum me votis et precibus commendare, sanctissime ac Deo colendissime Pater, rogo ne cesses.

Καὶ πάλιν ὁ Θεῖος Μάξιμος [35].

Πῶς οὖν τὴν οὕτω ταῦτα σεβασμίως ἅμα καὶ διαπρυσίως ὁρῶσαν τε καὶ διαγορεύουσαν ἁγίαν ἐν Χαλκηδόνι σύνοδον, ὡς διαπεμπομένην τὸν τῆς Νικαέων ὅρον παραστῆσαι, τίς ἂν ἰσχύσειε πώποτε, κἂν πάντων ᾖ πορισμάτων εἰς ἐξεύρεσιν τῶν διὰ ψεύδους, τὰ μὴ ὄντα κατὰ τῆς ἀληθοῦς καὶ ὄντως [πίστεως] πλαττομένων; Εἰ δὲ καὶ ὡς τοῦτο μὲν τηροῦσαν βεβαίως, ὡς δεύτερον δὲ τυχὸν ἐπεισάγουσαν ὅρον διαλοιδορεῖτε καὶ μέμφεσθε, τίς οὗτος καθέστηκεν ὁ ὑπ' αὐτῆς ἐπεισαγόμενος δεύτερος ὅρος; Ἡ ὁμολογία, φησί, τῶν δύο φύσεων καὶ *ἐν δύο φύσεσι* φωνῆς. Οὐ γὰρ ἔχει ταύτην ὁ τῆς Νικαέων ὅρος· εἰσῆχθη δὲ προδήλως ὑπὸ τῶν ἐν Χαλκηδόνι Πατέρων, οὐ πρότερον γνωρισθεῖσα ἢ ὀνομασθεῖσα παρά τινος. B

Ὅτι μὲν οὐδὲ τοῦτο δύνασθε παραστῆσαι δῆλον· πολλοῖς γὰρ τῶν πρὸ αὐτῆς ἁγίων Πατέρων, ὡς εὐσεβὴς ἡ φωνὴ καὶ ἐκρίθη καὶ ἀνηγορεύθη· καὶ μαρτυροῦσι τῶν ταύτην κηρυξάντων οἱ λόγοι, πάσης ὄντες ἡλιακῆς ἀκτῖνος φωτοειδέστατοι καὶ λαμπρότεροι, κἂν ὑμεῖς ἢ ἀγνοεῖτε δι' ἀπαιδευσίαν, ἢ ἀγνοεῖν προσποιεῖσθε διὰ λοιδορίαν, καὶ τῶν εὐσεβῶν Πατέρων τε καὶ δογμάτων ἀνόητον ἐγκλησιν. Εἰ δὲ καὶ μηδὲν ἦν, ὁπότε πλεῖστον, ὡς ἔφην, καθέστηκε, τί τὸ κωλύον ἁγίους τοσούτους (μᾶλλον δὲ τὸν ἅπαντα Χριστιανισμόν· τοῦτο γὰρ κυρίως ἐστὶν ἡ τῶν ὀρθοδόξων Πατέρων ἁγιωτάτη σύνοδος) ἐξουσιαστικῶς ταύτην προέσθαι, καὶ νομοθετεῖν κατὰ τῆς Εὐτυχοῦς συναιρέσεως; C

Καὶ μετά τινά φησι· Τίνι λόγῳ, καὶ πῶς τὴν ἐν Χαλκηδόνι ἁγίαν σύνοδον, καίτοι πατρικαῖς προδήλως ἀποχρησαμένην φωναῖς, αἰτιᾶσθε, καὶ ὡς ἄλλον πίστεως ὅρον εἰσάγουσαν, τῇδε κἀκεῖσε καὶ ἐγγράφως καὶ ἀγράφως διαλοιδορεῖτε καὶ διασκόπτετε; *Μὴ κατ' ὄψιν κρίνετε, διὰ τὸν εἰπόντα Θεόν, ἀλλὰ τὴν δικαίαν κρίσιν κρίνατε.* Τίς ἡ ἐπὶ τῆς αὐτῆς καὶ μιᾶς ὑποθέσεως τῶν ἐν Χαλκηδόνι Πατέρων ἔγκλησις ὑμῶν, καὶ τίς ἡ τῶν προλαβόντων ἀνάρρησις; Εἰ γὰρ ἔστι κατὰ τῆς ἐν τῇ Χαλκηδονέων ἄλλον αἰτιᾶσθαι πίστεως ὅρον διὰ τὰς ἐγκειμένας τῷ ὅρῳ τῆς Νικαέων φωνάς, τοῦτό γε πάντως ἕψεται λέγειν διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν καὶ κατὰ Κυρίλλου καὶ τῶν ἑκατὸν πεντήκοντα. Εἰ δὲ κατ' αὐτῶν οὐκ ἔστι, πῶς κατ' ἐκείνης, συνιδεῖν οὐκ ἔχω. Παριστᾶν δὲ προτρέπομαι τὴν ὑμῶν ἐπὶ τοῖς ἀναποδείκτοις λύσσαν καὶ ἔνστασιν· εἰ γε κἂν ἄρα οὕτως ἱκανῶς αἰσχυνθέντες, συσταλῆτε τῇ ἀπονοίᾳ [36] τῆς τοσαύτης κατὰ τῆς ἀληθείας ψεύδους συστά- D

Rursusque divus Maximus.

Quanam igitur ratione, quæ hæc pie simul ac clare præstiterit, sanciatque, sanctam Chalcedonensem synodum quasi Nicænam definitionem repudiet, poterit quis unquam ostendere, licet omnium acerrimus sit, ad ea quæ nusquam sunt mendaciter adversus veram rectamque fidem comminiscenda ac componenda? Quod si ea ratione, quod illam quidem firmiter servet, alteram vero forte definitionem introducat, maledictis impetitis ac vituperatis, quænam, rogo, altera hæc definitio, quam introducit? Confessio, ait, duarum naturarum, voxque illa *in duabus naturis*. Non enim hanc habet Nicæna definitio, sed palam introducta est a Patribus Chalcedone congregatis, cum prius ignota esset, nec ejus quisquam meminisset.

Atqui, ne id quidem vos probare posse, manifestum est. Multi enim **141** sanctorum Patrum illa superiorum, tanquam piam eam vocem habuerunt, ac ediderunt: testesque sunt, quovis solis radio clariores ac splendidiores, quibus eam prædicarunt, sermones: tametsi vos id aut ignoratis propter inscitiam, aut maledicentiæ animo, et ut pios Patres atque decreta vesano ore criminemini, nescire simulatis. Quod si etiam nihil esset, cum tamen plurimum, uti dicebam, sese offerat, quid obstabat tot sanctos (imo Christianorum omnem cœtum; id nempe vere est orthodoxorum Patrum sanctissima synodus) ex auctoritate hanc emittere atque sancire adversus Eutychianam contractionem?

Et nonnullis interjectis ait: Qua ratione, quove modo sanctam Chalcedonensem synodum, quanquam Patrum voces usurpaverit, criminamini, ac velut quæ aliam fidei definitionem introducat, susdeque verbo ac scripto maledictis incessitis probrisque oneratis ac cavillamini? *Nolite secundum faciem judicare*, ita ut jubenti Deo pareatis, *sed justum judicium judicate* [37]. Quæ vestra Patrum Chalcedonensium, uno eodemque argumento, criminatio, eorumque qui ætate superiores exsistant, præconium? Siquidem enim synodum Chalcedonensem in crimen vocare licet, quasi alia fidei definitione condita, ob appositas Nicænæ definitioni voces: idem plane sequetur eadem ratione et adversus Cyrillum, centumque quinquaginta Patres, dicendum. Quod si hos nihil hæc tela petunt, hanc qua ratione petant capere non possum. Rogo autem, quod sic rabidi ac contentiosi estis, in quibus nulla probatio sit, ut ostendatis; quo nimirum sic

[35] Ex Gregorii patriarchæ CP. orat. ad imp., apud Allat. [36] Male ἀποῤῥίας.

[37] Joan. VII, 24.

Digitized by Google

saltem quantum par est pudore suffusi, a vesania tantis animis adversus veritatem adstruendi mendacii cohibeamini. Nam et theologiæ vindex Gregorius, nihil amplius vestram effugiet adversus synodum Chalcedonensem accusationem : quinimo vestris rationibus magis illi obnoxius erit ; qui illa prior, quod diminute a Nicæna synodo de Spiritu sancto dictum fuerat, a se ipse distincte tradat, « quod tum, inquit, nondum mota erat ea quæstio, » Spiritum sanctum Patri Filioque consocians, et Cledonio, ut et ipse idem sentiat doceatque, datis ad eum litteris hortans.

Sed videmini mihi, visus imbecillis imitari ægritudinem, qui cum, ob suam imbecillitatem, solis splendorem intueri, illumque excipere non possit, hoc **142** ipsum nomine accusat, quasi obscurus sit, non suæ ipse debilitati ascribit : sic nimirum vos quoque, qui confusionis morbo dire laboretis, eos quoque qui ut impiam, nec quidquam veritati naturarum in Christo exstantium ac incolumium consonam satis superque redarguant, ut non communia luminaria, ac veritatis interpretes, ejiciatis. Nam si vera de veritate dicere liceat, omnes post Nicænam synodum a Deo electi Patres, omnisque orthodoxorum ac sanctorum virorum synodus, non aliam fidei definitionem suorum verborum additione prorsus induxerunt, uti vos affirmatis, plurimum deliri homines ac plane insanientes : sed eam ipsam velut primam atque unicam a sanctis trecentis decem et octo Patribus sancitam firmiter confirmarunt, eam dilucidantes, ac velut secundis curis enarrantes ac fabricantes, propter eos, qui ipsam ejusque decreta ad suam impietatem constabiliendam detorquebant et prave exponebant.

Mox igitur, quæ de divinitate erat ac fide Trinitatis, doctrinam violare conantes Eunomium et Macedonium centum quinquaginta Patres suis vocibus ac decretis non siverunt. Sic et divinæ incarnationis Christique mysterium dividere machinantem Nestorium non permisit beatus Cyrillus. Quemadmodum etiam Eutychem confundere volentem venerandi Patres Chalcedonenses prohibuerunt. Quonam igitur modo hanc quoque una cum illis (id est synodis) pari boni honestique studio non recipitis : aut, qui hanc, ut ejus omnis quod bonum ac honestum sit, osores, maledictis appetatis, non illas pariter appetitis? quod potissimum cum opere præstetis, verbis præstare veremini : quo scilicet fictis pietatis vocibus adversus hanc illas commendantes, per hanc illas quoque labefactetis; qui parem eis labem ex pari facto, ac crimen inferatis. Quis igitur tantam vestram adversus pietatem virosque pietatis cultores audaciam ferat? *Et quæ sequuntur.*

σεως. Ἐπεὶ καὶ Γρηγόριος ὁ τῆς θεολογίας συνήγορος, οὐδέν τι μᾶλλον ἐκφεύξεται τῆς ὑμῶν κατὰ τῆς Χαλκηδονέων ἐνοχῆς· πλεῖστον δὲ ὅσον ὑποπεσεῖται ταύτῃ παρὰ τὸν ὑμέτερον νόμον, προδιαρθρῶν τὸ ἁλλιπῶς εἰρημένον τῆς ἐν Νικαίᾳ περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος· « διὰ τὸ μηδὲ κινεῖσθαι, φησὶ, τὸ τηνικαῦτα τοῦτο τὸ ζήτημα· » μετὰ τοῦ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα γινώσκων, καὶ Κληδονίῳ γράφων οὕτω νοεῖν καὶ διδάσκειν.

Ἀλλ' ἐοίκατέ μοι τῆς σαθρᾶς ὄψεως, οὐχ ἱκανούσης πρὸς ἡλιακῆς αἴγλης ἀνένευσιν καὶ μετάληψιν, τὴν αὐτὴν ὡς ἀμυδρὰν αἰτιωμένης, οὐ τὴν οἰκείαν ἀδράνειαν, ἐκμιμήσασθαι τὸ πάθος· αὐτοί τε καὶ νοσηλευόμενοι διὰ τὴν σύγχυσιν, καὶ τοὺς ταύτην ὡς ἀτεθῆ καὶ ἀνάρμοστον πρὸς τὴν ἐν Χριστῷ τῶν σωζομένων ἀλήθειαν φύσεων ἱκανῶς ἐξελέγχοντας, ὡς οὐ φωστῆρας κοινοὺς, οὐδὲ τῆς ἀληθείας ἐκφάντορας ἐκδιαβάλλοντες. Εἰ γὰρ ἔστι τἀληθῆ περὶ ἀληθείας εἰπεῖν, πάντες, οἵ τε κατὰ τὴν Νικαέων θεόκριτοι Πατέρες, καὶ πᾶσα σύνοδος ὀρθοδόξων καὶ ἁγίων ἀνδρῶν, οὐκ ἄλλον πίστεως ὅρον διὰ τῆς ἐπεισαγωγῆς τῶν οἰκείων ῥημάτων παντελῶς ἐπεισήγαγον, ὡς ὑμεῖς ἀποφαίνεσθε, πλεῖστον παραληροῦντες, καὶ τὸ ὅλον μαινόμενοι· ἀλλ' αὐτὸν ὡς πρῶτον καὶ μόνον τῶν ἐκ τῶν ἁγίων τριακοσίων δέκα καὶ ὀκτὼ Πατέρων νομοθετηθέντα βεβαίως ἐκύρωσαν, τρανοῦντες αὐτὸν, καὶ οἷον ἐπεξηγούμενοι καὶ ἐπεξεργαζόμενοι, διὰ τοὺς ἐκεῖνον καὶ τὰ ἐκείνου δόγματα πρὸς τὴν οἰκείαν κακῶς ἐκλαμβάνοντας καὶ παρεξηγουμένους δυσσέβειαν.

Αὐτίκα γοῦν τὸν τῆς θεολογίας ἐν αὐτῷ κείμενον λόγον παραβλάψαι βεβουλημένους Εὐνόμιόν τε καὶ Μακεδόνιον, οἱ ἑκατὸν πεντήκοντα Πατέρες οὐ συνεχώρησαν διὰ τῶν οἰκείων φωνῶν καὶ δογμάτων. Οὕτω δὲ καὶ τὸν τῆς οἰκονομίας Νεστόριον διαιρεῖν μηχανώμενον, ὁ μακάριος οὐκ εἴασε Κύριλλος· ὥσπερ οὖν καὶ Εὐτυχέα συγχεῖν ἐθελήσαντα διεκώλυσαν οἱ ἐν Χαλκηδόνι τίμιοι Πατέρες. Πῶς οὖν ὑπὲρ τοῦ ἀγαθοῦ σὺν ἐκείναις, φημὶ δὲ ταῖς συνόδοις, καὶ ταύτην οὐκ ἀποδέχεσθε, διὰ τὸ αὐτὸ καὶ ἴσον καλόν· ἢ ταύτην ὡς μισόκαλοι διαλοιδοροῦντες συνδιαλοιδορεῖτε κἀκείνας; ὃ δὴ μάλιστα ποιοῦντες τοῖς πράγμασιν, εὐλαβεῖσθε τοῖς ῥήμασιν, ἵν' εὐσεβείας πλάσμασιν ἐκείνας δῆθεν κατὰ ταύτης σεμνύνοντες, διὰ ταύτης κἀκείνας λυμήνησθε, τὸ ἴσον αὐταῖς διὰ τὴν ἴσην πρᾶξιν ἐπιφέροντες ἔγκλημα. Τίς οὖν ὑμῶν τὴν τοσαύτην ὑποίσοι κατὰ τῆς εὐσεβείας καὶ τῶν εὐσεβούντων αὐθάδειαν; κ. τ. ἑ.

EJUSDEM MAXIMI

Capita de substantia seu essentia et natura, deque hypostasi et persona.

143 Substantia quidem seu essentia, ipsam spe-

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΜΑΞΙΜΟΥ

Κεφάλαια περὶ οὐσίας καὶ φύσεως, ὑποστάσεώς τε καὶ προσώπου.

Ὅτι οὐσία μὲν αὐτὸ τὸ εἶδος καὶ τὴν φύσιν, ὅπερ

Digitized by Google

ἐστὶ καθ' ἑαυτὴν, δηλοῖ, ὑπόστασις δὲ, τόν τινα τῆς A
οὐσίας ἐμφαίνει.

Ὅτι οὐσία καὶ ἐνούσιον, οὐ ταὐτόν· ὥσπερ οὐδὲ ὑπόστασις καὶ ἐνυπόστατον, εἰ καὶ ἐν ἀλλήλοις ἄμφω θεωρεῖται, ἀλλ' ἄλλο καὶ ἄλλο. Ἐνούσιον μὲν γάρ ἐστι, τὸ ἐν τῇ φύσει θεωρούμενον, καὶ οὐ καθ' ἑαυτὸ ὑπάρχον· ἐνυπόστατον δὲ, αὐτὸ τὸ ἐν ὑποστάσει ὄν, καὶ οὐκ ἐν ἑαυτῷ καθ' ἑαυτὸ τυγχάνον, δηλοῖ· τουτέστι, τὸ μὴ ἐξ ἀτελῶν (*h*) μερῶν εἰς ἕν τι συνελθὸν, ἀλλ' ἐκ τελείου καὶ ἀτελοῦς, ἐν τῇ κατὰ σύγχυσιν συνόδῳ θεωρούμενον.

Ὅτι ἡ μὲν ὑπόστασις πρόσωπον ἀφορίζει τοῖς χαρακτηριστικοῖς ἰδιώμασι. Τὸ δὲ ἐνυπόστατον, τὸ μὴ ὂν καθ' ἑαυτὸ συμβεβηκὸς δηλοῖ· ἀλλ' ὅπερ ἐν B
ἑτέρῳ ἔχει τὸ εἶναι, καὶ οὐκ ἐν ἑαυτῷ θεωρεῖται, οὐδὲ ἔστι καθ' ἑαυτὸ ὑφεστὸς, ἀλλὰ περὶ τὴν ὑπόστασιν πάντοτε θεωρούμενον, ὥσπερ αἱ ποιότητες, αἵ τε οὐσιώδεις καὶ ἐπουσιώδεις καλούμεναι· αἵτινές οὐκ εἰσὶν οὐσία, οὐδὲ καθ' ἑαυτὰ, ἀλλ' ἐν τῇ οὐσίᾳ τυγχάνουσι, καὶ δίχα ταύτης τὸ εἶναι οὐκ ἔχουσιν.

Ὅτι ὥσπερ οὐδ' ἑτέρα τῶν ποιοτήτων, ἤγουν οὐσιωδῶν καὶ ἐπουσιωδῶν, ἐστὶν οὐσία, ἢ πρᾶγμα ὑφεστὼς καθ' ἑαυτὸ, ἀλλ' ἀεὶ περὶ τὴν οὐσίαν τὸ χαρακτηριστικὸν κέκτηνται, ὥσπερ χρῶμα ἐν σώματι, καὶ ἐπιστήμη ἐν ψυχῇ· οὐδὲ γὰρ ἔστιν εἰπεῖν χρῶμα δίχα σώματος φαίνεσθαι, ἢ ἐπιστήμην δίχα ψυχῆς ἐνεργεῖσθαι· οὕτως οὐδὲ ἐνυπόστατον ἢ ἐνούσιον ἔστιν νοῆσαι δίχα οὐσίας ἢ ὑποστάσεως. Οὐ γὰρ καθ' ἑαυτὰ τὴν ὕπαρξιν ἔχουσιν, ἀλλ' ἀεὶ περὶ τὴν ὑπόστασιν θεωροῦνται. C

Ὅτι οὐ δέον οὔτε τὸ ἐνυπόστατον εἰς ὑπόστασιν συνάγειν, οὔτε τὸ ἐνούσιον εἰς οὐσίαν διορίζειν.

Ὅτι τὸ λέγειν τινὰς, μὴ εἶναί φύσιν ἀνυπόστατον, ὀρθῶς μὲν λέγεται παρ' αὐτοῖς, οὐκ ὀρθῶς δὲ νενόηται· καὶ τὸ μὴ ἀνυπόστατον εἰς ὑπόστασιν φέρειν, καὶ οὐχὶ μᾶλλον ἐν τῇ ὑποστάσει θεωρεῖσθαι.

Ὅτι ὥσπερ εἴ τις λέγει, Οὐκ ἔστι σῶμα ἀσχημάτιστον ἢ ἀχρωμάτιστον, ὀρθῶς μὲν λέγει, οὐ μὴν

ciem naturamque, id quod est secundum se, significat. Hypostasis vero seu persona, aliquem de essentia denotat, id est, cui insit essentia ac natura.

Substantia seu essentia (id est, οὐσία) et ἐνούσιον, non idem sunt; uti neque ὑπόστασις et ἐνυπόστατον: tametsi ambo, aliud in alio, considerentur; aliud tamen et aliud. Ἐνούσιον enim est, quod in natura, et non ipsum per se exsistens, intelligitur. Ἐνυπόστατον vero, ipsum significat, quod in hypostasi, et non in seipso per seipsum exsistit: hoc est, quod non ex imperfectis partibus in unum quid convenit, sed ex perfecto et imperfecto, in concursu secundum confusionem intelligitur.

Hypostasis, proprietatibus insignientibus, personam discernit. Ἐνυπόστατον vero, accidens significat, quod non est per seipsum: sed quod in alio esse nanciscitur, non in seipso consideratur; nec per seipsum vere exsistit, sed citra hypostasim semper intelligitur: cujusmodi sunt qualitates tum essentiales, tum quæ essentiæ adventitiæ vocantur; quæ quidem non sunt substantia, nec per se exsistunt, sed in substantia, et extra illam non habent esse.

Quemadmodum neutrum qualitatum genus (nempe essentialium et quæ essentiæ adventitiæ sunt) substantia est, vel res per se vere exsistens, sed semper circa substantiam insigniendi vim habet, quemadmodum color in corpore, et scientia in animo (nec enim dici potest lucere colorem sine corpore aut scientiam sine animo in actu esse), sic neque ἐνυπόστατον aut ἐνούσιον absque substantia et hypostasi licet intelligere. Non enim hæc per seipsa exsistentiam habent, sed semper circa substantiam et hypostasim intelliguntur.

Non necesse est ut ἐνυπόστατον in hypostasim cogamus, neque ut ἐνούσιον in substantiam dirimamus.

Quod aiunt quidam, non esse naturam ἀνυπόστατον, recte id quidem dictum ab **144** eis est, sed non recte intellectum; quodque τὸ, non ἀνυπόστατον ad hypostasim ferat, et non potius in hypostasi intelligatur.

Sicut qui ait, non esse corpus figuræ expers, aut coloris, recte is quidem dicit; at non recte conclu-

NOTÆ.

(*h*) *Τὸ μὴ ἐξ ἀτελῶν.* Variæ Græcis terminorum ac vocum acceptiones, quæ res in theologia difficultates parit, erroresque incautis innectit, uti quandoque ipse admonet Maximus. Exemplum istud quod adhibet τοῦ ἐνυποστάτου, paulo φυσικώτερον est. Ita sane in naturalibus, hypostasis ex imperfectis substantiis conflatur, ex quibus unum totum ac per se exsistens consurgit: in Christo autem utraque perfecta natura est; unde nec unum totum ut natura ex eis conflatur, sed unus perfectus Deus, perfectus homo in utraque exsistit; ipsasque non hypostases, sed ἐνυπόστατα alibi Maximus admittit. Hic vero quod ponit exemplum, de imperfecto quod perfecto utitur unione secundum confusionem, hoc forte velit. Partes, quæ sic accedunt perfecto, ex illa imperfecti cum eo mistione et confusione, ut sic ἐνυπόστατα esse, quæ vere in hypostasi cui adveniunt, exsistant, non ut accidentia, sed ut quid substantiale, nec extra hypostasim, etsi non sint ipsa hypostasis, quæ est totius ratio, ac per se seorsum a quocunque alio, exsistentis. Paulo post τὸ ἐνυπόστατον, ad ipsa trahit communia accidentia seu adventitia, quæ et ipsa in hypostasi exsistant: sed id remotius est, quod illa esse valde debile et secundum quid in ea habeant. Sequentia, excerpta potius sunt, ad sequentem usque epistolam ad Constantinum Sacellarium, quam justa aliqua lucubratio vel epistola; cumque ipsius Maximi nomine prænotati loci afferantur, conjectura sit ejus studiosum aliquem hæc potius, quam ipsum Maximum digessisse; vel si primum Maximus digessit adversus Severianos et Monothelitas, sic illi digesta alius auxerit, uti fere aliqui exsistimant de quæst. ad Antiochum Athanasii nomine, deque Anastasii Sinaitæ in Scripturam, aliis Nicæni.

Digitized by Google

dit, dicendo figuram aut colorem esse corpus, et non in corpore considerari. Sic, si quis nominans dicat non esse naturam ἀνυπόστατον (quæ scilicet hypostasi careat), tumque non ἀνυπόστατον in hypostasim colligat, non recte distinguit.

Nunquam fiat ut natura ἀνυπόστατος sit (id est carens subsistentia), non tamen natura hypostasis est : nec quod non est ἀνυπόστατον (id est, non subsistens) hypostasis censetur. Nam neque convertitur. Etenim hypostasis omnino etiam natura est ; uti et figura omnino corpus. Nec enim fieri potest ut intelligatur hypostasis absque natura, neque rursus figura aut color absque corpore : natura autem, non etiam omnino hypostasis exsistit.

Natura, ejus quod est esse, communem rationem habet ; hypostasis vero, etiam ejus quod est sic, ac per se esse.

Natura, solam speciei rationem habet ; hypostasis, etiam hujus cujusdam significandi vim habet.

Sanctissimi Clementis presbyteri Alexandrini, ex libro De Providentia.

Substantia in Deo est. Deus divina substantia est, sempiternum aliquid omnisque principii expers, incorporeumque et incircumscriptum, ac rerum Auctor. Substantia est, quod undique vere exsistens (id est, subsistens) est. Natura rerum veritas est, vel rerum substantia ; sive, ut alii sentiunt, eorum quæ in rerum naturam producuntur generatio atque origo : ut autem alii, Dei providentia, rebus quæ fiunt hoc indens, quod est esse, et tali modo esse.

Sapientissimi Maximi, hypostasis definitio.

Hypostasis composita, substantia quædam composita est, singulas omnes proprietates, quæ in proprio individuo sunt, complectens. Quod enim communiter in individuis sub eadem specie consideratur, essentiæ seu naturæ insigne ac nota est ; primario quidem in subjectis illi individuis ; generice vero, quod omnibus individuis sub specie composita commune est.

A ὀρθῶς συμπεραίνει, τὸ σχῆμα, ἢ τὸ χρῶμα σῶμα λέγων εἶναι, ἀλλ' οὐχὶ ἐν σώματι θεωρεῖσθαι· οὕτως εἴ τις ὀνομάσει λέγων· Οὐκ ἔστι φύσις ἀνυπόστατος· εἶτα τὸ μὴ ἀνυπόστατον εἰς ὑπόστασιν συνάγων, οὐκ ὀρθῶς διακρίνει.

Ὅτι φύσις μὲν οὐκ ἂν εἴη ποτὲ ἀνυπόστατος, οὐ μὴν ἡ φύσις ὑπόστασις· οὐδὲ τὸ μὴ ἀνυπόστατον εἰς ὑπόστασιν θεωρεῖται. Ἐπειδὴ οὐδὲ ἀντιστρέφει. Ἡ μὲν γὰρ ὑπόστασις, πάντως καὶ φύσις· ὥσπερ καὶ τὸ σχῆμα, πάντως σῶμα. Οὐκ ἔστι γὰρ ὑπόστασιν νοῆσαι ἄνευ φύσεως· οὐ δὲ πάλιν σχῆμα ἢ χρῶμα ἄνευ σώματος· ἡ δὲ φύσις, οὐ πάντως καὶ ὑπόστασις.

B Ὅτι ἡ μὲν φύσις τὸν τοῦ εἶναι λόγον κοινὸν ἐπέχει, ἡ δὲ ὑπόστασις, καὶ τὸν τοῦ καθ' ἑαυτὸ εἶναι.

Ὅτι ἡ μὲν φύσις εἴδους λόγον μόνον ἐπέχει, ἡ δὲ ὑπόστασις καὶ τοῦ τινός ἐστι δηλωτική.

Τοῦ ἁγιωτάτου Κλήμεντος πρεσβυτέρου Ἀλεξανδρείας, ἐκ τοῦ Περὶ Προνοίας.

Οὐσία ἐστὶν ἐπὶ Θεοῦ. Θεὸς οὐσία θεία ἐστὶν, ἀΐδιόν τι καὶ ἀνάρχον, ἀσώματόν τι καὶ ἀπερίγραφον, καὶ τῶν ὄντων αἴτιον. Οὐσία ἐστὶ, τὸ δι' ὅλου ὑφεστός. Φύσις ἐστὶν, ἡ τῶν πραγμάτων ἀλήθεια, ἢ τούτων τὸ ἐνούσιον. Κατὰ δὲ τοὺς ἄλλους ἡ τῶν εἰς τὶ εἶναι παραγενομένων γένεσις· καθ' ἑτέρους δὲ, ἡ τοῦ Θεοῦ πρόνοια ἐμποιοῦσα τοῖς γινομένοις τὸ εἶναι, C καὶ τὸ πῶς εἶναι.

Τοῦ παναγίου Μαξίμου ὅρος ὑποστάσεως.

Ὑπόστασις σύνθετός ἐστιν, οὐσία τις σύνθετος, τῶν καθ' ἕκαστα περιληπτικὴ τῶν ὄντων ἐν τῷ οἰκείῳ ἀτόμῳ πάντων ἰδιωμάτων. Τὸ γὰρ κοινῶς ἐν τοῖς ὑπὸ τὸ αὐτὸ εἶδος ἀτόμοις θεωρούμενον, τὸ τῆς οὐσίας ἤτοι φύσεως χαρακτηρίζει, προηγουμένως μὲν ἐν τοῖς ὑπ' αὐτὸ ἀτόμοις, γενικῶς δὲ πάντων τὸ κοινὸν, τῶν ὑπὸ τὸ σύνθετον εἶδος ἀτόμων.

---

145 *Beatissimi Eulogii papæ Alexandrini capita septem de duabus naturis Domini Deique ac Salvatoris nostri Jesu Christi.*

Si unius naturæ post unionem est Dominus noster Jesus Christus, rogo, cujusnam? ejus quæ assumpsit, an quæ assumpta est? quidve altera factum est? Sin autem exsistunt ambæ, quomodo sunt una, nisi ex ambabus una composita facta est? Sin autem se res sic habet, quomodo non diversæ substantiæ Christus a Patre, qui omnis expers compositionis est?

Si nunquam duplicis naturæ Dominus noster Jesus Christus agnitus est, quomodo potest dici Christum post unionem unius esse naturæ, aut

D *Τοῦ μακαριωτάτου Εὐλογίου πάπα Ἀλεξανδρείας, κεφάλαια ἑπτὰ περὶ τῶν δύο φύσεων τοῦ Κυρίου καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.*

Εἰ μιᾶς φύσεως κατὰ τὴν ἕνωσιν ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός ἐστιν, εἰπὲ, ποίας, τῆς λαβούσης; ἢ τῆς ληφθείσης ; καὶ τί γέγονεν ἡ ἑτέρα ; Εἰ δὲ ὑπάρχουσιν ἀμφότεραι, πῶς μία, εἰ μὴ ἐξ ἀμφοτέρων μία ἀπετελέσθη σύνθετος ; εἰ δὲ τοῦτο, πῶς οὐχ ἑτεροούσιος ὁ Χριστὸς, τοῦ Πατρὸς ἀσυνθέτου ὑπάρχοντος ;

Εἰ οὐδέποτε δύω φύσεων ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ὡμολόγηται ὤν, πῶς δυνατὸν λέγειν μιᾶς μετὰ τὴν ἕνωσιν τὸν Χριστὸν. ἢ καὶ ὅλως λέγειν

Digitized by Google

ἕνωσιν; Εἰ δὲ ὁμολόγηται ὁ Χριστὸς δύο φύσεων γεγονέναι, εἰπέ, πότε δύο φύσεων ἦν ὁ Χριστός, καὶ πότε γέγονεν ἐκ μιᾶς;

A etiam prorsus nuncupari unio? Sin autem fides est fuisse Christum duplicis naturæ, dic, rogo, quandonam Christus erat duplicis naturæ, ac quando unius factus est?

Ὁμοούσιος ὁ Θεὸς Λόγος τῇ παρ' αὐτοῦ ληφθείσῃ σαρκὶ, ἢ ἑτεροούσιος; Ἀλλ' εἰ μὲν ὁμοούσιος, πῶς οὐ γέγονε τετρὰς ἡ Τριάς; Εἰ δὲ ἑτεροούσιος ἡ σὰρξ τοῦ Θεοῦ Λόγου, πῶς οὐ δύο φύσεων ὁ Χριστός;

Ejusdemne Deus Verbum cum carne ab eo assumpta substantiæ est, an diversæ? At, siquidem ejusdem est, quomodo Trinitas non effecta quaternitas est? Sin autem caro diversæ substantiæ a Deo Verbo est, quomodo Christus non duplicis est naturæ?

Μίαν φύσιν τοῦ Θεοῦ Λόγου σεσαρκωμένην φασί τινες [35]· οἶμαι δὲ καὶ ὑμᾶς οὕτω λέγειν. Ἀλλ' εἰ μὲν μιᾶς οὐσίας τοῦ Θεοῦ καὶ τῆς σαρκὸς τοῦτο νοητέον, πῶς οἷόν τε τὸ κτιστὸν τῷ ἀκτίστῳ, καὶ τὸ ἀΐδιον τῷ ὑπὸ χρόνον εἶναι ταυτόν; Εἰ δὲ ὡς μιᾶς φύσεως ἐχούσης ἑτέραν, ἢ ἐχομένης ὑφ' ἑτέρας, τίς ὑποίσει μίαν καὶ μίαν, οὐ δύο, ἀλλὰ μίαν εἰπεῖν;

Sunt qui unam Dei Verbi naturam incarnatam dicant; arbitror autem vos quoque sic dicere. Atenim, si hoc ita intelligendum ut una sit Dei ac carnis substantia, quonam modo fieri potest ut idem creatum sit cum increato, et quod est sempiternum cum eo quod tempori subjectum est? Sin autem idcirco, quod una natura habeat alteram, aut ab altera habeatur, quis unam et unam non duas, sed unam appellari, ferat?

Εἰ μία φύσις τοῦ Θεοῦ Λόγου καὶ τοῦ Πατρὸς, πῶς; οὐ μία φύσις τοῦ Θεοῦ Λόγου, καὶ τοῦ Πατρὸς καὶ τῆς σαρκός;

Si una natura Dei Verbi et Patris, quomodo non una natura Dei Verbi et Patris et carnis?

Εἰ κατ' οὐδὲν δύο ὁ Θεὸς Λόγος καὶ ἡ σὰρξ, πῶς οὐ κατὰ πάντα ἓν ὁ Θεὸς Λόγος καὶ ἡ σάρξ; Καὶ εἰ κατὰ πάντα ἓν ὁ Θεὸς Λόγος καὶ ἡ σὰρξ, πῶς οὐκ ἔσται ὁ Λόγος σὰρξ, καὶ ἡ σὰρξ Λόγος, καὶ συναΐδιος τῷ Πατρὶ καὶ ὁμοούσιος ὡς ὁ Θεὸς Λόγος; Εἰ δὲ οὐ κατὰ πάντα ἓν ὁ Θεὸς Λόγος καὶ ἡ σὰρξ, πῶς οὐ κατά τι δύο ὁ Θεὸς Λόγος καὶ ἡ σάρξ;

Si nulla ratione Deus Verbum et caro sunt duo, quomodo non omni ratione Deus Verbum et caro unum sunt? Ac, siquidem Deus Verbum et caro omni ratione idem sunt, quomodo Verbum caro non erit, et caro Verbum, Patrique coæterna et consubstantialis haud secus ac Deus Verbum? Sin autem non omni modo Deus Verbum et caro unum sunt, quomodo non quadam ratione Deus Verbum et caro duo sunt?

Εἰ ἀδύνατον πλέον ἡνῶσθαι τὸν Θεὸν Λόγον καὶ τὴν σάρκα, οὗ ἥνωται ὁ Θεὸς Λόγος καὶ ὁ Πατὴρ, πῶς ἡνωμένος ὁ Θεὸς Λόγος καὶ ἡ σὰρξ κατ' οὐδέν εἰσι δύο;

146 Si fieri non potest ut magis uniantur Deus Verbum et caro, quam Deus Verbum et Pater, quomodo Deus Verbum unitus et caro, nulla ratione sunt duo?

Περὶ οὐσίας καὶ φύσεως καὶ ὑποστάσεως.

Οὐσία ἐστὶν ἡ τὸ κοινόν τε καὶ ἀπερίγραπτον σημαίνουσα, ὅ ἐστιν ἄνθρωπος. Ὁ γὰρ τοῦτο εἰπὼν, τὴν κοινὴν φύσιν ἐσήμανεν, οὐ περιγράψας τῇ φωνῇ τόν τινα ἄνθρωπον, τὸν ἰδίως ὑπὸ τοῦ ὀνόματος γνωριζόμενον.

De substantia seu essentia, et natura et hypostasi.

Substantia est seu essentia, quæ significat quod commune ac incircumscriptum est; quod est homo. Qui enim hoc dixerit, naturam communem, nullo circumscripto, qui eo nomine privatim designetur ac proprie singularis homo sit, significavit.

Φύσις ἐστὶ, τὸ ἐξ ἴσου πᾶσι τοῖς ὑπὸ τὸ αὐτὸ εἶδος ἀναγορευομένοις ἐνθεωρούμενόν.

Natura est, quæ in omnibus, quæ ejusdem speciei prædicationem recipiunt, consideratur.

Ὑπόστασίς ἐστιν, ἡ τὸ κοινόν τε καὶ ἀπερίγραπτον ἐν τῷ τινι ἰδίως παριστῶσα καὶ περιγράφουσα, οἷον ὁ δεῖνα.

Hypostasis est, quæ id quod est commune et incircumscriptum, in aliquo singulariter exhibet ac circumscribit, cujusmodi est, hic quidam.

Ὑπόστασίς ἐστι, τὸ μετὰ τοῦ καθόλου, ἔχον τι καὶ ἰδικόν.

Hypostasis est, quæ cum universali, etiam singulare quidpiam habet.

Φύσις ἐστὶ κατὰ τοὺς ἔξω, ἀρχὴ κινήσεως καὶ ἠρεμίας.

Natura est, juxta philosophos, principium motus et quietis.

Φύσις ἐστὶν, ἡ ποιὰ τῷ παντὶ ὕπαρξις.

Natura est, talis quædam cuique substantia ac indoles.

Φύσις λέγεται, παρὰ τὸ πεφυκέναι.

Natura dicitur quasi a nascendo.

Πρώτη οὐσία ἐστὶ, πᾶν τὸ καθ' ἑαυτὸ ὑφεστὼς, οἷον λίθος. Δευτέρα οὐσία αὐξητικὴ, καθὸ αὔξει καὶ φθίνει τὸ φυτόν. Τρίτη δὲ οὐσία ἔμψυχος αἰσθητικὴ,

Prima substantia est, quidquid per se ac vere est, uti lapis. Secunda substantia, quæ vim augmenti habet; uti planta augescit et decrescit. Tertia sub-

[35] Athanas., Cyrillus.

Digitized by Google

stantia, quæ animata sensu prædita est, ut animal, equus. Quarta substantia, quæ animata sensu et ratione prædita est, homo scilicet. Atque id etiam causæ est cur ultimus creatus sit, ut qui ex omnibus animum materiæ expertem, mentemque Dei imaginem nactus sit.

τὸ ζῶον, ὁ ἵππος. Τετάρτη δὲ οὐσία ἔμψυχος αἰσθητικὴ λογικὴ, ὁ ἄνθρωπος. Διὸ καὶ ἔσχατος γέγονεν, ὡς ἐκ πάντων τὴν ψυχὴν ἄϋλον ἔχων, καὶ τὸν νοῦν Θεοῦ εἰκόνα.

—

SANCTI MAXIMI,

Fieri non posse ut dicatur una in Christo voluntas.

Christi nomen, non naturam significat, sed hypostasim seu personam compositam. Hoc est, totus Christus et Dominus et Deus est, et omnipotens, habens in seipso etiam quam pro nobis ac propter nostram salutem indivise et inconfuse carnem gestavit passibilem, non omnipotentem; creatam, oculis **147** subjectam, circumscriptam; non natura omnipotentem, sed in Christo omnipotentem naciam voluntatem. Non enim Christus hypostasi seu persona mortalis et immortalis, nec rursus debilis et omnipotens, visibilis et invisibilis, creatus et increatus; sed alterum, natura; alterum, hypostasi ac persona est. Atque, ut verbo dicam, non contrarietate voluntatis, sed in proprietate naturæ. Ut enim dicebam, Christus unus est, utraque natura habens. Quod enim ait : *Non sicut ego volo, sed sicut tu*, nihil aliud ostendit, quam vere carnem induisse, quæ mortis metu afficeretur. Mortis enim timor, et fuga et anxietas, illius erant. Nunc itaque vi sua ac afflatu destitutam nudamque dimittit, ut illius detecta infirmitate, naturam quoque astrueret. Nunc vero operationem vimque non celat, ut noveris non fuisse nudum hominem. Quemadmodum enim si semper humana exhibuisset, hoc existimatus esset, sic etiam si semper quæ Deitatis erant peregisset, dispensationis doctrina nec ipsa fidem invenisset. Idcirco variat commiscetque tum verba, tum facta, ut neque Pauli Samosateni, neque vero Marcionis et Manichæi morbo ac furori ansam præbeat. Propterea et prædicit quod futurum est, ut Deus; ac rursus, ut homo, recusat.

Qui in uno soloque Christo duas voluntates dicere aut confiteri recusas, quam in eo unam voluntatem dicis, æternam et coæternam consempiternamque Patri et Spiritui sancto; totamve quanta est divinam simplicemque ac omnis compositionis expertem, ut quæ divinæ voluntas essentiæ sit, vel propter assumptum hominem diversum aliquid atque aliud opinaris: quale illud designa, et quod ejus nomen voluntatis edicito. Nam quod attinet ad voluntatis nomen, quæ humanitatis assumptionem præcessit (divinæ scilicet), ego nomen edico. Quemadmodum enim quæ in tribus vere personis exsistit divina natura, principii expers, increata, omnem mentis cogitatum excedens, simplex ac expers compositionis est, quod tota est : sic et ejus voluntas. En itaque eam dixi voluntatem, quæ assumptionem hominis antecedit, omnesque in meam, ut qui vera locutus sim, ibunt sententiam; atque adeo tu ipse velis, nolis. Dic tu igitur,

ΤΟΥ ΜΑΚΑΡΙΟΥ ΜΑΞΙΜΟΥ,

Ὅτι ἀδύνατον ἓν θέλημα λέγειν ἐπὶ Χριστοῦ.

Τὸ Χριστὸς ὄνομα, οὐ φύσεώς ἐστι δηλωτικὸν, ἀλλὰ συνθέτου ὑποστάσεως. Τουτέστιν, ὅλος ὁ Χριστὸς, καὶ Κύριός ἐστι καὶ Θεὸς, καὶ παντοδύναμος, ἔχων ἐν ἑαυτῷ καὶ ἡν δι' ἡμᾶς, καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν ἀδιαιρέτως καὶ ἀσυγχύτως ἐφόρεσε σάρκα παθητὴν καὶ οὐ παντοδύναμον, κτιστὴν, ὁρατὴν, περιγραπτὴν, τὴν μὴ παντοδύναμον φυσικῶς, ἀλλ' ἐν τῷ Χριστῷ παντοδύναμον θέλημα ἔχουσαν. Οὐ γὰρ ὑποστάσει ἐστὶ ὁ Χριστὸς θνητὸς καὶ ἀθάνατος· οὐ δ' αὖ πάλιν ἀδύναμος καὶ παντοδύναμος, ὁρατὸς καὶ ἀόρατος, κτιστὸς καὶ ἄκτιστος· ἀλλὰ τὸ μὲν φύσει, τὸ δὲ ὑποστάσει. Καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, οὐκ ἐναντιότητι γνώμης, ἀλλ' ἐν ἰδιότητι φύσεως. Εἷς γάρ ἐστιν, ὡς προεῖπον, ὁ Χριστὸς, ἔχων ἑκάτερα φυσικῶς. Τὸ γὰρ, *Οὐχ ὡς ἐγὼ θέλω, ἀλλ' ὡς σύ*, οὐδὲν ἕτερον δείκνυσιν, ἀλλ' ἢ ὅτι σάρκα ἀληθῶς περιβέβληται, φοβουμένην θάνατον. Τὸ γὰρ φοβεῖσθαι θάνατον, καὶ ἀναδύεσθαι καὶ ἀγωνιᾷν, ἐκείνης ἐστί. Νῦν μὲν οὖν ἐρήμην αὐτὴν ἀφίησι καὶ γυμνὴν τῆς οἰκείας ἐνεργείας, ἵνα αὐτῆς δείξας τὴν ἀσθένειαν, πιστώσηται αὐτῆς καὶ τὴν φύσιν. Νῦν δὲ αὐτὴν οὐκ ἀποκρύπτει, ἵνα μάθῃς, ὅτι οὐ ψιλὸς ἄνθρωπος ἦν. Ὥσπερ γὰρ εἰ διὰ πάντων τὰ ἀνθρώπινα ἐπεδείκνυτο, τοῦτο ἂν ἐνομίσθη· οὕτως εἰ διὰ παντὸς τὰ τῆς Θεότητος ἐπετέλει, ἠπιστήθη ἂν ὁ τῆς οἰκονομίας λόγος. Διὰ τοῦτο ποικίλλει καὶ ἀναμίγνυσι καὶ τὰ ῥήματα καὶ τὰ πράγματα, ἵνα μήτε τῇ τοῦ Παύλου τοῦ Σαμοσατέως, μήτε τῇ τοῦ Μαρκίωνος καὶ Μανιχαίου νόσῳ καὶ μανίᾳ παράσχῃ ὑπόθεσιν. Διὰ τοῦτο καὶ προλέγει τὸ ἐσόμενον ὡς Θεὸς, καὶ ἀναδύεται πάλιν ὡς ἄνθρωπος.

Ὁ ἐπὶ τοῦ ἑνὸς καὶ μόνου Χριστοῦ δύο θελήματα εἰπεῖν ἢ ὁμολογεῖν παραιτούμενος, τοῦτο τὸ ἓν θέλημα, ὅπερ ἐπ' αὐτοῦ λέγεις, ἄναρχον καὶ συνάναρχον καὶ συναΐδιον τῷ Πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, ἢ ποσότητι θεῖκὸν ὅλον, ἁπλοῦν τε καὶ ἀσύνθετον, ὡς τῆς θείας ὑπάρχον οὐσίας, ἢ διὰ τὴν ἐνανθρώπησιν ἀλλοῖόν τί σοι δοκεῖ; ὁποῖον δὲ σήμανον, καὶ τί τούτου τοῦ θελήματος τὸ ὄνομα, φῆσαι ἡμῖν. Τὸ γὰρ πρὸ τῆς ἐνανθρωπήσεως, τουτέστι τοῦ θείου θελήματος ὄνομα, ἐγὼ σημαίνω. Ὥσπερ γὰρ ἡ θεία φύσις ἡ τρισυπόστατος, ἀναρχος, ἄκτιστος, ἀπερινόητος, ἁπλῆ, καὶ ἀσύνθετος ὁλότητι ὑπάρχει· οὕτω καὶ τὸ αὐτῆς θέλημα. Ἴδοὺ δὴν τὸ πρὸ τῆς ἐνανθρωπήσεως εἶπον· καὶ πάντες μοι συμφθέγξονται, ὡς τὴν ἀλήθειαν εἰρηκότι. Καὶ σὺ αὐτὸς, εἰ θέλεις, καὶ οὐ θέλεις. Εἰπὲ οὖν ἡμῖν τὸ μετὰ τὴν ἐνανθρώπησιν, ποῖον ὄνομα ἔχει. Ζήτησον Παλαιὰν καὶ Καινὴν Διαθήκην ὅλην. Εἰπὲ τούτου σὺ τοῦ ἐφευρισκομένου ἐπὶ Χριστοῦ ἓν θελήματος τὸ

Digitized by Google

ἰκμα. Ζήτησον, καὶ μὴ ὀκνήσῃς. Ἀλλ' ἆρα ἐπειδὴ τὸ θεῖον θέλημα, θεῖον λέγεται, καὶ τὸ ἀνθρώπινον θέλημα, ἀνθρώπινον λέγεται, θεανδρικὸν θέλημα εἶπος τὸν Χριστὸν ἔχειν; οὐ νομίζω. Ἐπειδὴ ὁ Πατὴρ καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα θεανδρικὸν οὐκ ἔχει θέλημα. Ἀλλ' ἆρα σύνθετον τολμήσῃς εἰπεῖν; Ὁμοίως εἶναι κενὸν τῇ Θεότητι τοῦτο. Ἀλλ' ἆρα φυσικὸν ἀκῆς; συγχύσεις καὶ σὺ κατὰ Σεῦῆρον· δύο γὰρ φύσεις ἢ φυσικὰ θελήματα, μία φύσις, ἢ ἐν φυσικῷ θέλημα γενέσθαι ἄνευ συγχύσεως ἀδύνατον. Ἀλλ' ὑποστατικόν; καὶ πάλιν ἀλλοτριώσεις τὸν Υἱὸν τοῦ Πατρὸς, καὶ τρεῖς θελήσεις εἰσάγων φανήσῃ μὴ συμφωνούσας ἀλλήλαις, ὥσπερ καὶ τὰς ὑποστάσεις.

A ejus quæ secuta est, quodnam nomen sit. Versa totum Novum ac Vetus Instrumentum, diligenterque scrutare. Dic tu, **148** hujus sic in Christo inventæ unius voluntatis nomen. Quære, nec pigriteris. Num vero, quod divina voluntas, divina vocatur; atque humana voluntas, itidem humana dicitur, deivirilem Christum voluntatem habere dixeris? Non puto; quod nempe nec Pater, neque Spiritus sanctus deivirilem voluntatem habent. At num compositam voluntatem ausis dicere? Simili rursus ratione nova hæc Deitati voluntas est. At naturalem dicas? confundes et ipse more Severi : non enim fieri potest ut duæ naturæ, aut duæ naturales voluntates, una fiant natura aut una voluntas, quin confusio intercedat. At personalem dicturus es? Rursum quoque Filium a Patre extraneum facies, ac tres voluntates inter se non convenientes, uti et personas, palam induces.

Ἐὰν εἴπῃς τὴν ὡς ἑνὸς μίαν θέλησιν καὶ ἐνέργειαν, ἀναγκασθήσῃ τὴν ὡς ἑνὸς τοῦ Πατρὸς, καὶ τὴν ὡς ἑνὸς τοῦ Πνεύματος εἰπεῖν, κἂν θέλῃς καὶ μὴ θέλῃς θέλησιν καὶ ἐνέργειαν, καὶ εὑρεθήσεται εἰς πολυθείαν ἐκπίπτων ὁ λόγος. Ἐὰν καὶ σχέτικὴν εἴπῃς· Νεστορίου εἰσάγεις προσωπικὴν διαίρεσιν. Εἰ δὲ καὶ παρὰ φύσιν εἴπῃς, φθείρεις τὴν ὕπαρξιν τοῦ θέλοντος· φθορὰ γὰρ τῇ φύσει τὸ παρὰ φύσιν ἐστὶ, καθὼς οἱ Πατέρες ὡρίσαντο. Ἀλλ' ἆρα τὴν μονάδα πάλιν ἀναπαράξεις, καὶ εἰς ψήφους ἡμᾶς κλήσεις εἰς διμοιρότητα τοῦ παρὰ σοῦ ἑνὸς θελήματος, ὅπως μαθεῖν εὕρωμεν κατὰ πόσον ἐστὶ θεῖον, καὶ κατὰ πόσον ἀνθρώπινον. Ὁμοίως καὶ κατὰ πόσον ἄκτιστον, καὶ κατὰ πόσον κτιστὸν, καὶ ἁπλῶς ὃ ἐστι σοι φίλον εἰπεῖν. Εἰπὲ ἡμῖν τὸ ὄνομα τοῦ θελήματος, τοῦ παρὰ σοῦ πρεσβευομένου ἐπὶ Χριστοῦ. Εἰ δὲ καὶ ἀνώνυμον ὑπάρχει κατὰ σὲ τὸ θέλημα τὸ ἓν ὃ λέγεις ἐπὶ Χριστοῦ, σύνταξον αὐτὸ μετὰ τῶν ἀνωνύμων Ψαλμῶν, ὅπως κἂν ἐκεῖ χώραν καὶ τόπον εὕρῃ. Ἐπειδὴ, λογιώτατε, ἡμεῖς ἀνώνυμον τί ποτε ὁμολογῆσαι οὐ δυνάμεθα. Ὡς εἰκὸς δὲ, μέχρι τοῦ νῦν τινὶ τῶν γηγενῶν οὐ πεφανέρωται. Ἐγχάραξον οὖν ὁριστικῶς ἐκ πατρικῶν διδασκαλιῶν, καὶ τὴν τοῦ ὀνόματος δήλωσιν διατύπωσον ἡμῖν. Ἃ γὰρ ἀριθμοῦμεν [86] ἡμεῖς, ταῦτα καὶ ὁμολογοῦμεν, κατὰ τὸν μέγαν καὶ θεοφάντορα Βασίλειον. Ἐγὼ λέγω, ὅτι ἡ ζωοποιὸς σὰρξ τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, ἐν αὐτῷ ἔσχε τῷ Θεῷ Λόγῳ πάντα τὰ ὑπερφυῆ τῆς ἰδίας φύσεως, εἰς ἓν πρόσωπον καὶ μίαν ὑπόστασιν τοῦ Θεοῦ Λόγου, τὰς δύο φύσεις συντελούσας. Ἕνα γὰρ Υἱὸν, ὡς ἕνα τῆς ἁγίας Τριάδος συμπροσκυνοῦμεν Πατρὶ καὶ ἁγίῳ Πνεύματι, ὡς πρὸ τῶν αἰώνων, νῦν καὶ εἰς τοὺς σύμπαντας αἰῶνας, καὶ μετὰ τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

B Sin unam tanquam unius voluntatem atque operationem dixeris, necesse erit ut et unam Patris ut unius, unamque Spiritus sancti ut unius, velis nolis voluntatem dicas et operationem, fictque ut doctrina plurium deorum errore laborare inveniatur. Sin etiam quæ in affectu seu habitudine posita sit, dicas, Nestorii errore personalem divisionem inducis. Sin vero etiam innaturalem dicas, volentis substantiam ac quod exsistit, corrumpis. Quod enim innaturale est, corruptionis labem ac interitum naturæ asciscit, uti Patres definierunt. At num rursus unitatem in frusta discerpturus es, nosque ad calculos coges tertiasque dimidias, ejus quam tradis unius voluntatis, ut possimus nosse quantum humana exsistit : similiter etiam quantum increata, C et quantum creata; ac omnino quod vocare malueris. Dic nobis ejus voluntatis nomen, quam in Christo profiteris. Sin autem, ut tu existimas, nomen non habet quam tu in Christo unam voluntatem dicis, eam psalmorum innominatorum censui adscribe, ut ibi saltem locum sedemque inveniat : ad nos enim quod attinet, vir eruditissime, nihil unquam confiteri possumus quod nominis expers exsistat : ut autem verisimile sit, necdum cuiquam terrigenarum hoc proditum est. Ex Patrum igitur doctrina, sic quasi definiendo, exara; ac quo nomen declaretur, informa. *Quæ* enim nos *numeramus*, *hæc et confitemur*, ut magnus divinorumque interpres ait Basilius. Aio ego : Vivificam Filii Dei carnem in ipsò Deo Verbo, suæ naturæ eximia omnia D nactum esse; duasque **149** naturas, unam Dei Verbi personam ac hypostasin conflare. Unum enim Filium, tanquam unum sanctæ Trinitatis, una cum Patre et Spiritu sancto adoramus, ut ante sæcula, nunc et in sæcula infinita, et post sæcula sæculorum. Amen.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ

Κεφάλαια ι' περὶ τῶν [87] δύο θελημάτων τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Ἐγράφη δὲ πρὸς ὀρθοδόξους.

ι'. Εἰ ὥσπερ μιᾶς ὑποστάσεώς ἐστιν ὁ Λόγος μετὰ

EJUSDEM

Capita decem de duplici voluntate Domini ac Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi. Scripta autem sunt ad orthodoxos.

1. Si quemadmodum Verbum, unius cum carne

[86] Sanctæ scilicet Trinitatis personas. [87] Turr. γνῶμαι ἀποδεικτικαὶ τῶν.

Digitized by Google

hypostasis est seu personæ, sic quoque quorumdam sensu, benedicti, una voluntas est; necesse est ut sicut hypostasi ac persona, sic et voluntate a nobis differat et a Patre. At, qui fiat ut quod differunt voluntates, eadem ejus cum Patre monstretur natura?

2. Quibus Verbum unum est cum carne, his a Patre sejungitur; ac quibus unitatem habet cum Patre, his a carne dirimitur. Quod si una cum carne voluntas est, ut quidam sentiunt, benedicti, ergo voluntate a Patre secernitur.

3. Si quibus Verbum cum Patre ac Spiritu unitum est, iis a carne differre censetur: est autem, ut communis Christianorum sententia est, voluntate cum Patre et Spiritu unitum; ergo carnis voluntate differt a Patre et Spiritu, pro eo ac ipsi sibi Patres nobisque sanxerunt; nosque, benedicti, servare studemus.

4. Unam hanc voluntatem, aut naturalem dicant necesse est, benedicti, aut personalem; siquidem quod res exsistunt, in substantia seu essentia, et in persona consideratur. Quid enim etiam aliud dicere liceat, quibus nec liceret? At, si quidem naturalem eam dixerint, unam quoque Verbi et carnis naturam, velint nolint, dicent. Sin autem personalem, necesse erit, ut quod tres sunt sanctæ Trinitatis personæ, etiam tres dicant voluntates; si quidem dictis suis cohærentia loqui velint.

5. Si, qua Verbum natura voluntate præditum est, omnium quæ facta sunt creatrix est; hæc autem, illorum sententia, benedicti, etiam carnis voluntas est; palam fit Verbi carnem omnium fore creatricem. Sicque sublata communis Christianorum existimatio est, quod ipsa **150** creata sit. Quomodo enim creatum quod ex nihilo creat, eoque fulget munere, quod singularis divinæ naturæ proprietas est?

6. Si, quod una Patris et Filii et Spiritus sancti voluntas est, unam divini Patres esse eorum naturam ostenderunt; unaque voluntas, eorum sententia, benedicti, Verbi ac carnis est; sic quoque una Verbi et carnis erit natura. Sin autem in carne et Verbo una voluntas unam naturam non infert, neque in Patre et Filio et Spiritu sancto una voluntas unam infert naturam; sicque inanis fides nostra; inanis et Patrum prædicatio futura est [b].

7. Una hæc voluntas, aut arbitrii voluntatis est, aut naturalis. At, siquidem naturalis est, una quoque natura, uti jam ostendimus, Verbi et car-

A τῆς σαρκὸς, οὕτω καὶ ἓν θέλημα κατά τινας, εὐλογημένοι, ἀνάγκη ὥσπερ τῇ ὑποστάσει, οὕτω καὶ τῷ θελήματι καὶ ἡμῶν καὶ τοῦ Πατρὸς διαφέρειν. Καὶ πῶς ἡ τῆς φύσεως πρὸς τὸν Πατέρα ταυτότης, τῇ διαφορᾷ τῶν θελημάτων δειχθήσεται;

β'. Οἷς ὁ Λόγος τὸ ἓν ἔχει μετὰ τῆς σαρκὸς, τούτοις τοῦ Πατρὸς χωρίζεται, καὶ οἷς τὸ ἓν ἔχει μετὰ τοῦ Πατρὸς, τούτοις τῆς σαρκὸς διακρίνεται. Εἰ δὲ ἓν θέλημα μετὰ τῆς σαρκὸς κατά τινας, εὐλογημένοι, ἄρα τῷ θελήματι τοῦ Πατρὸς ἐχωρίσθη.

γ'. Εἰ οἷς ἥνωται ὁ Λόγος τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Πνεύματι, τούτοις τῆς σαρκὸς διαφέρειν κρίνεται· ἥνωται δὲ κατὰ τὴν κοινὴν τῶν Χριστιανῶν δόξαν τῷ θελήματι Πατρὶ καὶ Πνεύματι, ἄρα θελήματι τῆς B σαρκὸς διαφέρει τοῦ Πατρὸς καὶ Πνεύματος: ὡς αὐτοὶ ἑαυτοῖς οἱ Πατέρες καὶ ἡμῖν διωρίσαντο, καὶ ἡμεῖς, εὐλογημένοι, φυλάσσειν σπουδάζομεν.

δ'. Τοῦτο τὸ ἓν θέλημα, ἢ φυσικὸν ἢ ὑποστατικὸν ἀνάγκη αὐτοὺς, εὐλογημένοι, λέγειν· εἴπερ ἡ τῶν ὄντων σύστασις ἐν οὐσίᾳ καὶ ὑποστάσει θεωρεῖται. Τί γὰρ ἂν καὶ εἴη παρὰ ταῦτα ἕτερον λέγειν, [οἷς οὐκ ἐξῆν]; Ἀλλ' εἰ μὲν φυσικὸν αὐτὸ εἴπωσι, καὶ μίαν φύσιν λέξουσιν τοῦ Λόγου καὶ τῆς σαρκὸς, καὶ μὴ θέλοντες. Εἰ δὲ ὑποστατικὸν, ἀναγκασθήσονται διὰ τὰς ἁγίας τρεῖς ὑποστάσεις, τρία λέγειν καὶ τὰ θελήματα, εἴπερ ἑαυταῖς στοιχεῖν διέγνωσαν.

C ε'. Εἰ τὸ τῆς φύσεως τοῦ Λόγου θέλημα, δημιουργικὸν πάντων τῶν γεγονότων· τοῦτο δὲ κατ' αὐτοὺς, εὐλογημένοι, καὶ τῆς σαρκὸς τυγχάνει θέλημα, δημιουργὸς ἔσται προδήλως τῶν γεγονότων καὶ ἡ τοῦ Λόγου σάρξ. Καὶ ἀνῄρηται οὕτω γε ἡ καινὴ δόξα τῶν Χριστιανῶν, τὸ κτιστὴν αὐτὴν εἶναι. Πῶς γὰρ κτίσμα τὸ ἐκ μὴ ὄντων κτίζον, καὶ τὸ ἐξαίρετον τῆς θείας φύσεως ἰδίωμα ἔχον;

ς'. Εἰ διὰ τὸ ἓν θέλημα (i) Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος, καὶ μία φύσις αὐτῶν ἐδείχθη ὑπὸ τῶν θεολήπτων Πατέρων· ἓν δὲ θέλημα κατ' αὐτοὺς, εὐλογημένοι, τοῦ Λόγου καὶ τῆς σαρκὸς, καὶ μία φύσις ἔσται γε οὕτω καὶ τοῦ Λόγου καὶ τῆς σαρκός. Εἰ δὲ ἐπὶ τῆς σαρκὸς καὶ τοῦ Λόγου, τὸ ἓν θέλημα D τὴν μίαν φύσιν οὐ συνάγει, οὐδὲ ἐπὶ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος, τὸ ἓν θέλημα τὴν μίαν φύσιν συνάξει, καὶ κενὴ ἡ πίστις ἡμῶν, κενὸν τὸ τῶν Πατέρων κήρυγμα.

ζ'. Τοῦτο τὸ ἓν θέλημα, ἢ προαιρετικὸν τυγχάνει, ἢ φυσικόν. Ἀλλ' εἰ μὲν φυσικὸν, καὶ μία φύσις ἔσται, ὡς καὶ ἤδη ἐδείχθη, τῆς σαρκὸς καὶ τοῦ Λό-

[b] I Cor. xv, 14.

NOTÆ.

(i) *Εἰ διὰ τὸ ἓν θέλημα.* Non b[illegible]e Turr, inter cujus Maximi opuscula istud undecimum est, istam sententiam superiori jungit; quo cogitur decimam numerare, quod epilogi rationem habet. Habuerit ejus cod. εἶτα, εἰ, quod ille reddit, *Deinde, si*: nihil tamen id favet, ut non sit nova sententia seu argumentum, quæ alia aliis subnectere solent Græci ejusmodi particulis, uti fere etiam Latini. Titulus in Turr. cod. et Romano paulo divergens: illius est, Γνῶμαι ἀποδεικτικαὶ περὶ τῶν δύο τοῦ Χριστοῦ θελημάτων, Romani, qualem repræsentavi.

Digitized by Google

του· εἰ δὲ προαιρετικὸν, ὥσπερ τῇ ὑποστάσει, οὕτω καὶ τῇ γνώμῃ χωρισθήσεται Πατρὸς καὶ Πνεύματος ὁ Χριστός.

ΜΑΞ. Οὐκοῦν πάλιν, κατὰ ἀνάλυσιν, φυσικὸν λέξουσι τὸ θέλημα· καὶ οὐδὲν ἐκ τῆς περιόδου ταύτης ἀπώναιντο· καὶ ἐπειδὴ ἡ ἐπιτηδειότης ἐκ μαθήσεως ποιεῖται τὴν ἕξιν καὶ τὴν προχείρησιν (c)· ἀπὸ μαθήσεως ἄρα καὶ προκοπῆς ἔσχεν ὁ Χριστὸς κατ' αὐτοὺς τὴν ἕξιν τοῦ θελήματος, καὶ τὴν προχείρησιν· καὶ προέκοπτεν, ἀγνοῶν πρὸ τῆς μαθήσεως τὰ μαθήματα. Τίνος οὖν χάριν τὸν Νεστόριον ἀποστρέφονται, τῶν ἐκείνου θερμῶς ἀντεχόμενοι λέξεων καὶ ἐννοιῶν; Ὅτι δὲ ἓν θέλημα λέγοντες, τὰ ἐκείνου διεκδικοῦσι, καὶ ἡ παρ' αὐτῶν συνηγορουμένη Ἔκθεσις μαρτυρεῖ, ἓν θέλημα ἀποφηναμένη τὸν Νεστόριον πρεσβεύειν, ἐπὶ τῶν πλαττομένων αὐτῷ δύο προσώπων.

C

MAX. Rursus igitur ex arte resolutionis naturalem voluntatem dicent: nec quidquam utilis hic eis circuitus fuerit. Et quia habilitas ex disciplina habitum facit et aggressionem; igitur ex disciplina atque profectu habuit Christus, ut isti sentiunt, voluntatis habitum et aggressionem; proficiebatque, cum, antequam disceret, disciplinas nesciret. Quid igitur causæ est cur Nestorium aversentur, cujus voces sensaque ardenter amplectantur? Quod vero unam voluntatem dicendo, Nestorii doctrinam defendant, testatur et cujus se patronos exhibent, *Ecthesis*, unam Nestorium docere voluntatem pronuntians, in duplici, quam confingit persona.

Ἔτι τε τὸ, φυσικὸν εἶναι θέλημα διωθούμενοι, ἢ ὑποστατικὸν αὐτὸ, ἢ παρὰ φύσιν λέξουσιν. Ἀλλ' εἰ μὲν ὑποστατικὸν αὐτὸ φήσουσιν, ἑτερόβουλος οὕτω γε ἔσται ὁ Υἱὸς τῷ Πατρί. Μόνης γὰρ ὑποστάσεως χαρακτηριστικὸν τὸ ὑποστατικόν. Εἰ δὲ παρὰ φύσιν, τὴν ἔκπτωσιν τῶν αὐτοῦ δογματίζουσιν οὐσιῶν, εἴπερ φθαρτικὰ τῶν κατὰ φύσιν τὰ παρὰ φύσιν.

Ad hæc: cum recusent fateri esse voluntatem naturalem, aut hypostaticam dicent, aut præternaturalem. Enimvero si hypostaticam dixerint, erit ea ratione Filius diversæ voluntatis a Patre. Solius enim hypostaseos insigne ac nota est, quod hypostaticum est. Sin autem præter naturam, suarum substantiarum jacturam eum fecisse, iisque excidisse docent. Quæ enim sunt præter naturam, ea interimunt, quæ ex natura sunt.

Ἡδέως δ' ἂν αὐτοὺς καὶ τοῦτο ἐροίμην, ὅτι ὁ τῶν ὅλων Θεὸς καὶ Πατὴρ, καθ' ὃ Πατὴρ θέλει, ἢ καθ' ὃ Θεός; Ἀλλ' εἰ μὲν καθ' ὃ Πατὴρ, ἄλλο αὐτοῦ ἔσται παρὰ τὸ τοῦ Υἱοῦ θέλημα· οὐ γὰρ Πατὴρ ὁ Υἱός· εἰ δὲ καθ' ὃ Θεός· Θεὸς δὲ Υἱὸς, Θεὸς καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· ἄρα φύσεως εἶναι τὸ θέλημα δώσουσιν, ἤγουν φυσικόν.

D

Quin hoc quoque libenter ipsos interrogaverim; universorum Deus ac Pater, vultne ut Pater, an ut Deus? At siquidem ut Pater, erit alia ejus voluntas, ac Filii. Sin autem ut Deus; Deus autem est Filius, Deus est et Spiritus sanctus: ergo voluntatem naturæ esse dabunt, sive naturalem.

Ἔτι, εἰ κατὰ τοὺς Πατέρας, ὧν τὸ θέλημα ἓν,

Rursus, si secundum Patres, quorum est una

NOTÆ.

(c) *Καὶ τὴν προχείρησιν.* Quo etiam modo unus et alter Vatic. etsi Baronio editum προχείρισιν· redditque Turrianus *promptitudinem*, quasi Maximus vocem voce explicet, vel sic Monothelitæ explicarent. Nam certe habitus, ἕξις promptitudo est et habilitas, sic nobis actibus acquisita et exercitatione. Verum ipse Maximus sequentibus sese explicat, cum ad explanandum ὁμωνυμίαν vocis αὐτεξουσιότητος, in Deo, et angelis et hominibus, discrimen affert liberæ facultatis in angelis et in nobis, quod in angelis cum habitu concurrit προχείρησις, nulla interjecta temporis mora: ipsa scilicet aggressio, et conatus: in nobis vero præintelligatur habitus tempore aggressioni; ac, si vis, usui, quod ea vox propius sonare videtur: quod sit quasi in promptu, et expeditum. Deus certe, ὑπερουσίως, suum ipse intelligere et velle: Angeli νόες, semper in actu intelligendi atque volendi; nos in actu ex potentia, nec continue. Sicque Nestoriani nostro, aliorumque sanctorum et prophetatum more, in quorum ordinem Christum cogebant, sola in eo excellentia ei concessa; in quam ipsam foveam Monothelitæ expositione sua Maximo confutata proruebant.

Digitized by Google

voluntas, una est et substantia; ut ipsi vero opinantur, una est voluntas divinitatis Christi, et ejus humanitatis : igitur unam ac eamdem dicunt harum esse substantiam. Quomodo ergo qui sic impie sentiunt, Patres se sequi affirmant ?

Ac rursus, si secundum eosdem Patres, differentia naturæ in una voluntate non elucet; necesse est ut, vel unam dicendo voluntatem, naturalem in Christo differentiam non dicant : vel dicendo naturalem differentiam, unam voluntatem non dicant; si modo ad Patrum se regulas ac normam componunt.

Postremo, si, ut sentiunt iidem magistri, non est communis voluntas ambarum, id est, substantiarum; necesse est ipsos dicere, aut ambas ejus naturas non **175** unam communiter voluntatem habere : aut, cum Patrum legibus atque placitis manifeste pugnare, si hoc dicant.

PYR. Valde clare brevique compendio ostendit oratio, adversariorum omni argutationi ac subtilitati implicatam esse impietatem. Sed quid dicemus, quod et ex Patribus istud probare conantur ?

MAX. Sane, si eos qui dividunt, aut qui confundunt divinam dispensationem, Patres vocare in animum inducunt, concedimus ipsis. Omnes enim unam voluntatem senserunt, tametsi ex diametro scissi impietate essent. Sin autem qui Ecclesiæ sunt, haudquaquam istud concedimus. Alioqui ostendant vel unum ex illustribus notisque omnibus, ut et nos in die illa, qua nostra dijudicabuntur, ac nobis Christus Deus crimini verterit, quod vocem susceperimus, quæ omne mysterium evertat suæ incarnationis; excusare nos possimus, quod Patris opinionem in omnibus reveriti simus.

PYR. Quid igitur, quod dixit Gregorius Theologus : « Velle enim ejus nihil Deo contrarium, cum totum deificatum esset, » nonne duplici voluntati adversatur ?

MAX. Minime gentium. Contra vero, inter etiam reliqua omnia majorem expressionem habet duarum voluntatum.

PYR. Quomodo hoc dicis ?

MAX. Quemadmodum ignitio (ut sic dicam) quod ignitum est et quod igniit, una secum inducit : et refrigeratio, quod refrigeratum est, et quod refrigeravit : ambulatio, quod ambulat, et quod spatium ambulando conficitur : visio, quod videt, et quod videtur : intellectio, quod intelligit, et quod intelligitur. Fieri enim non potest ut relatio absque iis quæ relata sunt intelligatur : sic consequenter deitate imbutum, et quod imbuit deitate. Præterea, si voluntatis deificatio contraria est duabus voluntatibus, ut isti volunt, etiam naturæ deificatio erit contraria duabus naturis. Utrobique enim posuit Gregorius eamdem vocem deificationis.

PYR. Gregorii auctoritatem magnopere convenire cum duabus voluntatibus probasti : monstrandum vero est huic quoque consentire Gregorium

τούτων καὶ ἡ οὐσία μία ἐστί· κατ' αὐτοὺς δὲ, ἓν τὸ θέλημα τῆς θεότητος τοῦ Χριστοῦ καὶ τῆς ἀνθρωπότητος αὐτοῦ· ἆρα μίαν καὶ τὴν αὐτὴν τούτων λέγουσι τὴν οὐσίαν. Καὶ πῶς οὕτω ἀσεβοῦντες, φασὶν, ὅτιπερ τοῖς Πατράσιν ἕπονται;

Καὶ πάλιν, εἰ κατὰ τοὺς αὐτοὺς Πατέρας, ἡ τῆς φύσεως διαφορὰ ἐν τῷ ἑνὶ θελήματι οὐ διαφαίνεται, ἀνάγκη αὐτοὺς ἢ ἓν θέλημα λέγοντας, φυσικὴν ἐν Χριστῷ μὴ λέγειν διαφοράν· ἢ φυσικὴν λέγοντας διαφορὰν, ἓν θέλημα μὴ λέγειν· εἴπερ τοῖς πατρικοῖς κανόσιν ἑαυτοὺς ἀπευθύνουσι.

Καὶ πάλιν, εἰ κατὰ τοὺς αὐτοὺς διδασκάλους, οὐκ ἔστι κοινὸν ἀμφοτέρων, δηλαδὴ οὐσιῶν, τὸ θέλημα, ἀνάγκη αὐτοὺς ἢ ἄμφω τὰς φύσεις τοῦ αὐτοῦ μὴ λέγειν κοινῶς ἔχειν ἓν θέλημα· ἢ τοῦτο λέγοντας, φανερῶς τοῖς πατρικοῖς ἀπομάχεσθαι νόμοις τε καὶ θεσπίσμασι

ΗΥΡ. Λίαν σαφῶς, καὶ συντετμημένως ἔδειξεν ὁ λόγος τὴν συμπεπλεγμένην πάσῃ ἐπινοίᾳ τῶν δι' ἐναντίας ἀσέβειαν. Τί δὲ λέγομεν, ὅτι καὶ ἐκ τῶν Πατέρων τοῦτο δεικνύειν ἐπιχειροῦσι;

ΜΑΞ. Εἰ μὲν τοὺς διαιροῦντας, καὶ τοὺς συγχέοντας τὴν ὑπερφυᾶ οἰκονομίαν, Πατέρας καλεῖν βούλονται, συγχωροῦμεν αὐτοῖς. Πάντες γὰρ ἓν θέλημα ἐδόξασαν, καίτοι ἐκ διαμέτρου διεστηκότες τὴν ἀσέβειαν. Εἰ δὲ τοὺς τῆς Ἐκκλησίας, οὐδαμῶς τοῦτο συγχωρήσομεν αὐτοῖς. Ἐπεὶ δείξωσιν ἕνα μόνον τῶν ἐμφανῶν καὶ πᾶσι γνωρίμων, ὅπως καὶ ἡμεῖς ἐν ἡμέρᾳ τῆς τῶν ἡμετέρων διαγνώσεως, ἐγκαλούμενοι παρὰ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ, ὅτι τίνος χάριν ἀνεδέξασθε φωνὴν, ὅλην λύουσαν τῆς ἐμῆς σαρκώσεως τὸ μυστήριον; ἔχομεν ἀπολογίαν, ὅτι τὴν ἐν πᾶσιν αἰδεσθέντες τοῦ Πατρὸς ὑπόληψιν.

ΗΥΡ. Τί οὖν τὸ εἰρημένον τῷ Θεολόγῳ Γρηγορίῳ [70]· « Τὸ γὰρ ἐκείνου θέλειν οὐδὲν ὑπεναντίον τῷ Θεῷ, θεωθὲν ὅλον, » οὐκ ἐναντίον τῶν δύο θελημάτων ἐστί;

ΜΑΞ. Οὐδαμῶς. Τοὐναντίον, τῶν δύο θελημάτων μὲν οὖν, καὶ τῶν ἄλλων πάντων ἐκφαντικώτερον.

ΠΥΡ. Πῶς τοῦτό φῃς;

ΜΑΞ. Ὥσπερ ἡ πύρωσις τὸ πυρωθὲν καὶ τὸ πυρῶσαν ἑαυτῇ συνεισάγει, καὶ ἡ ψύξις τὸ ψυχθὲν καὶ τὸ ψύξαν, καὶ ἡ βάδισις τὸ βαδίζον καὶ βαδιζόμενον, καὶ ἡ ὅρασις τὸ ὁρῶν καὶ ὁρώμενον, καὶ ἡ νόησις τὸ νοοῦν καὶ νοούμενον· οὐ γὰρ δυνατὸν τὴν σχέσιν ἄνευ τῶν σχετῶν [71] νοεῖν ἢ λέγειν· οὕτω κατὰ τὸ ἀκόλουθον, καὶ τὸ θεωθὲν καὶ τὸ θεῶσαν. Ἄλλως τε δὲ, εἰ ἡ τοῦ θελήματος θέωσις ἐναντία ἐστὶ τῶν δύο θελημάτων κατ' αὐτοὺς, καὶ ἡ τῆς φύσεως θέωσις ἐναντία ἔσται τῶν δύο φύσεων. Ἐπ' ἀμφοτέρων γὰρ τὸν αὐτὸν τῆς θεώσεως τέθεικεν ὁ Πατὴρ λόγον.

ΠΥΡ. Πάνυ συμβαίνουσα ἐδείχθη ἡ χρῆσις τοῦ Πατρὸς τοῖς δύο θελήμασιν· ἀλλὰ χρὴ τοῦτῳ σύμφωνον δεῖξαι καὶ Γρηγόριον, τὸν τὴν Νυσσαέων φαι-

[70] Orat. 2 de Filio. [71] σχετικῶν, 602, 270.

Digitized by Google

δρύναντα Ἐκκλησίαν. Ἓν γὰρ αὐτὸν φρονοῦντα παράγουσι θέλημα, ἐκ τοῦ εἰπεῖν τὸν Πατέρα περὶ τοῦ Κυρίου· *Ἡ ψυχὴ θέλει, τὸ σῶμα ἅπτεται* (*d*)· *δι' ἀμφοτέρων φεύγει τὸ πάθος.* Φασὶ γὰρ ὅτι τῷ θείῳ θελήματι τῆς ἡνωμένης αὐτῷ καθ' ὑπόστασιν θεότητος ἔφη ὁ Πατὴρ, τὴν ψυχὴν τοῦ Κυρίου θέλειν.

ΜΑΞ. Οὐκοῦν κατὰ τὸν αὐτὸν εἰρμὸν καὶ τὸ σῶμα τῇ θείᾳ ἁφῇ ἔφη ἅπτεσθαι, καὶ ἔσται κατ' αὐτοὺς καὶ ἁπτὴ ἡ Θεότης. Ἃ γὰρ αὐτοὶ περὶ τῆς ψυχῆς τοῦ Κυρίου λέγουσιν, ἕτερος ἐκ τῆς ἴσης ἐκφωνήσεως μετάγων περὶ τὸ σῶμα, εἰς ἐσχάτην αὐτοὺς ἀπάγει πλάνην.

ΠΥΡ. Πάνυ συνοπτικῶς τὸ βλάσφημον τῆς τοιαύτης ἐκδοχῆς παρέστησας. Τί δέ φαμεν καὶ περὶ τῶν παραγομένων αὐτοῖς ἀπὸ τοῦ μεγάλου Ἀθανασίου χρήσεων; Ὧν μία ἐστὶν αὕτη· « Νοῦς Κυρίου οὔπω Κύριος, ἀλλ' ἡ θέλησις, ἢ βούλησις (*e*), ἢ ἐνέργεια πρός τι. »

ΜΑΞ. Καθ' ἑαυτῶν καὶ ταύτην προβάλλονται. Διὸ καὶ ὁ ἀληθὴς λόγος τοῖς αὐτῶν πρὸς ἀναίρεσιν τῶν αὐτῶν ἐν πᾶσι κέχρηται προβλήμασι. Μηδὲ γὰρ οὕτω ποτὲ πτωχεύσειεν ἡ ἀλήθεια, ὥστε τῶν ἰδίων κατὰ τῶν ἀντικάλων δεηθῆναι ὅπλων. Εἰ γὰρ, κατὰ τὸν Πατέρα, « Νοῦς Κυρίου, οὔπω Κύριος· » ἄλλο πάντως παρὰ τὸν Κύριον ἔσται ὁ νοῦς αὐτοῦ· τοῦτ-ἔστιν, ᾧ φύσει Κύριος, ἤγουν Θεὸς, ὁ νοῦς τοῦ Κυρίου· καθ' ὑπόστασιν γάρ, αὐτοῦ [12] γεγενῆσθαι πιστεύεται· καὶ τοῦτο δῆλον ἐκ τοῦ ἐπαγαγεῖν, ἢ θέλησιν, ἢ βούλησιν, ἢ ἐνέργειαν πρός τι, αὐτὸν εἶναι· κανόνι χρώμενος πρὸς τοῦτο, τῷ ὄντι φιλοσόφῳ τῶν φιλοσόφων Κλήμεντι, ἐν τῷ ἕκτῳ τῶν *Στρωματέων* λόγῳ, τὴν μὲν θέλησιν, νοῦν εἶναι ὀρεκτικὸν ὁρισαμένῳ· τὴν δὲ βούλησιν, εὔλογον ὄρεξιν, ἢ τὴν περί τινος θέλησιν. Πρός τι δὲ ἐνέρ-

A alterum, qui Nyssensium Ecclesiam claro sidere illustravit. Unam enim voluntatem sentire produnt, ex eo quod dicat de Domino: *Anima vult, corpus tangit; utrisque morbus fugit* i. Aiunt enim dixisse **176** Gregorium Nyssenum, velle Domini animam divina voluntate unitæ sibi secundum hypostasim deitatis.

MAX. Igitur eadem consequentia, etiam corpus divino tactu dixit tangere: eritque ipsorum sententia etiam Deitas palpabilis. Quæ enim illi dicunt de anima, ex pari alius prolatione ad corpus traducens, ad extremam ipsos abducet erroris voraginem.

PYR. Magna perspicacia et brevitate hujuscemodi expositionis blasphemiam ostendisti. Quid B vero dicemus de iis auctoritatibus, quas ex magno Athanasio producunt? Harum una hæc est, « Mens Domini, nondum Dominus; sed aut voluntas, θέλησις, aut βούλησις, aut ἐνέργεια (vis et operatio) ad aliquid. »

MAX. Et hanc quoque auctoritatem contra se proferunt. Idcirco etiam vera ratio ac doctrina, in omnibus quæstionibus, ipsis eorum argumentis eos confutat ac convellit. Neque enim sic unquam veritas inops erit, ut suis ipsa armis adversus adversarios egeat. Si enim, ut Athanasius loquitur, « Mens Domini, nondum Dominus; » aliud omnino præter Dominum erit mens ipsius; hoc est mens Domini, non natura Dominus, sive Deus; quia secundum hypostasim C ejus facta esse [ei accessisse] creditur: idque ex eo clare perspicitur, quod subjungit, ipsam esse voluntatem θέλησιν, aut βούλησιν, aut agendi vim (ἐνέργειαν) ad aliquid: in hoc pro regula usus vere philosopho philosophorum Clemente in VI libro *Stromatum*, qui θέλησιν (id est, voluntatem) definivit mentem appetentem: et

[9] Matth. VIII, 3; Marc. I, 41; Luc. V, 12.

[12] Fr. αὐτῷ, et edita.

NOTÆ.

(*d*) *Τὸ σῶμα ἅπτεται.* Locus vexatissimus, ad astruendam propriam corporis actionem, ac functionem, qua ipsa Dominus miracula operaretur, ut unitione vivificatricem carnem effectam ostenderet, ut passim Cyrillus et alii Patres. Est ergo, *Tangit corpus*; plana allusione ad locum margini ascriptum; mirorque quid Turriano in mentem D venerit, quod reddit, *corpus tangitur*; cum ἅπτομαι passive sit ab ἅπτω, quod est accendere; fuissetque illi reddendum, *corpus uritur*. Sed quod sequitur, δι' ἀμφοτέρων φεύγει τὸ πάθος, redditque, *utrisque fugit passionem*, longe absurdius, nec dignum viro Theologo. Quæ enim hæc cohæsio, quæ lumina? *Fugit passio, morbus*, lepra. Habet catena Regia quæ fuit card. Mazar. Luc. V, ex qua in supplemento meo apposui Dom. I. post Oct. Epiphaniæ. Locus sumptus est ex orat. I in Dominicam resurrectionem, etsi ibi Græca edita mutila, quæ ipsa Franciscus Zinus integra habuit. Sunt vero hæc: Προσέρχεται ὁ λεπρὸς διεῤῥυηκὼς καὶ ἠχρειωμένος τῷ σώματι. Πῶς γίνεται ἐπὶ τούτου παρὰ τοῦ Κυρίου ἴασις; Ἡ ψυχὴ θέλει καὶ τὸ σῶμα ἅπτεται, καὶ δι' ἀμφοτέρων φεύγει πάθος. Ἀπῆλθε γάρ, φησὶν, ἀπ' αὐτοῦ παραχρῆμα ἡ λέπρα. Fr. Zinus ita reddebat: *Accedit leprosus dissolutus atque confectus. Quomodo curatur a Domino? Animus vult, corpus tangit: utroque modo expellitur morbus.* Statim *enim, ut scriptum est*, discessit ab eo lepra; Luc. V, 18. Si quis male officiosorum typorum culpam vellit, potius quam Turriani, pugnare nolim.

(*e*) *Ἀλλ' ἡ θέλησις, ἢ βούλησις.* Dictum istud Athanasio, I. *De incarnat. Christi*, p. 631, ad eum locum Pauli Rom. XI. Τίς ἔγνω νοῦν Κυρίου; Subjungit enim, νοῦς Κυρίου, οὔπω Κύριος· ἀλλὰ Κυρίου θέλησις, ἢ βουλὴ (sic enim ibi editum) ἢ ἐνέργεια πρός τι. Quibus significat, eam vocem Paulo, non esse ipsum Dominum, et quam Apolinaristæ subsistentem in eo divinam Mentem volebant; seu Verbum, quod in ipso mentis officium impleret; sed vim ipsam voluntatis et intelligendi, seu etiam agendi ad aliquid relatam. Locus Clementis 6. illo *Strom.* non occurrit, nisi sua prolixitate oculum fugit. Βούλησιν velle videtur, quæ sit certo judicio de aliquo; idcirco εὔλογος ὄρεξις, nec longe abest ἡ βουλὴ, potuitque Athanasius alteram alterius loco vocem usurpare. In Deo βουλὴ, sine imperfectione accipienda, et pro sententia, ac voluntate sic ratione regulata, non pro incertæ rei inquisitione, ut in nobis.

Digitized by Google

βούλησιν (ei affinem vocem) appetitum rationi consentaneum. Ad aliquid vero vim et actionem, divinus hic vir dixit, quod videlicet unita sibi secundum hypostasim anima intelligente et utente ratione ad omnia quæ ab ipso divine exque majestate patrata sunt, usus sit.

A γειαν ὁ θεῖος οὗτος ἔφη διδάσκαλος, διότι πρὸς πάντα θεοπρεπῶς παρ' αὐτοῦ γενόμενα, τῇ καθ' ὑπόστασιν ἑνωθείσῃ αὐτῷ νοερᾷ καὶ λογικῇ ἐχρήσατο ψυχῇ.

PYR. Revera quibus argumentis videntur pietatem impugnare, iis ipsis nescientes redarguuntur. Oportet autem et aliam auctoritatem, quam ex eodem Patre afferunt, examinare, ut nulla eis occasio adversus veritatem relinquatur.

ΠΥΡ. Τῷ ὄντι, δι' ὧν ἀντιστρατεύεσθαι δοκοῦσι τῇ εὐσεβείᾳ, δι' αὐτῶν τὸν ἔλεγχον ὑπομείναντες ἠγνόησαν. Χρὴ δὲ καὶ τὴν ἑτέραν, ἣν ἐκ τοῦ Πατρὸς παράγουσιν, ἐπεξεργάσασθαι χρῆσιν, πρὸς τὸ μηδεμίαν αὐτοῖς ὑπολιπεῖν πρόφασιν κατὰ τῆς ἀληθείας.

MAX. Quæ est ista auctoritas? ignoro enim.

ΜΑΞ. Τίς αὕτη; ἀγνόω γάρ.

PYR. In qua nimirum vir ille admirandus ait: « Natus est ex muliere, viri formam sibi excitans ex prima formatione, in ostensione carnis, absque carnalibus voluntatibus, et cogitationibus humanis, in imagine novitatis. Voluntas enim solius erat deitatis. »

ΠΥΡ. Ἣ φησιν ὁ θαυμαστὸς ἐκεῖνος ἀνήρ· « Ἐγεννήθη ἐκ γυναικὸς, ἐκ τῆς πρώτης πλάσεως τὴν ἀνθρώπου μορφὴν ἑαυτῷ ἀναστησάμενος, ἐν ἐπιδείξει σαρκὸς, δίχα δὲ σαρκικῶν θελημάτων, καὶ λογισμῶν ἀνθρωπίνων [72], ἐν εἰκόνι καινότητος. Ἡ γὰρ θέλησις, θεότητος μόνης.

177 MAX. Seipsam interpretatur hæc auctoritas, nec ullis prorsus rationibus indiget ut exponatur.

ΜΑΞ. Αὐθερμήνευτος οὖσα, οὐ δεῖται ὅλως τῆς ἐκ λογισμῶν βοηθείας.

PYR. Quonam igitur modo his in dubium venit?

ΠΥΡ. Καὶ πῶς τούτοις ἀμφίβολος τυγχάνει;

MAX. Ex multa inscitia. Cui enim non manifeste liquet, nisi omnino mentis oculis captus sit, non de ratione naturali, hæc Athanasium edisseruisse, sed de modo exsistentiæ carnis? cum vellet ostendere incarnationem opus esse divinæ atque solius voluntatis, complacente Patre, ipsoque operante Filio, ac Spiritu sancto cooperante: non motionis carnalis humanarumque cogitationum, nuptialis scilicet ordinis ac consecutionis. Non enim rationem naturæ novavit, factus homo, universorum Deus: nam neque jam homo esset, qui nullo desiderato ac incommutabilem in omnibus naturæ rationem non haberet; sed modum, id est, conceptum ex semine, et ortum ex corruptione. Naturales igitur unitorum rationes divini Ecclesiæ doctores haudquaquam inficiati sunt, sed uno cum evangelistis et apostolis et prophetis consensu, Dominum nostrum ac Deum Jesum Christum, secundum ambas suas naturas voluntatis facultate præditum, nostramque salutem operandi dixerunt.

ΜΑΞ. Ἐκ πολλῆς ἀμαθίας. Ἐπεὶ, τίνι οὐκ ἔστι καταφανὲς, εἰ μὴ πάντῃ τὸ τῆς ψυχῆς πεπήρωται ὀπτικὸν, ὅτι οὐ περὶ τοῦ φυσικοῦ λόγου, ἀλλὰ περὶ τοῦ τρόπου τῆς κατὰ σάρκα αὐτοῦ ὑπάρξεως, ταῦτα ὁ Πατὴρ διεξῆλθεν, δεῖξαι βουλόμενος τὴν σάρκωσιν ἔργον οὖσαν τῆς θείας καὶ μόνης θελήσεως, εὐδοκοῦντος μὲν τοῦ Πατρὸς, αὐτουργοῦντος δὲ τοῦ Υἱοῦ, καὶ συνεργοῦντος τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ἀλλ' οὐ σαρκικῆς κινήσεως, καὶ λογισμῶν ἀνθρωπίνων, εἴτουν γαμικῆς ἀκολουθίας; Οὐ γὰρ τὸν τῆς φύσεως λόγον ἐκαινοτόμησε γενόμενος ἄνθρωπος τῶν ὅλων ὁ Θεός· ἐπεὶ οὐδὲ ἄνθρωπος ἔτι ἦν, ἀνελλιπῆ καὶ ἀναλλοίωτον τὸν ἐν πᾶσι τῆς φύσεως οὐκ ἔχων λόγον, ἀλλὰ τὸν τρόπον, ἤγουν τὴν διὰ σπορᾶς σύλληψιν, καὶ τὴν διὰ φθορᾶς γέννησιν. Οὐκοῦν τοὺς φυσικοὺς τῶν ἐνωθέντων λόγους οὐδαμῶς ἠρνήσαντο οἱ θεόφρονες τῆς Ἐκκλησίας διδάσκαλοι· ἀλλὰ συμφώνως τοῖς εὐαγγελισταῖς, καὶ ἀποστόλοις, καὶ προφήταις, τὸν Κύριον ἡμῶν καὶ Θεὸν Ἰησοῦν Χριστὸν, κατ' ἄμφω τὰς αὐτοῦ φύσεις θελητικὸν καὶ ἐνεργητικὸν τῆς ἡμῶν ἔφησαν σωτηρίας.

PYR. Potes hoc ex Litteris Veteris et Novi Testamenti probare?

ΠΥΡ. Καὶ δυνατὸν τοῦτο ἐκ τῶν τῆς Παλαιᾶς καὶ Νέας δεῖξαι Γραμμάτων;

MAX. Maxime. Non enim Patres, suopte ipsi genio, et a se excitati, sed ex ipsis sacris Litteris quæ didicerunt, hoc et nos amanter docuerunt. Non enim ipsi erant, qui loquebantur, sed quæ illos undique omnino incesserat, virtus Spiritus sancti.

ΜΑΞ. Καὶ μάλιστα· καὶ γὰρ οἱ Πατέρες οὐκ οἰκοθεν κινούμενοι, ἀλλ' ἐξ αὐτῶν μαθόντες, τοῦτο φιλανθρώπως καὶ ἡμᾶς ἐδίδαξαν. Οὐ γὰρ αὐτοὶ ἦσαν οἱ λαλοῦντες, ἀλλ' ἡ δι' ὅλου περιχωρήσασα αὐτοῖς χάρις τοῦ Πνεύματος [73].

PYR. Quandoquidem ad imitationem divinæ bonitatis, juvandi proposito in hos labores inquirendi te conjecisti, ne pigeat hoc docere nos.

ΠΥΡ. Ἐπειδὴ μιμήσει θείας ἀγαθότητος ὠφελῆσαι προσθέμενος, εἰς τούτους ἑαυτὸν τῆς ζητήσεως ἐκδέδωκας τοὺς πόνους, ἀόκνως καὶ τοῦτο δίδαξον.

MAX. In sacris Evangeliis dictum est: *In crastinum voluit Jesus ingredi in Galilæam* [r]: palam est,

ΜΑΞ. Ἐν τοῖς ἁγίοις Εὐαγγελίοις εἴρηται περὶ τοῦ Κυρίου, ὅτι *Τῇ ἐπαύριον ἠθέλησεν ὁ Ἰησοῦς*

[r] Joan. I, 43.

[72] Affinia in Martini papæ synodicis, quæ Maximus defendit. [73] Loci perinde plurimum in concil. Later. et Agath. epi. nec non VI syn. act. X discussi.

Digitized by Google

εἰσελθεῖν [vv] εἰς τὴν Γαλιλαίαν· πρόδηλον δέ, ὅτι καθ' ὃ οὐκ ἦν ἐκεῖ, ἠθέλησεν εἰσελθεῖν· οὐκ ἦν δὲ ἀνθρωπότητι· θεότητι γὰρ οὐδενὸς ἄπεστιν. Ἄρα ὧν καθ' ὃ ἄνθρωπος, καὶ οὐ καθ' ὃ Θεὸς ἠθέλησεν εἰσελθεῖν· καὶ θελητικὸς ἦν καθ' ὃ ἄνθρωπος.

Καὶ ἀλλαχοῦ πάλιν· *Θέλω, ἵνα ὅπου εἰμὶ ἐγὼ, κἀκεῖνοι ὦσιν.* Εἰ καθ' ὃ Θεὸς ὁ Χριστὸς ὑπὲρ τὸ ποῦ ἐστίν· οὐ γὰρ ἐν τόπῳ καθ' ὃ Θεός· ὑπὲρ δὲ τὸ ποῦ ἀδύνατον τὴν κτιστὴν φύσιν ὑπάρχειν· ἄρα καθ' ὃ ἄνθρωπος θέλει, ἵνα ὅπου ἐστὶ καὶ αὐτοὶ ὦσι· καὶ θελητικὸς ἦν ὁ αὐτὸς καθ' ὃ ἄνθρωπος.

Καὶ ἀλλαχοῦ πάλιν· *Καὶ ἐλθὼν εἰς τόπον, εἶπε· Διψῶ. Καὶ ἔδωκαν αὐτῷ οἶνον μετὰ χολῆς μεμιγμένον· καὶ γευσάμενος, οὐκ ἤθελε πιεῖν.* Κατὰ ποῖον αὐτοῦ μέρος διψῆσαι αὐτὸν λέγεται; Εἰ μὲν κατὰ τὴν θεότητα, ἐμπαθὴς ἔσται ἡ θεότης αὐτοῦ, πόσεως παρὰ φύσιν ἐφιεμένη. Εἰ δὲ κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα, ἄρα καθ' ὃ ἐδίψησε, κατ' ἐκεῖνο καὶ τὸ ἀκατάλληλον τῇ φύσει οὐκ ἠθέλησε πιεῖν· καὶ θελητικὸς ἦν ὁ αὐτὸς καὶ καθ' ὃ ἄνθρωπος.

Καὶ ἀλλαχοῦ φησι· *Καὶ περιεπάτει ὁ Ἰησοῦς ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ· οὐ γὰρ ἤθελεν ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ περιπατεῖν, ὅτι ἐζήτουν αὐτὸν οἱ Ἰουδαῖοι ἀποκτεῖναι.* Εἰ τῆς σαρκὸς φύσει ὁ περίπατος, ἀλλ' οὐ τῆς καθ' ὑπόστασιν ἡνωμένης αὐτῇ θεότητος, ἄρα καθ' ὃ ἄνθρωπος ὁ αὐτὸς ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ περιπατῶν, οὐκ ἤθελεν ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ περιπατεῖν· καὶ θελητικὸς ὁ αὐτὸς καὶ καθ' ὃ ἄνθρωπος.

Καὶ ἑτέρωθι πάλιν· *Κἀκεῖθεν ἐξελθόντες, παρεπορεύοντο διὰ τῆς Γαλιλαίας· καὶ οὐκ ἤθελεν, ἵνα τις γνῷ.* Ὁμολόγηται παρὰ πάντων ἡ πόρευσις φύσει τῆς ἀνθρωπότητος, ὡς εἴρηται, εἶναι τοῦ Κυρίου, ἀλλ' οὐ τῆς αὐτοῦ θεότητος· εἰ δὲ καθ' ὃ ἄνθρωπος, ἀλλ' οὐ καθ' ὃ Θεὸς φύσει, προσῆν αὐτῷ ἡ πόρευσις· ἄρα καὶ καθ' ὃ ἄνθρωπος παραπορευόμενος μετὰ τῶν μαθητῶν, οὐκ ἤθελεν ἵνα τις γνῷ· καὶ θελητικὸς ἦν ὁ αὐτὸς καὶ καθ' ὃ ἄνθρωπος.

Καὶ ἑτέρωθι πάλιν· *Κἀκεῖθεν ἀναστὰς ἀπῆλθεν εἰς τὰ ὅρια Τύρου καὶ Σιδῶνος. Καὶ εἰσελθὼν εἰς οἰκίαν, οὐδένα ἤθελε γνῶναι· καὶ οὐκ ἠδυνήθη λαθεῖν.* Εἰ καθ' ὃ Θεὸς ὁ Χριστὸς δύναμις ἦν αὐθυπόστατος· καθ' ὃ δὲ ἄνθρωπος, ἀσθένεια· *Εἰ γὰρ καὶ ἐσταυρώθη,* φησὶν ὁ θεῖος Ἀπόστολος, *ἐξ ἀσθενείας, ἀλλὰ ζῇ ἐκ δυνάμεως Θεοῦ·* ἄρα καθ' ὃ ἄνθρωπος, καὶ οὐ καθ' ὃ Θεὸς, εἰσελθὼν εἰς οἰκίαν, οὐκ ἤθελεν ἵνα τις γνῷ· καὶ οὐκ ἠδυνήθη λαθεῖν· καὶ θελητικὸς ἦν ὁ αὐτὸς, καὶ καθ' ὃ ἄνθρωπος.

Καὶ ἀλλαχοῦ φησι· *Περὶ τετάρτην φυλακὴν τῆς νυκτὸς ἔρχεται πρὸς αὐτοὺς, περιπατῶν ἐπὶ τῆς θαλάσσης· καὶ ἤθελε παρελθεῖν αὐτούς.* Εἰ μὲν καθ' ὃ Θεὸς, τοῦτό τις περὶ αὐτοῦ εἰρῆσθαι ἐκλάβῃ, πέρασι σωματικοῖς, τῷ ἄνω φημὶ, καὶ τῷ κάτω· τῷ ἔμπροσθεν καὶ τῷ ὀπίσω· τῷ δεξιὰ καὶ τῷ ἀριστε-

voluisse ingredi, qua ratione non erat ibi. Non erat autem humanitate : nam deitate nusquam abest. Igitur ut homo, non ut Deus intrare voluit ac proficisci.

Alio item loco : *Volo, ut ubi ego sum, et illi sint* [s]. Cum Christus quatenus Deus supra ubi sit, omnemque loci circumscriptionem (non enim est in loco, qua ratione est Deus), fieri autem non potest ut supra ubi exsistat natura creata ; ergo ut homo vult, ut ubi est, sint ipsi ; atque ita idem quatenus homo erat facultate voluntatis præditus.

178 Et alias rursum : *Et cum venisset ad locum, dixit :* Sitio. *Et dederunt ei vinum cum felle mistum, et cum gustasset, noluit bibere* [t]. Secundum quam ipsius partem, eum sitiisse dicitis ? Siquidem enim secundum deitatem, erit ejus deitas libidinosa, quæ præter naturam potum expetierit. Sin autem secundum humanitatem, igitur ea parte sitivit, quæ et quod naturæ dissentaneum erat, bibere noluit : atque adeo etiam ut homo, voluntatis facultate erat præditus.

Et alibi ait : *Et ambulabat Jesus in Galilæa : non enim volebat ambulare in Judæa, quia quærebant eum Judæi interficere* [u]. Cum ambulatio natura carnis sit, non deitatis ei unitæ secundum hypostasim ; ergo qua homo erat in Galilæa ambulans, nolebat in Judæa ambulare : atque ita, idem etiam ut homo voluntatis facultate præditus erat.

Rursus quoque alio loco : *Et illinc egressi, transibant per Galilæam ; et non volebat ut quisquam sciret* [v]. Omnibus certum est iter natura humanitatis Christi, uti dictum est, non ejus divinitatis esse. Sin autem illi quatenus homo, inerat itineris ratio, utique etiam quatenus homo cum discipulis transiens iterque habens, nolebat ut quisquam sciret : atque adeo etiam ut homo facultate voluntatis præditus erat.

Item alias : *Et inde surgens abiit in fines Tyri et Sidonis. Et ingressus domum, neminem scire voluit. et non potuit latere* [x]. Siquidem Christus in quantum Deus erat Virtus ipsa vere exsistens ; in quantum autem homo, infirmitas. *Etsi* enim, inquit divinus Apostolus, *crucifixus est ex infirmitate, sed vivit ex virtute Dei* [y] ; plane quatenus homo, non ut Deus erat ingressus in domum, neminem scire voluit, et non potuit latere : atque adeo etiam ut homo, voluntatis facultate præditus fuit.

Et alibi dicit : *Circa quartam vigiliam noctis venit ad eos, ambulans supra mare : et volebat pertransire eos.* [z] Si quis hoc de illo, qua ratione Deus erat, dictum acceperit, necesse habebit ut deitatem corporalibus terminis, sursum atque deorsum, ante et retro, dextrorsum ac sinistrorsum comprehensam

[s] Joan. xvii, 24. [t] Matth. xxvii, 34. [u] Joan. vii, 1. [v] Marc. ix, 29. [x] Marc. vii, 24. [y] II Cor. xiii, 4. [z] Marc. vi, 48.

[vv] ἐξελθεῖν 602. 270. ut et Vulg.

Digitized by Google

dicat. Quod si de illo quatenus homo erat, dictum velit, ergo idem ut homo facultate voluntatis præditus fuit.

179 Alio item loco : *Et accesserunt discipuli ejus, dicentes ei : Ubi vis eamus, et paremus tibi manducare Pascha* [a] ? Cum Paschæ manducare eorum sit, qui sub lege erant; factusque sit Dominus sub lege [b], quatenus homo, non quatenus Deus erat; ergo ut homo volens comedit Pascha, idemque etiam ut homo facultate voluntatis præditus erat.

Sed et divinus Apostolus in Epistola ad Hebræos de illo dicit : *Factus obediens usque ad mortem; mortem autem crucis* [c]. Volens ergo obedivit, an non volens? At siquidem nolens, tyrannis merito, et non obedientia dicetur. Factus autem obediens est, non ut Deus, sed in quantum homo. Ut enim Patres sentiunt : « Quatenus Deus, nec obediens, nec inobediens. Sunt enim hæc, » ut auctor est divinus Gregorius, « eorum quæ secunda sunt, et imperio subjacent. » Ergo etiam ut homo, facultate voluntatis præditus erat.

Sed et beatus David in psalmo tricesimo nono : *Sacrificium et oblationem noluisti, corpus autem aptasti mihi. Holocautomata et pro peccato non postulasti : tunc dixi : Ecce venio. In capite libri scriptum est de me, ut faciam voluntatem tuam : Deus meus, volui* [d]. Sane quidem quod Deus Christi dicatur, ea ratione qua est homo, uti etiam Pater, qua ratione est Deus, non qua est homo, nec ipsos adversarios ambigere arbitror. Si autem qua ratione est homo, et non qua Deus, ejus Deus est Pater, ergo et qua ratione est homo, et non qua Deus, voluit voluntatem Patris suamque facere, qui et ipse Deus essentialiter esset. Quod si ita est, non solum ut Deus ac Patri consubstantialis, sed etiam ut homo nobisque consubstantialis, voluntatis facultate præditus erat.

Advertendum autem, quæ nunc proposita sunt Psalmi verba, divinum Apostolum in Epistola ad Hebræos de Christo exposuisse [e]. Magnum vero Moysen in hominis creatione Deum introducere, dicentem : *Faciamus hominem ad imaginem nostram et similitudinem* [f]. Siquidem igitur homo imago est divinæ naturæ; natura autem divina liberæ potestatis est; igitur et imago, si modo similitudinem cum archetypo servet, liberæ natura potestatis est. Quod si ita est, factumque est natura archetypum, etiam natura imago; ergo idem secundum ambas suas naturas, voluntatis facultate natura præditus **180** erat. Ante enim ex Patribus ostensum est, esse voluntatem, liberam naturæ potestatem.

Est autem sciendum liberam potestatem, seu

ρὰ, διαλῆφθαι τὴν θεότητα λέγειν ἀναγκασθήσεται. Εἰ δὲ καθ' ὃ ἄνθρωπος ταῦτα εἰρῆσθαι περὶ αὐτοῦ λέγει· ἆρα θελητικὸς ἦν ὁ αὐτὸς καὶ καθ' ὃ ἄνθρωπος;

Καὶ ἀλλαχοῦ φησι· *Καὶ προσῆλθον οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, λέγοντες αὐτῷ· Ποῦ θέλεις, ἀπελθόντες ἑτοιμάσομέν σοι τὸ Πάσχα φαγεῖν;* Εἰ ἡ βρῶσις τοῦ Πάσχα τῶν ὑπὸ νόμον ἐστί· γέγονε δὲ ὁ Κύριος καθ' ὃ ἄνθρωπος, καὶ οὐ καθ' ὃ Θεὸς ὑπὸ νόμον· ἆρα καθ' ὃ ἄνθρωπος θέλων ἔφαγε τὸ Πάσχα, καὶ θελητικὸς ἦν ὁ αὐτὸς καὶ καθ' ὃ ἄνθρωπος.

Καὶ ὁ θεῖος δὲ Ἀπόστολος ἐν τῇ πρὸς Ἑβραίους Ἐπιστολῇ, περὶ αὐτοῦ φησιν· *Ὑπήκοος γενόμενος μέχρι θανάτου, θανάτου δὲ σταυροῦ.* Θέλων οὖν ἆρα ὑπήκουσεν, ἢ μὴ θέλων; Ἀλλ' εἰ μὲν μὴ θέλων, τυραννὶς δὲ εὐλόγως, καὶ οὐχ ὑπακοὴ λεχθείη. Εἰ δὲ θέλων· ὑπήκοος δὲ οὐ καθ' ὃ Θεός, ἀλλὰ καθ' ὃ ἄνθρωπος γέγονε· « Καθ' ὃ γὰρ Θεός, οὔτε ὑπήκοος, κατὰ τοὺς Πατέρας, οὔτε ἀνήκοος. » — « Τῶν γὰρ δευτέρων, καὶ τῶν ὑπὸ χεῖρα ταῦτα, » φησὶν ὁ θεῖος Γρηγόριος [76]· ἆρα καὶ καθ' ὃ ἄνθρωπος θελητικὸς ἦν.

Καὶ ὁ μακάριος δὲ Δαβὶδ ἐν τῷ τριακοστῷ ἐννάτῳ ψαλμῷ· *Θυσίαν καὶ προσφορὰν*, φησὶν, *οὐκ ἠθέλησας, σῶμα δὲ κατηρτίσω μοι. Ὁλοκαυτώματα καὶ περὶ ἁμαρτίας οὐκ ἐξεζήτησας· τότε εἶπον· Ἰδοὺ ἥκω. Ἐν κεφαλίδι βιβλίου γέγραπται περὶ ἐμοῦ, τοῦ ποιῆσαι τὸ θέλημά σου· ὁ Θεός μου, ἠβουλήθην.* Ὅτι μὲν καθ' ὃ ἄνθρωπος ὁ Χριστὸς, καὶ οὐ καθ' ὃ Θεὸς, Θεὸς αὐτοῦ λέγεται ὁ Πατὴρ, ὥσπερ καὶ Πατὴρ, καθ' ὃ Θεὸς, καὶ οὐ καθ' ὃ ἄνθρωπος, οὐδὲ τοὺς δι' ἐναντίας οἶμαι διαμφιδάλλειν. Εἰ δὲ καθ' ὃ ἄνθρωπος, καὶ οὐ καθ' ὃ Θεὸς, Θεὸς αὐτοῦ ἐστιν ὁ Πατὴρ, ἆρα καὶ καθ' ὃ ἄνθρωπος, καὶ οὐ καθ' ὃ Θεὸς, ἠβουλήθη τὸ θέλημα τοῦ Πατρὸς καὶ αὐτοῦ ποιῆσαι· αὐτοῦ γάρ ἐστι καὶ τὸ τοῦ Πατρὸς θέλημα, Θεοῦ καὶ αὐτοῦ κατ' οὐσίαν ὄντος. Εἰ γὰρ τοῦτο, οὐ μόνον καθ' ὃ Θεὸς καὶ τῷ Πατρὶ ὁμοούσιος ἦν θελητικὸς, ἀλλὰ καὶ καθ' ὃ ἄνθρωπος καὶ ἡμῖν ὁμοούσιος.

Χρὴ δὲ εἰδέναι ὡς τὰ νῦν παρατεθέντα τοῦ ψαλμοῦ ῥήματα ὁ θεῖος Ἀπόστολος, ἐν τῇ πρὸς Ἑβραίους Ἐπιστολῇ, εἰς τὸν Κύριον ἐξείληφεν. Ὁ μέγας δὲ Μωϋσῆς ἐν τῇ τοῦ ἀνθρώπου γενέσει τὸν Θεὸν εἰσάγει λέγοντα· *Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν.* Εἰ οὖν εἰκὼν ὁ ἄνθρωπος τῆς θείας φύσεως· αὐτεξούσιος δὲ ἡ θεία φύσις· ἆρα καὶ ἡ εἰκὼν· εἴπερ τὴν πρὸς τὸ ἀρχέτυπον σώζει ὁμοίωσιν, αὐτεξούσιος φύσει τυγχάνει. Εἰ δὲ τοῦτο, γέγονε δὲ τὸ φύσει ἀρχέτυπον καὶ εἰκὼν φύσει, ἆρα κατ' ἄμφω τὰς αὐτοῦ φύσεις θελητικὸς φύσει ὑπῆρχεν ὁ αὐτός. Προαπεδείχθη γὰρ ἐκ τῶν Πατέρων, τὸ θέλημα εἶναι τὴν κατὰ φύσιν αὐτεξουσιότητα.

Δεῖ δὲ εἰδέναι ὡς ἡ αὐτεξουσιότης οὐχ ὁμονύμως λέ-

[a] Luc. XXII, 8. [b] Gal. IV, 4. [c] Imo Philipp. II, 8. Memoriæ lapsus, ni error scribæ. [d] Psal. XXXIX, 7. [e] Hebr. X, 6. [f] Gen. I, 26.

[76] Orat. 2 de Filio

Digitized by Google

γεται μὲν, ὥσπερ καὶ ἡ φύσις· ἄλλως δὲ ἐπὶ Θεοῦ λαμβάνεται, καὶ ἄλλως ἐπὶ ἀγγέλων, καὶ ἄλλως ἐπὶ ἀνθρώπων. Ἐπὶ μὲν Θεοῦ ὑπερουσίως· ἐπὶ δὲ ἀγγέλων, ὡς συντρεχούσης τῇ ἕξει τῆς προχειρήσεως, καὶ παρενθήκην ὅλως χρόνου μὴ παραδεχομένης· ἐπὶ δὲ ἀνθρώπων, ὡς χρονικῶς τῆς ἕξεως ἐπινοουμένης τῆς προχειρήσεως. Εἰ γὰρ θέλων ὁ Ἀδὰμ ὑπήκουσε (*f*), καὶ θέλων ἐθεώρησε, καὶ θελήσας ἔφαγεν· ἄρα πρωτοπαθὴς ἐν ἡμῖν ἡ θέλησις. Εἰ δὲ πρωτοπαθὴς ἐν ἡμῖν ἡ θέλησις, ταύτην δὲ μετὰ τῆς φύσεως κατ' αὐτοὺς οὐ προσέληφεν ὁ Λόγος ἐνανθρωπήσας· οὐκ ἄρα ἐγὼ χωρὶς ἁμαρτίας γέγονα. Εἰ δὲ ἐγὼ χωρὶς ἁμαρτίας οὐ γέγονα, οὐκ ἄρα ἐσώθην· εἴπερ τὸ ἀπρόσληπτον, ἀθεράπευτον [77].

A liberum arbitrium (αὐτεξουσιότητα) eorum esse quæ non uno modo dicuntur, ut et naturam : aliter enim in Deo, aliter in angelis, et aliter in hominibus sumitur. In Deo quidem supersubstantialiter. In angelis autem, velut concurrente cum habitu aggressione, nulla penitus interjecta temporis mora : in hominibus autem, ut in quibus habitus tempore aggressioni præintelligatur. Siquidem igitur Adamus volens aures præbuit ad audiendum, volensque aspexit, ac voluntate duce comedit; igitur voluntas est quæ prima crimini obnoxia fuit. Cum igitur voluntas prima in nobis labem incurrerit, nec, ut isti sentiunt, Verbum homo factum eam assumpserit, nec ego proinde a me peccatum excussi, nec salutem consecutus sum : quandoquidem id quod non est assumptum, nec curatum est.

Ἔπειτα δὲ, εἰ ἔργον αὐτοῦ καὶ ποίημα ἡ αὐτεξούσιος τῆς φύσεως [78] ὑπάρχει δύναμις, ταύτην δὲ ὁ Λόγος σαρκωθεὶς, κατ' αὐτοὺς, μετὰ τῆς φύσεως καθ' ἕνωσιν ἄῤῥητον οὐ προσέληφεν, ἢ καταγνοὺς τῆς οἰκείας δημιουργίας, ὡς οὐ καλῆς, ταύτην ἑαυτοῦ ἀπεπέμψατο· ἢ φθονήσας ἡμῖν τῆς κατ' αὐτὴν θεραπείας, ἡμᾶς μὲν τῆς ἐντελοῦς [79] ἀποστερῶν σωτηρίας [80], καὶ ἑαυτὸν ὑπὸ πάθος ὄντα δεικνὺς, τῷ μὴ θέλειν, ἢ τῷ μὴ δύνασθαι τελείως σώζειν.

B Deinde, si Dei opus et actura est naturæ potestatis naturæ facultas; hanc vero, ut ipsi opinantur, Verbum incarnatum cum natura per unionem ineffabilem non assumpsit, aut quia suam fabricam, tanquam non bonam, improbans, a se eam rejecit, aut quia ejus nobis salutem invidit; tum nos perfecta salute [integra curatione] privans, tum seipsum haud a vitio immunem, quod aut nolit perfecte sanare, aut vero non possit, monstrans.

Ταῦτα μὲν περὶ τοῦ θελητικὸν εἶναι φύσει τὸν σαρκωθέντα Θεὸν Λόγον, καὶ καθ' ὃ ἄνθρωπος· περὶ δὲ τοῦ θελητικὸν φύσει εἶναι τὸν αὐτὸν, καὶ καθ' ὃ Θεὸς, ἔνθεν εἰσόμεθα. Φησὶ γὰρ αὐτὸς ὁ Κύριος ἡμῶν καὶ Θεὸς, ἡ μόνη ἀλήθεια, περὶ ἑαυτοῦ ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις οὕτως· *Ἱερουσαλὴμ, Ἱερουσαλὴμ, ἡ ἀποκτέινουσα τοὺς προφήτας, καὶ λιθοβολοῦσα τοὺς ἀπεσταλμένους πρὸς αὐτήν· ποσάκις ἠθέλησα ἐπισυναγαγεῖν τὰ τέκνα σου, ὥσπερ ὄρνις ἐπισυνάγει τὰ νοσσία ἑαυτῆς ὑπὸ τὰς πτέρυγας, καὶ οὐκ ἠθελήσατε ! Νῦν ἀφίεται ὑμῖν ὁ οἶκος ὑμῶν ἔρημος.* Δῆλον γὰρ, ὅτι οὐ καθ' ὃ ἄνθρωπος τοῦτο εἴρηκεν· εἴπερ προσφάτως ἐγεγόνει ἄνθρωπος· ἀλλὰ καθ' ὃ Θεὸς, δείξας τοὺς ποικίλους τῆς σοφῆς αὐτοῦ περὶ τὸν ἄνθρωπον προνοίας τρόπους· δι' ὧν θελήσας ἀπὸ τῆς τῶν ἐκτὸς πλάνης τὴν φύσιν πρὸς ἑαυτὸν ἐπισυνάξαι, αὕτη οὐκ ἠθέλησε.

C Deinde, si Dei opus et actura est naturæ potestatis naturæ facultas; hanc vero, ut ipsi opinantur, Verbum incarnatum cum natura per unionem ineffabilem non assumpsit, aut quia suam fabricam, tanquam non bonam, improbans, a se eam rejecit, aut quia ejus nobis salutem invidit; tum nos perfecta salute [integra curatione] privans, tum seipsum haud a vitio immunem, quod aut nolit perfecte sanare, aut vero non possit, monstrans.

Hæc quidem hactenus, ut Deus Verbum incarnatum, etiam qua homo monstretur, natura voluntatis facultate præditum esse. Ipsum vero, etiam qua Deus erat, ea præditum, hinc noverimus. Ait enim ipse Dominus ac Deus, sola Veritas, de seipso in Evangeliis, ita : *Jerusalem, Jerusalem, quæ occidis prophetas, et lapidas eos, qui ad te missi sunt; quoties volui congregare filios tuos, sicut gallina congregat pullos suos sub alas, et noluistis ! Nunc autem relinquetur vobis domus vestra deserta* [c]. Perspicuum enim est, non hoc dixisse, quatenus homo erat : siquidem recens homo exstiterat; sed quatenus idem Deus erat; ostendens diversos sapientis providentiæ suæ modos erga genus humanum; quibus cum ab exteriori errore naturam ad se congregare vellet, ipsa noluerit.

Καὶ πάλιν φησὶν· *Ὥσπερ ὁ Πατὴρ ἐγείρει τοὺς νεκροὺς, καὶ ζωοποιεῖ· οὕτω καὶ ὁ Υἱὸς, οὓς θέλει ζωοποιεῖ.* Εἰ τὸ, ὡς ἐπίῤῥημα συγκριτικόν ἐστιν· αἱ δὲ συγκρίσεις τῶν ὁμοουσίων· οὐκ ἄρα τοῦτο δυνατὸν κατὰ τὸ ἀνθρώπινον ἐπὶ Χριστὸν λέγεσθαι [81]. Οὐκοῦν ἐδίδαξεν ἡμᾶς ὁ Σωτὴρ ὅτι, ὥσπερ ὁ Πατὴρ, Θεὸς

D Rursumque ait : *Sicut Pater suscitat mortuos,* **181** *et vivificat, sic et Filius, quos vult vivificat* [b]. Cumque vox illa *sicut* adverbium sit comparationis, ac comparationes rerum sint ejusdem substantiæ; non igitur de humana in Christo voluntate istud accipi potest. Igitur docuit nos Christus, quod sicut

[c] Matth. XXIII, 37; Luc. XIII, 34. [b] Joan. V, 21.

[77] Greg. ep. ac Cledon. [78] αὐτεξουσιότης καὶ φύσεως 602, 270. [79] παντελοῦς 602, 270. [80] θεραπείας 620, 270. [81] Perinde Athan., Greg., Hilar., etc.; in Trinitate.

NOTÆ.

(*f*) *Θέλων ὑπήκουσε.* Ordo peccati Adæ; præbuit aurem uxori ad audiendum, et in ea serpenti : hinc volens, uxorisque ductus complacentia ac rei curiositate, fructum aspexit et consideravit, tum demum voluntate, ejusque consensu, comedit. Sic πρωτοπαθὴς voluntas; *in reatu prima*, ac peccati labe, ipsa sibi ejus auctor ac homini : quam ideo primam decuit assumi et sanari : quæ Patrum communis argumentatio est contra Apollinaristas, prævæque ipsorum radices stolonem, Monotheliten. Ὑπήκουσε hic quod Turr. reddit *obedivit*, non satis aptum, cum videatur respicere Deum, cui Adamus eo sensu non ὑπήκουσε· *obedivit*, sed παρήκουσε· *inobediens fuit.*

Digitized by Google

Pater cum Deus sit, voluntate vivificat mortuos, sic et ipse qui sit Patri consubstantialis, ejusdemque ac ille voluntatis, quos vult, vivificat. Hæc evangelistarum et apostolorum ac prophetarum decreta. Quænam igitur his major demonstratio, ut et qua ratione Deus est, et qua homo idem, voluntatis facultate præditus ostendatur?

PYR. Nihil his apertius ad demonstrandum naturales esse voluntates. Quomodo igitur Vigilius tunc Romanus pontifex, libellum a Mena regiæ urbis episcopo oblatum, qui unam voluntatem continebat, accepit : idque cum ei in imperatorio tunc Dominantis secreto ac senatu patefactus esset?

MAX. Quomodo patriarchæ cum sitis, mentiri audetis? Qui ante te sedit in suis ad Honorium litteris, dixit : « Nuncupatum quidem fuisse, sed non oblatum, neque patefactum. » Ipse vero in tua ad Joannem papam epistola dixisti : « Oblatum » fuisse « ac patefactum, » quem Constantinus Quæstor legisset. Utri igitur credemus, tibi, an ei cui successisti? Non enim fieri potest ut uterque verum dicatis.

PYR. Sicne scripsit meus decessor?

MAX. Sic plane.

PYR. Sit ita de Vigilio. Quid de Honorio, quod respondeas, habes, qui aperte datis ad decessorem meum litteris, unam voluntatem Domini nostri Jesu Christi tradidit?

MAX. Quis fide dignus istiusmodi epistolæ interpres is, qui eam ex persona Honorii scripsit, cum et adhuc vitæ superstes sit, ac qui cum aliis suis

ὧν, θελήματι τοὺς νεκροὺς ζωοποιεῖ, οὕτω καὶ αὐτὸς, ὁμοούσιος ὢν τῷ Πατρὶ καὶ ὁμοθελὴς, οὓς θέλει ζωοποιεῖ. Ταῦτα τῶν εὐαγγελιστῶν, καὶ ἀποστόλων, καὶ προφητῶν τὰ δόγματα. Τίς οὖν ὑπὲρ ταῦτα μείζων ἀπόδειξις περὶ τοῦ φύσει θελητικὸν εἶναι τὸν αὐτὸν καὶ καθ' ὃ Θεός ἐστι, καὶ καθ' ὃ ἄνθρωπος;

ΠΥΡ. Οὐδὲν τούτων πρὸς ἀπόδειξιν τοῦ φυσικὰ εἶναι τὰ θελήματα σαφέστερον. Πῶς οὖν τὸν ἐπιδοθέντα λίβελλον ὑπὸ Μηνᾶ τοῦ γενομένου ἐπισκόπου τῆς βασιλίδος (*g*), ἓν θέλημα ἔχοντα, ἐδέξατο Βιγίλιος ὁ τῆς Ῥωμαίων τηνικαῦτα πρόεδρος, καὶ ταῦτα ἐμφανισθέντος αὐτοῦ [83] ἐν τῷ βασιλικῷ σεκρέτῳ τοῦ τηνικαῦτα τῶν Ῥωμαίων βασιλεύοντος, καὶ τῆς συγκλήτου;

ΜΑΞ. Θαυμάζω πῶς πατριάρχαι ὄντες κατατολμᾶτε τοῦ ψεύδους. Ὁ προηγησάμενός σου πρὸς Ὀνώριον γράφων, εἶπεν, ὅτι « Ὑπηγορεύθη (*h*) μὲν, οὐκ ἐπεδόθη δὲ, οὔτε ἐνεφανίσθη · » αὐτὸς δὲ, ἐν τοῖς πρὸς τὸν ἐν ἁγίοις Ἰωάννην τὸν πάπαν, ἔφης ὅτι « Ἐπεδόθη καὶ ἐνεφανίσθη, » ἀναγνωσθεὶς διὰ Κωνσταντίνου Κουαίστωρος. Τίνι οὖν πιστεύομεν; σοὶ, ἢ τῷ πρὸ σοῦ; Οὐ γὰρ δυνατὸν ἀμφοτέρους ἀληθεύειν.

ΠΥΡ. Καὶ οὕτω γέγραπται τῷ πρὸ ἐμοῦ;

ΜΑΞ. Οὕτω γέγραπται.

ΠΥΡ. Ἔστω περὶ Βιγιλίου ταῦτα. Τί ἔχεις περὶ Ὀνωρίου εἰπεῖν, φανερῶς πρὸς τὸν πρὸ ἐμοῦ ἐν δογματίσαντος θέλημα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ;

ΜΑΞ. Τίς ἀξιόπιστος ἐξηγητὴς τῆς τοιαύτης καθέστηκεν ἐπιστολῆς, ὁ ταύτην ἐκ προσώπου Ὀνωρίου συντάξας, ἔτι καὶ περιὼν (*i*), καὶ μετὰ τῶν

[83] Ita. αὐτῷ. [83] al. τῇ συγκλήτῳ.

NOTÆ.

(*g*) *Τῆς βασιλίδος.* Male quibusdam additum ταύτης· indicat enim ea particula, quasi res Byzantii gereretur : aut indicare videtur. Τῆς συγκλήτου magis probo. Erat enim istud secretum, solemne concilium præsente imperatore atque senatu ; quo sic Pyrrhus susceptum Mennæ libellum a Vigilio, eique lectum, mentiebatur.

(*h*) *Ὅτι ὑπηγορεύθη.* Accepisse videtur Maximus pro eo quod est in dicta epist. relata in VI synodo act. 12. Τὸν προσφωνηθέντα λόγον Βιγιλίῳ ἐνταῦθα παρόντι. *Sermonem acclamatorium Vigilio hic præsenti* ; id est, *illi nuncupatum*, quod et reddidi ; exponitque idem Sergius in fine epistolæ, ubi narrat injunxisse Heraclium, cum Edessæ versaretur, ut excerptas ex illo libello Patrum auctoritates, de una Christi operatione unaque voluntate ad se mitteret. Τὰς ἐμφερομένας τῷ γενομένῳ, ὡς εἴρηται, παρὰ τοῦ ἐν ἁγίοις Μηνᾶ, πρὸς τὸν ἁγιώτατον Βιγίλιον δογματικῷ, περὶ μιᾶς ἐνεργείας καὶ ἑνὸς θελήματος, λόγῳ : *ut paterna illi testimonia deflorem, quæ continentur in libro dogmatico (sicut dictum est) facto a sanctæ memoriæ Mena ad sanctissimum Vigilium, de una operatione et una voluntate.* Acclamatorius ergo sermo Vigilio, et ad Vigilium factus, idem Sergio, ἐπαγορευθεὶς Maximo : *illi nuncupatus* ; quodque Maximus negat haberi in ea epistola fuisse *porrectum*, ἐπιδοθέντα · eamque tamen vocem illa habeat, priore loco Epistolæ, προσφωνηθέντα καὶ ἐπιδοθέντα παρ' αὐτοῦ ἐνταῦθα παρόντι Βιγιλίῳ· *Dirigentes etiam sermonem acclamatorium Menæ sanctissimi quondam patriarchæ hujus a Deo conservandæ Urbis, porrectum ab eo hic præsenti Vigilio sanctæ memoriæ* ; alterum dicamus necesse est, vel memoria lapsum Maximum, vel corruptam Sergii epistolam. Ac primum in re sic gravi ac præsenti negotio ascribere viro accurato, durius est, præsertim acquiescente ei adversario, etsi fatetur et ipse memoriam non tenere. Subdititiam vero illam vocem in Sergii epistola indicio esse potest, quod repetendo in fine, ejus non meminit, sed unam vocem habet priori illi respondentem, uti dictum est, γενομένῳ. Alter ergo editum et nuncupatum ; alter etiam porrectum, solemnique conventu coram principe ac senatu lectum ac publicatum seu præsentatum dicit : quæ pugnantia Maximus arguit ; tanquam scilicet non tacituro Sergio ; si hæc quoque facta essent, ut receptum a Vigilio libellum, eique probatum, ostenderet : quod Pyrrhus satagebat, suo hoc plagio, a Maximo detecto : sive alias verus Menæ liber est, sive a Monothelitis confictus, eique suppositus. Turr. quod τὸ ὑπηγορεύθη reddit. *commonefactum* de illo libello, longe est a fide boni interpretis.

(*i*) *Ἔτι καὶ περιών.* Indicat ea expressio adhuc superstitem Honorii scribam, cum hæc Maximus disputaret : faveturque quod καταφαιδρύνων τὴν δύσιν · *illustrans pietatis dogmatis Occidentem*, additur ; etsi aliqui codices καταφαιδρύνας, habent, et sequitur Turr. dum reddit, *illustravit* : qui et sequens λαλοῦντες, non bene imperfecto, *loquebantur*. reddit.

Digitized by Google

ἄλλων αὐτοῦ καλῶν, καὶ τοῖς τῆς εὐσεβείας δόγμασι πᾶσαν τὴν Δύσιν καταφαιδρύνων, ἢ οἱ ἐν Κωνσταντινουπόλει τὰ ἀπὸ καρδίας λαλοῦντες; ;

ΠΥΡ. Ὁ ταύτην συντάξας.

ΜΑΞ. Ὁ αὐτὸς οὖν πρὸς τὸν ἅγιον Κωνσταντῖνον [81], τὸν γενόμενον βασιλέα, ἐκ προσώπου πάλιν Ἰωάννου τοῦ ἐν ἁγίοις πάπα περὶ αὐτῆς γράφων, ἔφη, ὅτι « Ἓν θέλημα ἔφημεν ἐπὶ τοῦ Κυρίου, οὐ τῆς θεότητος αὐτοῦ καὶ τῆς ἀνθρωπότητος, ἀλλὰ μόνης τῆς ἀνθρωπότητος. Σεργίου γὰρ γράψαντος, ὡς τινες δύο θελήματα λέγουσι ἐπὶ Χριστοῦ ἐναντία, ἀντεγράψαμεν, ὅτι Ὁ Χριστὸς δύο θελήματα ἐναντία οὐκ εἶχε · σαρκός φημι, καὶ πνεύματος, ὡς ἡμεῖς ἔχομεν μετὰ τὴν παράβασιν · ἀλλ' ἓν μόνον, τὸ φυσικῶς χαρακτηρίζον τὴν αὐτοῦ ἀνθρωπότητα. » Καὶ τούτου ἀπόδειξις ἐναργής, τὸ καὶ μελῶν καὶ σαρκὸς μνησθῆναι · ἅπερ καὶ ἐπὶ τῆς θεότητος αὐτοῦ ἐκεῖνα ληφθῆναι οὐ συγχωρεῖ. Εἶτα καὶ πρόκατάληψιν ἀνθυποφορᾶς ποιούμενος, φησίν· « Εἰ δέ τις λέγοι· Καὶ τίνος χάριν περὶ τῆς ἀνθρωπότητος τοῦ Χριστοῦ διαλαβόντες, περὶ τῆς θεότητος αὐτοῦ μνήμην οὐκ ἐποιήσασθε ; φαμὲν, ὅτι πρῶτον μὲν πρὸς τὴν ἐρώτησιν ἡ ἀπόκρισις γέγονεν · ἔπειτα δὲ, καὶ τῷ τῆς γραφῆς ἔθει, ὡς ἐν πᾶσι, καὶ ἐν τούτῳ ἑπόμενοι · ποτὲ μὲν ἀπὸ τῆς θεότητος αὐτοῦ διαλεγομένης · ὡς ὅταν λέγῃ ὁ Ἀπόστολος· *Χριστὸς Θεοῦ δύναμις, καὶ Θεοῦ σοφία* · ποτὲ δὲ ἀπὸ τῆς ἀνθρωπότητος αὐτοῦ, καὶ μόνον, ὡς ὅταν ὁ αὐτὸς λέγῃ · *Τὸ μωρὸν τοῦ Θεοῦ, σοφώτερον τῶν ἀνθρώπων ἐστὶ · καὶ τὸ ἀσθενὲς τοῦ Θεοῦ, ἰσχυρότερον τῶν ἀνθρώπων ἐστίν.* »

ΠΥΡ. Ἁπλούστερον ὁ πρὸ ἐμοῦ, τῇ λέξει προσεσχηκὼς, τοῦτο ἐδέξατο.

ΜΑΞ. Ἀλήθειαν λέγω · οὐδὲν οὕτως ἀπεδιέθηκέ με πρὸς τὸν πρὸ σοῦ, ὡς τὸ παλίμβολον αὐτοῦ · ἤγουν τὸ ἄλλοτε εἰς ἄλλα; αὐτὸν μεταπίπτειν ἐννοίας, καὶ ἐν μηδενὶ βεβηκέναι φρονήματι. Ποτὲ μὲν τοὺς τοῦτο τὸ ἓν θέλημα θεῖον προσαγορεύοντας ἀποδεχόμενος, τὸ Θεὸν μόνον εἶναι τὸν σαρκωθέντα [82] εἰσῆγε · ποτὲ δὲ, τοὺς βουλευτικὸν αὐτὸ λέγοντας, ἄνθρωπον αὐτὸν ψιλὸν εἶναι εἰσῆγε, βουλευτικῶς καθ' ἡμᾶς διατιθέμενον [διακείμενον], καὶ μηδὲν διαφέροντα Πύῤῥου καὶ Μαξίμου · ποτὲ δὲ ὑποστατικὸν αὐτὸ λέγων, τῇ διαφορᾷ τῶν ὑποστάσεων συνεισῆγε καὶ τὸ διάφορον τῶν θελημάτων ἐπὶ τῶν ὁμοουσίων · ποτὲ δὲ, καὶ τοὺς ἐξουσιαστικὸν αὐτὸ λέγοντας ἀποδεχόμενος, σχετικὴν εἰσῆγε τὴν ἕνωσιν · ἐξουσία γὰρ, καὶ αὐθεντία, καὶ τὰ τοιαῦτα, γνώμης προδήλως, ἀλλ' οὐ φύσεως ὑπάρχει κινήματα · ποτὲ δὲ, τοὺς προαιρετικὸν καὶ γνωμικὸν αὐτὸ λέγοντας προσλαμβανόμενος, καὶ κυρίους ἑαυτοῦ καθιστῶν, οὐ μόνον ψιλὸν ἄνθρωπον εἰσῆγε τὸν Κύριον, ἀλλὰ καὶ τρεπτὸν καὶ ἁμαρτωλόν · εἴπερ ἡ γνώμη τῶν ἀντικειμένων ἐστὶ κριτικὴ, καὶ τῶν ἀγνοουμένων ζητητικὴ, καὶ τῶν ἀδήλων βουλευτικὴ · ποτὲ δὲ, τοὺς οἰκονομικὸν αὐτὸ λέγοντας, τὸ,

virtutibus, pietatis dogmatibus omnem Occidentem illustrat; an ii, qui Constantinopoli loquuntur quod in mentem venit?

PYR. Qui hanc composuit.

MAX. Is igitur ipse, cum ad sanctum Constantinum imperatorem, ex persona rursus sancti Joannis papæ, de hac epistola scriberet, dixit : « Unam voluntatem diximus in Domino, non divinitatis ejus et humanitatis, sed humanitatis duntaxat. Cum enim Sergius scripsisset, quod quidam duas voluntates in **182** Christo contrarias dicerent, respondit : Unam voluntatem diximus, Christum, non duas contrarias voluntates habuisse; carnis scilicet et spiritus, sicut nos habemus post peccatum, sed unam tantum, quæ naturaliter ejus humanitatem insigniret. » Hoc autem ita esse, argumentum evidens est, quod membrorum carnisque meminerit, quæ quidem de divinitate illa accipi non sinunt. Deinde occurrit per anticipationem objectioni. « Si quis vero, inquit, dicat : Ecquid vero causæ est, cur, de Christi humanitate agentes, ejus divinitatis non memineritis? Respondemus, primum quidem respondisse ad quæstionem; deinde, ut in omnibus, sic etiam hic consuetudinem Scripturæ nos secutos esse, quæ aliquando ex divinitate ejus disserit, ut cum ait Apostolus : *Christus Dei virtus et Dei sapientia ;* aliquando vero ex humanitate, eaque sola, ut cum ipse ait : *Quod est stultum Dei, sapientius est hominibus; et quod infirmum est Dei, fortius est hominibus* [1]. »

PYR. Meus decessor, vocis errore deceptus, hoc simplicius accepit.

MAX. Veritatem dico, nihil me sic a tuo decessore alieno animo fecit, ac ejus versatile ingenium mentisque levitas : quod nimirum in alias subinde animum transferret sententias, nec in ullo firmiter sensu consisteret. Aliquando enim eos, qui hanc voluntatem divinam dicebant, approbans, Deum solum esse, qui incarnatus esset, docebat : aliquando vero eis assentiens, qui ipsam consultricem, seu consilii, dicerent, purum hominem ipsum inducebat; qui more nostro consilio regeretur, nihilque a Pyrrho et Maximo differret. Interdum autem, hypostaticam eam vocitans, cum distinctione personarum, etiam distinctionem voluntatum introducebat, in iis quæ sunt ejusdem substantiæ. Quandoque eis calculum adhibens, qui liberæ potestatis ipsam dicerent, unionem quæ est habitudine affectuque tradebat. Potestas enim et auctoritas, et alia ejusmodi, γνώμης manifeste sunt ac sententiæ, non naturæ. Aliquando eos qui eligentis animi exque arbitratu voluntatem dicerent, sibi adjungens, seque illis mancipans, non solum Christum nudum hominem inducebat, verum etiam mutabilem ac peccatorem; siquidem γνώμη, quam

[1] I Cor. I, 24, 25.

[81] Constantinus hic Heraclii filius. [82] Λόγον 602.

Digitized by Google

vocant, et rationis arbitrium, judicium habet contrariorum, ignotorumque inquisitionem, et quæ sunt incerta in deliberationem vocat. Interdum eos sequens, qui œconomicam **183** (ac si ex ratione ipsa incarnationis dicas) voluntatem dicerent, ante dispensationem voluntatis expertem ipsum inducebat, ac si quid aliud absurdi ex ea doctrina sequitur : inque alias innumeras devolutus est opinationes, qui non veritate basi niteretur : quas si paulo exactius perscribere vellem, cum earum absurdis, nec futurum tempus mihi sufficeret. Quid vero necesse erat chartas proponere, et sanctam Dei Ecclesiam scindere? Nec quod omnibus communissimum est intelligere potuit. Aut enim, ut id vobis demus, chartæ hæ (diplomata) synodorum dogmata habent, ut vos falso jactatis, et sic nobis nihil iis opus est, qui synodos et ante et nunc recipimus et amplectimur : aut non habent synodorum dogmata, et sic magis eas aversari justum est, ac fugere. Cum igitur harum chartarum propositio utrinque injusta sit ac improba, ipsarum utique abrogatio propter utrumque justa est et canonica.

πρὸ τῆς οἰκονομίας ἀθέλητον αὐτὸν εἶναι, καὶ εἴ τι ἕτερον ἔπεται τῷ λόγῳ ἄτοπον, εἰσῆγε· καὶ εἰς ἄλλας μυρίας ἀτόπους ἐξηνέχθη ὑπολήψεις, τὴν ἀλήθειαν βάσιν οὐκ ἐσχηκώς· ἃς δι' ἀκριβείας εἰ βουληθείην γραφῇ παραδοῦναι μετὰ τῶν αὐτῶν ἀτόπων, οὐδὲ ὁ μέλλων ἀρκέσει χρόνος. Τίς δὲ ἀνάγκη χάρτας προθεῖναι, καὶ σχίσαι τὴν ἁγίαν τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίαν; Οὐδὲ τὸ πᾶσι κοινότατον συνιδεῖν ἠδυνήθη. Ἢ γὰρ, ἵνα παραχωρήσωμεν ὑμῖν, τὰ τῶν συνόδων ἔχουσι δόγματα, ὡς ὑμεῖς οὐκ ἀληθεύοντες ἔφητε, καὶ οὐ δεόμεθα τῶν ὑμετέρων χαρτῶν, ταύτας καὶ πρὶν καὶ νῦν δεχόμενοι καὶ περιπτυσσόμενοι· ἢ οὐ τὰ τῶν συνόδων ἔχουσι, καὶ πολλῷ πλέον τούτους ἀποστρέφεσθαι καὶ φεύγειν δίκαιον. Τῆς οὖν τῶν αὐτῶν χαρτῶν προθέσεως καθ' ἑκάτερον ἀδίκου καὶ παρανόμου οὔσης, καὶ ἡ αὐτῶν κατάλυσις δι' ἑκάτερον δικαία καὶ κανονικὴ καθέστηκεν.

PYR. Sophronius, qui paulo ante fuit patriarcha Jerosolymitanus, in causa fuit, ut et cum nobis minime constitutum esset, id præstaremus, qui non opportuno satis tempore quæstionem de operationibus excitaverit.

ΠΥΡ. Σωφρόνιος, ὁ μικρῷ πρόσθεν πατριάρχης γενόμενος Ἱεροσολύμων, τοῦτο ἡμᾶς καὶ παρὰ πρόθεσιν πρᾶξαι πεποίηκε, τὸν περὶ ἐνεργειῶν λόγον οὐκ ἐν εὐθέτῳ καιρῷ κινήσας.

MAX. Ego omni ex parte nescio, quam vos excusationem daturos exspectetis, qui sic graviter virum innoxium criminemini. Rogo enim, per ipsam Veritatem, quando Sergius ad Theodorum Pharanitanum scripsit, misso etiam libello, quem Menæ esse dicit, per Sergium Macaronam Arsinoes episcopum, hortans eum, ut quid sentiret de una in eo libello operatione et una voluntate aperiret ; et rescripsit approbans eas; ubi tunc erat Sophronius ; aut cum Theodosiopoli ad Paulum Monoculum et Severi sectatorem scripsit, misso quoque ad eum Menæ libello, Theodorique Pharanitæ ac sua approsentiret, cujus altum silentium, præterquam illis, qui simili chronographia, verbatim pene ipsum exscripserunt. Facitque quod Heraclius ad Joann. papam in Sergium et Constantinopolitanos, omnem ejus novitatis, et editæ ejus nomine Ecthesis, refert invidiam, cujus verba refert Maximus in Coll. cum principibus in secreto. Putemque incidisse Theophanem in alicujus Constantinopolitani minus probatam narrationem, quovis tandem animo hæc ille scripsisset, sive levandi causa suos Constantinopolitanos Sergiumque, sive præsidium quærendi Monothelismo, cui vir tantus, eaque zeli et unitionis Ecclesiarum specie, recepto cunctis consilio, exordium fecisset. Quamobrem etiam maluit Sergius Heraclianam Ecthesim dicere, quam suam, ejus professionis chartam, quam curasset ejus subscriptione muniri, ut ipse Heraclius auctor est. Sic sæpe chronologi, non magno judicio, hinc inde aliis aliisque dicta, sæpe etiam alia aliis pugnantia congerunt; quæ omnia qui velit tueri, næ is laborem improbum cassumque susceperit : potuitque mitius habere charissimus sodalis et commilito, P. Jacobus Goarius ὁ μακαρίτης in suo Theophane, quod pene tyro, non alio spiritu in eam rem, in nec in Monothelitarum hæresi syntagmate, scripserat.

ΜΑΞ. Ἐγὼ πάντοθεν ἄπορῶ, ποίαν ἐκδέχεσθε δοῦναι ἀπολογίαν, τὸν ἀναίτιον οὕτω πικρῶς αἰτιώμενοι. Εἰπέ γάρ μοι, πρὸς τῆς ἀληθείας αὐτῆς, ὅτε Σέργιος ἔγραψε πρὸς τὸν τῆς Φαρὰν Θεόδωρον, πέμψας καὶ ὃν φησι λίβελλον (*j*) Μηνᾶ διὰ τῆς μεσιτείας Σεργίου τοῦ Μακαρωνᾶ [86] τοῦ Ἀρσινῴης ἐπισκόπου, προτρεπόμενος αὐτὸν περὶ τῆς ἐν τῷ λιβέλλῳ μιᾶς ἐνεργείας καὶ ἑνὸς θελήματος τὰ δοκοῦντα εἰπεῖν, καὶ ἀντέγραψεν, ἀποδεχόμενος αὐτά, ποῦ οὖν τότε Σωφρόνιος ; ἢ ἡνίκα ἐν Θεοδοσιουπόλει πρὸς Παῦλον τὸν Μονόφθαλμον καὶ ἀπὸ Σεβηριτῶν ἔγραψε, πέμψας καὶ αὐτῷ λίβελλον Μηνᾶ, καὶ τὴν

[86] al. Μαχρωνᾶ, et Μαχαριωνᾶ, Fr. Μαχρονᾶ, τοῦ Ἀρσενόης.

NOTÆ.

(*j*) *Καὶ ὃν φησι λίβελλον.* Ilis scite Maximus in Sergium refundit libellum Menæ dictum, tanquam is non vere Menæ esset, sed illi suppositum a Sergio, ut tum viri auctoritate, tum falsa Vigilii susceptione Monothelismum abs se disseminatum fuciret. Unde non mirum sibi in eo Sergium Pyrrhumque dissentire, cum falsum, nec sibi, nec vero consentiat. Sic in VI synodo aperte νοθείας redarguitur ille libellus, cui in omnibus Maximus præivit, etsi ejus Honorii defensionem non est amplexa; quod ejus proscriptione visum mollire Orientalium animos, quod Marthus e concilio Lateranensi, tot capitum proscriptione ex nomine, ac quibuscum suspicio esset convenisse Honorium, gravius offendisset : in quam dispensationem ipsa Romana Ecclesia consenserit, ut satis aperte indicat Adrian. in VIII synodo relatus, dum agnoscit Orientales dixisse anathema Honorio, *sed de consensu nostræ sedis*, Romanæ, cui præsidebat. Tanta hæc Sergii machinamenta Maximo exposita, ac Sergio successori in faciem objecta, veræ sint Monothelismi origines, non quam Theophanes collationem refert Heraclii cum Athanasio Jacobitarum patriarcha, cui et Antiochenum patriarchatum pollicitus sit, si modo is synodum reciperet, et in unitionem con-

Digitized by Google

τοῦ Φαρανίτου καὶ ἑαυτοῦ συγκατάθεσιν ; ἢ ὅτε πρὸς Γεώργιον τὸν ἐπίκλην Ἀρσᾶν [87], Παυλιανιστὴν ὄντα, ἔγραψε, χρήσεις αὐτῷ πεμφθῆναι περὶ μιᾶς ἐνεργείας αὐτῶν, ἐνθέμενος καὶ τοῦτο τῇ ἐπιστολῇ, ὅτι ἐν ταύταις, καὶ τὴν πρὸς αὐτοὺς τῆς Ἐκκλησίας ποιεῖ ἕνωσιν ; Ταύτην δὲ τὴν ἐπιστολὴν ὁ μακάριος Ἰωάννης ὁ πάπας Ἀλεξανδρείας ἀφείλετο χειρὶ ἀπὸ τοῦ Ἀρσᾶ· ὅθεν καὶ βουληθεὶς δι' αὐτὴν ποιῆσαι τὴν καθαίρεσιν αὐτοῦ, ἐκωλύθη ἐκ τῆς ἐν Αἰγύπτῳ τηνικαῦτα γενομένης τῶν Περσῶν ἐπιδρομῆς. Ἤ ὅτε πρὸς Κῦρον τὸν Φάσιδος ἀντέγραψε περὶ μιᾶς ἐνεργείας καὶ δύο, ἐρωτηθεὶς παρ' αὐτοῦ, πέμψας καὶ αὐτῷ τὸν ῥηθέντα λίβελλον Μηνᾶ ; Τί οὖν ; ἐπειδὴ Σεργίου πολυτρόπως τὴν οἰκείαν νόσον ἐν τῷ κοινῷ προθέντος, καὶ τὸ πλεῖστον τῆς Ἐκκλησίας λυμηναμένου, ὁ μακάριος Σωφρόνιος ὑπέμνησεν αὐτὸν μετὰ τῆς πρεπούσης τῷ σχήματι αὐτοῦ ταπεινοφροσύνης, τοῖς ἴχνεσιν αὐτοῦ προσκαλινδούμενος [προκυλινδ.], καὶ ἀντὶ πάσης ἱκετηρίας αὐτοῦ προσφέρων αὐτῷ τὰ ζωοποιὰ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ παθήματα, ὥστε μὴ φωνὴν αἱρετικῶν, καλῶ ; πάλαι ὑπὸ τῶν προωδευκότων τὸν βίον ἁγίων Πατέρων σβεσθεῖσαν, ἀνανεώσασθαι, αὐτὸς αἴτιος τοῦ τοιούτου γέγονε σκανδάλου ;

ΠΥΡ. Πάντων τῶν προτεθέντων τὴν ἀνατροπὴν δεόντως ὁ λόγος ἐποιήσατο, καὶ οὐδὲν ὅλως ἐλλείπει ἡ περὶ θελημάτων ζήτησις.

ΜΑΞ. Ἐπειδὴ ἡ περὶ θελημάτων ζήτησις πέρας εἴληφε, βούλει καὶ τὴν περὶ ἐνεργειῶν ποιησώμεθα ;

ΠΥΡ. Τὸν περὶ τοῦ φυσικὰ εἶναι τὰ θελήματα λόγον ἀγνοήσας, κατὰ τοῦτον καὶ τὸν περὶ ἐνεργειῶν παρεδεξάμην· καὶ εἴ τι ἀγράφως, ἢ ἐγγράφως ἐρρίφη μοι, πρὸς τοῦτον ὁρᾷ τὸν σκοπόν. Νυνὶ δὲ τοῦ πεφυκέναι θέλειν, καὶ τοῦ πεφυκέναι ἐνεργεῖν συνεσχικῶς ὁμολογουμένων, πάντα τὰ περὶ τούτου πρώην μὴ συσταθέντα, ἠκύρωται· καὶ περιττὸν ἡγοῦμαι, λοιπόν τινα ὅλως περὶ τούτου κινῆσαι λόγον.

ΜΑΞ. Τί οὖν ; ἐπειδὴ ὁ Θεὸς, διὰ τὴν προγνωσθεῖσαν αὐτῷ πρόθεσιν ἡμῶν, ἐκάλεσε πρὸς τὴν τῆς ἀληθείας αὐτοῦ ἐπίγνωσιν, οὐ δεῖ τὰ περὶ τούτου ἐγγράφως, ἢ ἀγράφως ; πρός τινας εἰρημένα βασανίσαι, διὰ τοὺς, ὡς εἰκὸς, ἀφυλάκτως αὐτοῖς περιτυχόντας, ἢ καὶ περιτυγχάνοντας εὐχερεστέρους ;

ΠΥΡ. Εἴ τι πρὸς τοῦτο ὁρᾷ ἡ βάσανος, ἀναγκαῖόν ἐστι. Τὸ γὰρ φροντίσαι τῆς τῶν ἀκεραιοτέρων ἀσφαλείας, μίμησίς ἐστι θείας φιλανθρωπίας.

ΜΑΞ. Εἰ οὖν θείας φιλανθρωπίας ἐστὶ τοῦτο μίμησις, ἀρξώμεθα ἐνταῦθεν τῆς περὶ τούτου ἐξετάσεως.

ΠΥΡ. Ἀρξώμεθα.

ΜΑΞ. Ἐν τοῖς σοῖς εὗρον συγγράμμασι, μίαν σε Χριστοῦ, ὡς ὅλου, ἐνέργειαν δογματίσαντα. Εἰ οὖν μία, ὡς ὅλου, ἐστὶν ἐνέργεια, τὸ δὲ ὅλον ἡ αὐτοῦ ἐστὶν ὑπόστασις, ἆρα ἡ μία αὕτη ἐνέργεια ὑποστατικὴ ἔσται· καὶ ἑτέρας ἐνεργείας ὥσπερ καὶ ὑπο-

batione ; aut cum ad Georgium cognomento Arsam Paulianistam scripsit, rogans ut sibi mitteret auctoritates de una ipsorum operatione ; inseruitque epistolæ, in his etiam facturum se unionem Ecclesiæ cum ipsis ? Hanc vero epistolam beatus Joannes papa Alexandrinus manu abstulit ab Arsa. Unde cum et ea causa vellet eum deponere, impeditus est Persarum sub id tempus in Ægyptum irruptione. Aut quando ad Cyrum episcopum Phasidis rescripsit de una et duplici operatione, cum ab eo fuisset interrogatus ; misso etiam ad eum libello Menæ, quem diximus ? Quid igitur ? postquam Sergius multis modis suum morbum in commune proposuerat, et Ecclesiæ parti plurimæ labem intulerat, beatus Sophronius, quod ipsum cum debita ordini suo ac professioni modestia, ad ejus provolutus vestigia, omnisque supplicationis loco, vivificas Christi Dei ei offerens passiones, commonuit, ne vocem hæreticorum, bene pridem a sanctis Patribus, qui ante vixissent, exstinctam renovaret, ipse talis scandali auctor exstitit ?

PYR. Objecta omnia competenter sermo habitus evertit, nullaque prorsus de voluntatibus deest quæstio.

MAX. Quandoquidem quæstio de voluntatibus conclusa est, vis ut et de operationibus disseramus ?

PYR. Sicut ignoraveram naturales esse voluntates, sic quoque de operationibus acceperam ; et si quid sive scripto, sive verbo a me dictum est, in hunc finem collineat. Nunc autem cum certum sit, naturæ esse velle, et quod illi quasi partis ratione implexum est, operari etiam naturæ esse, omnia a me pridem in eam rem asserta atque probata, irrita cessere, superfluumque existimo, ullum jam prorsus de his sermonem movere.

MAX. Quid igitur, quandoquidem Deus ob præcognitum ipsi propositum nostrum, ad veritatis suæ agnitionem vocavit, nunquid ea, quæ aut scripto aut verbo, ejus rei causa, ad quosdam dicta sunt, non examinanda propter eos, qui, ut par est, incaute legerunt, aut etiam legunt, faciles ut decipiantur ?

PYR. Si quid eo spectat examinis discussio, necessaria est. Curare enim ut cautum sit simplicioribus, imitatio est Dei erga homines charitatis.

MAX. Si igitur hæc est imitatio Dei erga homines charitatis, ejus rei disquisitionem hic ordiamur.

PYR. Ordiamur.

MAX. Inveni in libris tuis docuisse te unam esse operationem Christi, tanquam totius. Si igitur una est tanquam totius, operatio ; totum autem est ejus persona ; igitur una hæc operatio personalis erit, et ostendetur diversæ operationis esse, ut et per-

[87] Βαρσᾶν 255, 702. [88] Fuit hic Joannes Eleemosynarius.

Digitized by Google

sonæ, tum a Patre, tum a Matre ; siquidem neuter eorum est Christus.

PYR. Si propter distinctionem **185** naturarum in Christo, duas dicitis operationes, et non propter unam personam, unam operationem, duæ reperientur in homine operationes, ob distinctionem essentialem animæ ejus et corporis. Quod si hoc ita est, tres erunt operationes Christi, non duæ.

MAX. Quæ vos ad tollenda ea quæ sunt naturalia objicitis, hæc ipsa contra naturas objiciunt qui contra ipsas pugnant : hoc enim ac solo belli estis ac lepidi, quod illis in omnibus assentemini. Unde quibus argumentis eos Patres redarguerunt, eisdem ipsi vos redarguimus, qui eodem morbo laboretis. Nam si propter naturarum distinctionem in Christo, ipsi quoque duas naturas nobiscum dicitis, et non propter unam personam, unam naturam; sic quidem duæ reperientur naturæ hominis, propter essentialem distinctionem animæ ejus et corporis: et, hoc concesso, tres erunt naturæ Christi, non duæ. Sin autem propter distinctionem naturarum, duas naturas nobiscum confitentes, non dicitis tres in Christo naturas; quomodo, quia nos, propter distinctionem naturarum, duas dicimus operationes, tres inferentur operationes? Quæ enim vos nobiscum adversus illos, qui contra naturas disputant, dicitis iisque obtenditis, hæc etiam nobis de operationibus adversus vos sufficient. Verum sic quidem a pari vos sermo refutavit, dum omni probabilitate carere, quæ a vobis movetur quæstio, ostendit. Ex abundanti autem dicimus, non idem esse, quod unum est secundum speciem hominis, et quod unum secundum substantiam animæ et corporis. Unum enim secundum speciem hominis, summam in omnibus individuis sub specie constitutis, invariabilemque similitudinem significat. Unde nec indeterminate hoc dicimus, sed cum adjuncto, *hominis*. Unum autem secundum substantiam animæ et corporis, ipsum esse illorum corrumpit, eo cogens ut omni penitus exsistentia careant. Quod si non est idem, unum secundum speciem hominis, et unum secundum substantiam animæ et corporis; non igitur necesse est, cum unam operationem secundum speciem dicimus, ut hanc vel personalem, vel tres operationes dicamus, eo quod operatio spectet ad naturam.

PYR. At, cum operationibus, ut sentit Nestorius, una inferuntur personæ : estque necesse eos, qui duas dicant **186** operationes, illius impuna dogmata defendere.

MAX. Atqui Nestorius duas personas cum dicat, unam operationem tradit. Quod si cum operationibus, ut vos existimatis, personæ inferuntur, etiam cum personis consequenti ratione inferentur operationes; eritque necesse vestras regulas secutis,

A στάσεως, δειχθήσεται Πατρί τε καὶ Μητρί· εἴπερ οὐδέτερον αὐτῶν ὑπάρχει Χριστός.

ΠΥΡ. Εἰ διὰ τὸ διάφορον τῶν δύο ἐν Χριστῷ φύσεων δύο λέγετε ἐνεργείας, καὶ οὐ διὰ τὸ μοναδικὸν τοῦ προσώπου μίαν, δύο εὑρεθήσονται καὶ τοῦ ἀνθρώπου ἐνέργειαι, διὰ τὸ κατ' οὐσίαν διάφορον τῆς ψυχῆς αὐτοῦ καὶ τοῦ σώματος. Εἰ δὲ τοῦτο, τρεῖς ἔσονται τοῦ Χριστοῦ ἐνέργειαι, καὶ οὐ δύο.

ΜΑΞ. Ἅπερ ὑμεῖς ἐπ' ἀναιρέσει τῶν φυσικῶν προῆχσεσθε, ταῦτα καὶ κατὰ τῶν φύσεων οἱ πρὸς αὐτὰς μαχόμενοι προτείνουσι. Τοῦτο γὰρ ὑμῶν καὶ μόνον τὸ χάριεν, τὸ ἐκείνοις ἐν πᾶσι συμπεριάγεσθαι. Ὅθεν καὶ ἡμεῖς τοὺς παρὰ τῶν Πατέρων ἐκείνοις ἐπενεχθέντας ἐλέγχους, καὶ ὑμῖν, ὡς τὰ αὐτὰ αὐτοῖς νοσοῦσι προσάγομεν· ὅτι, εἰ διὰ τὸ διάφορον τῶν ἐν Χριστῷ φύσεων, δύο φύσεις καὶ αὐτοὶ μεθ' ἡμῶν λέγετε, καὶ οὐ διὰ τὸ μοναδικὸν τοῦ προσώπου μίαν, δύο εὑρεθήσονται οὕτω γε καὶ τοῦ ἀνθρώπου φύσεις, διὰ τὸ κατ' οὐσίαν διάφορον τῆς ψυχῆς αὐτοῦ καὶ τοῦ σώματος· καὶ εἰ τοῦτο, τρεῖς ἔσονται τοῦ Χριστοῦ, καὶ οὐ δύο φύσεις. Εἰ δὲ διὰ τὸ διάφορον τῶν φύσεων, δύο μεθ' ἡμῶν λέγοντες φύσεις, τρεῖς οὐ λέγετε ἐπὶ Χριστοῦ φύσεις· πῶς ἡμῖν διὰ τὸ διάφορον τῶν φύσεων δύο λέγουσιν ἐνεργείας, αἱ τρεῖς συναχθήσονται ἐνέργειαι; Ἃ γὰρ ὑμεῖς μεθ' ἡμῶν πρὸς τοὺς ἐκεῖνα κατὰ τῶν φύσεων προτείνοντας λέγετε, ταῦτα καὶ ἡμῖν περὶ τῶν ἐνεργειῶν πρὸς ὑμᾶς ἀρκέσει· ἀλλ' οὕτω μὲν ὑμᾶς ἐκ τοῦ ἴσου ὁ λόγος ἀπερράπισε, δείξας τῆς ἀπορίας τὸ παράλογον. Ἐκ δὲ τοῦ ὑπερέχοντός φαμεν, ὅτι οὐ ταυτὸν τὸ κατ' εἶδος τοῦ ἀνθρώπου ἓν, καὶ τὸ κατ' οὐσίαν ψυχῆς καὶ σώματος ἕν. Τὸ μὲν γὰρ κατ' εἶδος τοῦ ἀνθρώπου ἓν, τὴν ἐν πᾶσι τοῖς ὑπὸ τὴν φύσιν ἀτόμοις ἀπαραλλαξίαν ἐνδείκνυται· ὅθεν οὐδὲ ἀπροσδιορίστως αὐτό φαμεν, ἀλλὰ προσεπάγοντες τοῦ ἀνθρώπου. Τὸ δὲ κατ' οὐσίαν ψυχῆς καὶ σώματος ἕν, αὐτὸ τὸ εἶναι αὐτῶν λυμαίνεται (*k*), εἰς ἀνυπαρξίαν αὐτὸ παντελῆ ὠθοῦν. Εἰ δὲ οὐ ταυτὸν τὸ κατ' εἶδος τοῦ ἀνθρώπου ἓν, καὶ τὸ κατ' οὐσίαν ψυχῆς καὶ σώματος ἕν, οὐκ ἄρα ἀνάγκη ἡμῖν, τὴν κατ' εἶδος μίαν λέγοντας ἐνέργειαν, ἢ ὑποστατικὴν ταύτην λέγειν, ἢ τρεῖς ἐνεργείας, διὰ τὸ πρὸς φύσιν ὁρᾶν τὴν ἐνέργειαν.

D ΠΥΡ. Ἀλλὰ ταῖς ἐνεργείαις τὰ πρόσωπα κατὰ Νεστόριον συνεισάγεται· καὶ ἀνάγκη, τοὺς δύο λέγοντας ἐνεργείας, τὰ ἐκείνου μιαρὰ διεκδικεῖν δόγματα.

ΜΑΞ. Καὶ μὴν Νεστόριος, δύο πρόσωπα λέγων, μίαν δογματίζει ἐνέργειαν. Εἰ δὲ ταῖς ἐνεργείαις πρόσωπα καθ' ὑμᾶς συνεισάγεται, καὶ τοῖς προσώποις ἀκολούθως αἱ ἐνέργειαι συναχθήσονται· καὶ βιασθήσεσθε, τοῖς ἰδίοις ἑπόμενοι κανόσιν, ἢ διὰ τὴν

NOTÆ.

(*k*) *Αὐτὸ τὸ εἶναι αὐτῶν λυμαίνεται. Unum secundum substantiam animæ et corporis, ipsum eorum esse corrumpit* : sic unitorum, quod ut sint unum, una essentia ac substantia, una in alterum demutanda sit, aut ambæ in tertiam : qui ipsorum interitus et ἀνυπαρξία. Turr. nihil Maximum expressit, ejusque vim omnem argumenti elisit Ac indicasse sufficit.

Digitized by Google

μίαν ἐνέργειαν τῆς ἁγίας Θεότητος, καὶ ἓν λέγειν αὐτῆς πρόσωπον· ἢ διὰ τὰς τρεῖς αὐτοῦ ὑποστάσεις, τρεῖς καὶ ἐνεργείας· ἢ σχετικὴν, ὡς Νεστόριος, λέγειν ἕνωσιν· ταύτης γὰρ (*l*) ἡ μία ἐνέργεια ἡ ἕνωσις, ὡς αὐτὸς Νεστόριος καὶ οἱ τῆς αὐτοῦφρατρίας ἐν τοῖς αὐτῶν ἀπέδειξαν γράμμασι. Καὶ ἐφ' ἡμῶν δὲ, ἐπειδὴ μία μὲν ἡ κατὰ τὸ εἶδος ἐνέργεια, πολλαὶ δὲ αἱ ὑποστάσεις· ἢ διὰ τὴν μίαν κατ' εἶδος ἐνέργειαν, καὶ ἓν τῶν πάντων λέγειν πρόσωπον· ἢ διὰ τὰ πολλὰ πρόσωπα, πολλὰς καὶ ἐνεργείας· καὶ διαπέπτωκε τοῖς Πατράσιν οὕτω γε ὁ φάσκων λόγος· « Τὰ τῆς αὐτῆς ὄντα οὐσίας, καὶ τῆς αὐτῆς εἶναι ἐνεργείας. »

A ut propter unam sanctæ Deitatis operationem, unam quoque ejus personam dicatis; aut propter tres ipsius personas, etiam tres operationes: aut denique, ut Nestorius, unionem quæ sit habitudine ac affectu dicatis; hujus enim, una operatio ac afflatus, unio est, quemadmodum ipse Nestorius, et qui ejus sodalitii sunt, scriptis suis ostenderunt. Quin et in nobis, quod una quidem secundum speciem operatio est, multæ vero personæ; aut propter unam secundum speciem operationem, una quoque omnium persona dicenda sit; aut propter multas personas, multæ etiam operationes: ita fiet ut incassum eat, quod dicunt Patres: « Quæ sunt ejusdem substantiæ, ejusdem etiam operationis esse. »

Ἔτι τε, εἰ τῇ ἐνεργείᾳ πρόσωπον συνεισάγεται κατ' αὐτοὺς, πολλὰς δὲ δεδώκασιν ἐνεργείας ἐξ ἑνὸς καὶ τοῦ αὐτοῦ σεσαρκωμένου Θεοῦ Λόγου προελθεῖν, καὶ τὰ συνεισαγόμενα ταῖς προελθούσαις ἐνεργείαις πρόσωπα δώσουσιν· εἴπερ ἑαυτοῖς στοιχεῖν διέγνωσαν· καὶ εὑρεθήσονται ἄπειρα καὶ τὰ πρόσωπα, καὶ αἱ ἐνέργειαι τοῦ αὐτοῦ.

B Præterea, si cum operatione, ut ipsi existimant, persona una inducitur, cum multas concesserint operationes, ex uno eodemque Deo Verbo incarnato procedere, etiam personas, quæ una cum operatione inducantur, dabunt; invenienturque ejusdem infinitæ tum personæ, tum operationes.

[a] Καὶ αὖθις, εἰ συνεισάγεται πρόσωπον, κατὰ τὴν αὐτῶν πρότασιν, τῇ ἐνεργείᾳ, καὶ ἀναιρουμένῃ ταύτῃ συναναιρεῖται πάντως. Εἰ δὲ τοῦτο ἀληθὲς, ἆρα τῇ ἀναιρέσει τῶν δύο, καὶ τῆς μιᾶς ἐνεργειῶν, συναναιρεῖται καὶ τὰ δύο καὶ τὸ ἓν πρόσωπον· καὶ ἐχώρησεν, ὅσον τὸ ἐπ' αὐτοῖς, ὁ Χριστὸς, ἐκ τοῦ ὄντος, καὶ ὑπερόντος, εἰς τὸ μὴ ὄν· οὗ τί γένοιτο ἂν ἀσεβέστερον;

Et rursus, si infertur persona cum operatione, quæ ipsorum propositio est; etiam ea interempta, una omnino hæc interimetur. Quod si hoc verum est, igitur sublatis duabus et una operatione, una quoque auferendæ erunt duæ, et una persona; cessitque Christus, quod in ipsis est, ab eo quod est esse ac supra esse, in non esse: quo quid magis impium esse potest?

Εἰ δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ καθ' ἕκαστον ἡμῶν τοῦτό τις ἐκ πολλῆς περιουσίας γυμνάζειν βουληθείη, εὑρήσει καὶ ἡμᾶς καθ' ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν καιρὸν καὶ λογιζομένους, καὶ περιπατοῦντας· ἢ καὶ ἕτερα μὲν διανουμένους, ἕτερα δὲ τοῖς παρατυγχάνουσι διαλεγομένους· ὅπερ καὶ Μωϋσῆς ποιήσας ἱστορεῖται, κατὰ τὸν αὐτὸν καιρὸν καὶ Θεῷ ἐντυγχάνων ὑπὲρ τοῦ λαοῦ, καὶ τῷ λαῷ διαλεγόμενος, καὶ πρὸς χρηστὰς παρορμῶν ἐλπίδας· καὶ οὔτε τῷ προσφυῶς ταῖς αὐτοῦ φύσεσι δυϊκῶς ἐνεργεῖν, δύο ὁ καθεὶς ἐστιν· οὔτε τῷ ἕνα εἶναι τὸν δυϊκῶς ἐνεργοῦντα, τὰς οὐσιωδῶς προσούσας ταῖς αὐτοῦ φύσεσι κινήσεις συγχεῖ. Καὶ ἐπὶ τοῦ κατὰ προφορὰν δὲ λόγου ὡσαύτως, καὶ τὴν ἐγκειμένην τῷ λόγῳ ὁρῶμεν ἔννοιαν, καὶ τὸν ὑποκείμενον τῇ ἐννοίᾳ λόγον, καὶ τὴν αὐτῶν δι' ὅλου εἰς ἄλληλα περιχώρησιν· καὶ οὔτε τῇ διαφορᾷ αὐτῶν τὸ διάφορον τῶν προσώπων συνεισάγεται, οὔτε τῇ ἄκρᾳ ἑνώσει τὸ συγκεχυμένον. Τί δ' ἄν τις εἴποι καὶ περὶ τῆς πεπυρακτωμένης μαχαίρας, οὐχ ἧττον τῶν φύσεων, τουτέστι τοῦ πυρὸς καὶ τοῦ σιδήρου, καὶ τὰς αὐτῶν φυσικὰς ἐνεργείας, τὴν καῦσίν φημι καὶ

C Si quis vero etiam hoc in unoquoque nostrum tractare velit, ut abunde satisfiat, nos quoque inveniet uno eodemque tempore et ratiocinantes et ambulantes; sive alia quidem cogitantes, alia vero his qui præsentes sunt, disserentes (quod et Moysen fecisse narrant, qui uno eodemque tempore, tum Deum pro populo interpellaret tum populum alloqueretur, et ad bonas spes ipsum incitaret), neque tamen, quod pro eo ac decet suas naturas, dupliciter operetur, unusquisque singularis duo est: nec quod unus est, qui dupliciter operatur, substantialiter **187** competentes suis naturis motus confundit. Simili quoque ratione in sermone qui ore profertur, videmus tum sensum qui sermoni inest, tum sensui subjectum sermonem, D eorumque inter se ex toto circumimmeationem: ac neque cum horum distinctione, personarum distinctio infertur, nec cum summa unione confusio. Quidnam vero quis dicat et de ignito gladio; qui non minus quam naturas (ignem scilicet ac ferrum) ipsarum quoque naturales servet opera-

[1] Exod. xxxii, 30.

VARIÆ LECTIONES.

[a] Marg. Fr. Δείκνυσι τὸ ἀσεβὲς τῶν μίαν λεγόντων ἐνέργειαν, ἐκ τῆς εἰς ἄτοπον ἀπαγωγῆς· *Ostendit impietatem dicentium unam operationem, reducendo ad absurdum.*

NOTÆ.

(*l*) *Ταύτης γάρ. Hujus* σχετικῆς *unitionis unitio, una operatio,* sive afflatus; quo Nestoriani singulariter agi Christum hominem a Verbo asserebant, more scilicet aliorum sanctorum, etsi quadam excellentia ob majorem puritatem, præ illis. Alii ὡς ἕνωσις· quasi in ea, quæ unitionis vice est, una operatio ac afflatus; quæ et ipsa subtilis Nestoriani dogmatis expressio est.

Digitized by Google

tiones; tum scilicet urere, tum secare; quique omnibus simul, ac semel eas exhibeat? Neque enim ustio est post unionem, a secandi actione soluta; neque rursus secandi actio, ab ustione semota. Ac neque rursum quod duplex est naturalis operatio, duos inducit ignitos gladios: nec quia unus gladius ignitus est, substantialis eorum commiscetur confunditurque distinctio.

PYR. Nonne unus erat, qui operabatur?

MAX. Certe, unus.

PYR. Si igitur unus erat, qui operabatur; et una item, tanquam unius, operatio.

MAX. Hic unus Christus (rursus enim, quia ad eadem revertimini, eadem cum superius ex vobis percontabor) unusne persona est, an natura?

PYR. Persona: nam natura duplex exsistit.

MAX. Dupliciter igitur, propter duplicem naturam, idem operabatur; an singulariter propter unam personam? At si dupliciter operabatur, unus ipse et idem exsistens, non igitur cum numero operationum numerus personarum inducitur: si vero singulariter operabatur, ob singularis personæ unitatem, eadem in eisdem absurda incurret opinio. Si enim est operatio hypostatica (id est, personalis) cum multitudine personarum, operationum distinctio simul spectabitur.

PYR. Haud omnino, quia dupliciter operabatur, duæ erant ejus operationes; sed quia unus erat operans, una erat.

MAX. Hoc etiam alius contra te de naturis dicet: Non quia ejus δυαδικὴ est (duplex scilicet) natura, jam duæ naturæ sint ac dicantur; sed quia una erat ejus persona, una idem est et dicitur ejus natura. Cæterum, ut omnia missa faciam, quæ ea de re dici possunt, cum unam operationem dicitis, quamnam istam dicere vultis? divinam, an humanam, vel neutram? Atqui sane si divinam dicitis, Deum solum Christum dicitis; si humanam, nec prorsus 186 Deum, sed solum purum hominem, dicitis; si neutrum horum, neque Deum, neque hominem, sed qui non vere exsistat, ac rem chimæricam, Christum traditis.

PYR. Dicendo unam operationem divinitatis Christi ejusque humanitatis, non ratione naturæ dicimus hanc ei competere, sed modo unionis.

MAX. Si ex unione, ut vos loquimini, operatio illi accessit; igitur ante unionem illius expers fuit; et, ut vos sentitis, vis ei illata est, ut mundum fabricaretur. Ac rursus, si ex unione accessit operatio, Pater vero et Spiritus sanctus non sunt uniti carni secundum hypostasim; non ergo sunt operandi facultate præditi. Si autem non sunt operandi facultate prædíti, nec sunt rerum opifices; ne dicam nec prorsus esse.

Ac rursus, quandoquidem unio habitudo est,

A τὴν τομὴν, σωζούσης, καὶ διὰ πάντων ἅμα, καὶ ἐ ταυτῷ, ταύτας ἐνδεικνυμένης; Οὔτε γὰρ ἡ καῦσι αὐτῆς τῆς τομῆς ἄφετός ἐστι μετὰ τὴν ἕνωσιν, οὔτ ἡ τομὴ τῆς καύσεως· καὶ οὔτε διὰ τὸ δεττὸν τῆ φυσικῆς ἐνεργείας, δύο εἰσάγει τὰς πεπυρακτωμέ να; μαχαίρας· οὔτε διὰ τὸ μοναδικὸν τῆς πεπυρα κτωμένης μαχαίρας, τῆς αὐτῶν οὐσιώδους διαφορᾶ φύρσιν ἢ σύγχυσιν ποιεῖται.

ΠΥΡ. Οὐχ εἷς ἦν ὁ ἐνεργῶν;

ΜΑΞ. Ναὶ, εἷς.

ΠΥΡ. Εἰ οὖν εἷς ὁ ἐνεργῶν, καὶ μία, ὡς ἑνὸς, ἡ ἐνέργεια.

ΜΑΞ. Ὁ εἷς οὗτος Χριστός· πάλιν γὰρ τὰ αὐτὰ τοῖς ἀνωτέρω εἰς τὰ αὐτὰ ὑμᾶς ὑποστρέψαντας ἐρή B σομαι· εἷς τῇ ὑποστάσει, ἢ τῇ φύσει ἐστίν;

ΠΥΡ. Τῇ ὑποστάσει· τῇ γὰρ φύσει διπλοῦς τυγ χάνει.

ΜΑΞ. Δυϊκῶς οὖν διὰ τὸ διπλοῦν τῆς φύσεως ὁ αὐτὸς ἐνήργει, ἢ ἑνικῶς διὰ τὸ μοναδικὸν τῆς ὑπο στάσεως; Ἀλλ' εἰ μὲν δυϊκῶς, εἷς ὢν ὁ αὐτὸς ἐνήρ γει, οὐκ ἄρα τῷ ἀριθμῷ τῶν ἐνεργειῶν ὁ τῶν προσ ώπων συνεισάγεται ἀριθμός. Εἰ δὲ ἑνικῶς, διὰ τ μοναδικὸν τοῦ προσώπου, τὰς αὐτὰς ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς ἀτοπίας ὁ περὶ τούτου δέξεται λόγος. Εἰ γὰρ ὑποστα τικὴ ἡ ἐνέργεια, τῷ πλήθει τῶν ὑποστάσεων, καὶ ἡ τῶν ἐνεργειῶν διαφορὰ συνθεωρηθήσεται.

ΠΥΡ. Οὐ πάντως, ἐπειδὴ δυϊκῶς ἐνήργει, δύ C ἦσαν αὐτοῦ αἱ ἐνέργειαι· ἀλλ' ἐπειδὴ εἷς ἦν ὁ ἐνερ γῶν, μία.

ΜΑΞ. Τοῦτο καὶ περὶ τῶν φύσεων ἕτερος λέγε πρὸς σὲ, ὅτι οὐκ ἐπειδὴ δυαδικὴ αὐτοῦ ἡ φύσις ἦδη καὶ δύο εἶησαν. καὶ λεχθείησαν αἱ φύσεις· ἀλλ' ἐπειδὴ μία ἦν αὐτοῦ ἡ ὑπόστασις, μία ἐστὶν αὐτοῦ ἡ φύσις, καὶ λέγεται. Πλὴν ἵνα πάντα παραλίπω, ὅσα περὶ τούτου ῥηθῆναι δύναται, μίαν ἐνέργειαν λέγοντες, ὁποίαν ταύτην λέγειν ἀξιοῦτε; θείαν, ἢ ἀνθρωπίνην, ἢ οὐδετέραν; Ἀλλ' εἰ μὲν θείαν, Θεὸν μόνον τὸν Χριστὸν λέγετε· εἰ δὲ ἀνθρωπίνην, οὐδὲ ὅλως Θεὸν, ἀλλ' ἄνθρωπον μόνον ψιλόν· εἰ δὲ οὐδετέ ραν τούτων, οὐδὲ Θεὸν, οὐδὲ ἄνθρωπον, ἀλλ' ἀνύπαρ κτον δογματίζετε τὸν Χριστόν.

D

ΠΥΡ. Μίαν λέγοντες ἐνέργειαν τῆς θεότητος τοῦ Χριστοῦ, καὶ τῆς κατ' αὐτὸν ἀνθρωπότητος, οὐ λόγῳ φύσεως ταύτην προσεῖναι αὐτῷ φαμεν, ἀλλ' ἑνώ σεως τρόπῳ.

ΜΑΞ. Εἰ ἐκ τῆς ἑνώσεως αὐτῷ, κατὰ τὸν ὑμέτε ρον λόγον, προσγέγονεν ἡ ἐνέργεια, πρὸ τῆς ἑνώ σεως ἄρα ἀνενέργητος ἦν· καὶ τετυράννηται, καθ' ὑμᾶς, δημιουργήσας. Καὶ αὖθις, εἰ ἐκ τῆς ἑνώσεως αὐτῷ προσγέγονε τὸ ἐνεργεῖν· ὁ Πατὴρ δὲ καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα οὐχ ἡνώθησαν καθ' ὑπόστασιν σαρκὶ, οὐκ ἄρα ἐνεργητικοί. Εἰ δὲ μὴ ἐνεργητικοὶ, οὐδὲ δημιουργοί· ἵνα μὴ λέγω, ὅτι οὐδὲ ὅλως εἰσίν.

Καὶ πάλιν, ἐπειδὴ ἡ ἕνωσις σχέσις ἐστὶ, καὶ οὐ

Digitized by Google

πρᾶγμα, σχέσις ἄρα, καὶ οὐ πρᾶγμα ἡ τοῦ Χριστοῦ ἐνέργεια.

Ἔτι τε, ἢ κτιστὴν, ἢ ἄκτιστον λέγειν ταύτην ἀναγκασθήσεσθε· ἐπειδὴ μέσον κτιστῆς καὶ ἀκτίστου οὐδεμία ὑπάρχει τὸ σύνολον. Καὶ εἰ μὲν κτιστὴν αὐτὴν φήσετε, κτιστὴν καὶ μόνην δηλώσει φύσιν· εἰ δὲ ἄκτιστον. ἄκτιστον καὶ μόνην χαρακτηρίσει φύσιν· δεῖ γὰρ πάντως κατάλληλα ταῖς φύσεσι τὰ φυσικὰ εἶναι· καὶ πῶς ἂν δυνατὸν, τῆς κτιστῆς φύσεως καὶ ἠργμένης (m), ἄκτιστον εἶναι τὴν ἐνέργειαν, ἀναρχόν τε, καὶ ἄπειρον, καὶ δημιουργὸν, καὶ συνεκτικήν; ἢ πῶς ἀκτίστου καὶ ἀνάρχου, κτιστὴν, καὶ ἠργμένην, καὶ πεπερασμένην, καὶ ὑφ' ἑτέρας πρὸς τὸ ἀδιάλυτον εἶναι συνεχομένην;

ΠΥΡ. Οὐδὲ τὸ ἀποτέλεσμα τῶν ὑπὸ Χριστοῦ γενομένων ἔργων λέγοντας μίαν ἐνέργειαν, ἀποδέχῃ καὶ ὁμονοεῖς;

ΜΑΞ. Ἄλλης ἄλλο πράξεως ἀποτέλεσμα, καὶ οὐχ ἕν, ὡς ἐπὶ τῆς πεπυρακτωμένης ἐδείχθη μαχαίρας. Εἰ γὰρ καὶ ἥνωνται ἀλλήλαις, ἥ τε τοῦ πυρὸς, καὶ ἡ τοῦ ξίφους ἐνέργεια· ἀλλ' ὁρῶμεν τὸ ἀποτέλεσμα τοῦ πυρὸς τὴν καῦσιν ὄν, καὶ τοῦ σιδήρου τὸ ἀποτέλεσμα τὴν τομήν· εἰ καὶ μὴ διῄρηνται ἀλλήλων ἐν τῇ κεκαυμένῃ τομῇ, ἢ ἐν τῇ τετμημένῃ καύσει· ὥσπερ καὶ οὐρανοῦ ἄλλο, καὶ γῆς ἄλλο, καὶ ἡλίου ἄλλο. Οὐ δυνατὸν οὖν ἓν λέγειν ἀποτέλεσμα, εἰ μηδ' ἂν μία εἴη καὶ μόνον ἡ πρᾶξις. Εἰ οὖν πρὸς τὸ ἀποτέλεσμα τῶν ὑπὸ Χριστοῦ γενομένων ἔργων ἀπιδόντες μίαν ἐνέργειαν ἐδογματίσατε, ἢ καὶ μίαν πρᾶξιν δογματίσατε· ἢ διὰ τὰς ἀπείρους πράξεις, ἀπείρους καὶ τὰς ἐνεργείας. Πλὴν περὶ τῶν ἔργων ἡμῖν ἐστι τὸ ζητούμενον· οὐ γὰρ περὶ τῶν ἔξω Χριστοῦ ἐστιν ὁ λόγος ἡμῖν, ἀλλὰ περὶ τῶν ἐν αὐτῷ τῷ Χριστῷ· τουτέστι περὶ τοῦ φυσικοῦ τῶν οὐσιῶν τοῦ Χριστοῦ λόγου, εἴτε ἐλλιπὴς ἐκ τῆς ἑνώσεως, εἴτε ἀνελλιπὴς μεμένηκε· καὶ εἰ ἐλλιπὴς, εἰ δυνατὸν ἐλλιποῦς φύσεως ὕπαρξιν εἶναι· εἰ δὲ ἀνελλιπὴς, εἰ ἐν αὐτῷ, φημὶ δὴ τῷ συστατικῷ τῆς οὐσίας λόγῳ, ἡ ἐνέργεια θεωρεῖται, ἢ τῶν ἐκτὸς τυγχάνει. Ἀλλ', ὅτι μὲν οὐ τῶν ἐκτὸς τυγχάνει ἡ κατὰ φύσιν ἐνέργεια, δῆλον ἐκ τοῦ ἄνευ μὲν τῶν ἔργων δύνασθαι τὴν φύσιν εἶναι· ἄνευ δὲ τῆς κατὰ φύσιν ἐνεργείας, οὔτε εἶναι τὴν φύσιν, οὔτε γινώσκεσθαι δυνατόν. Οἷς γὰρ ἕκαστον φυσικῶς ἐνεργεῖ, πιστοῦται ὅπερ ἐστὶ μὴ τρεπόμενον.

[90] Ὁπόταν οὐδὲ πρὸς ἔργον ἀντιδόντες, τὴν ἀναπλασθεῖσαν ὑμῖν τραγελάφου δίκην μίαν ἐνέργειαν ἐδογματίσατε, ἀλλὰ πρὸς τὸν φυσικὸν τῶν ἑνωθεισῶν οὐσιῶν λόγον· καὶ τούτου πίστις ἀψευδὴς τὰ ὑπὸ Κύρου μὲν δογματισθέντα κεφάλαια, ὑφ' ὑμῶν

A non res; habitudo igitur, et non res erit Christi operatio ac virtus.

Ad hæc, necesse est, ut vel creatam, vel increatam eam dicatis; quandoquidem nulla prorsus, inter creatam et increatam intercedit operatio media. Si creatam dicitis, creatam naturam duntaxat indicabit: sin autem increatam, etiam naturam duntaxat increatam signabit. Oportet enim omnino naturalia naturis convenire. At quomodo fieri potest, naturæ creatæ certæque in tempore originis ac cœptæ, increatam esse operationem et sine principio et infinitam et creatricem ac conservatricem; vel quomodo naturæ increatæ et sine principio, creatam et cœptam ac terminatam, et quæ ab alia conservetur, ne intereat?

B PYR. Neque eos probas, qui eorum, quæ a Christo facta sunt, effectum, unam operationem vocant, iisque consentis?

MAX. Alius, alius actionis effectus, et non unus, sicut in gladio ignito ostensum est. Etsi enim copulatæ sunt inter se ignis actio ac ferri, videmus tamen effectum ignis ustionem, et ferri effectum sectionem; quamvis eæ inter se minime divisæ sint in sectione usta, aut in ustione secta: sicut alius quoque est effectus cœli, alius terræ, alius solis. Non potest igitur dici unus effectus, nisi una et sola actio sit. Quare si respiciendo ad effectum operum Christi, unam operationem tradidistis, vel unam etiam actionem tradite; vel propter infinitas C actiones, etiam infinitas operationes. Cæterum, **189** non est nobis quæstio de operibus: nec enim loquimur de iis quæ sunt extra Christum, sed de iis quæ in ipso Christo; de ratione scilicet naturali substantiarum Christi; utrum hæc imperfecta ac manca ab unione, an perfecta, et cui nihil deesset, remanserit. Ac siquidem manca, an fieri possit, ut naturæ, quæ manca sit, exsistentiâ sit. Sin autem non manca, num in ipsa (ratione scilicet substantiam constituente) operatio intelligatur, an ex iis sit, quæ sunt extra. Sed quod non sit operatio ac virtus naturalis ex iis, quæ extra sunt, ex eo liquet, quod potest quidem esse natura sine operibus, sine operatione autem naturali, natura nec esse, nec cognosci potest. Unde enim quisque D naturaliter operatur, probatur immutatum esse id quod est.

Quod vero non respicientes ad opus, unam operationem, a vobis instar hircocervi fictam docuistis, sed ad rationem naturalem substantiarum unitarum, fidem certam facit, quod capita a Cyro tradita, a vobis coniter libentissimeque suscepta

VARIÆ LECTIONES.

[90] Marg. Fr. Τὴν ἀναπλασθεῖσαν αὐτοῖς μίαν ἐνέργειαν· οὐ πρὸς τὸ ἔργον ἀπιδόντες, ἀλλὰ πρὸς τὸν λόγον τῶν ἑνωθεισῶν οὐσιῶν ἀναπλάσαντες ταύτην· ἦν ὁ μέγας τραγέλαφον ἐκάλεσεν ἐνέργειαν, ὡς ἐπινοηματικὴν καὶ ἀνύπαρκτον· *Fictam ab eis unam operationem, non ad opus respiciendo, sed ad rationem unitarum substantiarum, eam confingentes; vir magnus hircocervum vocavit, ut rationis figmentum, ac quod exsistentia careat et nihil sit.*

Digitized by Google

sunt : in quibus unam cum traderet (id est operationem) eadem dixit operatum divina pariter et humana ; non solum cum Scriptura et sanctis Patribus pugnans, verum etiam cum ipsa creatorum natura. Nulla enim res, in iis manens quæ sunt ex natura, comparatum habet ut edat contraria. Non enim ignis calefacit et frigefacit ; neque gelu refrigerat et calefacit : neque siccat terra, et humectat, neque humectat aqua et siccat. Igitur, si in nulla re hoc cernitur, quomodo non horruistis dicere, Verbum incarnatum et substantialiter factum hominem, tum miracula, tum passiones, quæ naturæ ratione inter se differant, una peregisse operatione ?

PYR. Quid igitur Cyrillus Ecclesiæ lumen, contraria docuit piæ sententiæ, quæ nunc ex disputatione enituit, cum « unam et cognatam amborum munere operationem (Christum scilicet) exhibuisse » dixit ?

MAX. Nullo modo cum duplici operatione hæc auctoritas pugnat : contra vero, etiam astruit. Non enim unam operationem naturalem dixit divinitatis Christi, ejusque humanitatis ; alioqui enim non dixisset alio loco, « Unam factoris et operis operationem, nemo sanæ mentis unquam concesserit ; » sed cum vellet ostendere unam esse deitatis operationem, et sine carne, et cum carne. Ut **190** si quis unam esse ignis operationem cum materia et sine materia ostendere volens, diceret, ignem, et cum materia, et sine materia urere ; sic et Cyrillus non unam dixit ambarum naturarum operationem ; sed unam operationem divinam ac paternam, substantialiter exsistentem in Verbo incarnato ; qua scilicet non solo jussu omnium rerum opifice, divina signa incorporea ratione patrabat, sicut ipse ait (cum et post incarnationem, eadem ac Pater præditus esset operandi vi, qui incorporee operetur), sed quod etiam contactu suæ carnis hæc corporaliter ederet. Hoc enim sibi vult, quod ita dictum est, « amborum munere, et per utraque : » adeoque naturaliter cognata erat ac affinis, quæ sermone, jussuque omnium opifice effecta est puellæ suscitatio, sive visus cæco reparatio, sive panum benedictio, vel leprosi mundatio, cum ea, quæ tactu corporaliter edebatur ; ut et carnem vivificam monstraret, quippe quæ ejus proprie, non alterius cujusquam exsisteret, ex vera cum ipso unione. Per utraque enim hæc, jussione scilicet ac tactu, divina operatio ac virtus rebus ipsis patescebat, nihil prorsus humanam nobis similem, et qua passio sit, naturalem carnis operationem lædens ; contra vero suiipsius manifestandi causa eam con-

A δὲ προσηνῶς, καὶ λίαν ἀσπασίως δεχθέντα · ἐν οἷς καὶ μίαν δογματίσας, τῇ αὐτῇ ἔφη ἐνεργῆσαι τά τε θεῖα καὶ τὰ ἀνθρώπινα · οὐ μόνον τῇ ἁγίᾳ Γραφῇ, καὶ τοῖς ἁγίοις Πατράσι μαχόμενος, ἀλλὰ καὶ αὐτῇ τῇ τῶν γεγονότων φύσει. Οὐδὲν γὰρ τῶν ὄντων, ἐν τοῖς κατὰ φύσιν μένον, τὰ ἐναντία ποιεῖν πέφυκεν. Οὔ γὰρ θερμαίνει τὸ πῦρ καὶ ψύχει· οὔτε ψύχει ἡ κρύσταλλος καὶ θερμαίνει · οὔτε ξηραίνει ἡ γῆ καὶ ὑγραίνει · οὔτε ὑγραίνει τὸ ὕδωρ καὶ ξηραίνει. Εἰ οὖν ἐπ' οὐδενὸς τῶν ὄντων τοῦτο θεωρεῖται, πῶς τὸν σαρκωθέντα Λόγον καὶ οὐσιωδῶς γενόμενον ἄνθρωπον, μιᾷ ἐνεργείᾳ τά τε θαύματα καὶ τὰ πάθη λόγῳ φύσεως ἀλλήλων διαφέροντα, ἐπιτελέσαι λέγοντες, οὐ δεδοίκατε ;

B ΠΥΡ. Τί οὖν ἐναντία τῆς νῦν ἐκ τῆς ζητήσεως ἀναφανείσης εὐσεβοῦς ἐννοίας, ὁ τῆς Ἐκκλησίας [91] φωστὴρ Κύριλλος ἐδογμάτισε [92], « μίαν συγγενῆ δι' ἀμφοῖν ἐπιδεδειγμένον ἐνέργειαν, » τὸν Χριστὸν δηλαδή, φήσας ;

ΜΑΞ. Οὐ μάχεται ὅλως ἡ παροῦσα χρῆσις ταῖς δύο ἐνεργείαις· τουναντίον δὲ, καὶ συνίστησιν. Οὐ γὰρ μίαν φυσικὴν ἐνέργειαν τῆς θεότητος τοῦ Χριστοῦ ἔφη, καὶ τῆς αὐτοῦ ἀνθρωπότητος · ἐπεὶ οὐκ ἂν ἄλλαχοῦ ἔλεγεν, ὅτι « Ποιητοῦ καὶ ποιήματος μίαν ἐνέργειαν, οὐκ ἄν τις δοίη σωφρονῶν · » ἀλλὰ δεῖξαι βουλόμενος μίαν τῆς θεότητος οὖσαν τὴν ἐνέργειαν, καὶ ἄνευ σαρκὸς, καὶ μετὰ σαρκός. Ὡς εἴ τις μίαν τοῦ πυρὸς ἐνέργειαν μετὰ ὕλης καὶ ἄνευ τῆς ὕλης δεῖξαι θέλων, φήσειεν, ὅτι τὸ πῦρ καὶ ἄνευ ὕλης C καὶ μετὰ ὕλης καίει. Οὕτω καὶ ὁ Πατὴρ οὐ μίαν τὴν τῶν δύο φύσεων εἶπεν ἐνέργειαν · ἀλλὰ μίαν τὴν ἐνέργειαν εἶπε τὴν θείαν καὶ τὴν Πατρικὴν, οὐσιωδῶς ὑπάρχουσαν τῷ σαρκωθέντι Θεῷ Λόγῳ, καθ' ἣν οὐ παντουργῷ μόνον προστάγματι τὰς θεοσημίας ἀσωμάτως ἐτέλει, καθὼς αὐτός φησιν · εἴπερ καὶ μετὰ σάρκωσιν ὁμοεργός ἐστι τῷ οἰκείῳ γεννήτορι, ἀσωμάτως ἐνεργοῦντι · ἀλλὰ καὶ τῇ τῆς οἰκείας σαρκὸς ἁφῇ ταύτας ἐδείκνυ σωματικῶς. Τοῦτο γὰρ βούλεται τὸ, « Δι' ἀμφοῖν. » Ὡς συγγενῶς ἔχειν κατὰ τὴν φύσιν διὰ λόγου, καὶ παντουργοῦ προστάγματος γενομένην τὴν ζώωσιν τῆς παιδὸς, ἢ τὴν ἀνάβλεψιν τοῦ τυφλοῦ, ἢ τὴν εὐλογίαν τῶν ἄρτων, ἢ τὴν κάθαρσιν τοῦ λεπροῦ, πρὸς τὴν διὰ τῆς ἁφῆς σωματικῶς τελουμένην · ἵνα ἀποδείξῃ καὶ τὴν σάρκα ζωοποιὸν, ὡς αὐτοῦ κυρίως, καὶ οὐκ ἄλλου ὑπάρχουσαν, τῇ πρὸς αὐτὸν ἀκραιφνεῖ ἑνώσει (n). Δι' ἀμφοτέρων γὰρ τούτων, προστάγματός φημι καὶ ἁφῆς, ἡ θεία ἐνέργεια δι' αὐτῶν ἐγνωρίζετο τῶν πραγμάτων, μηδόλως τὴν καθ' ἡμᾶς ἀνθρωπίνην, καὶ πάσχουσαν φυσικὴν τῆς σαρκὸς ἐνέργειαν παραβλάπτουσα · τουναντίον δὲ, συντηροῦσα αὐτὴν εἰς οἰκείαν ἔκφανσιν · ὥσπερ οὖν καὶ ψυχὴ, ὡς δι' ὀργάνου τοῦ

[91] εὐσεβείας 336. [92] Tom. IV in Joan.

NOTÆ.

(n) Ἀκραιφνεῖ ἑνώσει. *Vera unitione*, quam φυσικὴν et οὐσιώδη Cyrillus perinde dicit ; distinctione ab ea quæ est σχετική. Ἀκρᾳ occurrit Turriano cum reddit, *propter summam cum ea unionem* ; quam vocem Patres Nestorio opponunt, ea potissimum ratione, ut significent primo statim ortu unitam carnem Verbo, ea unitione quæ est secundum hypostasim, non ex profectu, ut divino afflatu sic eximie donarctur, supra omnes prophetas consecutum esse.

Digitized by Google

οἰκείου σώματος, καὶ τῆς αὐτοῦ φυσικῆς ἐνεργείας τὰ οἰκεῖα, καὶ τὴν ἑαυτῆς προσφέρει κατὰ φύσιν ἐνέργειαν. Ἡ τε γὰρ ἔκτασις τῆς χειρὸς καὶ ἡ ἁφή, καὶ ἡ κράτησις, καὶ ἡ κατ' αὐτὴν τοῦ πηλοῦ μίξις καὶ ἡ τοῦ ἄρτου κλάσις· καὶ ἁπλῶς, πᾶν ὅ διὰ τῆς χειρὸς, ἢ ἑτέρου μέλους, ἢ μέρους τοῦ σώματος ἐτελεῖτο, τῆς φυσικῆς ἐνεργείας τῆς ἀνθρωπότητος τοῦ Χριστοῦ ὑπῆρχε· καθ' ἣν, ὡς ἄνθρωπος, ἐνεργὴς ἦν αὐτὸς, ὁ φύσει Θεὸς, καὶ τὰ θεῖα φυσικῶς ἐνεργῶν· ὡς ἂν δι' ἑκατέρων ἑκάτερα κατὰ φύσιν πιστώσηται, Θεὸν τέλειον καὶ ἄνθρωπον τέλειον δίχα μόνης τῆς ἁμαρτίας ἑαυτὸν ὄντα κατ' ἀλήθειαν δεικνύς.

Οὐκ ἠγνόησεν οὖν ὁ Πατὴρ τὴν ἑκάστης φύσεως κατ' ἐξαίρετον ἰδιότητα, καὶ τῶν ἄλλων φυσικῶν ἰδιωμάτων περιληπτικήν· τήν τε δημιουργικήν φημι, καὶ τὴν ἐκ τῆς ψυχῆς ἐνδιδομένην τῷ σώματι αὐτοῦ, ζωτικὴν ἐνέργειαν· ἃς σώζων ἐν ἑαυτῷ ὁ σαρκωθεὶς Θεὸς Λόγος εὐκρινεῖς καὶ ἀσυγχύτους ἔδειξε· τὴν μὲν δημιουργικὴν, ἐν τῷ οὐσίαν καὶ ποιότητα καὶ ποσότητα δημιουργῆσαι· ἐξ ὧν, καὶ ἐν οἷς, καὶ ἅπερ ἡ τῶν ὄντων ὕπαρξις ἔστι τε καὶ θεωρεῖται. Εἰ γὰρ καὶ οἱ παρ' Ἕλλησι φιλοσοφήσαντες εἰς δέκα κατατείνουσι λόγους τὰ ὄντα· ἀλλ' οὖν τούτοις τὸ πᾶν συνέχεται καὶ περικλείεται· οὐσίαν μὲν, τοὺς λείποντας τοῦ τυφλοῦ ὀφθαλμοὺς ἀναπληρώσας· ποιότητα δὲ, τὸ ὕδωρ εἰς οἶνον μεταβαλών· ποσότητα δὲ, τοὺς ἄρτους αὐξήσας· τὴν δὲ ζωτικὴν ἐνέργειαν ἔδειξεν ἐν τῷ ἀναπνεῖν, λαλεῖν, ὁρᾷν, ἀκούειν, ἅπτεσθαι, ὀσφραίνεσθαι, ἐσθίειν καὶ πίνειν· χεῖρας κινεῖν, βαδίζειν, ὑπνοῦν, καὶ τὰ λοιπὰ, ὅσα ἐν πᾶσι τοῖς ὑπὸ τὴν φύσιν ἀπαραλλαξίαν τῆς κατὰ φύσιν ἐνδείκνυται ἐνεργείας.

servans; uti nimirum etiam anima, per suum corpus ut instrumentum ejusque naturalem operationem, quæ sua sunt, suamque secundum naturam profert operationem. Extensio enim manus, et tactus, et quod apprehendit, eaque lutum miscuit ac panem fregit: ac denique id omne, quod manu, vel alio membro, aut parte corporis fiebat, ad naturalem humanitatis Christi operationem spectabat, qua tanquam homo, ipse natura Deus efficax erat, cum et divina naturaliter operaretur; ut, per utraque, utraque secundum naturam astrueret, Deum se perfectum, ac hominem perfectum, uno duntaxat peccato excepto, vere esse ostendens.

Non igitur ignoravit Cyrillus, cujusque naturæ singularem proprietatem, et quæ reliquas proprietates naturales complectitur; tum scilicet creandi vim, et quæ ex anima corpori provenit, vitalem operationem: quas Verbum incarnatum in se servans incolumes, distinctas nihilque confusas ostendit: vim scilicet creatricem, in substantiæ et qualitatis et quantitatis fabrica; ex quibus, et **191** in quibus, ac quæ est ac intelligitur rerum veritas ac exsistentia. Etsi enim Græci philosophi in decem rationes res omnes distribuunt, his tamen rerum universitas continetur ac concluditur. Substantiæ quidem enituit fabrica, supplendo quod oculis cæci deerat: qualitatis, mutatione aquæ in vinum; quantitatis, multiplicatione panum: vitalis denique operationis dedit specimen, respirando, loquendo, videndo, audiendo, tangendo, olfaciendo, edendo, bibendo, manus movendo, ambulando, dormiendo, ac reliqua quæcunque in individuis ejusdem naturæ operationem naturalem sine ulla variatione demonstrant.

ΠΥΡ. Εὐσεβῶς καὶ ἀδιάστως τὴν τοῦ Πατρὸς παρέστησας ἔννοιαν, οὐ μαχομένην, ἀλλὰ συμβαίνουσαν διὰ πάντων ταῖς δύο ἐνεργείαις. Τί δὲ περὶ τοῦ ἁγίου Διονυσίου φαμὲν, ἐν τῇ πρὸς Γάϊον τὸν θεραπευτὴν ἐπιστολῇ, φήσαντος, « Καινήν τινα τὴν θεανδρικὴν ἐνέργειαν, περὶ τοῦ Χριστοῦ, ἐν ἡμῖν πεπολιτευμένον; »

PYR. Pie nihilque violenter ostendisti non pugnare cum duabus operationibus Cyrilli sententiam, sed potius per omnia convenire. Quid vero dicemus de sancto Dionysio, qui in epistola ad Caium Cultorem de Christo, dixit: « Novam quamdam ac deivirilem in nobis operationem gessisse. »

ΜΑΞ. Ἡ καινότης ποιότης ἐστὶν, ἢ ποσότης;

MAX. Novitas, qualitasne est, an quantitas?

ΠΥΡ. Ποσότης.

PYR. Quantitas.

ΜΑΞ. Οὐκοῦν καὶ φύσιν ἑαυτῇ συνεισάγει τοιαύτην· εἴπερ πάσης φύσεως ὅρος, ὁ τῆς οὐσιώδους αὐτῆς ἐνεργείας καθέστηκε λόγος. Οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ ὅταν λέγῃ ὁ Ἀπόστολος, *Ἰδοὺ γέγονε τὰ πάντα καινὰ*, οὐδὲν ἕτερον λέγει, ἢ ὅτι, Ἰδοὺ γέγονε τὰ πάντα ἓν· εἴτε δὲ φύσει, εἴτε ἐνεργείᾳ τοῦτο καλεῖν βούλεσθε, τοῦτο τῆς ἡμῶν ἔστω ἐξουσίας. Εἰ δὲ ποιότης ἐστὶν ἡ καινότης, οὐ μίαν δηλοῖ ἐνέργειαν, ἀλλὰ τὸν καινὸν καὶ ἀπόῤῥητον τρόπον τῆς τῶν φυσικῶν τοῦ Χριστοῦ ἐνεργειῶν ἐκφάνσεως, τῷ ἀπορῥήτῳ τρόπῳ τῆς εἰς ἀλλήλας τῶν Χριστοῦ φύσεων περιχωρήσεως προσφόρως, καὶ τὴν κατὰ ἄνθρωπον αὐτοῦ πολιτείαν, ξένην οὖσαν καὶ παράδοξον, καὶ τῇ

MAX. Igitur etiam naturam secum talem inducet; siquidem naturæ omnis definitio, ejus operationis seu virtutis est ratio. Non solum autem, sed et cum dicit Apostolus: *Ecce nova facta sunt omnia* [k], nihil aliud dicit, quam, ecce omnia unum sunt facta; naturane, an operatione velitis dicere, vestri sit arbitrii ac potestatis. Si vero novitas qualitas est, non unam operationem designat, sed novum et arcanum modum sese explicandi naturalium Christi operationum, convenienter arcano modo mutuæ naturarum Christi inter se circumincessionis, necnon ipsius ratione hominis vitæ genus, novum ac inauditum, naturæque rerum

[k] II Cor. v, 17.

Digitized by Google

ignotum, ac qui per unionem nullis verbis explicabilem est reciprocæ modus communicationis.

PYR. Nec deivirilis unam operationem dicit?

MAX. Minime : imo contra, vox ipsa quadam circuitione, per numeratas naturas, earum operationes tradidit : quandoquidem negatis extremis, nihil in Christo medium exsistit. Si autem unam operationem significat, aliam ac Pater operationem habebit Christus ut Deus. Erit igitur Filius diversæ a Patre operationis ; siquidem Patris operatio deivirilis non est : præterquam quod naturam deivirilem insignit constituitque. Operatio enim ac virtus, cum sit naturalis, naturam constituere **192** habet, ac naturalis character notaque propria est. Sed et qui his de rebus commentati sunt, aliud genus, quantitatis esse, atque aliud qualitatis, dixere.

PYR. Neque quantitas, neque qualitas, est novitas ; sed substantia.

MAX. Miror quomodo hoc dicere ausus es. Quid distinguendo substantiæ apponitur?

PYR. Quod non est.

MAX. Quid vero novitati?

PYR. Vetustas.

MAX. Igitur non est substantia novitas, sed qualitas. Quomodo autem si de una operatione vocem accipiamus, non hunc divinarum rerum doctorem ac interpretem hac ratione sibi ipsi ac reliquis Patribus adversantem inducimus? Omnes enim diserte communiter et dixerunt et docuerunt, quæ ejusdem substantiæ sunt, ejusdem esse et operationis ; et quæ sunt ejusdem operationis, ejusdem et substantiæ esse ; et quæ substantia differunt, operatione quoque differre ; et quæ differunt operatione, etiam substantia differre.

PYR. Hoc in theologia dictum est a Patribus, non autem in œconomia (de Deo, non de Christo). Unde non fuit mentis veracis, ea quæ dicta ab eis erant in theologia, ad œconomiam transferre, et hujusmodi absurdum inducere.

MAX. Si in theologia tantum dicta sunt ista a Patribus, igitur, opinione vestra, post incarnationem non est conjuncta theologia de Filio cum paterna. Quod si non est conjuncta ejus theologia, nec connumeratur cum Patre in invocatione baptismatis : invenieturque fides et prædicatio vana.

Et rursus, si post incarnationem Filius cum Patre non assumitur in professione trinæ deitatis, nec erit ejusdem substantiæ : quæ enim ratione differunt, omnino etiam different natura.

Et rursus, si post incarnationem non simul cum Patre de Filio prædicatur divinitas, cui tribuemus illud : *Pater meus usque modo operatur, et ego operor* [1]? Item illud : *Quæ viderit Patrem facientem, hæc et Filius similiter facit* [1']? Et : *Si mihi non cre-*

A φύσει τῶν ὄντων ἄγνωστον, καὶ τὸν τρόπον τῆς κατὰ τὴν ἀπόῤῥητον ἕνωσιν ἀντιδόσεως.

ΠΥΡ. Οὔτε ἡ θεανδρικὴ μίαν δηλοῖ ;

ΜΑΞ. Οὐχί · τοὐναντίον γὰρ περιφραστικῶς ἡ φωνὴ διὰ τῶν ἀριθμουμένων φύσεων τὰς αὐτῶν ἐνεργείας παραδέδωκεν · εἴπερ ἀποφάσει τῶν ἄκρων, οὐδέν ἐστι μέσον ἐπὶ Χριστοῦ. Εἰ δὲ μίαν δηλοῖ, ἄλλην παρὰ τὴν τοῦ Πατρὸς, ὡς Θεὸς [98], ὁ Χριστὸς ἕξει τὴν ἐνέργειαν. Ἄλλης οὖν παρὰ τὸν Πατέρα ἐνεργείας ἔσται ὁ Υἱὸς · εἴπερ ἡ τοῦ Πατρὸς οὐκ ἔστι θεανδρική · μετὰ τὸ καὶ θεανδρικὴν χαρακτηρίζειν φύσιν καὶ συνιστᾷν. Ἡ γὰρ ἐνέργεια, φυσικὴ οὖσα, φύσεως ὑπάρχει συστατικὸς [99] καὶ ἔμφυτος χαρακτήρ. Καὶ οἱ τὰ περὶ τούτων δὲ σκέμματα [100] B διαλαβόντες, ἕτερον γένος εἶναι τῆς ποσότητος, καὶ ἕτερον τῆς ποιότητος εἶπον.

ΠΥΡ. Οὔτε ποσότης, οὔτε ποιότης ἐστὶν ἡ καινότης· ἀλλ' οὐσία.

ΜΑΞ. Θαυμάζω πῶς τοῦτο εἰπεῖν ἐθάῤῥησας. Τῇ οὐσίᾳ τί ἀντιδιαστέλλεται ;

ΠΥΡ. Τὸ μὴ ὄν.

ΜΑΞ. Τί δὲ τῇ καινότητι ;

ΠΥΡ. Ἡ παλαιότης.

ΜΑΞ. Ὥστε οὖν οὐκ οὐσία ἡ καινότης, ἀλλὰ ποιότης. Πῶς δὲ, εἰ πρὸς μίαν ἐνέργειαν ἐκληψόμεθα τὴν φωνὴν, οὐχ ἑαυτῷ οὕτω γε, καὶ τοῖς λοιποῖς Πατράσιν, ἐναντιούμενον εἰσάγομεν τὸν θεοφάντορα τοῦτον διδάσκαλον ; Πάντες γὰρ διαῤῥήδην κοινῇ καὶ εἶπον καὶ ἐδίδαξαν, τὰ τῆς αὐτῆς ὄντα οὐσίας, καὶ τῆς αὐτῆς εἶναι ἐνεργείας · καὶ τὰ τῆς αὐτῆς ὄντα ἐνεργείας, τῆς αὐτῆς εἶναι οὐσίας · καὶ ὅτι τὰ τῇ οὐσίᾳ διαφέροντα, καὶ τῇ ἐνεργείᾳ διαφέρουσι · καὶ τὰ τῇ ἐνεργείᾳ διαφέροντα, καὶ τῇ οὐσίᾳ διαφέρουσιν.

ΠΥΡ. Τοῦτο ἐπὶ τῆς θεολογίας τοῖς Πατράσιν, οὐ μὴν καὶ ἐπὶ τῆς οἰκονομίας εἴρηται. Ὅθεν οὐδὲ φιλαλήθους διανοίας καθέστηκε, τὰ ἐπὶ τῆς θεολογίας αὐτοῖς εἰρημένα, μετάγειν ἐπὶ τῆς οἰκονομίας, καὶ τὴν τοιαύτην συνεισαγαγεῖν ἀτοπίαν.

ΜΑΞ. Εἰ ἐπὶ τῆς θεολογίας μόνον εἴρηται τοῖς Πατράσιν, οὐκ ἄρα μετὰ τὴν σάρκωσιν, καθ' ὑμᾶς, συνθεολογεῖται ὁ Υἱὸς τῷ Πατρί. Εἰ δὲ οὐ συνθεολογεῖται, D οὐδὲ συναριθμεῖται κατὰ τὴν ἐπίκλησιν τοῦ βαπτίσματος · καὶ εὑρεθήσεται κενὴ ἡ πίστις καὶ τὸ κήρυγμα.

Καὶ πάλιν, εἰ οὐ συνθεολογεῖται μετὰ τὴν σάρκωσιν ὁ Υἱὸς τῷ Πατρὶ, οὔτε τῆς αὐτῆς ἔσται οὐσίας· τὰ γὰρ τῷ λόγῳ διαφέροντα, καὶ τῇ φύσει διοίσει πάντως.

Καὶ πάλιν, εἰ οὐ συνθεολογεῖται ὁ Υἱὸς τῷ Πατρὶ μετὰ τὴν σάρκωσιν, τίνι ἀπονείμωμεν τὸ, *Ὁ Πατήρ μου ἕως ἄρτι ἐργάζεται, κἀγὼ ἐργάζομαι* ; Καί · *Ἃ ἂν βλέπῃ τὸν Πατέρα ποιοῦντα, καὶ* [96] *ὁ Υἱὸς ὁμοίως ποιεῖ* ; Καί · *Εἰ ἐμοὶ οὐ πιστεύε-*

[1] Joan. v, 17. [1'] ibid. 19.

[98] Fr. ὡς Θεοῦ. [99] συστατική 602, 270. [100] σκάμματα 602, 270. [96] ταῦτα καὶ 270.

Digitized by Google

τε, τοῖς ἔργοις μου πιστεύσατε; Καὶ· Τὰ ἔργα ἃ ἐγὼ ποιῶ μαρτυρεῖ περὶ ἐμοῦ; Καὶ· Ὥσπερ ὁ Πατὴρ ἐγείρει τοὺς νεκροὺς καὶ ζωοποιεῖ, οὕτω καὶ Υἱὸς, οὓς θέλει, ζωοποιεῖ; Ταῦτα γὰρ πάντα, οὐ μόνον τῆς αὐτῆς ὄντα οὐσίας καὶ μετὰ σάρκωσιν τῷ Πατρὶ δείκνυσιν αὐτὸν, ἀλλὰ καὶ τῆς αὐτῆς ἐνεργείας.

A *ditis, operibus meis credite* [m]? Et: *Opera quæ ego facio, testimonium perhibent de me* [m']? Et. *Sicut Pater suscitat mortuos et vivificat, sic et Filius, quos vult vivificat* [n]? Hæc enim omnia, non solum esse ejusdem substantiæ cum Patre post incarnationem eum ostendunt, verum etiam ejusdem operationis.

Καὶ πάλιν, εἰ ἡ περὶ τὰ ὄντα πρόνοια ἐνέργεια Θεοῦ τυγχάνει· αὕτη δὲ οὐ μόνον Πατρὸς καὶ Πνεύματος, ἀλλὰ καὶ Υἱοῦ καὶ μετὰ σάρκωσίν ἐστιν· ἄρα καὶ τῆς αὐτῆς ἐστιν ἐνεργείας τῷ Πατρὶ καὶ μετὰ σάρκωσιν.

193 Et rursus, si rerum providentia ac procuratio, Dei operatio est; hæc autem non solum est Patris et Spiritus, verum etiam Filii et post incarnationem, ergo etiam post eam ejusdem cum Patre est operationis.

Καὶ πάλιν, εἰ τὰ θαύματα ἐνέργεια Θεοῦ τυγχάνει· ἐκ δὲ τῶν θαυμάτων τῆς αὐτῆς ὄντα οὐσίας τῷ Πατρὶ ἐγνώκαμεν· ἄρα ἐκ τῆς αὐτῆς ἐνεργείας τῆς αὐτῆς ὢν τῷ Πατρὶ ἐδείχθη οὐσίας· καὶ συνθεολογεῖται αὐτῷ καὶ μετὰ σάρκωσιν.

Et rursus, si miracula Dei operatio sunt; exque miraculis esse eum cognovimus ejusdem ac Pater substantiæ: ergo ex eadem operatione ostensus est B ejusdem ac Pater substantiæ; unaque cum eo assumitur etiam post incarnationem in theologia.

Καὶ πάλιν, εἰ οὐσιωδῶς πρόσεστι τῷ Θεῷ ἡ δημιουργικὴ ἐνέργεια· τὰ δὲ οὐσιωδῶς προσόντα, καὶ ἀναφαίρετα· ἀνάγκη αὐτοὺς, ἢ τῆς αὐτῆς τῷ Πατρὶ καὶ μετὰ σάρκωσιν ἐνεργείας αὐτὸν οὐ λέγοντας, μηδὲ τῆς αὐτῆς αὐτῷ λέγειν οὐσίας εἶναι· ἔνθα γὰρ ἡ κατὰ φύσιν ἐνέργεια οὐκ ἔστιν, οὐδὲ ἡ φύσις ἔσται ποτ' ἄν· ἢ τῆς αὐτῆς αὐτῷ λέγοντας αὐτὸν οὐσίας, καὶ τῆς αὐτῆς λέγειν ἐνεργείας, καὶ συνθεολογεῖν τῷ Πατρὶ καὶ μετὰ σάρκωσιν· ἔνθα γὰρ ἡ φύσις, ἐκεῖ καὶ ἡ κοινὴ κατ' αὐτὴν ἀπαραλείπτως ἔσται ἐνέργεια.

Præterea, si Deo substantialiter competit creandi operatio; quæ vero substantialiter competunt, auferri non possunt: necesse est ut aut negando esse ejusdem ac Pater operationis post incarnationem, nec ejusdem substantiæ dicant. Ubi enim non est naturalis operatio, nec natura usquam esse queat. Aut dicendo esse ejusdem ac ille substantiæ etiam post incarnationem, ejusdem dicant et operationis, seu virtutis; ac cum Patre, etiam post incarnationem assumant in trinæ Deitatis professione. Nam ubi est natura, ibi et communis secundum ipsam erit, cui nihil desit, operatio.

ΠΥΡ. Οὐκ ἐπ' ἀναιρέσει τῆς ἀνθρωπίνης ἐνεργείας τὴν μίαν λέγομεν ἐνέργειαν· ἀλλ' ἐπειδὴ ἀντιδιαστελλομένη τῇ θείᾳ ἐνεργείᾳ, πάθος λέγεται κατὰ τοῦτο.

PYR. Non ut humanam tollamus, unam operationem dicimus; sed quod ea ratione qua distinguitur contra divinam operationem, passio dicitur.

ΜΑΞ. Κατὰ τοῦτον τὸν λόγον, καὶ οἱ μίαν φύσιν λέγοντες, οὐκ ἐπ' ἀναιρέσει τῆς ἀνθρωπίνης ταύτην λέγουσιν· ἀλλ' ἐπειδὴ ἀντιδιαστελλομένη ἡ φύσις τῇ θείᾳ παθητικὴ λέγεται κατὰ τοῦτο.

MAX. Hac ratione, etiam qui dicunt unam naturam, non dicunt ad tollendam humanam naturam; sed quia, cum distinguendo opponitur natura humana divinæ, hac ratione passibilis dicitur.

ΠΥΡ. Τί οὖν; οὐ τῇ πρὸς τὴν θείαν ἐνέργειαν διαστολῇ οἱ Πατέρες πάθος τὴν ἀνθρωπίνην προσηγόρευσαν κίνησιν;

PYR. Quid igitur? nonne Patres, distinctione a divina operatione, motum humanum passionem appellavere?

ΜΑΞ. Μὴ γένοιτο· οὐδενὸς γὰρ, καθόλου φάναι, ὑπαρξις ἐκ παραθέσεως, ἢ ἐκ συγκρίσεως γινώσκεται ἢ ὁρίζεται· ἢ οὕτω δ' ἂν ἀλληλαίτια εὑρεθήσονται ὄντα τὰ πράγματα. Εἰ γὰρ διὰ τὸ ἐνέργειαν D εἶναι τὴν θείαν κίνησιν, ἡ ἀνθρωπίνη πάθος ἐστὶ· πάντως καὶ διὰ τὸ ἀγαθὴν εἶναι τὴν θείαν φύσιν, πονηρὰ ἔσται ἡ ἀνθρωπίνη. Ὁμοίως δὲ καὶ κατὰ τὴν σὺν ἀντιθέσει ἀντιστροφὴν, διὰ τὸ πάθος λέγεσθαι τὴν ἀνθρωπίνην κίνησιν, ἡ θεία κίνησις ἐνέργεια λέγεται· καὶ διὰ τὸ πονηρὰν εἶναι τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν [87], ἀγαθὴ ἔσται ἡ θεία. Ἀλλ' ἄπαγε· πολλῆς γὰρ ὄντως ἀβελτηρίας ἐστὶ ταῦτα.

MAX. Absit! Nullius enim rei substantia, ut universe dicam, ex comparatione cum alia, aut collatione, cognoscitur aut definitur, alioquin reperiuntur res esse sibi invicem causæ. Si enim idcirco quia motus divinus operatio est, sive actio, humanus passio est; omnino etiam quod bona sit divina natura, mala erit humana. Simili vero etiam ratione, per reciprocationem cum oppositione, quod motus humanus passio dicatur, divinus motus operatio dicetur et actus: quodque mala sit humana natura, bona erit divina. Verum apage: sunt enim hæc multæ vere fatuitatis.

ΠΥΡ. Τί οὖν; οὐκ ὠνόμασαν πάθος τὴν ἀνθρωπίνην κίνησιν οἱ Πατέρες;

PYR. Quid igitur? annon humanum motum, passionem Patres appellarunt?

[m] Joan. x, 38. [m'] ibid. 25. [n] Joan. v, 21.

[87] Fr. κίνησιν, emendatum tamen φύσιν.

Digitized by Google

194 MAX. Multis modis appellaverunt pro subjectis nimirum rationibus ac conceptibus.

PYR. Quomodo hoc dicis?

merito accensendum sit. (Quæ enim istiusmodi sunt, ut sine illis boni ac studiosi cum evadere, tum esse, ac perseverare possimus, vicissimque mali ac omni virtute destituti; hæc ut habeamus, **206** hisve careamus, ut bonum aliquod aut malum eveniat, vel factum conservetur, nihil prorsus nobis necessarium sit. Nam et aliqui, nullo perfuncti magistratu, egenique cum essent ac ægra valetudine, ingentes æternorum bonorum thesauros consecuti sunt: contra vero alii, magistratuum clari insulis, substantiaque locupletes ac robusta freti valetudine, sua ipsi voluntate ac arbitrio, divinorum omnium bonorum jacturam fecerunt. Certamque rei faciunt fidem, tum mendicus Lazarus, tum ei æqualis ac socius dives [s]. Lazarus quippe, terreno omni potentatu carens, afflictissimaque utens valetudine, nec ulla fultus rerum copia, beatam in sinu Abrahæ requiem nactus est: qui vero terrenis omnibus summe stipatus erat ac largissime iis affluebat, a sanctorum, hiatu, dissceptus cœtu, ultricibus flammis addictus est. Rursusque David ac Jobus (magni scilicet veritatis pugiles), utroque vitæ genere oppositis e diametro affectionibus dissito, alterna vicissitudine probati, virtutem contrariorum usu provectam servaverunt. Non enim virtus divitiarum ambitu prosperaque valetudine ac imperii insulis præstatur; nec vicissim his, quæ illis adversantur; sic nimirum ut pro rerum mutatione, contraria et ipsa affectione mutetur: sed divino animi affectu, menteque ad summum honesti qualitate imbuta, immobilique fixa pietate, ac quæ contrariis alternantibus, nihil sui dissimilis eademque constanter conservetur.

Delatum itaque magistratum libentes habeamus, ac ceu organum virtutis adjumento nobis a Deo concessum suscipiamus. Rursusque eumdem ademptum ne requiramus; qui scilicet ingens tremendæ sollicitudinis onus excusserimus; quo nempe sic adempto, divinæ in nos providentiæ, quod cuique conducat benignissime dispensantis, scopus detegatur. *Noli enim*, inquit Sapiens, *fieri judex, ne forte non possis irrumpere iniquitatem: ne forte extimescas faciem potentis, et ponas scandalum in rectitudine tua, peccesque in multitudinem civitatis, et te dimittas in turbam, ac peccatum bis alliges* [t]. Quin etsi sæculari ea potentia clarere volueris, benedicte, nulli sodalium deteriori sorte effectus es. Nam, ut ait idem Sapiens: *Oculi Domini respexerunt in te in bona, et erexit te ab humilitate tua; et exaltavit caput tuum, et admirati te sunt multi* [u], narrantque populis ac nationibus **207** virtutes tuas. Quodque de apostolis, magno Davide proloquente, Spiritus sanctus claro præconio extulit: *In omnem terram exivit sonus* eorum, quæ abs te præclare gesta sunt; *et in fines orbis terræ* [v] suave fragrans tuarum virtutum evaporatio pervasit. Non enim comedisti panem tuum solus, sed eo affatim pupillos impartisti, ac tanquam parens jam a puero ipsos aluisti, exque eorum matris utero ad justitiam dux eis fuisti [x]. Non despexisti nudos

ὑγείας τινὲς ἐστερημένοι, πολλοὺς ἀγαθῶν αἰωνίων ἐκτήσαντο θησαυρούς· ἕτεροι δὲ τοὐναντίον, δυναστείαν καὶ πλοῦτον καὶ ὑγείαν ἔχοντες, πάντων τῶν θείων ἀγαθῶν κατ' οἰκείαν γνώμην γεγόνασιν ἔκπτωτοι. Καὶ μαρτυροῦσιν ὅ τε πτωχὸς Λάζαρος, καὶ ὁ κατ' αὐτὸν πλούσιος. Ὁ μὲν πάσης ὑλικῆς δυναστείας, ὑγείας τε καὶ περιουσίας ἐστερημένος, τὴν ἐν κόλποις Ἀβραὰμ δεχόμενος μακαρίαν ἀνάπαυσιν· ὁ δὲ τούτων τῶν ὑλικῶν εἰς ἄκρον ὑπάρχων κατάκομος, εἰργόμενος ἀπὸ τῶν ὁσίων τῷ χάσματι, καὶ τὸ κολαστικὸν πῦρ ἔχειν μερίδα κατακρινόμενος. Καὶ πάλιν Δαβὶδ καὶ Ἰὼβ, οἱ μεγάλοι τῆς ἀληθείας ἀγωνισταὶ, δι' ἀμφοτέρων τῶν βίων τῶν ἀλλήλων κατὰ διάμετρον ἀντιπαθῶς ἀπαρασμένων δοκιμασθέντες, τὴν ἀρετὴν διεσώσαντο διὰ τῶν ἐναντίων αὐξήσαν. Οὐ γάρ ἐστι πλούτου καὶ ὑγείας καὶ δυναστείας ἔργον· οὐδ' αὖ πάλιν τῆς τούτοις ἀντικειμένης μοίρας ἡ ἀρετὴ, ἵνα πάθῃ πρὸς τὰ ἐναντία μεταβολὴν, συναλλοιωθεῖσα τοῖς πράγμασιν· ἀλλὰ διαθέσεως θείας, καὶ γνώμης εἰς ἄκρον τῷ καλῷ πεποιωμένης, καὶ κατὰ Θεὸν ἀμεταβόλως πεπηγυίας, καὶ τὴν οἰκείαν ἐν τοῖς ἐναντίοις ἀπαράλλακτον φυλαττούσης ταυτότητα.

Διδομένην τοίνυν τὴν ἀρχὴν στέρξωμεν, καὶ ὡς τῆς κατ' ἀρετὴν ἡμῖν παρὰ Θεοῦ δοθεῖσαν ἐπικουρίας ὄργανον καταδεξώμεθα. Καὶ πάλιν ἀφαιρουμένην αὐτὴν μὴ ζητήσωμεν, ὡς μέγα φοβερᾶς ἀγθηδόνος βάρος ἀποτιθέμενοι, καὶ τὸν ἐφ' ἡμῖν τῆς Προνοίας σκοπὸν ἀποκαλύπτουσαν, τῆς τὸ συμφέρον ἑκάστῳ φιλανθρώπως οἰκονομούσης· *Μὴ ζήτει*, γάρ, φησὶν ὁ Σοφὸς, *γενέσθαι κριτὴς, μὴ οὐκ ἰσχύσῃς ἐξᾶραι ἀδικίας· μή ποτε εὐλαβηθῇς ἀπὸ προσώπου δυνάστου* [11], *καὶ θήσεις σκάνδαλον ἐν εὐθύτητί σου· καὶ ἁμάρτῃς εἰς πλῆθος πόλεως, καὶ καταβάλῃς ἑαυτὸν ἐν ὄχλῳ, καὶ κατασεσυσῃς δὶς ἁμαρτίαν.* Πλὴν γε ὅτι εἰ κἀκ τούτων φανῆναι θελήσειας, εὐλογημένε, οὐδενὸς ἔλαττον ἦλθες τῶν κατὰ σέ. *Οἱ γὰρ ὀφθαλμοὶ Κυρίου*, καθὼς ὁ αὐτὸς ἔφη Σοφὸς, *ἐπέβλεψαν ἐπὶ σὲ εἰς ἀγαθὰ, καὶ ἀνώρθωσέ σε ἐκ ταπεινώσεώς σου, καὶ ὑψωσε τὴν κεφαλήν σου, καὶ ἐθαύμασάν σε πολλοὶ*, καὶ διηγοῦνται λαοῖς τε καὶ ἔθνεσι τὰς ἀρετάς σου. Καὶ ὁ περὶ τῶν ἀποστόλων διὰ τοῦ μεγάλου Δαβὶδ τὸ ἅγιον Πνεῦμα προανεφώνησεν· *Εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ἐξῆλθεν ὁ φθόγγος* τῶν κατορθωμάτων σου, *καὶ εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης* τῶν σῶν ἀρετῶν ἡ εὐώδης ἦλθε διάδοσις. Οὐ γὰρ ἔφαγες τὸν ἄρτον σου μόνος, ἀλλ' ὀρφανοῖς ἐξ αὐτοῦ πλουσίως μετέδωκας, καὶ ἐκ νεότητος αὐτῶν ἐξέτρεφες αὐτοὺς ὡς πατὴρ, καὶ ἐκ γαστρὸς μητρὸς αὐτῶν ἦ

[s] Luc. xvi, 19 seqq. [t] Eccli. vii, 6-8. [u] Eccli. xi, 13. [v] Psal. xviii, 5; Rom. x. 18. [x] Job xxix

[11] Fr. δυναστοῦ.

Digitized by Google

δικαιοσύνην ὡδήγησας. Οὐχ ὑπερεῖδες γυμνοὺς ἀπολλυμένους, καὶ οὐκ ἠμφίασας· ἀδύνατοι δὲ πάντες ηὐλόγησάν σε· τοὺς γὰρ ὤμους αὐτῶν ἐθέρμανας ἀπὸ κουρᾶς ἀμνῶν σου. Οὐκ ἔταξας τὸ χρυσίον σου εἰς τὸν χοῦν σου, τουτέστιν εἰς ἀπόλαυσιν τῆς σαρκός σου· ἀλλ' ἐν οὐρανῷ πάντα τὸν πλοῦτόν σου προέπεμψας, εἰς ἑτοιμασίαν τῶν τῆς ψυχῆς ἀγαθῶν. Οὐκ ἠπατήθης πλούτῳ φθειρομένῳ, καὶ ῥέοντι αὐτῷ οὐ προσέθηκας καρδίαν. Γελοιασταῖς οὐ συνηυλίσθης, ὧν ὁ βίος ἐστὶν αἰσχύνη, καὶ ἡ ζωὴ κηλίδων πεπλήρωται. Οὐκ ἐσπούδασεν ὁ πούς σου εἰς δόλον· οὐδὲ ἐπεχάρης πτώματι ἐχθρῶν, καὶ εἶπεν ἡ καρδία σου· Εὖγε. Οὐκ ἐστέναξεν ἡ γῆ ἐπὶ σοί· οὐ γὰρ ἔφαγες μόνος τὴν ἰσχὺν αὐτῆς ἄνευ τιμῆς, οὐδὲ ψυχὰς κυρίων αὐτῆς ἐξέθλιψας. Ἀπὸ δώρων ἀδίκων τὰς χεῖρας συνέστειλας· διέσωσας δὲ πτωχὸν ἐκ χειρὸς δυνάστου, καὶ ἐκλαυσας ἐπὶ παντὶ ἀδυνάτῳ· καὶ ἰδὼν ἄνδρα ἐν ἀνάγκαις, ἐστέναξας. Ὀρφανοῖς οἷς οὐκ ἦν βοηθὸς ἐβοήθησας· στόματα δὲ χηρῶν ηὐλόγησάν σε. Δικαιοσύνην γὰρ ἐνεδύσω, καὶ ἠμφιάσω κρῖμα εὐθὲς, ἴσα [12] διπλοΐδι. Ὀφθαλμὸς ἐγένου τυφλῶν, ποῦς δὲ χωλῶν, καὶ πατὴρ ἀδυνάτων. Μύλας ἀδίκων συνέτριψας, καὶ ἐκ μέσου τῶν ὀδόντων αὐτῶν ἐξέσπασας [13] ἅρπαγμα. Καὶ συνελόντα φάναι, πεινῶντας διατρέφεις, καὶ διψῶντας ποτίζεις, καὶ ξένους περιστέλλεις, καὶ γυμνοὺς περιβάλλεις, καὶ ἀσθενοῦντας ἐπισκέπτῃ, καὶ τοῖς ἐν φυλακαῖς διακονεῖς· μᾶλλον δὲ, Θεῷ διὰ πάντων τούτων εὐαρεστεῖς· δι' ὃν πᾶσι τούτοις προθύμως ἐπαρκεῖν, πάντων ἐπιδοξότερον ἔκρινας. Διὰ τοῦτό σε δικαίως ἐφύλαξεν ὁ Θεὸς, καὶ ὁ λύχνος αὐτοῦ λάμπει ὑπὲρ κεφαλῆς σου· τουτέστιν, ὁ νόμος τῶν ἐντολῶν τῇ πράξει τῶν ἀρετῶν ἐπὶ σοὶ πᾶσι λαμπρῶς διαφαίνεται· καὶ τῷ φωτὶ αὐτοῦ πορεύῃ ἐν σκότει· τουτέστι, τῇ γνώσει τῆς τῶν ὄντων εὐσεβοῦς θεωρίας, τὴν ἀπάτην τοῦ αἰῶνος τούτου καὶ τὴν ἄγνοιαν ἀβλαβῶς διοδεύεις, πρὸς τὸ ἄσκιον φῶς ἐπειγόμενος. Σοὶ γὰρ μόνῳ κατὰ ἀλήθειαν ὑπῆρξε παρὰ πάντας ἀνθρώπους, ἠγαπημένε, τῷ τῆς ἀρχῆς ὄγκῳ μὴ διαφθεῖραι τὴν ἀρετὴν, μηδὲ τῷ χρυσῷ τὸν τοῦ Χριστοῦ καθοτιοῦν ὑποκλῖναι νόμον· ἀλλὰ τοσοῦτον τῇ ἀρετῇ δουλῶσαι τὴν ἐξουσίαν, ὥστε καὶ ἀπὸ μόνων, ἀρετῆς τέ φημι καὶ λόγου, γνωρίζεσθαι· καὶ πᾶσι πανταχοῦ γενέσθαι διὰ τὸ κλέος τῆς δικαιοσύνης ἐξάκουστον.

Εἰ δὲ τὸ κατὰ σάρκα δυσπαθὲς ὡς εἰκὸς παραιτούμενοι, τὴν ταύτης νομίζομεν περιποιεῖσθαι διὰ τῆς ἐξουσίας εὐπάθειαν, γνῶμεν, ὡς τὴν μὲν εὐπάθειαν τῆς σαρκὸς, θείας ἐντολῆς ἐφεῦρε τῷ βίῳ παράβασις, καὶ ἄνθρωπος τῶν αἰωνίων τὰ πρόσκαιρα προτιμήσας εἰσήγαγε· τὴν δὲ τῆς σαρκὸς δυσπάθειαν, θείας ἐντολῆς τήρησις, καὶ Θεὸς διὰ τοῦτο γενόμενος ἄνθρωπος δι' ἑαυτοῦ παρέδειξέ τε καὶ ἐνομοθέτησε· καὶ τὴν μὲν εἶναι τῆς τοῦ παραδείσου καὶ τῶν ἐκεῖσε ἀγαθῶν τοῖς ἀνθρώποις ἀποξενώσεως αἰτίαν· τὴν δὲ τῆς εἰς τὸν παράδεισον ἐπαναγωγῆς, καὶ τῆς εἰς οὐρανοὺς ἀναλήψεως· καὶ τὸ δὴ πάντων θαυμασιώ-

A pereuntes atque rigentes, et non operuisti : quia te imbecilles omnes benedixerunt, ut qui eorum calefeceris humeros de velleribus ovium tuarum. Non posuisti aurum tuum in pulverem tuum; nempe, non impendisti in carnis tuæ delicias, sed in cœlum omnes facultates tuas, animi paraturus bona, præmisisti. Non corruptibilibus seductus divitiis es, nec illis fluentibus cor apposuisti [y]. Non versatus es cum derisoribus, quorum vita probrum est, ac conversatio sordibus scatet. Non festinavit pes tuus ad dolum, nec gavisus es super ruina inimicorum tuorum, dixitque cor tuum : Euge [z]. Non gemuit terra super te; non enim comedisti solus robur ejus sine pretio, nec animas dominorum ejus afflixisti. Manus tuas ab iniquis muneribus cohibuisti, ac mendicum de manu potentis salvasti, superque omni invalido flevisti; vidensque virum in necessitatibus, ingemuisti. Pupillos, quibus non erat adjutor, adjuvasti; os autem viduarum benedixit te [a]. Justitiam enim indutus es, et vestitus es judicio recto sicut diploide. Oculus fuisti cæcorum, pesque claudorum, et pater invalidorum. Molas iniquorum confregisti, et de medio dentium eorum extraxisti rapinam. Atque, ut summa dicam, esurientes pascis, sitientes potas, peregrinos suscipis, nudos operis, infirmos visitas, et his qui in carcere sunt, ministras [b]. Quinimo hisce omnibus Deum demereris, cujus demerendi causa, ut his omnibus prompto animo sufficeres, cunctis ad laudem majus existimasti. Idcirco te Deus jure merito custodivit, ejusque lucerna lucet super caput tuum [c]; nempe lex mandatorum, virtutum actione micans, super te cunctis magnifice splendet; ambulasque ejus lumine in tenebris; hoc est, piæ rerum contemplationis scientia, sæculi hujus seductionem ac ignorantiam illæsc transis, ad lucem festinans cui nulla umbra obtundit. Tibi enim revera uni, quod nulli **208** aliorum, dilecte, obtigit, ut ex imperii mole fasciumque amplitudine, nulla virtutem labe afficeres, nec Christi legem auro prorsus submitteres; sed sic potestatem virtuti mancipares, ut solis virtute ac ratione, ceu notis, splendesceres, cunctisque ubique ob justitiæ decus spectabilis ac fama celebris evaderes.

D Sin autem carnis molestias ac labores seu ærumnas, ut par est, defugientes, ejus nos bonam habitudinem ac delicias magistratu adepturos speramus; noverimus, bonam carnis habitudinem ejusque delicias, divini mandati transgressionem mundo adinvenisse, hominemque ea ratione quod sempiternis temporanea prætulit, invexisse; carnis vero molestias ac labores, divini mandati observationem, Deumque in eam rem factum hominem, exemplo suo ostendisse atque sanxisse; ac quidem carnis delicias, paradiso ejusque bonis extrusisse, labores vero ac molestias, ut in paradisum reverta-

[y] Psal. LXI, 11. [z] Job XXXI, 5. [a] Job XXIX, 12, 13; XXX, 25. [b] Matth. XXV, 35. [c] Job XXIX, 3.
[12] Fr. ἴσα. [13] In textu sacro, ἐξέσπασε.

Digitized by Google

mur, ac in cœlos recipiamur, præstare; quodque sane omne vincit miraculum, necessitudinis cum Deo causam esse. Quamobrem carnis quidem molestias atque labores, ceu divinæ gratiæ organum, nusquam non amplectamur, ita nimirum ut nihil temporum rerumque mutationibus, anima moribusque mutemur; ejus vero delicias ac remissionem bonamque habitudinem penitus negligamus, ceu rem abominabilem prorsusque solubilem; cui necesse ut accidat, quod ejus proprium est; *nec suos excedat fines*, ut divinum Christi os locutus est Gregorius [d]; quæque demum omnes animo maculas inurat; quo scilicet toti unius soliusque Dei efficiamur, qui omnibus animi corporisque motibus divinos fulgores emicemus. Atque, ut verbo dicam, Dei totius capaces, totique ex integro dii per gratiam reddamur; sic nimirum ut alter ipse per omnia esse videamur, excepto duntaxat ne idem secundum essentiam esse existimemur : hæc enim consummatio summaque perfectio, ut nullam prorsus hujus sæculi notam in nobis præferamus, ne per eam aliqua saltem ratione divino habitu careamus, acerbiusque animo doleamus, tum quod veræ labem integritati intulerimus, tum vero quod emendationis opportuna tempora ac causas non inveniamus.

A τερον, τῆς πρὸς Θεὸν οἰκειώσεως πρόξενον. Καὶ διὰ τοῦτο τῆς μὲν σαρκικῆς δυσπαθείας, ὡς θείας ὀργάνου χάριτος ὑπαρχούσης, μέχρι πάντως ἀνθεξώμεθα, μὴ συμμεταβαλλόμενοι τοῖς καιροῖς καὶ τοῖς πράγμασι· τῆς δὲ τῆς σαρκὸς εὐπαθείας παντελῶς ἀλογήσωμεν, ὡς ἀποπτύστου, καὶ πάντως λυθησομένης, καὶ πεισομένης τὸ ἑαυτῆς, *καὶ τοὺς ἰδίους ὅρους οὐχ ὑπερβαινούσης*, ὡς τὸ θεῖον ἔφη τοῦ Χριστοῦ στόμα Γρηγόριος · καὶ ὡς πάντων τῶν τῆς ψυχῆς στιγμάτων ποιητικῆς · ἵνα ὅλοι γενώμεθα τοῦ Θεοῦ καὶ μόνου [15-15], διὰ πάντων τῶν τε ψυχικῶν καὶ σωματικῶν κινημάτων, τὰς θείας αὐγὰς ἀπαστράπτοντες. Καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, ὅλου Θεοῦ χωρητικοί, καὶ ὅλοι δι' ὅλου θεοὶ κατὰ χάριν γενώμεθα · τοσοῦτον, ὥστε ἄλλον αὐτὸν ἡμᾶς εἶναι διὰ πάντων νομίζεσθαι · B χωρὶς τῆς πρὸς αὐτὸν κατ' οὐσίαν ταυτότητος · τοῦτο γὰρ ἡ τελείωσις, μηδὲν τὸ παράπαν ἐν ἡμῖν αὐτοῖς τοῦ αἰῶνος τούτου γνώρισμα φέροντες · ἵνα μὴ δι' ἐκεῖνο κατά τι στέρησις ἡμῖν τῆς θείας ἕξεως γένηται, καὶ πικρῶς μὲν ὀδυνηθῶμεν ἐπὶ τῷ μώμῳ τῆς ἀληθοῦς ἀρτιότητος · τῆς δὲ διορθώσεως τὰς ἀφορμὰς οὐχ εὑρήσωμεν.

Exacto nobis, quod actionibus assignatum est, sæculo, nihil prorsus præsentium rerum manebit, qua nunc figura ac situ **209** conspicitur. Nihil est iis in rebus quas oculis usurpamus, quod earum dominis ratum maneat, nec facile concidat ac dilabatur. Nihil iis, quos rerum libido superaverit, durat, immobile perseveraus; non gloria, non divitiæ, non potestas, non sanitas, non ignominia, non paupertas, non servitus, non ægritudo, non pulchritudo, non juventus, non claritas, non deformitas, non senectus, non ignobilitas. Omnia transeunt, omnia marcescunt; evanescunt umbræ instar omnia humana; omnisque humanæ præfecturæ tumor, quavis bulla facilius difflatur. *Omnis* enim *homo*, inquit, *fenum, et omnis gloria hominis sicut flos feni; exaruit fenum, et flos cecidit* [e]. Revera namque humana omnia ortui conjunctam potentia interitionem habent; quin et sæpius in nonnullis, interitionem ortui præeuntem; ita ut mutua extremorum in unum coitione, quod medium intercedit, fugacius quam ut queas advertere, dilabatur : idque adeo sapienter moliente sapientia, ut ad astruendam æternorum fidem doctrina sit, eorum ipsa ratio, quæ ad interitum immutantur. Alia aliis vicissim commutantur, ac velut quodam circulo unumquodque altero vertitur; ejuscemodique alternatione, interitum sibi potius, quam ortum ratum præstant.

Τοῦ αἰῶνος ἡμῖν ἀπογενομένου τῶν πράξεων, οὐδὲν μένει τὸ σύνολον τῶν παρόντων ὡς ἔχει νῦν, σχήματός τε καὶ θέσεως. Οὐδὲν τῶν ὁρωμένων τὸ πιστὸν ἔχει τοῖς κεκτημένοις, καὶ ἄπτωτον. Οὐδὲν διαρκῶς ἔστηκε τοῖς ἠττημένοις αὐτῷ προσδιαμένον ἀκίνητον · οὐ δόξα, οὐ πλοῦτος, οὐ δυναστεία, οὐχ ὑγεία, οὐκ ἀδοξία, οὐ πενία, οὐ δουλεία, οὐ νόσος, C οὐ κάλλος, οὐ νεότης, οὐ περιφανεία, οὐκ ἀμορφία, οὐ γῆρας, οὐ δυσγένεια · πάντα παρέρχεται, πάντα μαραίνεται, πάντα σκιᾶς δίκην ἀφανίζεται τὰ ἀνθρώπινα, καὶ πομφόλυγος εὐδιαπνευστότερός ἐστι πᾶς ὁ τῆς ἀνθρωπίνης δυναστείας ὄγκος. *Πᾶς γὰρ ἄνθρωπος*, φησὶ, *χόρτος, καὶ πᾶσα δόξα ἀνθρώπου ὡς ἄνθος χόρτου· ἐξηράνθη ὁ χόρτος, καὶ τὸ ἄνθος ἐξέπεσε.* Πάντα γὰρ ὡς ἀληθῶς τὰ ἀνθρώπινα, συνημμένην ἔχει κατὰ δύναμιν τὴν φθορὰν τῇ γενέσει · πολλάκις δὲ καὶ προηγουμένην ἐπ' ἐνίων τῆς γενέσεως τὴν φθοράν · ὡς δύνασθαι κλαπῆναι τῇ κατὰ τὸ αὐτὸ τῶν ἄκρων πρὸς ἄλληλα συνόδῳ τὸ μέσον (6), καὶ δι' ἀμφοῖν θεωρούμενον · καὶ τοῦτο σοφῶς τῆς προνοίας μηχανωμένης, ἵνα γένηται πρὸς D τὴν τῶν αἰωνίων πίστωσιν ὁ τῶν ἀλλοιουμένων λόγος παιδαγωγία. Πάντα μεταβάλλει εἰς ἄλληλα, καὶ περιτρέπεται ἕκαστον ἑκάστῳ· καὶ δι' ἀλλήλων μᾶλλον κυροῦσιν ἑαυτῶν τὴν φθορὰν ἢ τὴν γένεσιν.

Ne itaque animam, quæ non sit interitioni obnoxia, temporaneis rebus alligemus; neve animum gravemus, ita ut terrenorum cura in terram detrahamus, qui per naturam a terrena concretione liber sit. Pro eo ac naturæ consentaneum est, ratione

Μὴ τοι σωμεν [16] τοῖς ἐπικαίροις τὴν μὴ φθειρομένην · χὴν · μηδὲ βαρήσωμεν τὸν νοῦν κατασπῶντες πρὸς γῆν τῇ φροντίδι τῶν ὑλικῶν, ὕλης ὄντα κατὰ φύσιν ἐλεύθερον. Φυσικῶς ἀλλήλων διείλωμεν τῷ λόγῳ, τὰ μηδέποτε κατ' οὐσίαν ἀλλήλοις

[d] Orat. de amore pauperum. [e] Isa. XL, 6.

[15-15] al. τοῦ ἑνὸς Θεοῦ. [16] Fr. ἐκδύσωμεν, quod mendosum.

Digitized by Google

συμπίπτοντα· καὶ οὐδεὶς κόπος ἡμῖν περίεστιν ἐλ- A
κύσαι τῆς προσπαθείας τῶν φθειρομένων, τὴν ἀσύν-
θετον καὶ μηδαμῶς διάλυσιν φύσεως ἐπιδέξασθαι
δυναμένην ψυχήν. Φύγωμεν Σόδομα· τὴν περὶ τὰ αἰ-
σθητὰ τῶν αἰσθήσεων πλάνην· λέγω καὶ σύγχυσιν,
ἵνα φύγωμεν τὸν ἐμπρησμόν· τὴν τούτοις φημὶ πάν-
τως διὰ πυρὸς ἑπομένην κόλασιν. Εἰς τὸ ὄρος σωθῶ-
μεν, εἰς τὸ ὕψος δηλαδὴ τῆς κατὰ Θεὸν πολιτείας,
ἵνα μὴ συμπαραληφθῶμεν, οἱ μήπω τῶν αἰσθήσεων
ὁλικῶς ἐξοικισθέντες, κἂν ἀργεῖν δοκῶμεν κατὰ τὸν
μακάριον Λὼτ ἀπὸ κακίας (7), τῷ μὴ συνεργάζε-
σθαι τοῖς Σοδομίταις τὰ ὅμοια· τουτέστι, τοῖς διὰ
τῶν αἰσθήσεων πάθεσι, τὰ πρόσφορα πάθεσι. Παρα-
δράμωμεν ὅση δύναμις τὰ παρατρέχοντα, καὶ κρα-
τεῖσθαι μὲν παρ' ἡμῶν οὐδαμῶς δυνάμενα, αὐτὴν
ἔχοντα φύσιν τὴν παροδικὴν ῥεῦσιν ὑπόστασιν· B
μόνην δὲ ἡμῖν ἐναφιέντα τὴν ἐπ' αὐτοῖς τῆς ψυχῆς
κακῶς ἐστιγμένην διάθεσιν, δι' ἣν πᾶσα μέλλει τοῖς
κατακρίτοις ἐπανατείνεσθαι βάσανος. Ἀφῶμεν πάν-
τα προθύμως, ἢ Θεῷ διὰ τῶν δεομένων προχρήσωμεν,
ὧν ἐξ ἀνάγκης φυσικῶς ἡμῖν παρέπεται στέρησις.
Ἀφῶμεν γνωμικῶς κατὰ θέλησιν, τὰ φυσικῶς κατ'
ἀνάγκης ἀφιεντά τε καὶ ἀφιέμενα. Μὴ ποιήσωμεν
τοῖς γινομένοις τε καὶ ἀπογινομένοις διὰ ἀλογίστου
σχέσεως κάτοχον, τὴν τὸν Ποιητὴν ἑαυτῆς φυσικῶς
εἰκονίζουσαν ψυχήν· τὴν μηδέποτε μετὰ τὸ γενέσθαι
πέρας τοῦ εἶναι λαμβάνουσαν, καὶ ἀεὶ ζητεῖν τὸν
Θεὸν διὰ πάντων, καὶ πρὸς αὐτὸν ἐπείγεσθαι προσ-
τεταγμένην. Μὴ θελήσωμεν ἔχειν ἅπερ κρατεῖν οὐ
δυνάμεθα· μήτε μὴν ὡς αἰωνίοις προστεθῶμεν τοῖς C
πάντως παρερχομένοις. *Παράγει γὰρ τὸ σχῆμα τοῦ*
αἰῶνος τούτου, καθὼς εἶπεν ὁ Ἅγιος· καὶ· *Ὁ*
οὐρανὸς, καὶ ἡ γῆ παρελεύσεται, καθὼς εἴρηκεν
ὁ τοῦ Ἁγίου Θεός· καὶ δεχώμεθα [ἐκδεχώμ.] τὴν
θείαν ἀψευδῶς ἀπόφασιν, καὶ φθάνωμεν τῇ πίστει
τοῦ λόγου τὴν δύναμιν, καὶ πιστούμεθα δι' ἀποδεί-
ξεως ἐναργοῦς τῶν λεγομένων τὴν ἔκβασιν. Οὕτινος
γὰρ τὰ μέρη φθοραῖς καὶ ἀλλοιώσεσιν ὑπόκειται,
καθώς τις τῶν ἡμετέρων ἔφη σοφὸς [17], τούτου καὶ
τὸ πᾶν δηλονότι, κἂν μήπω δι' ἐνεργείας ἐφέστηκεν
ὁ καιρὸς, ἐν ᾧ ταῦτα, τὸ πᾶν ὑποστήσεται· ἐπεὶ καὶ
πᾶς ἄνθρωπος ἐξ ὧν πάσχει καθ' ἑκάστην ἡμέραν,
φυσικῶς οἶδε τεθνήξεσθαι, κἂν μήπω πάρεστι διὰ τῶν
πραγμάτων ὁ θάνατος.

inter se dividamus, quæ secundum essentiam, secum ipsa nunquam eadem sunt; nulloque labore, ac quam facile, animam omni vacantem compositione, ac quæ nullo modo natura interitioni obnoxia sit, ab earum rerum quæ intereunt licentiori affectu ac libidine retrahemus. Fugiamus Sodoma (nempe sensuum errorem ac confusionem, circa eas res quæ sensu attinguntur), quo incendium (his nempe omnino comes ighis conflagratione supplicium) caveamus [f]. In montem saluti consulturi evadamus (ad vitæ scilicet ex divinis rationibus institutæ sublimitatem), ne forte comprehendamur, qui necdum sensibus omnino excesserimus; tametsi instar beati Lot, vitio ac pravitate vacare videmur, quod non eadem atque Sodomitæ opera agamus; ii scilicet, quibus sensuum opera usu veniunt, quæ vitiis affectibusque consentanea sunt. Quanta vis 210 est ac conatus, quæ transeunt, nec a nobis ulla ratione teneri possunt, prætercurramus; quæ nimirum ipsam natura substantiam viaticum fluxum habeant, nec aliud, quam male iis compunctam ac maculatam animi affectionem, unde cruciatus, omnis reprobis intuendus, immittant. Prompto animo cuncta dimittamus, aut per egenos Deo prærogemus, quorum nobis natura comes privatio est. Animi sententia ac voluntate ultro dimittamus, quæ natura necessario et dimittunt et dimittuntur. Ne aliena a ratione libidine ac affectione, rebus quæ oriuntur ac intereunt, animum ipsum natura Auctoris sui imagine insignitum, addicamus; qui scilicet ubi semel in rerum naturam editus est, nullum sit exsistendi finem habiturus, ac cui præceptum, ut per omnia Deum semper quærat, et ad eum contendat. Ne ea nancisci velimus, quæ rata possidere non possumus; neque vero, tanquam æternis, rebus omnino labentibus animum adjiciamus. *Præterit* enim *figura hujus sæculi*, uti dixit Apostolus [g]. Et : *Cœlum et terra transibunt*, quemadmodum ait apostoli Deus [h]. Certa veritate futuram divinam sententiam exspectemus, ac sermonis vim fide occupemus, claraque demonstratione, eorum quæ dicuntur eventus, certiores reddamur. Cujus enim partes interitionibus, aliisque ex aliis qualitatibus deterentibus, obnoxiæ sunt, ut nostrum quidam sapiens protulit, iis plane et totum obnoxium est, etsi necdum tempus actu appetiit, quo hæc totum patietur. Nam etiam quivis hominum, ex iis quæ quotidie accidunt, natura se mortalem agnoscit, quanquam necdum reipsa mors adest.

Γενώμεθα τοίνυν ἑαυτῶν, καὶ τοῦ Θεοῦ· μᾶλλον D
δὲ μόνου Θεοῦ, ἀλλὰ μὴ τῆς σαρκὸς ὅλως καὶ τοῦ
κόσμου. Ἑτοιμασθῶμεν τοῦ ἐπικαλεῖσθαι τὸν Θεὸν
ἡμῶν, κατὰ τὸ γεγραμμένον· *Ἑτοιμάζου, τοῦ ἐπι-*
καλεῖσθαι τὸν Θεόν σου, Ἰσραήλ· ὅπερ ἐστὶ, καθ-
αρθῶμεν τῶν κακῶν στιγμάτων καὶ μολυσμῶν, ἀποβα-
λόντες ἑαυτῶν καὶ αὐτὰς ψιλὰς τῶν παθῶν, κατὰ τὸ δυ-
νατὸν, τὰς φαντασίας. Οὕτω γὰρ ἀληθῶς ἑτοιμάζεται
πᾶς ἑτοιμάζεσθαι θέλων καλῶς· ἵνα δεξώμεθα διὰ τῶν

Nostri itaque ipsorum ac Dei efficiamur: quin potius solius Dei; haud vero carnis omnino et mundi. Præparemur ad Dominum Deum nostrum invocandum, sicut scriptum est : *Præparare ut invoces Deum tuum, Israel* [i]; ac si dicat : Emundemur a malorum sordibus atque maculis, ipsis quoque, quoad fieri potest, nudis affectuum vitiorumque cogitationibus, a nobis depulsis. Sic enimvero præparatur, quisquis rite cupit præparari; quo nimi-

[f] Gen. xix, 15 seqq. [g] I Cor. vii, 31. [h] Matth. xxiv, 35. [i] Amos iv, 12.

[17] Basil. homil. 1 in Hexaemeron.

Digitized by Google

rum virtutum luce, ceu divinis quibusdam coloribus, accuratam cum Deo similitudinem nobis informemus. Sic enim convenienter invocat, qui modum quo Deus sit invocandus non ignorat. Præparatio enim, ut quidem existimo, in eo posita est, ut a vitiis ac perturbationibus **211** animo abhorreamus; invocatio vero, ut virtutum cultu veram cum Deo necessitudinem ineamus. Aut rursus, præparatio est, quæ virtutum amictu, his, qui digni sunt, claritas provenit; invocatio autem, ipsa est per veram scientiam susceptio gratiæ deificantis. Sic enim semper candida vestimenta nobis licebit habere [j], juxta quod scriptum est; hoc est, claros atque lucidos virtutum modos, nullumque tenebrarum vestigium habentes. *Et anima nostra exsultabit in Deo Salvatore nostro* [k]; quam exhilaret, quod tum veterem hominem, qui corrumpitur secundum desideria erroris, exuerit; tum novum, qui secundum Deum creatus est, in spiritu induerit [l]. *Induet* enim nos Deus *vestimento salutis et tunica justitiæ* [m]; morali scilicet habitu virtutum cultu philosophiæ actione, certaque ac inoffensa in spiritu sapienti doctaque contemplatione, ut et futura divini et immortalis thalami originalia bona consequamur. Ad hæc omnia diligenter attendamus quomodo ambulemus, quidve ipsi de nobis statuamus, qui spiritales multos ac inaspectabiles, eorum quæ a nobis geruntur et cogitantur, testes adesse non nesciamus; qui nimirum, nedum id cernant quod oculis conspicuum est, verum in ipsam quoque conspiciant animam, acerbique censores, hoc ipsum quod imo pectore occultum latet, redarguant.

Multi enim revera angelicarum Potestatum chori nos undique circumstant; ac quæ a nobis geruntur ac dicuntur, atque animo versantur, ad nudam usque cogitationem omni diligentia in cœlo perscribunt, quibus in tremendo judicii die coarguamur; tum nimirum cum rerum omnium aspectabilium creatura, immensa celeritate concita nutansque in suam impelletur consummationem; cœlumque ac terra magno strepitu ac fragore transibunt; interjectaque his elementa calore solventur [n]; et erit cœlum novum et terra nova, et quæ sequuntur [o]. Quando apponentur throni, et Antiquus dierum sedebit, ac libri aperientur; quibus nimirum facta a nobis dictaque ac cogitata fideliter ac sincere scripta contineantur: milliesque millia angelorum ministrabunt ei, et decies millies centena millia ei assistent [p]; formidabilesque ignis ardentis ubique minæ discurrent, ac quæ circa sunt omnia complectentur, instarque ceræ macerabunt ac resolvent montes. **212** *Fluvius* enim *ignis*, inquit, *trahebat ante eum* [p]. Quando tartarus, hiansque ac immensa vorago [q], necnon tenebræ exteriores, et qui non moritur, vermis, adesse monstrabuntur [r]. Super his omnibus, suspensus

A ἀρετῶν, ὡς διά τινων θείων χρωμάτων τὴν ἀκριβῆ πρὸς Θεὸν ἐξομοίωσιν. Οὕτω γὰρ ἐπικαλεῖται δεόντως, ὁ τὸν Θεὸν πῶς ἐπικαλεῖσθαι χρὴ μὴ ἀγνοιῶν· ἑτοιμασία γάρ ἐστι, κατ' ἐμὲ φέναι, τῶν παθῶν ἀλλοτρίωσις· ἐπίκλησις δὲ, ἡ γνησία διὰ τῶν ἀρετῶν πρὸς Θεὸν οἰκείωσις. Ἢ πάλιν, ἑτοιμασία ἐστὶν, ἡ διὰ τῶν ἀρετῶν τοῖς ἀξίοις ἐγγινομένη λαμπρότης· ἐπίκλησις δὲ, ἡ διὰ γνώσεως ἀληθοῦς ὑποδοχὴ τῆς θεοποιοῦ χάριτος. Οὕτω γὰρ ἂν λευκὰ διὰ παντὸς τὰ ἱμάτια ἔχειν δυνησόμεθα, κατὰ τὸ γεγραμμένον· τουτέστι φαιδροὺς τοὺς διὰ τῶν ἀρετῶν τρόπους· καὶ διαφανεῖς, καὶ μηδὲν σκότους τεκμήριον ἔχοντας. *Καὶ ἡ ψυχὴ ἡμῶν ἀγαλλιάσεται ἐπὶ τῷ Θεῷ τῷ Σωτῆρι ἡμῶν*· χαίρουσα ἐπί τε τῇ ἀπεκδύσει τοῦ παλαιοῦ ἀνθρώπου, τοῦ φθειρομένου κατὰ τὰς ἐπιθυμίας τῆς ἀπάτης· καὶ τῇ ἐπενδύσει τοῦ νεοῦ τοῦ κατὰ Θεὸν κτισθέντος ἐν πνεύματι. *Ἐνδύσει* γὰρ ἡμᾶς ὁ Θεὸς ἡμῶν *ἱματίου σωτηρίου, καὶ χιτῶνα εὐφροσύνης*· τουτέστι τὴν ἐκτικὴν κατ' ἦθος διὰ τῶν ἀρετῶν φιλόσοφον πρᾶξιν, καὶ τὴν ἁπταιστον ἐν πνεύματι γνωστικὴν θεωρίαν, ἵνα καὶ τῶν μελλόντων τοῦ θείου καὶ ἀκηράτου νυμφῶνος ἀρχικῶν ἀπολαύσωμεν ἀγαθῶν. Ἐπὶ τούτοις πᾶσιν ἀκριβῶς σκοποῦντες πῶς περιπατοῦμεν, καὶ τί περὶ ἑαυτῶν βουλευόμεθα· πολλοὺς γενώσκοντες τοῖς παρ' ἡμῶν γινομένοις τε καὶ νοουμένοις ἀοράτους παρίστασθαι μάρτυρας, οὐκ εἰς τὸ φαινόμενον βλέποντας μόνον, ἀλλ' εἰς αὐτὰς παρακύπτοντας τὰς ψυχὰς, καὶ τὸ κρυπτὸν διελέγχοντας τῆς καρ-
B
C
δίας.

Πολλοὶ γὰρ, ὡς ἀληθῶς, χοροὶ πανταχόθεν ἀγγελικῶν Δυνάμεων ἡμᾶς περιεστήκασι, τὰ γινόμενά τε καὶ λεγόμενα παρ' ἡμῶν, καὶ νοούμενα, μέχρι καὶ ψιλῆς ἐνθυμήσεως, δι' ἀκριβείας πάσης ἐν οὐρανῷ καταγράφοντες, πρὸς ἔλεγχον ἡμῶν ἐν τῇ φοβερᾷ ἡμέρᾳ τῆς κρίσεως· ὅτε πᾶσα τῶν ὁρατῶν ἡ κτίσις κλονουμένη κατ' ἐπείξιν ἄφατον πρὸς τὴν οἰκείαν ὠθεῖται συντέλειαν· καὶ οὐρανὸς καὶ γῆ ῥοιζηδὸν παρελεύσονται· καὶ τὰ διὰ μέσου στοιχεῖα καυσούμενα λυθήσεται· καὶ ἔσται οὐρανὸς καινὸς καὶ γῆ καινὴ, καὶ τὰ ἐπὶ τούτοις. Ἡνίκα θρόνοι προτίθενται, καὶ Παλαιὸς ἡμερῶν προκαθέζεται, καὶ βίβλοι ἀνοίγονται, τῶν ἡμετέρων ἔργων τε καὶ λόγων καὶ νοημάτων τὰ ἔγγραφα πιστῶς τε καὶ ἀνοθεύτως ἔχουσαι· χίλιαί τε χιλιάδες ἀγγέλων λειτουργοῦσιν αὐτῷ, καὶ μυρίαι μυριάδες αὐτῷ παρεστήκασι· καὶ ἀπειλὴ φρικώδης αἰθομένου [καιομένου] πυρὸς πανταχοῦ διατρέχουσα, καὶ τὰ κύκλῳ πάντα περιλαμβάνουσα, καὶ ὄρη ὡσεὶ κηρὸν ἐκτήκουσα. *Ποταμὸς* γὰρ *πυρὸς*, φησὶν, *εἵλκεν ἔμπροσθεν αὐτοῦ*. Ἡνίκα τάρταρος, καὶ βόθρος ἀχανὴς καὶ ἀνείκαστος, καὶ σκότος ἐξώτερον, καὶ σκώληξ ἀκοίμητος ἀναδειχθῶσι παρόντα· καὶ ἐπ' αὐτοῖς φόβος εἱστήκει διὰ πάντων μετέωρος ἐκδεχομένων τὴν ἔκβασιν· καὶ ὁρ-

[j] Eccle. IX, 8. [k] Isa. LXI, 10. [l] Eph. IV, 24. [m] Isa. LXI, 10. [n] II Petr. III, 10. [o] Isa. LXV, 17. [p] Dan. VII, 9, 10. [q] Psal. XCVI, 3. [r] Luc. XVI, 26; Matth. XXV, 30; Marc. IX, 45.

Digitized by Google

τῆς ἄγγελοι κολαστικὸν πῦρ ἀποστιλβόντες, πῦρ δὲ βλέποντες, καὶ πῦρ ἀναπνέοντες, ἕτοιμοι πρὸς πᾶσαν ἐκδίκησιν πάσης παρανομίας ἑστήκασι. Πᾶσά τε πρὸς τούτοις κτίσις ἐπίγειός τε καὶ ἐπουράνιος, ὅση τε ἐν ἀγγέλοις, καὶ ταῖς ὑπὲρ ἀγγέλους δυνάμεσι, καὶ ὅση ἐν ἀνθρώποις, παρίσταται μετὰ τρόμου τὴν φοβερὰν τῆς θείας βουλῆς ἐκδεχομένη φανέρωσιν· ἐφ' ὧν ἁπάντων, αἱ πάντων ἡμῶν ἀναγνωσθήσονται πράξεις, καὶ τῶν κρυπτῶν ἡ γύμνωσις γενήσεται· ὥστε πάντας οὕτως γινώσκειν ἀλλήλων τὰς ἁμαρτίας, ὡς ἕκαστος τὰς ἑαυτοῦ, τὴν βίβλον ἁπλανῶς ἀναγινώσκων τῆς ἑαυτοῦ συνειδήσεως. *Ἐλέγξω γάρ σε*, φησὶ, *καὶ παραστήσω κατὰ πρόσωπόν σου τὰς ἁμαρτίας σου*. Καὶ πάλιν· *Κυκλώσει αὐτοὺς τὰ διαβούλια αὐτῶν*.

A timor atque anxius, exspectato exitu, cunctos invadet; iræque ministri angeli, ultorem ac pœnalem ignem emicantes, flammantibus oculis ignemque spirantibus parati stabunt, ut omnem iniquitatem ac quidquid scelerum est, ulciscantur. Tumque omnis creatura terrestrium pariter ac cœlestium (quotquot nimirum angelorum, iisque superiorum potestatum, ac quotquot hominum implent numeros) cum tremore astabit, formidabilem divini judicii manifestationem exspectans: inter quæ omnia, omnium nostrum legentur acta, ac nudabuntur, quæ latent, occulta. Sic plane ut quisque alter alterius peccata haud aliter ac sua pervideat; qui certo nihilque cespitanti judicio, suæ librum conscientiæ legat. Ait enim: *Arguam te, et statuam* B *contra faciem tuam* [s]. Ac rursus: *Circumdabunt eos cogitationes eorum* [t].

Καὶ ἰδοὺ ἄνθρωπος καὶ τὸ ἔργον αὐτοῦ, καὶ δικαστὴς ἀπαραλόγιστος, παρισταμένην ἔχων τὴν φοβερὰν καὶ μεγαλοπρεπῆ τῶν οὐρανίων ταγμάτων δύναμιν, ὑψηλὸς προκαθέζεται, πᾶσαν ἀπαστράπτων δικαιοσύνην, καὶ ἑκάστῳ δι' ἀποφάσεως ἀληθοῦς καὶ δικαίας ἀπονέμων τὰ πρὸς ἀξίαν· τοῖς μὲν ἐκ δεξιῶν διὰ τὰς καλὰς πράξεις στᾶσιν, μειλιχίως τὴν ἡτοιμασμένην ἀπὸ καταβολῆς κόσμου τῶν οὐρανῶν βασιλείαν διδούς· τοὺς δὲ τὴν ἐξ εὐωνύμων διὰ τὴν ἐρημίαν τῶν ἀγαθῶν ἔργων στάσιν λαχόντας, εἰς τὸ αἰώνιον πῦρ, τὸ ἡτοιμασμένον τῷ διαβόλῳ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ, μετ' ὀργῆς ἀπωθούμενος. Τίς ἐκεῖνο τὸ πῦρ ἐνέγκει μαινόμενον; Τίς οὐ καταπτήσσει τὸ ξένον ἐκείνου τοῦ σκώληκος θέαμα; Τίς τοῦ σκότους ἐκείνου τοῦ ἐξωτέρου τὸ ταχύ τε ὁμοῦ καὶ βαρὺ φέρειν δυνήσεται; Τίς μυκώμενον τὸν τάρταρον, καὶ ἐκ πυθμένος αὐτῷ συναναβράσσομένην τὴν ἄβυσσον ὑποστήσεται; Τίς τῶν ἐπὶ τούτῳ τεταγμένων ἀγγέλων τὸ δριμύ τε καὶ βλοσυρὸν τοῦ βλέμματος, καὶ τοῦ προσώπου τὸ κατηφὲς οὐχ ὑποτρέμει δονούμενος; Τίς τὸ πάντων δεινότερον τῶν κακῶν, τὴν ἀποστροφὴν τοῦ προσώπου τοῦ φύσει πράου καὶ φιλανθρώπου Θεοῦ καὶ οἰκτείρμονος οὐ φοβηθήσεται, ᾧ πᾶσα κτίσις συναποστρέφεταί τε καὶ συμβδελύττεται, τοὺς διὰ φιλαπεχθήμονα γνώμην ἑαυτοὺς τοσούτοις κακοῖς περιπείραντας, ἀγανακτοῦσα κατ' αὐτῶν ἐνδίκως, ὡς τοιοῦτον ἑαυτοῖς φανῆναι τὸν φύσει τε καὶ μόνον φιλάνθρωπον Θεὸν βιασαμένων; Τίς τὴν κατὰ συνείδησιν ἀπέραντον αἰσχύνην ἔσεσθαι μέλλουσαν ἐπὶ τῇ φανερώσει τῶν κρυπτῶν ὑποστήσεται; Τίς τὸν ἀσίγητον κλαυθμὸν, καὶ τὸ πικρὸν ἐκεῖνο καὶ ἀνόνητον δάκρυον, καὶ τὸν βρυγμὸν τῶν ὀδόντων, καὶ τοὺς κωκυτοὺς τῶν ἐν ταῖς βασάνοις πιεζομένων, ἢ τὸν ἐκ τῆς μεταμελείας πόνον κατὰ μέσης αὐτῶν ἐπικείμενον τῆς καρδίας, καὶ διασμύχοντα δικαίως αὐτῶν τῆς ψυχῆς τὸν πυθμένα, μετρῆσαι δυνήσεται; Τίς τὴν ἐγγινομένην αὐτοῖς στενοχωρίαν ἐκ τοῦ μὴ ἐλπίζειν προθεσμίαν μεταποιήσεως, καὶ τέλος τῆς ἐπικειμένης κολάσεως, μηδὲ τῆς πρὸς τὸ εὖ ζῆν πάλιν μεταβο-

Et ecce homo ac opus ejus, judexque sagacissimus ac integerrimus, astante terribili ac magnifico cœlestium ordinum exercitu, sublimi præsidens sede, justitiæ omnis fulgores emicans, veraque ac justa sententia cuique pro meritorum ratione æqua præmia distribuens: iis quidem, qui pro bonorum operum merito a dextris stationem nanciscentur, paratum a mundi constitutione regnum cœlorum blande assignans; eos autem, qui propterea quia bonis operibus destituuntur, a sinistris collocandi sunt, in ignem æternum paratum diabolo et angelis ejus [u] cum ira amandans. Quis sævientem immanem ignem illum sustineat? Quis inauditum vermis illius spectaculum non exhorreat? Quis tenebras exteriores sic densas gravesque ferre queat? Quis mugientem tartarum, unaque cum illo ab imo gurgite bullientem abyssum sustinebit? Quis angelorum istiusmodi cruciamentis præfectorum, austerum trucemque aspectum, vultumque tetricosum vertigine correptus non tremat? Quodque malorum omnium gravissimum est ac dirissimum; quis Dei natura mitissimi ac humanissimi summeque misericordis, aversum vultum non formidabit? quocum pariter creaturæ omnes, tantorum sibi malorum mentis pravitate auctores aversabuntur **213** prorsusque exsecrabuntur; illisque jure optimo intensæ erunt, eo vel nomine, quod in causa ipsi exstiterint, ut natura solusque benignissimus clementissimusque, pene invitus, sic illis appareret. Quis nullum finem habituram conscientiæ confusionem probrumque occultorum manifestatione portabit? Quis jugis clamoris luctum, amarasque illas nec commodi aliquid habentes lacrymas, stridoremque dentium in tormentis positorum iisque algentium, aut pœnitentiæ laborem mediis ipsorum præcordiis hærentem ac imum pectus depascentem, commetiri poterit? Quis eorum inde angustiam, quod futuræ quandoque instaurationis, finisque ingruentis supplicii, his ablata sit, nec ulla jam mutatio ad beatitudinem exspectetur, enarra-

[s] Psal. xlix, 21. [t] Ose. vii, 2. [u] Matth. xxv, 31, 41.

Digitized by Google

re idoneus sit : Extremum enim solumque, tremendumque illud ac justum vere restat judicium; justiusque illud quam tremendum; eaque forsitan ratione tremendum magis formidolosiusque quod et justum; cunctaque in seipso sæcula, justa Dei concludat ac complectatur sententia. Quis ex medio ipsorum pectore erumpentia lamenta ac suspiria, ipsasque medullas attingentia ac amare depascentia viscera, secum animo reputans, sibi a lacrymis temperare possit? Quis nullo doloris sensu indeque orta mœstitia, planctum ejusmodi ac ululatum ferat; ac quibus ex animi pœnitudine verbis proferuntur, tum cujusque eorum qui in tormentis sunt ad seipsum, tum universorum ad universos?

Tunc enim sua quisque errata atque delicta vere agnoscet, cum res in seipsis nudæ apparebunt, atque ab omni deceptionis involucro immunes. Justum est, Deus, judicium tuum [v]: vocasti enim nos, et non obedivimus; sermones adhibuisti ac hortamenta, nec attendimus animum, sed consilia tua irrita fecimus; nec sermonibus tuis ac monitis auscultavimus. Idcirco juste in nos venit perditio et interitus et procella atque tribulatio. Et nunc invocamus te, neque exaudis; abs te misericordiam quærimus, et non invenimus; nam neque nos obaudivimus sermones tuos, vel proximo misericordiam impendimus. Qui enim sapientiam odio habuimus, nec timorem Domini elegimus, aut Dei consiliis attendere animum voluimus, ejuscemodi seminum nostrorum fructus legimus, nostraque dementia saturamur: **214** Excæcavit enim nos error sæculi, nec Dei mysteria cognovimus; neque futuram omnino bonorum mercedem sperāvimus. Idcirco *in semitis iniquitatis lassati sumus, ac deserta inaccessa ambulavimus* (divina nempe inspectione destituta loca), *viam autem Domini non cognovimus* [x]. Nunc vero *quid nobis superbia profuit? quid divitiæ contulerunt cum jactantia conjunctæ? Transierunt illa omnia tanquam umbra, et tanquam nuntius prætercurrens; et ut navis, quæ fluctibus agitatum transmittit æquor; cujus cum transierit, vestigium nullum inveniri queat, nec ejus carinæ semita in fluctibus; aut sicut avis cum transvolaverit aera, cujus nullum itineris indicium occurrit* [x']. Transierunt illa omnia, hoc nobis igne hæreditario jure relicto, in sempiternum mansuro.

Justum est Deus, judicium tuum (nec enim unquam eadem loqui jam cessabimus). Vocabamur, nec obaudiebamus; corripiebamur, nec animum attendebamus [y]. Hæc quotidie mala ac cruciatus docebamur, ac quæ dicebantur spernebamus. Ne vel minimum doloris sensum tum verba ingerebant, alioqui non sic modo res atroci dolore cruciarent. Insania nobis videbantur, quæ nunc nostram constringunt vitam, cum illa crebrius occinerentur. O segnitiem! o errorem! o mala consilia! o mala

λῆς ἐκδέχεσθαι προσδοκίαν, ἐξειπεῖν ἐστιν ἱκανός; Τελευταῖον γὰρ καὶ μόνον, καὶ φοβερὸν ἐκεῖνο καὶ δίκαιον ὡς ἀληθῶς ἐστι τὸ κριτήριον, καὶ δίκαιον πλέον ἢ ὅσον ἐπίφοβον, καὶ διὰ τοῦτο τυχὸν φοβερώτερον, ὅτι καὶ δίκαιον· καὶ πάντας ἑαυτῷ κατὰ τὴν δικαίαν τοῦ Θεοῦ ψῆφον τοὺς αἰῶνας ἐναποκλεῖον. Τίς τὰς οἰμωγὰς καὶ τοὺς στεναγμοὺς τοὺς ἐκ μέσης αὐτῶν προφερομένους τῆς καρδίας, καὶ αὐτῶν καθαπτομένους τῶν μυελῶν, καὶ πικρῶς τὰ σπλάγχνα καταδάκνοντας ἐπὶ νοῦν, λαβὼν, δακρύων ἐλεύθερος εἶναι δυνήσεται; Τίς τὸν θρῆνον καὶ τὸν ὀλοφυρμὸν ἐνέγκῃ χωρὶς ὀδύνης καὶ τῆς ἐπ' αὐτῇ κατηφείας, καὶ μεθ' οἷων προφερομένους τῶν ἐκ μεταμελείας λόγων, τῶν τε πρὸς ἑαυτὸν ἑκάστου τῶν κολαζομένων, καὶ πάντων πρὸς ἅπαντας;

Τότε γὰρ ἀληθὴς ἐπιγνώμων τῶν ἑαυτοῦ πταισμάτων καθέστηκεν ἕκαστος, ὅταν ἐφ' ἑαυτῶν γυμνὰ φανῶσι τὰ πράγματα, καὶ παντὸς καλύμματος ἀπάτης ἐλεύθερα. Δικαία ἡ κρίσις σου, ὁ Θεός· ἐκάλεις γὰρ ἡμᾶς, καὶ οὐχ ὑπηκούομέν σου· λόγους δὲ παρεῖχες ἡμῖν, καὶ οὐ προσείχομεν, ἀλλ' ἀκύρους ἐποιοῦμεν τὰς σὰς βουλάς· τοῖς δὲ σοῖς λόγοις οὐ προσείχομεν. Τοιγαροῦν δικαίως ἦλθεν ἐφ' ἡμᾶς ἀπώλεια, καὶ ὄλεθρος, καὶ καταιγὶς, καὶ θλῖψις, καὶ πολιορκία· καὶ νῦν ἡμεῖς ἐπικαλούμεθά σε, καὶ οὐκ εἰσακούεις· ζητοῦμεν παρὰ σοῦ, καὶ οὐχ εὑρίσκομεν ἔλεος· οὐδὲ γὰρ ἡμεῖς εἰσηκούσαμέν σου τῶν λόγων· οὐδὲ τῷ πλησίον ἐποιήσαμεν ἔλεος. Οἱ γὰρ μισήσαντες σοφίαν, καὶ τὸν φόβον Κυρίου μὴ προελόμενοι, μηδὲ θελήσαντες Θεοῦ προσέχειν βουλαῖς, τοιούτους δρεπόμεθα τῶν οἰκείων σπερμάτων τοὺς καρποὺς, καὶ τῆς ἑαυτῶν ἀνοίας ἐμπιπλώμεθα. Ἀπετύφλωσε γὰρ ἡμᾶς ἡ ἀπάτη τοῦ βίου, καὶ οὐκ ἐγνωμεν μυστήρια Θεοῦ· οὐδὲ μισθὸν εἶναι τὸ σύνολον ἠλπίσαμεν ὁσιότητος. Διὰ τοῦτο *τρίβοις ἀνομίας ἐνεπλήσθημεν, καὶ διωδεύσαμεν ἐρήμους ἀδάτους*, δηλαδὴ θείας ἐπισκοπῆς, *τὴν δὲ ὁδὸν Κυρίου οὐκ ἐγνωμεν*. Καὶ νῦν *τί ὠφέλησεν ἡμᾶς ἡ ὑπερηφανία, καὶ τί ὁ πλοῦτος μετὰ ἀλαζονείας συμβέβληται ἡμῖν; Παρῆλθεν ἐκεῖνα πάντα, ὡς σκιὰ, καὶ ὡς ἀγγελία παρατρέχουσα, καὶ ὡς ναῦς διερχομένη κυμαινόμενον ὕδωρ· ἧς διαβάσης οὐκ ἔστιν ἴχνος εὑρεῖν, οὐδὲ ἀτραπὸν τρόπεως* [τρόπιος] *αὐτῆς ἐν κύμασιν· ἢ ὡς ὀρνέου διαπτάντος ἀέρα, οὐθὲν εὑρίσκεται τεκμήριον πορείας*. Παρῆλθεν ἐκεῖνα πάντα, τοῦτο τὸ πῦρ ἡμῖν ἀφέντα κληρονομίαν, εἰς πάντας διαμένουσαν τοὺς αἰῶνας.

Δικαία ἡ κρίσις σου, ὁ Θεός· τὰ αὐτὰ γὰρ λέγοντες οὐδέποτε λοιπὸν παυσόμεθα· ἐκαλούμεθα, καὶ οὐχ ὑπηκούομεν· ἐνουθετούμεθα, καὶ οὐ προσείχομεν. Περὶ τούτων καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐδιδασκόμεθα τῶν δεινῶν, καὶ κατεφρονοῦμεν τῶν λεγομένων. Οὐκ ἐλύπει ἡμᾶς τότε κἂν μικρὸν τὰ περὶ τούτων ῥήματα· ἐπεὶ οὐκ ἂν νῦν σφοδρῶς οὕτως ἐλύπει τὰ πράγματα· λῆρος ἡμῖν ἐνομίζετο τὰ νῦν ἡμῶν συνέχοντα τὴν ζωὴν, τότε συχνῶς ἐπᾳδόμενα. Ὦ τῆς ῥᾳθυμίας! ὦ τῆς ἀπάτης! ὦ τῶν κακῶν

[v] Psal. cxviii, 137. [x] Sap. v, 7. [x'] ibid. 8-10. [y] Prov. i, 24.

Digitized by Google

βουλευμάτων! ὦ τῶν πονηρῶν συναλλαγμάτων! ὦ τοῦ θαύματος τῆς ἐπὶ τούτοις δικαίας τοῦ Θεοῦ περὶ ἡμᾶς ἀποφάσεως! Πῶς ἑκάστου τῶν ἡμετέρων ἁμαρτημάτων εἶδους πρόσφορον ἡμῖν ἀντέδωκε βάσανον. Δι' οἰκτρὰν γὰρ καὶ ἀπόπτυστον σαρκὸς ἡδονὴν, ταύτην ἔχειν τὴν φοβερὰν δικαίως κατεδικάσθημεν γέενναν. Τὸν ζόφον καὶ τὸ σκότος τοῦτο τὸ φρικτὸν οἰκεῖν κατεκρίθημεν, ἐπειδήπερ ἠγαπήσαμεν πάντα τὰ αἰσχρὰ, καὶ θεάματα καὶ ἀκούσματα καὶ ῥήματα· καὶ πάντων ὁμοῦ τῶν θείων ἀγαθῶν, τὰ ἱππικὰ καὶ τὰ θέατρα καὶ τὰ κυνηγέσια προετιμήσαμεν· ἐν οἷς δαιμόνων ἐχόρευον δῆμοι, καὶ πᾶσα θεία δι' ἀγγέλων ἀπῆν ἐπισκοπὴ καὶ ἐπίγνωσις· ἔνθα τὸ μὲν σεμνὸν τῆς σωφροσύνης πολλοῖς καθυβρίζετο τρόποις· τὸ δὲ τῆς ἀκολασίας κακόν τε καὶ βδελυρὸν περιφανῶς ἐσεμνύνετο. Δικαίως τοῦ φωτὸς ἐστερήθημεν νῦν, ὅτι πρὸς δόξαν τοῦ πεποιηκότος Θεοῦ τὴν κτίσιν κατὰ τὴν πρόσκαιρον ἡμῶν ζωὴν οὐκ ἐθεασάμεθα· ἀλλ' ἐμολύναμεν τοὺς ὀφθαλμοὺς ἡμῶν καὶ τὰ ὦτα καὶ τὴν γλῶσσαν· μᾶλλον δὲ διὰ τούτων τὴν κατ' εἰκόνα Θεοῦ γεγενημένην ψυχὴν πᾶσι τοῖς τῷ Θεῷ μισουμένοις θεάμασί τε καὶ ἀκροάμασι, καὶ ῥήμασι, καὶ ταῖς κατ' ἀλλήλων βασκανίαις ἐφθείραμεν. Εἰς δὲ τὸν τάρταρον κατερρίφημεν, πήξει καὶ βυθῷ κατὰ ταυτὸν τρυχώμενοι δεινῶς· ἐπειδὴ τῆς μὲν ὑψηλῆς, καὶ τῶν ὑψηλῶν καὶ θείων προξένου ταπεινοφροσύνης προεκρίναμεν τὴν ὑπερηφανίαν· καὶ τὸ τῆς ἀρετῆς στερρόν τε καὶ σύντονον διὰ τὴν τῆς σαρκὸς ὑπερβάλλουσαν θρύψιν τε καὶ διάχυσιν ἀπεωσάμεθα. Ποῦ νῦν ἡμῶν ἐστιν ἡ ὑπερηφανία, καὶ ἡ δι' αὐτὴν ἀλαζὼν πρὸς πάντας διάθεσις, καὶ ἡ τῆς σαρκὸς βλακώδης καὶ εὐδιάχυτος θρύψις; Ὦ τῆς ἀβουλίας! Ἀντὶ γέλωτος ἀκρατοῦς, καὶ τοῦ ἀκολάστου ψόφου τῶν παρειῶν, ὁ βαρὺς οὗτος βρυγμὸς ἐστιν ἡμῖν τῶν ὀδόντων. Τὴν τῶν θείων τε καὶ σωτηρίων λόγων ἀσκῆσαι μάθησιν μὴ βουληθέντες, ἀλλὰ μέθης ἀμετρίαν τῆς διὰ λόγου θείας προτιμήσαντες αἰνέσεως, δεινῶς κολαζόμεθα νῦν, τῆς γλώσσης δίψῃ φοβερᾷ διακαιομένης. Ἄξιον δὲ καὶ τοῦ πρὸς τοὺς ἀδελφοὺς ἡμῶν μίσους, φθόνου τε καὶ δόλου καὶ ὑποκρίσεως, ἐξ ὧν καὶ δι' ὧν ὁ φόνος, λοιδορίας τε καὶ συκοφαντίας; καὶ μνησικακίας καὶ ψεύδους καὶ ἐπιορκίας δρεπόμεθα καρπὸν, τοῦτον τὸν ἀκοίμητον σκώληκα, τὸ βάθος ἡμῶν τῆς ψυχῆς ἀκορέστως ἐσθίοντα. Ἐπειδὴ τῆς ἀγάπης τὸ εὐθὲς διαστρέψαντες, ἐσκολιώσαμεν τὴν καρδίαν, καὶ τῆς ἀληθείας τὸ ἀπαθὲς διαφθείραντες, αὐτὴν ἐσκαμβώσαμεν· κακὸν διὰ μίσους ἑκουσίου, ἀκούσιον ἑαυτοῖς δημιουργήσαντες σκώληκα, καὶ πονηροτέραν σκαμβότητα διὰ ψεύδους ὀρύξαντες, δι' ἣν τῷ Θεῷ τῷ εὐθεῖ καὶ ὀρθῷ οὐχ ἡνώθημεν. Αὐτὸς γὰρ εἶπε διὰ τοῦ ἁγίου Δαβὶδ τοῦ προφήτου, *Οὐκ ἐκολλήθη μοι καρδία σκαμβή*.

commercia! o miraculum justæ in nos hinc Dei sententiæ! Quomodo uniuscujusque nobis commissorum nomine, ac pro cujusque genere delictorum, congruam pœnæ vim rependit! Ob misellam enim ac abominabilem carnis libidinem, huic merito tremendæ gehennæ addicti sumus. Caliginoso horrendoque tenebrarum harum damnati sumus hospitio ac ergastulo, idcirco quia turpia omnia dileximus, et spectacula et auditiones et verba; cunctisque divinis bonis circenses ludos, spectacula venationum ludicra, præhabuimus; in quibus scilicet dæmonum populi tripudiabant, divinaque omnis per angelos inspectio ac agnitio exsulabat: ubi castitatis honestas multis modis deturpabatur; luxuriæ vero nefas ac abominatio magnifice omnique splendore honestabatur. Juste nunc luce privati sumus, quod per temporaneæ hujus vitæ usuram, illaque superstite, creaturam haud aspeximus, ad ejus qui condidit, gloriam; sed oculos nostros, auresque fœdavimus et linguam; quin et per illa, animum, ad Dei **215** imaginem conditum, cunctis Deo exosis spectaculis, auditionibusque ac verbis, necnon mutua aliorum in alios invidia, corrupimus. In tartarum projecti sumus, ut simul quo loco deflixi sumus, ejusque profundo dire cruciemur; idcirco nimirum quod sublimi, sublimiumque ac divinorum conciliatrici modestiæ (id est, humilitati) superbiam prætulimus; virtutisque districtionem ac tenorem præ carnis exsuperanti mollitie ac luxuria repulimus. Ubi nunc nobis superbia, ac quo fastu ea tumebamus, arrogans in omnes animi affectio, mollisque ac dissoluta carnis lascivientis libido? O consilii inopiam! Pro effusiore risu ac buccarum luxurioso strepitu hic nobis gravis dentium stridor provenit. Qui divinorum salutariumque sermonum disciplinam colere noluimus, sed divinas oris cantico laudes, ebrietatis intemperantiæ posthabuimus, dire nunc exurente linguam horrenda siti cruciamur. Sed et ejus, quo fratres nostros prosecuti sumus, odii invidiæque et doli et simulationis (ex quibus ac per quæ homicidium) detractionisque et calumniæ et rancoris (seu simultatis) et mendacii et perjurii, dignum legimus fructum; hunc scilicet insoporabilem vermem, qui insatiabili morsu animi sinum exedit ac depascitur; idcirco nimirum, quod dilectionis rectitudinem pervertentes, cor nobis obliquum fecimus; illibatamque veritatem corrumpentes, depravavimus; ipsi nobis spontaneo odio, non spontanei mali (vermis scilicet) pejorisque mendacii fraude pravitatis opifices: quo factum est ut Deo qui rectus ac directus sit, minime uniremur. Ipse enim sancti prophetæ Davidis verbis ait: *Non adhæsit mihi cor pravum* [2].

Ἄξια τοιγαροῦν ὧν ἐπράξαμεν ἀπολαμβάνομεν· μᾶλλον δὲ, τῆς οἰκείας κατὰ πρόθεσιν διαθέσεως ἄξια κομιζόμεθα τὰ ἐπίχειρα· πυρὸς ἡδονῆς, πῦρ γεέννης· καὶ σκότους ἀγνοίας καὶ ἀπάτης προσκαί-

Dignam itaque eorum, quæ gessimus, mercedem recipimus: quinimo, nostræ secundum propositum animi affectionis ac voluntatis digna præmia reportamus; ignis luxuriæ, gehennæ incendia;

[2] Psal. c, 3.

Digitized by Google

tenebrarum ignorantiæ errorisque temp anei, æternas tenebras; vermem ultorem ac insoporabilem, vermis illius qui odii ac mendacii labe in obliquum pravumque cor vertit; luxuriosi genarum crepitus ac cachinnationis, strepitum ac stridorem dentium; inanis superbiæ celsitatis ac diffusionis, ruinam immensamque voraginem, ac pavoris tristitiam. Atque, ut summa dicam, cujusque eorum quæ sponte mala admisimus, **216** quæ quemque deceat invitis illatam cruciationem juste recipimus. O nostram miserandam sortem! Quid nos, miseri, carnis incendia jejuniis ac vigiliis, divinarumque Scripturarum meditatione (quibus id præclare facileque præstandum erat) non exstinximus et nos igni hoc torrendos servavimus? Quidni ea naturæ rationibus, oculos, aures, linguam, videre, audire, loqui assuefecimus, ne hac nunc caligine durissimoque silentio damnati ageremus; sed nos quoque sanctorum collegio, Dei luce, sermone, sapientia (quippe qui divinæ gloriæ spectatores, auditoresque atque cantores seu laudatores fuissemus) frueremur? Si modo charitatis ope, qui a voluntate est, odii vermem exstinxissemus, luceque veritatis mendacium abolevissemus, a verme hoc qui nunc exurit, malisque reliquis, quæ vitam nostram obsæpiunt, immunes essemus. Justum Dei judicium. Non invenimus, quod quærere non studuimus. Non aperitur nobis janua regni cœlorum, quia virtutum januam actionis cultu non pulsavimus. Sempiterna bona fruenda non nanciscimur, quod scientiæ gratiam precibus non petiimus. Nullo enim divinorum amore tenebamur, sed qui terrenis devinctam mentem haberemus, totam cum eis vitam nostram corrupimus. Ac quidem illa omnia velut fumus evanuerunt ac transierunt; quæ vero illorum causa irrogatur pœna, semper manet nunquam transitura.

Atque hæc quidem illi, ex suis tormentis, divinæ justitiæ vim (qua ejus ignorantia tenebantur) edocti, ut rudi quasi delineatione complectar, alii aliis forsitan colloquentur; me autem misero quid flet? Quibus nixus operum meritis fore sperem, ut a tremenda damnatione eripiar, qui omnis expers virtutis ac scientiæ exsistam? Vereor ne vinctis manibus et pedibus in terram caliginosam et tenebrosam projiciar; in terram æternarum tenebrarum, ubi non est videre splendorem nec vitam hominum, velut scilicet, qui servientes actioni animæ vires sponte vitiis perturbationibusque devinxerim, atque a divino cursu evangelicæ institutionis

A ρου, σκότος αἰώνιον· καὶ σκώληκα κολαστικὸν καὶ ἀκοίμητον, σκώληκος τοῦ διὰ μίσους καὶ ψεύδους τὴν καρδίαν σκολιώσαντός τε καὶ σκαμβώσαντος· καὶ ψόφου παρειῶν ἀσελγοῦς καὶ βράσματος, ψόφον καὶ ὀδόντων βρυγμόν· καὶ ὕψους ὑπερηφανίας μεταΐας καὶ διαχύσεως, πτῶσιν καὶ βάθος ἀχανὲς, καὶ στυγνότητα πτήξεως (c). Καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, ἑκάστου τῶν ἑκουσίων ἡμῶν κακῶν, τὴν ἑκάστῳ πρόσφορον ἀκούσιον τιμωρίαν δικαίως ἀντιλαμβάνομεν. Ὦ τῆς ἐλεεινότητος ἡμῶν! Τί ἡμᾶς τοὺς ἀθλίους, μὴ κατασβέσαι τὸ πῦρ τῆς σαρκὸς διὰ νηστείας καὶ ἀγρυπνίας, καὶ τῆς τῶν θείων λόγων μελέτης, καλῶν ὄντων καὶ εὐμαρῶν τοῦ πυρὸς σβεστηρίων, καὶ μὴ τούτῳ νῦν τῷ πυρὶ τηγανίζεσθαι; Τί μὴ κατὰ φύσιν ὁρᾷν τε καὶ ἀκούειν καὶ λαλεῖν, τοὺς ὀφθαλμοὺς
B καὶ τὰ ὦτα καὶ τὴν γλῶτταν εἰθίσαμεν, ἵνα μὴ τοῦτον εἴχομεν νῦν τὸν ζόφον, καὶ τὴν βαρυτάτην σιγήν· ἀλλὰ καὶ ἡμεῖς τοῦ φωτὸς καὶ τοῦ λόγου καὶ σοφίας τοῦ Θεοῦ μετὰ τῶν ἁγίων ἀπηλαύομεν, ὡς τῆς θείας γενόμενοι δόξης θεαταὶ καὶ ἀκουσταὶ καὶ ὑμνῳδοί; Εἰ δι' ἀγάπης τὸν ἑκούσιον τοῦ μίσους ἐνεκρώσαμεν σκώληκα, καὶ δι' ἀληθείας τὸ ψεῦδος ἠφανίσαμεν, νῦν ἂν τούτου τοῦ καυστικοῦ καθειστήκαμεν ἐλεύθεροι σκώληκος, καὶ τῶν λοιπῶν ὅσα ἡμῶν νῦν συνέχει δεινὰ τὴν ζωήν. Δικαία ἡ κρίσις τοῦ Θεοῦ. Οὐχ εὑρίσκομεν, ὅπερ μὴ ἐζητήσαμεν. Οὐκ ἀνοίγεται ἡμῖν ἡ θύρα τῆς βασιλείας τῶν οὐρα-
· νῶν, ἐπειδὴ τὴν θύραν τῶν ἀρετῶν διὰ πράξεως οὐκ ἐκρούσαμεν· οὐ λαμβάνομεν τῶν αἰωνίων ἀγα-
C θῶν τὴν ἀπόλαυσιν, ἐπειδὴ δι' εὐχῆς τὴν χάριν τῆς γνώσεως οὐκ ἠτήσαμεν. Οὐδένα γὰρ τῶν θείων ἔσχομεν ἔρωτα, ἀλλὰ τοῖς γηΐνοις τὸν νοῦν καταδήσαντες, πᾶσαν αὐτοῖς ἡμῶν συνεφθείραμεν τὴν ζωήν. Κἀκεῖνα μὲν πάντα καπνοῦ δίκην ἀφανισθέντα παρῆλθεν, ὁ δὲ τῆς ἐπ' αὐτοῖς δίκης λόγος μένει διὰ παντὸς ἀπαρόδευτος.

Καὶ ταῦτα μὲν ἐκεῖνοι, τῆς θείας δικαιοσύνης μεταμανθάνοντες ἐξ ὧν πασχουσι τὴν δύναμιν, ὡς τύπῳ περιλαβεῖν, ἀλλήλοις τυχὸν διαλεχθήσονται· ἐγὼ δὲ τίς γένομαι ὁ τάλας; Τίσιν ἐρειδόμενος πράξεσιν, ἐλπίσω τῆς φοβερᾶς ἐξαιρεθῆναι κατακρίσεως, πάσης ἀρετῆς καὶ γνώσεως ὑπάρχων ἔρημος; Δέδοικα μὴ δεθεὶς χεῖρας καὶ πόδας, ῥιφῶ εἰς γῆν
D γνοφερὰν καὶ σκοτεινὴν, εἰς γῆν σκότους αἰωνίου, ἔνθα οὐκ ἔστι φέγγος, οὐδὲ ὁρᾷν ζῳὴν βροτῶν· ὡς δήσας τοῖς πάθεσιν ἑκουσίως τὰς πρακτικὰς τῆς ψυχῆς δυνάμεις, καὶ ἀπὸ τοῦ θείου δρόμου τῆς εὐαγγελικῆς πολιτείας κωλύσας τῆς ψυχῆς τὰ διαβήματα. Οἴμοι τῆς φοβερᾶς αἰσχύνης, τῆς μηδέποτε πέρας

NOTÆ.

(c) *Καὶ στυγνότητα πτήξεως.* Hanc Veneti codicis lectionem merito præfero, quod ea sensus expeditus, nec sic dicta πτῆξις a carceris infernalis pœna abhorreat. Nam τὸ πτήσσειν, proprie dici volunt de animantibus, quæ conspecto hoste prodire non audent, sed præ metu in loco aliquo apto ad latitandum se contrahunt. Habet et vim quamdam cessandi, quod qui metu comprimuntur, nec movere se, nec mussitare audent. Sic itaque in inferni barathro pavidi semper reprobi, quæ illis tristitia maxima et mœror. Τὸ πήξεως, communius est, magisque respiciat inanima; nec tam στυγνότητα legendum, quam στενότητα· ut fixæ tartari angustiis moræ injucunditas designaretur; quod voluisse videbatur Dufrenii Antiquarius in illa voce parum depravata, στεγνότητα, non explicato motu proprio viventium, ex mali imminentis cum stupore certa exspectatione.

Digitized by Google

ἐχούσης, εἰ μὴ μεταβαλὼν, τῶν πολλῶν μου κακῶν ἐλεύθερος γένομαι. Οἴμοι τοῦ κλαυθμοῦ, καὶ τῶν πικρῶν δακρύων, καὶ τοῦ βρυγμοῦ τῶν ὀδόντων, εἰ μὴ νήψας κἂν ὀψέ ποτε τὸν βαθὺν ὕπνον τῆς ῥᾳθυμίας ἀποτινάξωμαι, καὶ τὸ ῥυπαρὸν ἔνδυμα τῆς ἁμαρτίας ἐκδύσωμαι. Ἀντὶ φωτὸς, σκότος· ἀντὶ χαρᾶς, λύπη· ἀντὶ ἀνέσεως, κλασις καὶ στενοχωρία μετ' ἀλλήλων ὑποδέξονται. Καὶ τὸ δὴ πάντων ἐλεεινότερον, ἢ βαρύτερον εἰπεῖν ἀληθέστερον, ὃ καὶ λέγων μόνον ὀδυνῶμαι· πόσῳ γε μᾶλλον πάσχων (Ἀλλὰ σῶσον ἡμᾶς ταύτης τῆς ὀδύνης) ὁ τοῦ Θεοῦ καὶ τῶν ἁγίων αὐτοῦ δυνάμεων χωρισμός· καὶ ἡ πρὸς διάβολον, καὶ τοὺς πονηροὺς δαίμονας οἰκείωσις εἰς ἀεὶ διαμένουσα· καὶ τὴν ἐκ τούτων ἐλευθερίαν τῶν δεινῶν ἀπροσδόκητον ἔχουσα. Οἷς γὰρ κατὰ τὸν αἰῶνα τοῦτον διὰ τῶν ἐπιτηδευμάτων ἡμῶν τῶν πονηρῶν συνεῖναι κατὰ θελητὸν γνωμικῶς ἐπελεξάμεθα, σὺν τούτοις εἰκότως ἐξ ἀνάγκης εἶναι κατὰ τὸν αἰῶνα τὸν μέλλοντα καὶ μὴ θέλοντες καταχριθησόμεθα. Καὶ ἔστι πάσης κολάσεως κολαστικώτερόν τε καὶ δεινότερον, τὸ διὰ παντὸς συνεῖναι τοῖς μισοῦσι καὶ μισουμένοις, καὶ βασάνων χωρὶς, μὴ ὅτιγε σὺν ταύταις· κεχωρίσθαι δὲ τοῦ ἀγαπῶντός τε καὶ ἀγαπωμένου. Θεὸς γὰρ οὔτε μισεῖται· κρίνων δικαίως ὑπὸ τῶν κρινομένων, κατὰ φύσιν ἀγάπη καὶ ὢν καὶ καλούμενος· οὔτε μισεῖ τοὺς κρινομένους· πάντως γὰρ φύσιν ὑπάρχει πάθους ἐλεύθερος.

animi gressus prohibuerim. Heu tremendam confusionem, nullum unquam finem habituram, nisi mutatis vitæ rationibus, a multis meis malis me ipse expediam! Heu fletum amarasque lacrymas ac stridorem dentium, nisi **217** tandem aliquando sobrius vigilansque altum pigritiæ soporem excussero, sordidumque peccati indumentum exuero. Pro luce, tenebrarum obscuritas; pro gaudio, tristitia et dolor; pro remissione, cruciatio et angustia ne omnino suscipient. Quodque omnibus miserabilius est, sive, ut verius dicam, molestius atque gravius, cujus vel mentio dire cruciat; quanto magis nos cruciabit (propitius esto, Christe, nosque ab hoc dolore ac cruciatu serva!) quæ a Deo sanctisque ejus virtutibus est separatio; ac cum diabolo ejusque nequissimis dæmonibus in sempiternum duratura necessitudo; quodque ab his nulla sit exspectanda liberatio. Quibuscum per hujus vitæ tempus decurrente sæculo, pravis studiis nostris voluntate animique arbitrio versari elegimus, cum illis ut versemur necessario vel inviti futuro illo ævo damnabimur. Omnique durius cruciatu ac acerbius est, vel sine tormentis, ut cum illis perpetuo agas, qui oderunt odioque habentur; nedum cum tormentis obnoxius sis; atque ut divortio ab eo separeris, qui et diligit et diligitur. Deus enim, nec cum judicat, juste iis odio habetur, quos judicio ferit, qui ipsa per naturam dilectio seu charitas sit et dicatur; neque vere ipse eos qui judicantur odit, quippe qui ab omni natura immunis affectu exsistit.

Ταῦτα κατ' ἀλήθειαν ἀψευδῶς ἔσεσθαι πιστεύοντες, ἠγαπημένε, μὴ ἀμελήσωμεν ἑαυτῶν· ἀλλὰ σπουδῇ πάσῃ, καθ' ὅλην τὴν δύναμιν, ὡς ἔχομεν καιρὸν, τὸν πλάνον φύγωμεν κόσμον καὶ κοσμοκράτορα. Παρέρχεται γὰρ, καὶ τὰ ἐν αὐτῷ πάντα μαραίνεται. Ἔσται γὰρ ὡς ἀληθῶς, ἔσται καιρὸς, ὅτε φοβερά τις βοήσει σάλπιγξ, ξένην ἠχοῦσα φωνὴν, καὶ τὸ πᾶν τοῦτο λυθήσεται, διαπίπτον τῆς ἐν αὐτῷ νῦν ὁρωμένης διακοσμήσεως. Καὶ ὁ μὲν φαινόμενος κόσμος παρελεύσεται, τὴν οἰκείαν λαμβάνων συντέλειαν· ὁ δὲ νῦν κρυπτόμενος τῶν νοητῶν φανήσεται κόσμος, ὀφθαλμοῖς καὶ ἀκοαῖς καὶ διανοίαις ξένα παντάπασι κομίζων μυστήρια. Καὶ ἡ μὲν σάλπιγξ κατὰ τὸ θεῖον βοῶσα πρόσταγμα, τὰς ἀπείρου ὑφὲν, καὶ ἀθρόως τῶν ἀνθρωπίνων σωμάτων μυριάδας, ὡς ἐξ ὕπνου τινὸς ἀναστήσει τοῦ θανάτου, πρὸς ἐξέτασιν ἄγουσα· ὁ δὲ Θεὸς δικαίας ἑκάστῳ πρὸς ἃ διὰ τοῦ σώματος ἔπραξεν, εἴτε καλὸν, εἴτε φαῦλον, καταξίαν τὰς ἀμοιβὰς ἀποδίδωσιν, μέγαν καὶ φοβερὸν καὶ ἔσχατον πᾶσι τοῖς οὖσι διδοὺς συγκλεισμόν. Ἀλλὰ γένοιτο πάντας ἡμᾶς, τόν τε σωτήριον τῆς γεέννης φόβον, καὶ τὸν τίμιον πόθον τῆς τῶν οὐρανῶν βασιλείας (ταυτὸν δὲ κυρίως ἐπ' ἀμφοτέρων εἰπεῖν ἐστι, Θεοῦ πᾶσι πάντα γινομένου τε καὶ λεγομένου· καθὼς ἕκαστος ἔχει κακίας ἢ ἀρετῆς ποιότητος) πρὸ ὀφθαλμῶν ἀδιαστάτως ἔχειν· τὸν μὲν φόβον, παντελῆ τῶν κακῶν ἡμῖν ἀποχὴν

Qui hæc reipsa futura, dilecte, credamus, ne ipsi nos negligamus; sed omni diligentia, quanta facultas est, nec deest occasio, seductorem mundum mundique rectorem, fugiamus. Transit enim mundus, et quæ in eo sunt universa marcescunt. Erit enim, erit vere tempus, cum clanget formidolosa tuba [a], inauditam ac stupendam insonans vocem; rerumque hæc universitas solvetur; quidquid in ea nunc conspicui ornatus est, amittens. Ac quidem mundus hic omnis ob oculos positus transibit, suam nactus consummationem; qui vero nunc occultus est spiritalium conspicietur mundus, oculis, auribus, mentibus, nova prorsus ac inaudita mysteria ingerens. Ac quidem tuba divino jussu, simul ac repente, quasi a somno quodam, innumeras a morte suscitabit humanorum corporum myriadas, ad judicii examen ac cognitionem trahens; Deus autem, juste singulis prout gesserunt per corpus, sive bonum, sive malum, ex meriti ratione mercedem reddet [b]; magno tremendoque atque extremo **218** compendio cuncta concludens. Faxit vero Deus, ut cuncti nos, et salutarem gehennæ metum, et præclarum regni cœlorum amorem ac desiderium (quodque idem verum dictu sit in utrisque, Dei, qui omnia omnibus fit atque dicitur, prout quisque vitii aut virtutis imbutus qualitate est) ob oculos semper habeamus: metum quidem, quo a

[a] I Cor. xv, 52. [b] II Cor. v, 10.

Digitized by Google

malis prorsus abstineamus, ab eisque cessationem nobis indicamus; amorem vero ac desiderium, quo abunde ad bonorum opera hilari animo defungenda impellamur.

Hæc mihi ad te profecta sunto, benedicte, exiguo egenoque dilectionis indicia, ut quibus bonis præditus es, diligentem curam ac cautelam adhibeas; quam et illi oppido necessariam arbitror, qui velut tu ipse, omni virtutum ornatu fulgeat. Non enim alia ratio est, qua juste pro tantis in me tuis muneribus vicem reddere valeam, quam sic statuendo atque mandando. Mecum vero omnes vere unanimiter, qui tuo munere atque gratia hanc provinciam incolunt, venerandi Patres salutant, diu noctuque jugiter cum lacrymis Deo supplicantes, ut sanus et incolumis noster nobis restituatur Georgius, vere ille aspectu dulcis et nomine; ut cum illo, tum præsentem vitam innoxie decurramus, tum futura gratia clementissimi Dei bonorumque largitoris potiamur; intercedente pro nobis, Deumque nobis propitium reddente sanctissima gloriosa Domina nostra Dei Genitrice semper virgine Maria, cum omnibus sanctis. Amen.

A καὶ ἀργίαν ποιοῦντα· τὸν δὲ πόθον, κατὰ περισσίαν καὶ εἰς τὰς τῶν ἀγαθῶν πράξεις ἱλαρῶς προτρεπόμενον.

Ταῦτά σοι παρ' ἐμοῦ τοῦ μικροῦ καὶ πένητος, εὐλογημένε; τῆς ἀγάπης ἔστω τῆς πρὸς σὲ γνωρίσματα, φυλακῆς ἕνεκεν καὶ ἀσφαλείας τῶν προσόντων σοι καλῶν· ἧς χρῄζειν ὑπολαμβάνω, καὶ τὸν λίαν κατὰ σὲ ταῖς ἀρεταῖς διὰ πάντων κοσμούμενον. Οὐ γὰρ ἄλλως ἔχω σε δικαίως ἀμείψασθαι δυνηθῆναι, τῶν εἰς ἐμὲ πολλῶν σου καλῶν, ἢ κατὰ τοῦτον τὸν τρόπον διατιθέμενος. Σὺν ἐμοὶ δὲ γνησίως πάντες [18] ὁμοθυμαδὸν οἱ ταύτην διὰ σὲ παροικοῦντες τὴν χώραν τίμιοι Πατέρες ἀσπάζονται, νυκτὸς καὶ ἡμέρας ἀπαύστως μετὰ δακρύων τὸν Θεὸν ἱκετεύοντες, B ἀποκαταστῆσαι μεθ' ὑγείας ἡμῖν τὸν ἡμῶν Γεώργιον, τὸν ὄντως γλυκὺν καὶ ὁρώμενον καὶ ὀνομαζόμενον· ἵνα σὺν αὐτῷ τήν τε παροῦσαν ἀβλαβῶς διοδεύσωμεν ζωὴν, καὶ τῆς μελλούσης χάριτος τοῦ φιλανθρώπου Θεοῦ καὶ δοτῆρος τῶν ἀγαθῶν ἀπολαύσωμεν· πρεσβευούσης ὑπὲρ ἡμῶν, καὶ τὸν Θεὸν ἡμῖν ἱλεουμένης τῆς παναγίας ἐνδόξου Δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας, σὺν πᾶσι τοῖς ἁγίοις. Ἀμήν.

SCHOLIA.

1. Vide de humano principatu.

2. Quænam quærenda et volenda; ac quænam Deo permittenda.

3. Neque præesse neque subditum esse; nec divitiis opulentum, nec pauperie oppressum agere, voluntatis esse animique sententiæ; sed ejus, quæ cuncta regit, Providentiæ.

4. Definitio ejus quod in nobis est; id est, facultatis arbitrii.

5. Definitio ejus quod non est in nobis; sive eorum quæ libero arbitrio non subsunt.

6. Extrema vocat ortum et interitum; medium vero ortus et interitus, ipsum est quod oritur, in quo plerumque interitus ortum occupat, rem, cum necdum orta sit, interitione delens.

7. Qui sensuum libidini animum defixum habent, tametsi iis vacent affectibus atque vitiis, quæ sensus oblectant, haud tamen, inquit, salutem consequentur, quin perfecte ab ea in sensus libidine animum avocaverint; uti nec beatus Lot, nisi Sodomis exiisset, etsi non patrabat Sodomitarum nefanda, ignis de cœlo missi pœnam evasisset.

ΣΧΟΛΙΑ.

α'. Fr. Ὅρα περὶ ἀρχῆς ἀνθρωπίνης.

β'. Fr. Τίνα χρὴ ζητεῖν καὶ θέλειν· καὶ τίνα παραχωρεῖν τῷ Θεῷ.

C γ'. Ὅτι τὸ ἀρχεῖν καὶ ἄρχεσθαι, καὶ πλουτεῖν καὶ πένεσθαι, οὔτε φύσεώς ἐστιν, οὔτε γνώμης, ἀλλὰ τῆς ἀγούσης τὰ πάντα Προνοίας.

δ'. Ὅρος τοῦ ἐφ' ἡμῖν, ἤγουν τοῦ αὐτεξουσίου.

ε'. Ὅρος τοῦ οὐκ ἐφ' ἡμῖν, εἴτουν τῶν μὴ ὑπὸ τὸ αὐτεξούσιον.

ς'. Τὰ ἄκρα λέγει τὴν γένεσιν καὶ τὴν φθοράν, μέσον δὲ γενέσεως καὶ φθορᾶς ἐστι τὸ γενητόν· ἐφ' οὗ πολλάκις ἡ φθορὰ προλαμβάνει τὴν γένεσιν· ἅμα τῇ γενέσει περὶ τὸ γινόμενον συνεισιοῦσα, καὶ τὴν αὐτοῦ πρὶν γενέσθαι διαφθείρουσα σύστασιν [19].

ζ'. Οἱ τὴν ψυχὴν τῇ σχέσει τῶν αἰσθήσεων ἔχοντες, D προσηλουμένην, οὐ σώζονται, φησὶ, κἂν ἀργῶσιν ἀπὸ τῶν τερπόντων τὰς αἰσθήσεις παθῶν, εἰ μὴ τελείως τῆς πρὸς τὰς αἰσθήσεις σχέσεως τὴν ψυχὴν ἀποστήσωσιν· ὡς οὐδὲ ὁ μακάριος Λὼτ, εἰ μὴ ἐξῆλθε Σοδόμων, κἂν οὐκ ἐποίει τὰ Σοδομιτῶν, οὐκ ἂν διέφυγε τοῦ πυρὸς τὴν κατάβασιν.

219 II. — *Ejusdem ad Joannem cubicularium, de charitate.*

Qui sanctæ vos erga Deum et proximum charitatis, secundum gratiam, studiosissimus, Deo charis-

B'. — *Τοῦ αὐτοῦ πρὸς Ἰωάννην κουβικουλάριον (d), περὶ ἀγάπης.*

Τῆς πρὸς τὸν Θεὸν κατὰ χάριν καὶ τὸν πλησίον ἁγίας ἀγάπης ἀντεχομένους ὑμᾶς, θεοφύλακτοι, καὶ

[18] Nempe monachi in Africa hospites, cum per calumniam Georgius cessare jussus ac evocatus fuisset.
[19] Fr. πλάσιν.

NOTÆ.

(d) *Ἰωάννην κυβικουλάριον*. Plures Maximus ad Joannem hunc epistolas scripsit, quem inter primos in aula merentes, sibi vir sanctus serio de mereri studebat, ut esset laboranti Ecclesiæ fidei-

Digitized by Google

τοῖς καθήκουσι τρόποις ἐπιμελουμένους, καὶ ἤδη μὲν μαθὼν παρ' ἐμαυτοῦ παρὼν, καὶ ἀπὼν δὲ οὐχ ἧττον, εἰ μὴ καὶ μᾶλλον τοῦ παρεῖναι, τὸ πάσχειν ὅσα τῆς θείας ἀγάπης ἴδια καὶ ἔστι καὶ λέγεται, ἵνα καὶ τοῦτο θεῖον ἔχητε, τὸ κατ' ἀρετὴν ἀπερίγραφον καὶ ἀόριστον· τὸ μὴ παρόντας μόνον εὐεργετεῖν, ἀλλὰ καὶ ἀπόντας προθυμεῖσθαι, καὶ πολλῷ ἀπῳκισμένους τῷ τοπικῷ διαστήματι· καὶ τὴν εἰς μῆκος ταύτης ἐπίδοσιν ἑκάστοτε μανθάνων διὰ τῶν ἐνταῦθα παραγινομένων, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ διὰ τῶν τιμίων ὑμῶν συλλαβῶν, ὡς δι' ἐσόπτρου τὴν ἐμπρέπουσαν ὑμῖν τῆς θείας χάριτος μορφὴν εἰκονιζόμενος, εἰκότως χαίρω καὶ εὐφραίνομαι· καὶ εὐχαριστῶν ὑπὲρ ὑμῶν τῷ δοτῆρι τῶν ἀγαθῶν Θεῷ, καὶ μετὰ τοῦ ἁγίου Ἀποστόλου βοῶν οὐ παύομαι· *Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὁ εὐλογήσας ὑμᾶς ἐν πάσῃ εὐλογίᾳ πνευματικῇ ἐν τοῖς ἐπουρανίοις*· πεπεισμένος μάλιστα, καὶ γινώσκων τὴν ἁγίαν ὑμῶν ψυχὴν, τῆς ἐμῆς ἀθλίας ἐν πνεύματι δι' ἀγάπης ἀλύτως ἠρτῆσθαι, δεσμὸν φίλιον ἔχουσαν τὸν νόμον τῆς χάριτος, καθ' ὃν ἑαυτοῖς ἀοράτως με συνάπτοντες, συμφαιδρύνετε, τὸ ἐμὸν ἐκ τῆς ἁμαρτίας αἶσχος τῇ παραθέσει τῶν ἰδίων καλῶν ἀφανίζοντες. Οὐδὲν γὰρ ὄντως τῆς θείας ἀγάπης θεοειδέστερον, οὐδὲ μυστηριωδέστερον, οὐδὲ ἀνθρώποις πρὸς θέωσιν ὑψηλότερον· ὅτι πάντα ἐν ἑαυτῇ συλλαβοῦσα ἔχει τὰ καλὰ, ὅσα τῆς ἀληθείας ὁ λόγος ἐν ἀρετῆς εἴδει διέξεισι· καὶ πάντων ἀσχέτως τῶν ἐν κακίας εἴδει κατειλημμένων ἀπῴκισται, ὡς πλήρωμα νόμου καὶ προφητῶν (1)· οὗς διαδέχεται τὸ τῆς ἀγάπης μυστήριον, τὸ ἡμᾶς θεοὺς ἐξ ἀνθρώπων ποιοῦν, καὶ συντέμνον πρὸς τὸν καθόλου λόγον τῶν ἐντολῶν τοὺς μερικούς· ὑφ' οὗ πάντες κατ' εὐδοκίαν μονοειδῶς περιέχονται, καὶ ἐξ οὗ πολυτρόπως κατ' οἰκονομίαν ἐκδίδονται.

A simi, congruisque moribus illi serio cura impensos, tum jam ipse coram meoque experimento, tumque nihilominus absens (ni et ipsa exploratius absentia) noverim; quod reipsa obveniant quæcunque divinæ propria charitatis et sunt, et dicuntur; ut et divinum istud habeatis, quod incircumscripta nullisque angustata finibus virtute polleatis: ea scilicet ratione, quod non solum præsentes, sed et absentes, longioreque locorum intercapedine dissitos, demereri libentes studeatis; quique adeo, hancce charitatis quam longissime sese explicantis largitatem, per illos quotidie discam, qui ad has partes adventant: quin et per venerabiles vestras syllabas, velut speculi conspectu, elucentem in vobis divinæ gratiæ formam vivis expressam coloribus, mihi ipse animo contueri videar; merito gaudeo et lætor; B vestroque nomine Deo bonorum largitori gratias ex animo agens, non cesso clamare cum beato Apostolo: *Benedictus Deus et Pater Domini nostri Jesu Christi, qui benedixit vos in omni benedictione spiritali in cœlestibus* [c]; qui maxime certus sim, noverimque sanctam vestram animam a misella mea in spiritu per charitatem insolubili nexu pendere, amicitiæ vinculum legem gratiæ nactam; qua me vobis invisibiliter copulantes, una vobiscum lætificatis, meum ex peccato dedecus abolendo, bonorum vestrorum comparatione. Nec enim plane quidquam divina charitate deiformius, mysteriove abstrusius, vel hominibus ad deificationem sublimius; quod nimirum cuncta in se bona complectatur, quæcunque vera doctrina in virtutis censu C habet, longeque dissita sit ac absoluta ab iis omnibus, quæ in vitii genere continentur, ut quæ plenitudo legis sit et prophetarum [d]. His namque succedit charitatis mysterium; quod nos ex hominibus deos facit, singularesque mandatorum rationes in universalem summa contrahit, qua omnes uniformiter **220** secundum beneplacitum continentur, ac ex qua multifariam secundum dispensationem explicantur seu diducuntur.

Ποῖον γὰρ εἶδος τῶν ἀγαθῶν οὐ κέκτηται ἡ ἀγάπη; Οὐ πίστιν τὴν πρώτην τῶν κατ' εὐσέβειαν πραγμάτων ὑπόθεσιν, τὴν τὸν Θεὸν εἶναι καὶ τὰ θεῖα πληροφοροῦσαν τὸν ἔχοντα· καὶ πλέον ἢ ὅσον ὀφθαλμὸς ταῖς ἐπιφανείαις προσβάλλων τῶν αἰσθητῶν τὴν περὶ αὐτῶν τοῖς ὁρῶσι δόξαν παρέχεται; Οὐκ ἐλπίδα, τὴν ὑφιστῶσαν ἑαυτῇ τὸ ὄντως ὑφιστάμενον ἀγαθὸν, καὶ πλέον κατέχουσαν, ἢ ὅσον χεὶρ τὸ τῇ ἁφῇ ὑποπίπτον τῆς ὕλης παχύτατον; Οὐ τῶν πιστευθέντων τε καὶ ἐλπισθέντων δίδωσι τὴν ἀπόλαυσιν, δι' ἑαυτῆς ὡς παρόντα τὰ μέλλοντα κατὰ

Quotum enim bonorum genus, quod non habeat charitas? Nonne fidem, rerum ad pietatem spectantium primum argumentum, quæ scilicet ea præditum, Deum esse ac divina certiorem reddat; idque adeo majori certitudine ac persuasione, D quam rerum in sensum cadentium externam speciem attingens oculus, earum opinionem coram cernentibus præbeat? Nonne spem, quæ ipsa vere illud subsistens bonum, sibi ipsa subsistere faciat, ac quasi sistat adhibeatque ac magis teneat, quam manus mole crassius aliquid eorum quæ sub ta-

[c] Ephes. I, 3. [d] Rom. XIII, 10.

NOTÆ.

que præsidio. Quod sic absolute cubicularius dicitur, princeps videatur eorum, qui a sacro cubiculo erant, isque forsitan qui rem privatam curabat, ac quem communius παρακοιμώμενον Græci scriptores vocant: qui et quandoque vir integer erat. In hac de charitate epistola, vere maximum agit Maximus, ac nescio an divinius majorique emphasi de charitate ab ullo scribi possit, cujus vel maxime mysterium, non hic solum, verum etiam aliis passim locis vir sanctus mirifice detexit; ut qui alte animo eam imbibisset, Deique in ejus præcepto ac lege scopum apprime exploratum haberet; qui ipse totius dispensationis ac mysterii Christi scopus est: ut unum cum Deo, aliique cum aliis simus, vicissimque curemus ac curemur: quod ipsum in præcepto eleemosynæ, sequenti ad eumdem epistola, alte contemplatur.

Digitized by Google

ctum cadunt? Nonne quæ fide tenemus bona ac spe præsumimus, fruenda tribuit; quæ scilicet ipsa a se suoque munere, quæ sunt futura, ut præsentia amantis animi affectu habeat? Nonne primam virtutum sedem ac fundamentum, animi sensusque modestiam (id est, humilitatem) qua nos ipsos nosse possumus, vanumque superbiæ tumorem convellere? Nonne mansuetudinem, qua tum vituperantium, tum laudantium sermones diffamus; exque diametro pugnantium malorum (gloriæ scilicet ac ignominiæ) molestiam submovemus? Nonne lenis animi sustinentiam, qua et injuria læsi, in eos qui læserint pristinum animi tenorem servamus, nullo eis infensi odio aut rancore? Nonne misericordiam, qua ipsi ultro aliorum ærumnas ac mala nostra deputamus; nec naturæ necessitudinem ac quod cognati fratresque sumus, ignorare sinimur? Nonne continentiam et patientiam et longanimitatem et benignitatem, pacemque et gaudium, quibus iram et cupiditatem, earumque urentem æstum ac incendium, facili negotio sedamus? Omninoque, ut summa dicam, charitas omnium bonorum finis est, ut quæ ad Deum supremum bonorum apicem, omnisque boni auctorem, in ipsa ambulantes ducat eique admoveat, tanquam scilicet ipsa fida, rataque et quæ non excidat atque maneat [a]?

Fides enim fundamentum est eorum quæ post ipsam sunt, spei scilicet et charitatis; quæ nimirum veritatem firmiter a se statuat ac eis repræsentet. Spes autem extremorum vis est, charitatis scilicet atque fidei; quod certum ratumque sit, ac quod amabile, ipsa per se utrique submonstrans, inque illud cursum dirigere suo munere docens. Charitas denique horum **221** complementum est, quæ supremum appetibile totum tota complectatur, ambarumque in illud motum quiescere faciat ac sistat; pro eo quod est credere et sperare, beatam rei præsentis a se ipsa fruitionem inducens. Sola hæc, ut vere dicam, hominem ad Dei imaginem esse ostendit, facultatem arbitrii sapienter rationi submittens; non illi quidquam rationem inclinans; suadensque ut voluntas e naturæ rationibus ambulet, nihil dissidens a naturæ ratione; qua nimirum, sicut unam naturam, sic et animum unum, unamque voluntatem cum Deo aliique cum aliis habere possumus, nullo cum Deo invicemque divortio; si modo legem gratiæ, qua naturæ legem animi voluntate instauramus, consectandam nobis ipsi indixerimus. Neque enim fieri potest, ut qui Deo per concordiam non prius adhæserunt, sibi ipsis mutuo animi voluntate consentiant.

Quia enim hominis a principio seductor diabolus, structa ei per summam nequitiam ac versutiam, sui ipsius improbi amoris illecebra, dolo, objecta voluptate decipiens, a Deo aliosque ab aliis voluntate diviserat, rectitudinemque everterat; sicque adeo scissa partibus natura, in multas opiniones sensaque diversa ac cogitationes secuerat; viamque

A διάθεσιν ἔχουσα; Οὐ ταπείνωσιν τὴν πρώτην βάσιν τῶν ἀρετῶν, καθ' ἣν ἑαυτῶν ἐπιγνώμονες γενέσθαι, καὶ τῆς ὑπερηφανίας τὸ μάταιον οἴδημα καταβάλλειν δύνανται [δυνάμεθα]; Οὐ πραότητα, δι' ἧς τοὺς ψόγους τε καὶ τοὺς ἐπαίνους ῥαπίζομεν, καὶ τῶν ἐκ διαμέτρου κακῶν, δόξης τέ φημι καὶ ἀδοξίας [20], τὴν ὄχλησιν ἀπωθούμεθα; Οὐ πραϋπάθειαν, καθ' ἣν καὶ πάσχοντες ἀναλλοίωτοι μένομεν πρὸς τοὺς δρῶντας κακῶς, δυσμενῶς οὐδόλως διατιθέμενοι; Οὐκ ἔλεον, καθ' ὃν τὰς τῶν ἄλλων συμφορὰς θέλοντες οἰκειούμεθα· καὶ τὸ συγγενὲς καὶ ὁμόφυλον ἀγνοεῖσθαι μὴ συγχωρούμεθα; Οὐκ ἐγκράτειαν καὶ ὑπομονὴν, καὶ μακροθυμίαν καὶ χρηστότητα, εἰρήνην τε καὶ χαρὰν, δι' ὧν θυμὸν καὶ ἐπιθυμίαν, καὶ τὴν καυστικὴν τούτων ζέσιν, καὶ πύρωσιν εὐμαρῶς
B κατευνάζομεν; Καὶ ἁπλῶς, ἵνα συνελὼν εἴπω, πάντων ἐστὶ τῶν ἀγαθῶν ἡ ἀγάπη τέλος, ὡς πρὸς Θεὸν τὸ τῶν ἀγαθῶν ἀκρότατον, καὶ παντὸς αἴτιον ἀγαθοῦ, τοὺς ἐν αὐτῇ περιπατοῦντας ἄγουσα καὶ προσάγουσα, ὡς πιστὴ, καὶ ἀδιάπτωτος καὶ μένουσα.

Ἡ πίστις γὰρ βάσις ἐστὶ τῶν μετ' αὐτὴν, ἐλπίδος λέγω καὶ ἀγάπης, βεβαίως τὸ ἀληθὲς ὑφιστῶσα· Ἡ δὲ ἐλπὶς, τῶν ἄκρων ἐστὶν ἰσχὺς, ἀγάπης λέγω καὶ πιστεως, τὸ πιστόν τε δι' ἑαυτῆς καὶ ἐραστὸν ἀμφοῖν ὑποφαίνουσα, καὶ πρὸς αὐτὸ τὸν δρόμον δι' ἑαυτῆς ποιεῖσθαι διδάσκουσα. Ἡ δὲ ἀγάπη τούτων ἐστὶ
C συμπλήρωσις, τὸ ἔσχατον ὁρεκτὸν ὅλον ὅλη περιπτυσσομένη, καὶ ταύταις τῆς ἐπ' αὐτὸ κινήσεως στάσιν παρεχομένη, τοῦ πιστεύειν εἶναι καὶ ἐλπίζειν παρέσεσθαι, τὸ ἀπολαύειν παρόντος δι' ἑαυτῆς ἀντεισάγουσα. Αὕτη μόνη, κυρίως εἰπεῖν, κατ' εἰκόνα τοῦ Κτίσαντος τὸν ἄνθρωπον ὄντα παρίστησι, τῷ μὲν λόγῳ σοφῶς τὸ ἐφ' ἡμῖν ὑποτάσσουσα· τούτῳ δὲ τὸν λόγον οὐχ ὑποκλίνουσα· καὶ πείθουσα τὴν γνώμην κατὰ τὴν φύσιν πορεύεσθαι, μηδαμῶς πρὸς τὸν λόγον τῆς φύσεως στασιάζουσαν· καθ' ὃν ἅπαντες ὥσπερ μίαν φύσιν, οὕτω δὲ καὶ μίαν γνώμην καὶ θέλημα ἕν, Θεῷ καὶ ἀλλήλοις ἔχειν δυνάμεθα, οὐδεμίαν πρὸς Θεὸν καὶ ἀλλήλους διάστασιν ἔχοντες,
D ὅτ' ἂν τῷ νόμῳ τῆς χάριτος, δι' οὗ τὸν νόμον τῆς φύσεως γνωμικῶς ἀνακαινίζομεν, στοιχεῖον προαιρούμεθα. Ἀμήχανον γὰρ τοὺς μὴ πρότερον Θεῷ καθ' ὁμόνοιαν συναφθέντας, ἀλλήλοις συμβαίνειν δύνασθαι κατὰ τὴν γνῶμην.

Ἐπειδὴ γὰρ κατ' ἀρχὰς τὸν ἄνθρωπον ὁ ἀπατήσας διάβολος, δόλῳ κακούργως μεμηχανημένῳ διὰ φιλαυτίας, καθ' ἡδονῆς προσβολὴν ἀπατήσας, Θεοῦ καὶ ἀλλήλων ἡμᾶς κατὰ τὴν γνώμην διέστησε, τό τε εὐθὲς διατρέψας, καὶ τὴν φύσιν κατὰ τὸν τρόπον τοῦτον μερίσας, κατέτεμεν εἰς πολλὰς δόξας καὶ φαντασίας, καὶ τὴν ἐφ' ἑκάστῳ κακῷ μεθοδεύσασαν τε

[a] I Cor. XIII, 8.

[20] ἀτιμίας. Apost. II Cor. VI, 8.

Digitized by Google

καὶ εὕρεσιν, τῷ χρόνῳ νόμον κατέστησε, ταῖς ἡμῶν A
πρὸς τοῦτο δυνάμεσι συγχρησάμενος, καὶ πονηρὸν
πρὸς διαμονὴν τοῦ κακοῦ τοῖς πᾶσιν ἐνθέμενος· ἔρει-
σμα, τὸ κατὰ τὴν γνώμην ἀσύμβατον· ἀφ' οὗ τὸν
ἄνθρωπον ἅπαξ τῆς κατὰ φύσιν κινήσεως τραπῆναι
παρέπεισε, καὶ πρὸς τὸ κεκωλυμένον ἀπὸ τοῦ ἐπιτε-
τραμμένου κινῆσαι τὴν ὄρεξιν, καὶ τρία τὰ μέγιστα
καὶ ἀρχαῖα κακὰ, καὶ πάσης ἁπλῶς εἰπεῖν κακίας
γεννητικὰ ἑαυτῷ ὑποστήσασθαι· ἄγνοιαν, φημὶ, καὶ
φιλαυτίαν, καὶ τυραννίδα, ἀλλήλων ἐξηρτημένας,
καὶ δι' ἀλλήλων συνισταμένας. Ἐκ γὰρ τῆς περὶ Θεοῦ
ἀγνοίας, ἡ φιλαυτία. Ἐκ δὲ ταύτης, ἡ πρὸς τὸ συγγε-
νὲς τυραννὶς ἐστι· καὶ οὐδεὶς ἀντερεῖ λόγος· τῷ κατὰ
παράχρησιν τρόπῳ τῶν οἰκείων δυνάμεων, λόγου τε
καὶ ἐπιθυμίας καὶ θυμοῦ, ταύτας ὑποστησαμένων·
δέον λόγῳ μὲν, ἀντὶ τῆς ἀγνοίας πρὸς τὸν Θεὸν διὰ B
γνώσεως κατὰ ζήτησιν μονώτατον κινεῖσθαι· δι'
ἐπιθυμίας δὲ, τοῦ τῆς φιλαυτίας πάθους καθαρὸν
κατὰ πόθον πρὸς τὸν Θεὸν μόνον ἐλαύνεσθαι· καὶ
τῷ θυμῷ τυραννίδος κεχωρισμένῳ, πρὸς τὸ Θεοῦ
μόνου τυχεῖν ἀγωνίζεσθαι· καὶ τὴν ἐκ τούτων καὶ
δι' ἣν ταῦτα, θείαν καὶ μακαρίαν ἀγάπην δημιουρ-
γῆσαι, τὴν Θεῷ συνάπτουσάν τε, καὶ Θεὸν ἀποφαί-
νουσαν τὸν φιλόθεον. Ἐπειδὴ ταῦτα κατὰ θέλησιν
μὲν ἰδίαν τοῦ ἀνθρώπου, ἀπάτην δὲ τοῦ διαβόλου
συμβέβηκε κακῶς περὶ τὸν ἄνθρωπον, ὁ τὴν φύσιν
καὶ ποιήσας Θεὸς, καὶ ἀσθενήσασαν ὑπὸ κακίας σο-
φῶς ἐξιώμενος, δι' ἀγάπην τὴν πρὸς ἡμᾶς, *ἑαυτὸν*
ἐκένωσε μορφὴν δούλου λαβὼν, ἀτρέπτως ἑαυτῷ
καθ' ὑπόστασιν ταύτην ἑνώσας, ὅλος καθ' ἡμᾶς ἐξ
ἡμῶν δι' ἡμᾶς τοσοῦτον γενόμενος ἄνθρωπος, ὅσον C
τοῦ μὴ Θεὸς εἶναι τοῖς ἀπίστοις ἐνομίζετο· καίτοι
τοσοῦτον ὑπάρχων Θεὸς, ὅσον τοῖς πιστοῖς ὁ ἄῤῥητος
τῆς εὐσεβείας καὶ ἀληθὴς ὑποτίθεται λόγος, ἵνα κα-
ταλύσῃ τὰ ἔργα τοῦ διαβόλου, καὶ τῇ φύσει ἀχράν-
τους ἀποδοὺς τὰς δυνάμεις, πάλιν τῆς πρὸς αὐτὸν
συναφείας, καὶ ἀλλήλους τῶν ἀνθρώπων, ἀναχαι-
νίσῃ τῆς ἀγάπης τὴν δύναμιν, τὴν τῆς φιλαυτίας
ἀντίπαλον· τῆς πρώτης ἁμαρτίας [21], καὶ πρώτου
γεννήματος τοῦ διαβόλου καὶ παθῶν τῶν μετ' αὐτὴν
μητρὸς καὶ οὔσης καὶ γινωσκομένης· ἣν δι' ἀγάπης
φανέσας ὁ ἑαυτὸν Θεοῦ παρασχόμενος ἄξιον, συνη-
φάνισεν αὐτῇ καὶ πάντα τὸν τῆς κακίας ὄχλον, βάσιν
ἄλλην ἢ αἰτίαν τοῦ εἶναι μετὰ ταύτην οὐκ ἔχοντα.
Οὐκέτι γὰρ οἶδεν ὁ τοιοῦτος ὑπερηφανίαν, τὸ γνώ-
ρισμα τῆς ἀντιθέου οἰήσεως, τὸ σύνθετον κακὸν καὶ D
ἀλλόκοτον. Ἄγνοεῖ δόξαν τὴν πίπτουσαν, καὶ ἑαυτῇ
τοὺς κατ' αὐτὴν φυσωμένους καταβάλλουσαν. Μα-
ραίνει φθόνον, τὸν τοὺς ἔχοντας πρῶτον δικαίως μα-
ραίνοντα, δι' εὐνοίας ἑκουσίου τοὺς συγγενεῖς οἰκειού-
μενος· θυμόν τε καὶ μιαιφονίαν καὶ ὀργὴν καὶ δόλον
καὶ ὑπόκρισιν καὶ εἰρωνείαν καὶ μῆνιν καὶ πλεον-
ξίαν, καὶ πάντα οἷς ὁ εἷς μεμέρισται ἄνθρωπος,
συναπερίζωσε. Τῇ γὰρ φιλαυτίᾳ ὡς ἀρχῇ, καθὼς
εἶπον, καὶ μητρὶ τῶν κακῶν ἀποτιλείσῃ, πάντα τὰ
ἐξ αὐτῆς τε καὶ μετ' αὐτὴν συναποτίλλεσθαι εἰώθεν·

ac modum mali cujusque inveniendi, tempori legem statuerat, eam in rem nostras sibi vires socias adhibens, pessimumque ad mali perennitatem fulcimentum, animorum discordiam cunctis invehens : qua videlicet omnino homini a motu naturali deflectendi auctor fuerat; atque ab eo quod ei concessum erat, ad id quo illi interdictum, convertendi appetitum; et ut sibi tria maxima ac antiqua mala, omnisque (ut summa dicam) vitii ac pravitatis semina (ignorantiam scilicet, pravumque sui amorem ac tyrannidem) asciscerat; quæ nimirum ex se mutuo pendeant aliaque aliorum ope consistant. Sui enim ille pravus amor (φιλαυτίαν dicunt) ex Dei ignorantia est; exque illo tyrannis (iniqua scilicet vis) erga generis necessitudine conjunctos (resque extra controversiam est), quo nempe sibi ille suarum virium abusu (rationis scilicet, cupiditatis et iræ) hæc sibi vitia condéret; cum par esset, ut pro ignorantia, rationis incitatione, per scientiam in Deum unice singularem, quærendo moveretur; cupiditate autem, pravi illius amoris affectione purus, in solum **222** Deum desiderio ferretur; ac demum iræ vi nihil tyrannicum habentis aut iniquæ vis, Deum solum assequi niteretur; divinamque ac beatam, ex his, ac cujus illa gratia, charitatem, tum Deo copulantem, tum eum qui religiosus ac pius Dei cultor sit, deum efficientem sibi conflaret. Quod itaque propria quidem hominis voluntate, at diaboli tamen erga hominem fraude, hæc male acciderant; naturæ ipse conditor, Deus, ac qui vitio laborantem sapienter sanat (quæ ejus erga nos charitas est ac dilectio) *seipsum exinanivit formam servi accipiens* [f], eamque sibi immutabiliter in persona uniens, totus nostro more ex nobis propter nos usque adeo factus est homo, ut incredulis nec Deus esse putaretur; tantumque nihilominus ipse Deus exsistens, quantum arcana pietatis veraque doctrina fidelibus documento tradit : ut nempe diaboli dissolveret opera, illibatasque reponens naturæ vires, qua cum ipso copulamur, aliique aliis homines societate jungimur, charitatis vim, pravi sui amoris (φιλαυτίας scilicet) æmulam instauraret : primi nimirum peccati, primique diaboli germinis, ac qui vitiorum affectuumque ipsum sequentium, parens sit atque noscatur : quo nimirum charitatis vi e medio sublato, qui se dignum Deo exhibuit, omnem pariter vitiorum turbam submovit atque delevit; quibus deinceps fundamentum aliud, ac causa qua consistant desit. Qui enim talis evasit, haud amplius superbiam novit, impiæ Deo adversantis arrogantiæ notam; compositum illud malum atque absonum. Ignorat caducam gloriam, et quæ ea inflatos pari secum casu elidit. Livorem conficit atque macerat, qui ipso laborantes merito primo conficiat maceretque, animi benevolentia concilians sibique

[f] **Philipp.** II, 7.

[21] **Marg.** φιλαυτίας δηλονότι.

Digitized by Google

addicens, quos generis necessitudo consociat; unaque iram, sanguinariam mentem, irascentiam, dolum, simulationem, derisionem, rancorem, avaritiam; quidquid denique ejus generis est quibus homo unus cum esset, partibus scissus est, radicitus evellit. Pravo enim sui amore, velut origine ac parente, uti dicebam, evulso, quæ ex ipso sunt atque sequuntur vitia reliqua, pariter evelli habent; quippe cum illo sublato, nullum prorsus vitii genus, aut vestigium possit consistere; vicissimque omne virtutis genus proclive inducatur, complens charitatis vim; quæ nimirum **223** ea colligat, quæ divisa sunt, atque in unam rationem modumque rursus hominem condat, omnem in omnibus voluntate inductam inæqualitatem ac distinctionem exæquans atque complanans; convenientique ratione ad laudabilem eam inæqualitatem provehens, qua quisque animi proposito tantumdem ad se proximum trahit, sibique honore anteponit, quantum prius ex animo repellere, eique præcellere, gliscebat; seque ipsum a seipso sponte propter eam absolvit atque dimittit, discessione ac divortio ab iis tum rationibus tum proprietatibus, quæ per voluntatem ac rationis arbitrio privatim illis inesse intelligebantur; inque unam simplicitatem (ut sic loquar) colligitur, qua nemo usquam est aliquid a communi divisus, sed singuli singulis, omnesque omnibus, ac Deo magis quam inter se invicem, unus exsistunt, quibus una per seipsos ejus quod est esse ratio, cum natura tum voluntate animique sententia, singularissima præluceat, ac qui in ea intelligitur, Deus; quocum una intelligi, et ad quem ut auctorem ac opificem referri habet, ejus quod est esse rerum ratio, dum tamen sincera ac illibata, omni a nobis diligentia custodiatur, prudentique studio ac opera; virtutum cultu, eorumque laborum, qui eis comites sunt, functione, ab eis depurgata perturbationibus atque vitiis, quæ adversus eam tumultuantur.

Id forte magnus ille Abraham cum implevisset, seque ipsum ejus quod est esse rationi naturæ, aut sibi ipse rationem restituisset; indeque tum Deo redditus esset, tum ipse Deum recepisset (utrumque enim dicatur, quandoquidem etiam in utroque veritas consideratur), humana Deum specie videre meruit ac suscipere[6], perfecta per naturam ex humanitatis studio ratione una hospitem ac contubernalem; ad quem provexit ac evectus est, earum rerum, quæ divisæ ac dividuæ sunt, explosa proprietate, nullum jam præter se alium, a seque distinctum, reputans hominum, sed velut omnes unum, ac quasi unum omnes cognoscens; nempe non eam quæ voluntate animique sententia est, circa quam divortium contingit ac divisio, quandiu ei cum natura non convenit; sed quæ naturæ, circa quam exacta nihilque evarians similitudo est, singularissimam rationem spectans; quacum Deum elucere ac apparere omnino compertum est, ac per quam **224** ut bonus manifestari sustinet, sibi ipse asciscens quæ ipso auctore condita sunt; cum alioqui ipsum ex seipso Deum, uti est, creatura non possit cognoscere. Neque enim, ut par est, fieri

A ἐπειδὴ ταύτης μὴ οὔσης, οὐδὲν οὐδαμῶς τὸ παράπαν κακίας εἶδος, ἢ ἴχνος ὑφίστασθαι δύναται· πάντα δὲ τὰ τῆς ἀρετῆς εἴδη ἀντεισάγεσθαι, τὰ σύμπληροῦντα τῆς ἀγάπης τὴν δύναμιν, τὴν τὰ μεμερισμένα συνάγουσαν, καὶ πρὸς ἕνα καὶ λόγον καὶ τρόπον πάλιν δημιουργοῦσαν τὸν ἄνθρωπον, καὶ πᾶσαν τὴν ἐν πᾶσι κατὰ τὴν γνώμην ἀνισότητά τε καὶ διαφορὰν ἐξισοῦσάν τε καὶ ὁμαλίζουσαν· καὶ εἰς τὴν ἐπαινετὴν ἀνισότητα δεόντως προβιβάζουσαν, ἑκάστου δηλονότι τοσοῦτον πρὸς ἑαυτὸν κατὰ πρόθεσιν ἐφελκομένου τὸν πέλας, καὶ ἑαυτοῦ προτιμῶντος, ὅσον τὸ πρὶν αὐτὸν ἀπεῶσαι, καὶ προύχειν πρόθυμος ἦν· καὶ ἑαυτὸν ἑκουσίως ἑαυτοῦ δι' αὐτὴν ἀπολύοντος, τῷ χωρισμῷ τῶν ἰδικῶς κατὰ τὴν γνώμην ἐπ' αὐτῷ νοουμένων λόγων τε καὶ ἰδιωμάτων· B καὶ πρὸς μίαν ἁπλότητά τε καὶ ταυτότητα συναγομένου, καθ' ἣν οὐδεὶς οὐδαμῶς ἐστιν οὐδὲν τοῦ κοινοῦ διωρισμένος, ἀλλ' ἕκαστος ἑκάστῳ, καὶ πᾶσιν ἅπαντες, καὶ Θεῷ μᾶλλον ἢ ἀλλήλοις, εἷς καθεστήκασι, τὸν ἕνα δι' ἑαυτῶν τοῦ εἶναι λόγον, καὶ φύσει καὶ γνώμῃ μονότατον, προφαινόμενον ἔχοντες· καὶ τὸν ἐν τούτῳ νοούμενον Θεόν· ᾧ συνθεωρεῖσθαι, καὶ πρὸς ὃν ἀναβιβάζεσθαι, ὡς αἴτιον καὶ ποιητήν, ὁ τοῦ εἶναι τῶν ὄντων λόγος, ἀκραιφνὴς μέν τοι καὶ ἄχραντος διὰ πάσης προσοχῆς ὑφ' ἡμῶν φυλαττόμενος πέφυκεν, καὶ κατ' ἔμφρονα σπουδὴν δι' ἀρετῶν καὶ τῶν ταύταις παρεπομένων πόνων, τῶν πρὸς αὐτὸν στασιαζόντων παθῶν ἀποκαθαιρόμενος.

C Ὅπερ τυχὸν ἐκεῖνος ὁ μέγας Ἀβραὰμ κατορθώσας, καὶ ἑαυτὸν τῷ τοῦ εἶναι λόγῳ τῆς φύσεως, ἢ ἑαυτῷ τὸν λόγον ἀποκαταστήσας, καὶ διὰ τούτου ἀποδοθείς τε τῷ Θεῷ, καὶ τὸν Θεὸν ἀπολαβών· λεγέσθω καὶ ἄμφω, ἐπειδὴ καὶ ἐπ' ἀμφοῖν τὸ ἀληθὲς θεωρεῖται· ὡς ἄνθρωπον τὸν Θεὸν ἰδεῖν ἠξιώθη, καὶ ὑποδέξασθαι, τελείῳ τῷ κατὰ φύσιν διὰ φιλανθρωπίας λόγῳ συνένδημον· πρὸς ὃν ἀνήχθη, τῶν μεμερισμένων καὶ μεριστῶν ἀφεὶς τὴν ἰδιότητα, μηκέτι ἄλλον παρ' ἑαυτὸν ἕτερον ἡγούμενος ἄνθρωπον, ἀλλ' ὡς πάντας τὸν ἕνα, καὶ ὡς ἕνα τοὺς πάντας γινώσκων· οὐ τὸν τῆς γνώμης δηλονότι, περὶ ἣν ἡ στάσις ἐστὶ, καὶ ἡ διαίρεσις, ἕως μένῃ πρὸς τὴν φύσιν ἀσύμβατος· ἀλλὰ τὴν τῆς φύσεως, περὶ ἣν τὸ ἀπαράλλακτον ἕστηκε, μονώτατον λόγον σκοπούμενος. ᾧ συν- D εμφαίνεσθαι πάντως τὸν Θεὸν ἐπιστάμεθα, καὶ δι' οὗ δηλοῦσθαι ὡς ἀγαθὸς ἀνέχεται, τὰ ἴδια οἰκειούμενος κτίσματα· ἐπειδὴ αὐτὸν ἐξ ἑαυτοῦ, ὡς ἔστι γνῶναι τὸν Θεὸν ἡ κτίσις οὐ δύναται. Οὔτε γὰρ οἷόν τε ἦν κατὰ τὸ εἰκὸς πρὸς τὸν ἁπλοῦν τε καὶ ταυτὸν συναχθῆναι, τὸν μὴ ταυτὸν ἑαυτῷ γενόμενον καὶ ἁπλοῦν, ἀλλ' ἔτι πολλοῖς κατὰ τὴν γνώμην πρὸς τὴν φύσιν διαιρούμενον μέρεσι, εἰ μὴ πρότερον διὰ φιλ-

[6] Gen. xviii, 1 seqq.

Digitized by Google

ανθρωπίας τῇ φύσει τὴν γνώμην συνάψας, ἕνα ἐπ' ἀμφοῖν λόγον εἰρηνικόν τε καὶ ἀστασίαστον, καὶ πρὸς οὐδὲν οὐδαμῶς ἄλλο προηγουμένως τῶν μετὰ θεὸν κινούμενον ἔδειξε· καθ' ὃν ἄτμητος καὶ ἀδιαίρετος μένει ἡ φύσις ἐν τοῖς τοῦτο λαβοῦσι τὸ χάρισμα· ταῖς τῶν πολλῶν γνωμικαῖς ἑτερότησιν οὐ συνδιατεμνομένη. Οὐκέτι γὰρ πρὸς τόνδε καὶ τόνδε ἄλλοι καὶ ἄλλοι γινόμενοι τὴν φύσιν μερίζουσιν, ἀλλ' οἱ αὐτοὶ πρὸς τοὺς αὐτοὺς διαμένουσι, μὴ σκοποῦντες τὸ ἐφ' ἑκάστῳ κατὰ τὴν γνώμην ἴδιον, καθὸ μεμέρισται τὰ μεμερισμένα, ἀλλὰ τὸ ἐν πᾶσι κατὰ τὴν φύσιν κοινὸν καὶ ἀμέριστον, καθὸ τὰ μεμερισμένα συνάγεται· τῶν μεριστῶν οὐδὲν ἑαυτῷ συνεπαγόμενον, καὶ δι' οὗ τοῖς ἔχουσιν ὁ Θεὸς ἐμφανίζεται, κατὰ τὴν ἰδιότητα τῆς ἀρετῆς ἑκάστου διὰ φιλανθρωπίαν μορφούμενος, καὶ ἐξ αὐτῆς ὀνομασθῆναι καταδεχόμενος. Ἔργον γὰρ τῆς ἀγάπης τελειότατον, καὶ τῆς κατ' αὐτὴν ἐνεργείας πέρας, δι' ἀντιδόσεως σχετικῆς τῶν κατ' αὐτὴν συνημμένων ἀλλήλοις ἐμπρέπειν τὰ ἰδιώματα παρασκευάζειν, καὶ τὰς κλήσεις· καὶ Θεὸν μὲν τὸν ἄνθρωπον ποιεῖν, ἄνθρωπον δὲ τὸν Θεὸν χρηματίζειν καὶ φαίνεσθαι, διὰ τὴν μίαν καὶ ἀπαράλλακτον ἀμφοτέρων κατὰ τὸ θέλημα βούλησίν τε καὶ κίνησιν, ὡς ἐπί τε τοῦ Ἀβραὰμ, καὶ τῶν λοιπῶν ἁγίων εὑρίσκομεν. Καὶ τοῦτο ἴσως ἐστὶ, τὸ ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ εἰρημένον· *Ἐν χερσὶ προφητῶν ὡμοιώθην*· ἡ τοῦ Θεοῦ πρὸς ἕκαστον, ἐκ τῆς ἐνούσης κατὰ πρᾶξιν ἀρετῆς ἑκάστῳ διὰ πολλὴν φιλανθρωπίαν μορφοποιία. Χεὶρ γὰρ παντὸς δικαίου, ἡ κατ' ἀρετὴν αὐτοῦ πρᾶξίς ἐστιν· ἐν ᾗ καὶ δι' ἧς ὁ Θεὸς τὴν πρὸς ἀνθρώπους ὁμοίωσιν δέχεται. Μέγα οὖν ἀγαθὸν ἡ ἀγάπη, καὶ τῶν ἀγαθῶν τὸ πρῶτον καὶ ἐξαίρετον ἀγαθὸν, ὡς Θεὸν καὶ ἀνθρώπους δι' ἑαυτῆς περὶ τὸν αὐτὴν ἔχοντα συνάπτουσα, καὶ ὡς ἄνθρωπον τὸν ποιητὴν τῶν ἀνθρώπων φανῆναι παρασκευάζουσα, διὰ τὴν τοῦ θεουμένου πρὸς τὸν Θεὸν κατὰ τὸ ἀγαθὸν ὡς ἐφικτὸν ἀνθρώπῳ ἀπαραλλαξίαν· ἣν ἐνεργεῖν ὑπολαμβάνω, τὸ ἀγαπῆσαι Κύριον τὸν Θεὸν ἐξ ὅλης τῆς καρδίας καὶ ψυχῆς καὶ δυνάμεως, καὶ τὸν πλησίον ὡς ἑαυτόν. Ὅπερ ἐστὶν, ἵνα ὡς ἐν ὅρῳ περιλαβὼν εἴπω, ἡ καθ' ὅλου πρὸς τὸ πρῶτον ἀγαθὸν μετὰ τῆς ὅλης τοῦ ὅλου κατὰ τὴν φύσιν γένους προνοίας ἐνδιάθετος σχέσις· μεθ' ἣν πρὸς οὐδὲν ἀνώτερόν ἐστιν ἀναβιβασθῆναι τὸν φιλόθεον ἄνθρωπον, πάντων αὐτῷ διαβαθέντων τῶν κατ' εὐσέβειαν τρόπων· ἣν ἀγάπην καὶ οἴδαμεν καὶ ὀνομάζομεν, οὐκ ἄλλην καὶ ἄλλην μεμερισμένως Θεῷ καὶ τῷ πλησίῳ προσνέμοντες, ἀλλὰ μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ὅλην· Θεῷ μὲν ὀφειλομένην, ἀνθρώπους δὲ ἀλλήλοις ἐπισυνάπτουσαν. Ἐνέργεια γὰρ καὶ ἀπόδειξις σαφὴς τῆς πρὸς τὸν Θεὸν τελείας ἀγάπης ἐστὶν, ἡ γνησία δι' εὐνοίας ἑκουσίου πρὸς τὸν πλησίον διά-

A poterat, ut in eum qui simplex idemque ipse est, colligeretur, qui non secum ipse idem simplexque evasisset, sed adhuc voluntate animique sententia, multis partibus a natura divisus esset; nisi prius humanitatis cultu copulata naturæ voluntate, unam in utrisque pacatissimam nihilque tumultuantem (ejusmodi scilicet, ut nullo modo ad aliud quidpiam eorum quæ a Deo secunda sunt, ex instituto, idque ipsum agens, moveretur) rationem ostendisset; qua utique natura indivisa nullisque partibus scissa (nulla scilicet voluntatum diversitate divisa) in illis manet, qui munus illud consecuti sunt (neque enim jam, quasi alii aliique cum hoc illove exsistant, naturam partibus scindunt, sed iidem cum iisdem perseverant; qui nimirum, non quod in singulis per arbitrii facultatem ac voluntatem propriam est attendant; quo partibus scinduntur quæ scissa sunt; sed quod in omnibus natura commune ac indivisum est; quo divisa colliguntur et adunantur, nihil scilicet secum ipse inferens eorum quæ divisa sunt); quaque adeo Deus, iis qui ea præditi sint se conspicuum facit, pro cujusque virtutis proprietate, per summam clementiam ac humanitatem semet ipse informans, nec ab ea nuncupari abnuens. Charitatis enim opus id perfectissimum, ejusque operationis atque vis in eo positus terminus, ut per reciprocam habitudinis attributionem, rerum ea copulatarum proprietates atque nomina per eam vicissim conveniant; sic nimirum ut et homo deus fiat, et Deus homo exsistat appareatque, ob unam per omnia similem et invariabilem amborum voluntatem motusque incitationem; uti in Abrahamo aliisque sanctis invenimus. Idque forte sit, quod ex Dei persona scriptum est: *In manibus prophetarum assimilatus sum* [h]; quod nempe Deus cum singulis, ex virtute quæ cuique per actionem inest, per summam humanitatem ac bonitatem formetur. Cujusque enim justi manus, ejus actio est qua virtutem colit, eaque nitet qua et Deus, ac cujus ratione similis esse hominibus admittit.

Ingens itaque bonum est charitas; interque bona primum ac eximium bonum, ut quæ Deum et homines **225** circa eum qui ea præditus sit, conjungat, ac hominem velut hominum conditorem videri faciat; ob eam scilicet, pro boni ratione, ejus qui deificatur, summam cum Deo, quantum homini concessum est, similitudinem; quam per hoc præstari existimo, quod Dominus Deus ex toto corde et animo et fortitudine diligatur; et proximus sicut ipse qui diligit [i]. Quod est, ut velut sub definitione complectar, universalis in primum bonum, cum universa universi generis secundum naturam providentia, animis insita affectio; ultra quam nihil sublimius est, quo vir religiosus ac Dei cultor provehi queat; modis omnibus, qui ad pietatem ducunt ejusque rationis sunt, illi superatis. Hanc charitatem et novimus et nuncupamus; non quam aliam aliamque divisione sectam Deo atque proximo tribuamus, sed unam eamdemque totam; Deo quidem obstrictam, sed quæ homines alios aliis præterea conjungat. Vis enim, apertaque per-

[h] Osee XII, 10. [i] Deut. VI, 5

Digitized by Google

fectæ in Deum charitatis probatio, vera est ac sincera per benevolentiæ spontaneum specimen, animi in proximum affectio. *Qui enim non diligit fratrem suum, quem videt*, inquit divinus Joannes apostolus, *Deum, quem non videt, non potest diligere* [i]. Hæc veritatis via [k], quam se nuncupans Dei Verbum, in ea ambulantes ab omnis generis vitiorum labe mundatos, Deo ac Patri repræsentat atque adhibet. Hæc est janua [l], per quam si quis introierit, intra ipsa Sancta sanctorum penetrat, inaccessique decoris sanctæ ac regiæ Trinitatis dignus spectator fieri promeretur. Hæc est vitis vera, in quam si quis insertus radices firmiter egerit, hoc consequetur, ut divinæ compos pinguedinis fiat [m]. Hujus gratia legalis omnis et prophetica, atque adeo evangelica doctrina, et data et promulgata est; ut nempe arcanorum bonorum cupiditate concepta, quod ita desiderio incitamur, moribus probaremus; tantum fictoris ergo, cujus desiderio tenemur, figmentum honorantes atque colentes, quantum fictori adlubet exigitque naturæ ratio, pares omnibus honoris partes sanciens, omnemque in quolibet ex præsumpta opinione apparentem inæqualitatem, a natura amputans; sibique omnes secundum unam identitatis (ut sic loquar) vim concludens.

A θεσις. *Ὁ γὰρ μὴ ἀγαπῶν τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ ὃν ἑώρακε*, φησὶν ὁ θεῖος ἀπόστολος Ἰωάννης, *τὸν Θεὸν ὃν οὐχ ἑώρακεν, οὐ δύναται ἀγαπῆσαι*. Αὕτη ἐστὶν, ἡ τῆς ἀληθείας ὁδὸς, ἣν ἑαυτὸν ὀνομάσας ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, τοὺς ἐν αὐτῇ ὁδεύοντας τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ καθαροὺς παντοίων γενομένους παθῶν παρίστησιν. Αὕτη ἐστὶν ἡ θύρα, δι' ἧς ὁ εἰσερχόμενος εἰς τὰ Ἅγια γίνεται τῶν ἁγίων, καὶ τοῦ ἀπροσίτου κάλλους τῆς ἁγίας καὶ βασιλικῆς Τριάδος θεατὴς γενέσθαι καθίσταται ἄξιος. Αὕτη ἐστὶν ἡ ἄμπελος ἡ ἀληθινὴ, ἐν ᾗ ὁ παγίως ἑαυτὸν ἐνριζώσας, θείας καταξιοῦται μέτοχος γενέσθαι ποιότητος. Διὰ ταύτην πᾶσα νομικὴ τε καὶ προφητικὴ καὶ εὐαγγελικὴ, καὶ ἔστι, καὶ ἐκδέδοται διδασκαλία, ἵνα τῶν ἀῤῥήτων ἐπιθυμίαν λαβόντες ἀγαθῶν, τοῖς τρόποις τὸν πόθον B πιστώσωμεν· τοσοῦτον διὰ τὸν πωθούμενον πλάστην τὸ πλάσμα τιμήσαντες, ὅσον τῷ πλάστῃ παρίσταται, καὶ ὁ τῆς φύσεως ἀπαιτεῖ λόγος, νομοθετῶν τὸ ἰσότιμον, καὶ πᾶσαν τὴν περὶ ἕκαστον φαινομένην κατὰ πρόληψιν ἀνισότητα περιτέμνων τῆς φύσεως· καὶ ἑαυτῷ τοὺς πάντας κατὰ μίαν ταυτότητος δύναμιν περιχλείων.

Ob hanc ipse naturæ auctor (rem sane tremendam et auditionem!) humanam naturam induit, quam sibi ipse immutabiliter **226** in persona copulavit, ut quod ferebatur eratque instabilis, sisteret, atque ad se eam colligeret, secum ipsam collectam, ac quæ nullum cum illo, ac secum ipsa, voluntatis sententia ac arbitrio, discrimen haberet; viamque charitatis inclytam propalaret (ejus, inquam, quæ divina reipsa sit et deifica, atque ad Deum ducens; quin et dicatur, quæ et Deus exsistat [n]; quam jam initio pravi sui amoris spinæ operuerant [o]), susceptisque nostri causa passionibus, in se ipse velut delineans, impedimentis omnibus liberam eam præstaret; qui in ea erant lapides per discipulos suos projiciens, juxta ac ipse olim jam in prophetis prænuntiaverat dicens [p]: *Et lapides de via projicite*; apteque suaderet operæ pretium esse, ut sic ipsum, aliique alios colamus ac diligamus, quemadmodum ipse priore exemplo ostenderat, nostri causa pati ac mori sustinens. D Propter hanc sancti omnes peccato jugiter restiterunt, ejus, quam agimus, vitæ nullam rationem habentes; variaque mortis genera pertulerunt, ut ad seipsos Deumque a mundo colligerentur, naturæque scissuras ipsi in se committerent. Hæc vera ac inculpata fidelium divina sapientia est, cujus finis bonum est ac veritas; quippe cum bonum humanitas sit; verumque, fidei pietas ac religiositas; charitatis scilicet notæ propriæ ac insignia; ut quæ Deo aliosque aliis homines conjungat, ac idcirco bonorum perennitatem firmam extraque casus aleam habeat.

Διὰ ταύτην, αὐτὸς ὁ τῆς φύσεως ποιητὴς· τὸ φρικτὸν ὄντως καὶ πρᾶγμα καὶ ἄκουσμα! τὴν φύσιν ἐνδύεται τὴν ἡμετέραν, ἑνώσας ταύτην ἀτρέπτως ἑαυτῷ καθ' ὑπόστασιν, ἵνα στήσῃ τοῦ φέρεσθαι, καὶ πρὸς ἑαυτὸν συναγάγῃ, καθ' ἑαυτὴν συναχθεῖσαν, C καὶ μηδὲν ἔχουσαν πρὸς αὐτὸν, ἢ ἑαυτὴν κατὰ τὴν γνώμην διάφορον· καὶ φανερὰν καταστήσῃ τὴν πανένδοξον τῆς ἀγάπης ὁδὸν, τῆς θείας ὄντως καὶ θεοποιοῦ, καὶ πρὸς Θεὸν ἀγούσης· εἰρήσθω δὲ ὅτι καὶ Θεὸς ὑπαρχούσης, ἣν αἱ ἄκανθαι κατ' ἀρχὰς τῆς φιλαυτίας ἐκάλυψαν· καὶ τοῖς ὑπὲρ ἡμῶν παθήμασιν ἐν ἑαυτῷ προτυπώσας, καθαρὰν κωλυμάτων τοὺς πᾶσι χαρίσηται· τοὺς λίθους τοὺς ἐν αὐτῇ διὰ τῶν αὐτοῦ μαθητῶν διαῤῥίψας, ὡς αὐτὸς ἐν τοῖς προφήταις προανεφώνησεν, εἰπών, *Καὶ τοὺς λίθους ἐκ τῆς ὁδοῦ διαῤῥίψατε*· καὶ πείσῃ δεόντως ἡμᾶς ἑαυτοῦ τε καὶ ἀλλήλων τοσοῦτον ἀντέχεσθαι, ὅσον αὐτὸς δι' ἑαυτοῦ προλαβὼν ἐπεδείξατο, ὑπὲρ ἡμῶν παθεῖν ἀνασχόμενος. Διὰ ταύτην πάντες οἱ ἅγιοι μέχρι D παντὸς πρὸς τὴν ἁμαρτίαν ἀντικατέστησαν, τῆς παρούσης ζωῆς οὐδένα λόγον ποιησάμενοι, καὶ τοὺς πολυειδεῖς τοῦ θανάτου τρόπους ὑπέστησαν, ἵνα πρὸς ἑαυτοὺς ἀπὸ τοῦ κόσμου, καὶ τὸν Θεὸν συναχθῶσι, καὶ τὰ τῆς φύσεως ἐφ' ἑαυτῶν ἑνώσωσι ῥήγματα. Αὕτη ἐστὶν ἡ ἀληθὴς καὶ ἀμώμητος τῶν πιστῶν θεοσοφία, ἧς τέλος τὸ ἀγαθόν ἐστι καὶ ἡ ἀλήθεια· εἴπερ ἀγαθὸν τὸ φιλάνθρωπον, καὶ ἀληθὲς, τὸ κατὰ πίστιν φιλόθεον· τὰ τῆς ἀγάπης γνωρίσματα· ὡς Θεῷ καὶ ἀλλήλοις τοὺς ἀνθρώπους συνάπτουσα, καὶ διὰ τοῦτο τῶν ἀγαθῶν τὴν διαμονὴν ἀδιάπτωτον ἔχουσα.

Divinæ hujus beatæque viæ, vos quoque bene-

Ταύτης ἐρασταὶ γνησιώτατοι τῆς θείας καὶ μα-

[i] I Joan. IV, 20. [k] Joan. XIV, 6. [l] Joan. X, 9. [m] Joan. XV, 1; Rom. XI, 17. [n] I Joan. IV, 8. [o] Prov. XXIV, 31 [p] Isa. LXII, 10.

Digitized by Google

καρίας ὁδοῦ, καὶ ὑμεῖς εὐλογημένοι γενόμενοι, πρὸς τὸ τέλος ἐλθεῖν ἀγῶνα καλὸν ἀγωνίσασθε, τῶν οἷς ἡ πρὸς τὸ πέρας ταύτης διάβασις γίνεται, κραταιῶς ἀντεχόμενοι· φιλανθρωπίας λέγω, φιλαδελφίας, φιλοξενίας, φιλοπτωχίας, συμπαθείας, ἐλεημοσύνης, ταπεινώσεως, πραότητος, πραϋπαθείας, ὑπομονῆς, ἀοργησίας, μακροθυμίας, καρτερίας, χρηστότητος, ἀνοχῆς, εὐνοίας, εἰρήνης πρὸς πάντας· ἐξ ὧν ἢ δι' ὧν ἡ τῆς ἀγάπης χάρις δημιουργημένη, πρὸς τὸν Θεὸν ἄγει θεουργηθέντα τὸν δημιουργήσαντα ἄνθρωπον. Ἡ ἀγάπη γὰρ, φησὶν ὁ θεῖος Ἀπόστολος, μᾶλλον δὲ ὁ δι' αὐτοῦ ταῦτα λαλήσας Χριστὸς, *μακροθυμεῖ, χρηστεύεται, οὐ ζηλοῖ, οὐ περπερεύεται, οὐ φυσιοῦται, οὐκ ἀσχημονεῖ, οὐ ζητεῖ τὰ ἑαυτῆς, οὐ παροξύνεται, οὐ λογίζεται τὸ κακὸν, οὐ χαίρει ἐπὶ τῇ ἀδικίᾳ, συγχαίρει δὲ τῇ ἀληθείᾳ· πάντα στέγει, πάντα πιστεύει, πάντα ἐλπίζει, πάντα ὑπομένει. Ἡ ἀγάπη οὐδέποτε πίπτει,* ὡς Θεὸν ἔχουσα τὸν μόνον ἀδιάπτωτον καὶ ἀναλλοίωτον· καὶ τὸν κατ' αὐτὴν ζῶντα ἄνθρωπον τοιοῦτον ἀπεργαζομένη, ἵνα καὶ ὑμᾶς ἀποδεξάμενος εἴπῃ δι' Ἱερεμίου τοῦ προφήτου· *Λέγω ὑμῖν, Αὕτη ἡ ὁδὸς* [22] *τῶν προσταγμάτων μου, καὶ ὁ νόμος ὁ ὑπάρχων εἰς τὸν αἰῶνα. Πάντες οἱ κρατοῦντες αὐτὴν, εἰς ζωὴν καταντήσουσιν· οἱ δὲ καταλιπόντες αὐτὴν, ἀποθανοῦνται. Ἐπιλαβοῦ αὐτῆς, ὁ παῖς μου, καὶ δδευσον πρὸς τὴν λάμψιν κατέναντι τοῦ φωτὸς αὐτῆς. Μὴ δῷς ἑτέρῳ τὴν δόξαν σου, καὶ τὰ συμφέροντά σοι, ἔθνει ἀλλοτρίῳ. Μακάριος εἶ, ὅτι τὰ ἀρεστὰ τῷ Θεῷ σου, γνωστά σοί ἐστι, καὶ ἔμαθες ποῦ ἐστι φρόνησις, ποῦ ἐστιν ἰσχὺς, ποῦ ἐστι σύνεσις, ποῦ ἐστι μακροβίωσις καὶ ζωή. Ποῦ ἐστι φῶς ὀφθαλμῶν καὶ εἰρήνη, καὶ ἐπέβης τῆς ὁδοῦ, καὶ ὤφθην σοι πόρρωθεν. Διὰ τοῦτο ἀγάπησιν αἰωνίαν ἀγαπήσω σε, καὶ ἐλεήσω σε εἰς οἰκτείρημα, καὶ οἰκοδομήσω σε, καὶ οἰκοδομηθήσῃ· καὶ ἐξελεύσῃ μετὰ συναγωγῆς εὐφραινομένων, ὅτι ἐπὶ ταῖς ὁδοῖς ἔστης· καὶ κατενόησας, καὶ ἠρώτησας τρίβους Κυρίου αἰωνίους· καὶ εἶδες ποῦ ἐστιν ἡ ὁδὸς ἡ ἀγαθὴ, καὶ ἐδάδισας ἐν αὐτῇ, καὶ εὗρες ἀγιασμὸν τῇ ψυχῇ σου.* Καὶ πάλιν διὰ Ἡσαΐου· *Ἐγὼ εἰμι Κύριος ὁ Θεός σου· δέδειχά σοι τοῦ εὑρεῖν τὴν ὁδὸν τῆς δικαιοσύνης, ἐν ᾗ πορεύσῃ ἐν αὐτῇ, καὶ ἤκουσας τῶν ἐντολῶν μου. Διὰ τοῦτο ἐγένετο ὡς ποταμὸς ἡ εἰρήνη σου, καὶ ἡ δικαιοσύνη σου ὡς κῦμα θαλάσσης.* Κἀγὼ δὲ ὁ τοῖς ὑμετέροις ἐπαγαλλόμενος ἀγαθοῖς, μετὰ τοῦ Θεοῦ λέγειν τολμήσω, παρὰ τοῦ μεγάλου λαβὼν Ἱερεμίου· *Μακάριος εἶ, ὅτι ἐξεδύσω τὴν στολὴν τοῦ πένθους τῆς κακώσεώς σου· τὸν παλαιὸν φημι ἄνθρωπον, τὸν φθειρόμενον κατὰ τὰς ἐπιθυμίας τῆς ἀπάτης· καὶ ἐνεδύσω τὴν εὐπρέπειαν τῆς παρὰ τοῦ Θεοῦ δόξης εἰς τὸν αἰῶνα, τὸν νέον φημὶ ἄνθρωπον, τὸν ἐν πνεύματι κατὰ Χριστὸν κτιζόμενον κατ' εἰκόνα*

A dicti, verissimi amatores effecti, contendite ut bonum certamen ad finem usque deducatis. Quibus finem charitatis nanciscimur, iis strenue diligentiam habete ; nempe humanitati, fraterno amori, hospitalitati, pauperum curæ, miserationi, eleemosynæ, humilitati, mansuetudini, lenitati, patientiæ, inirascentiæ, longanimitati, tolerantiæ, benignitati, sustinentiæ, benevolentiæ, paci ad omnes; ex quibus ac quibus conflata charitatis gratia, eum qui conflavit hominem Deo afflatum, in deum provehit. *Charitas* enim, inquit divinus Apostolus, sive potius qui per eum hæc locutus est Christus, *patiens est, benigna est, non æmulatur, non est procax, non inflatur, non agit inhoneste, non quærit quæ sua sunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet super iniquitate, congaudet autem* **227** *veritati; omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet. Charitas nunquam excidit* [q] ; quæ nempe Deum habeat in quem unum nullus casus, nulla mutatio ac vicissitudo cadit; quique pie ac religiose viventem hominem, qualis ipse est sibique proxime affinem, efficiat, ut et nos suscipiens Jeremiæ prophetæ verbis dicat : *Dico vobis : Hæc via mandatorum Dei, et lex, quæ est in æternum. Omnes qui tenent eam, ad vitam pervenient ; qui autem dereliquerint eam, morientur. Apprehende eam, fili mi, et ambula ad splendorem contra lumen ejus. Ne tradas alteri gloriam tuam, et quæ conferunt tibi, genti alienæ. Beatus es, quia quæ Deo placita sunt, manifesta sunt tibi* [r]. *Et didicisti ubi sit prudentia, ubi sit fortitudo, ubi sit intellectus, ubi sit longiturnitas vitæ et vita; ubi sit lumen oculorum et pax; descendistique in viam, et apparui tibi de longe* [s]. Idcirco *dilectione perpetua diligam te, et miserebor tui in miseratione; et ædificabo te, et ædificaberis, et egredieris cum cœtu lætantium* [t]; *eo quod super vias steteris et cogitaveris, et interrogaveris semitas Domini, quæ a sæculo ; viderisque ubi est via bona, et ambulaveris in ea invenerisque purificationem animæ tuæ* [u]. Rursus quoque per Isaiam : *Ego sum Dominus Deus tuus : docui te ut invenires viam justitiæ, in qua ambulabis in ea ; et audisti mandata mea.* Propterea *facta est sicut flumen pax tua, et justitia tua sicut gurges maris* [v]. Sed et ego vestris exsultans bonis, cum Deo audens dicam, verba mutuatus magni Jeremiæ : Beatus es, *eo quod exueris stolam luctus afflictionis tuæ, veterem* scilicet *hominem, qui corrumpitur secundum desideria erroris ; et indueris te decore gloriæ, quæ a Deo est, in sempiternum ; nempe novo homine, qui in spiritu secundum Christum creatus est, secundum imaginem ejus, qui creavit ; et circumdederis te diploide justitiæ, quæ a Deo ; et imposueris mitram super caput tuum gloriæ Æterni* [x]; solidis scilicet virtutum modis, certaque ac inoffensa sapientiæ ratione ornatus. Idcirco *Deus ostendet universæ, quæ sub*

[q] I Cor. XIII, 4-8. [r] Baruch IV. 1-4. [s] Baruch III, 14. [t] Jerem. XXXI, 3, 4. [u] Jerem. VI, 16. [v] Isa, XLVIII, 17, 18. [x] Baruch V, 1, 2; Ephes. IV, 22-25.

[22] *in sacro textu est* βίβλος, *liber.*

Digitized by Google

cælo est, splendorem tuum; et vocabit nomen tuum, Pax justitiæ, et gloria pietatis y.

τῇ κεφαλῇ τὴν μίτραν τῆς δόξης τῆς ἀωρίου· τῷ τε βασίλιμῳ τρόπῳ τῶν ἀρετῶν, καὶ τῷ τῆς σοφίας ἀπταίστῳ λόγῳ κοσμούμενος. Διὰ τοῦτο δείξει ὁ Θεὸς τῇ ὑπ' οὐρανὸν πάσῃ τὴν σὴν λαμπρότητα, καὶ καλέσει τὸ ὄνομά σου Εἰρήνη δικαιοσύνης, καὶ δόξα θεοσεβείας.

A *τοῦ Κτίσαντος· καὶ περιεβάλου τὴν διπλοΐδα τῆς παρὰ τοῦ Θεοῦ δικαιοσύνης· καὶ ἐπέθου*

His amplius verbis suppetit nihil, quo occultam animi affectionem sensumque **228** aperiam. Non enim tant s vestris illis bonis et ornamentis dignum aliquid habeo, quod Deo vobisque offeram; hoc duntaxat excepto, ut pro virili mea admirabundus suscipiam, ac præclara opera probem et laudem; hocque vobis nomine gratuler, quod per bona opera Deum vobis concilietis, ac per vos virtutis laudem concelebrem; perque virtutem quæ vos Deo conjungat, Deum collaudem. Unum quippe parque videatur, tum vos, tum virtutem, Deumque, cujus munere virtutis splendore fulgeatis, laudare: virtutem scilicet, quæ per gratiam vos Deo deum consecret; iis notis ablatis, quæ insigniant hominem; vobisque Deum, per inclinationem ac qua se nobis demisit, hominem faciat; assumptis divinis proprietatibus, quoad homini concessum est.

β'. Ἄλλο. Καὶ πάλιν, εἰ πᾶσα καὶ ὁπωσδήποτε οὖσα σωματικὴ ὕπαρξις κατὰ τὸν ἀληθῆ λόγον, τῷ ποσῷ τε καὶ τῷ ποιῷ διειλημμένη, ἐν ὄγκῳ καὶ εἴδει, καὶ ἐπιφανείᾳ καὶ σχήματι, τὴν περὶ ἑαυτῆς περατοῦ θεωρίαν, ὡς ἀναγκαίοις διειλημμένη πέρασιν. Οὐ γάρ τι τούτων ἐκτὸς ἔχοι [28] φαντάζεσθαι ὁ ταύτην διερευνώμενος· σῶμα δὲ καὶ ἡ ψυχὴ, ἢ ἐκ τούτων, ἢ ταῦτα, ἤ τινα, ἢ τούτων τι, ἢ τούτοις, ἤ τισιν, ἤ τινί τούτων περιγραπτὸς πάντως ἐστίν· ἀλλὰ μὴν οὔτε ἐκ τούτων, οὔτε ταῦτα, οὔτε τινὰ, οὔτε τι τούτων, οὔτε τούτοις, οὔτε τισὶν, οὔτε τινὶ τούτων ἐστὶ περιγραπτός· οὐκ ἄρα σῶμα ἡ ψυχή.

2. Ac rursus, cum omnis, ac quæ ullo modo est, corporalis substantia, ut vera habet ratio atque doctrina, quantitate et qualitate divisa, quæ de ipsa est, considerationem, mole, forma, colore, figura terminet, tanquam necessariis terminis comprehensa. Qui enim hanc rimatur, extra hæc quod animo cogitet, nihil habet. Siquidem igitur etiam anima corpus est, aut ex his, aut hæc, aut eorum aliquid vel his, vel quibusdam, aut eorum aliquo, omnino circumscripta est: atqui neque ex his, neque hæc, neque aliqua, neque horum aliquid, neque his, neque quibusdam, neque horum aliquo circumscripta est: non ergo D anima corpus est.

γ'. Ἄλλο. Εἰ τοίνυν αὐτοῖς εἶναι μὴ ἀμφιβέβληται [29] ἡ ψυχὴ· οὖσα δὲ οὐδὲν ὑπάρχει ὧν καταλαμβάνει ἡ ἔννοια, ἐξ ὧν, ἤ ἃ ὑπάρχει τὰ σώματα· οὐ χρῶμα, οὐ σχῆμα, οὐκ ἀντιτυπία, οὐ βάρος, οὐ πηλικότης, οὐχ ἡ εἰς τρία διάστασις· καὶ ἁπλῶς ὅλως οὐδὲν οὖσα τῶν περὶ τὴν σωματικὴν φύσιν καταλαμβανομένων· ἡ μηδὲν οὖσα τούτων, ὡς ἔδειξεν ὁ λόγος, ἀσώματος ἔσται πάντως, εἴπερ ἐστίν.

3. Item, siquidem igitur extra controversiam illis est, esse animam; cumque adeo sit, nihil tamen eorum est, quæ comprehendit animus, ex quibus, aut quæ corpora exsistunt: non color, non figura, non durities, non pondus, non moles, non trina dimensio; ac omnino cum nihil prorsus eorum sit, quæ in natura corporea esse intelliguntur; quæ nihil eorum sit, uti probavit oratio, plane incorporea erit, siquidem reipsa exsistit.

VARIÆ LECTIONES.

[26] Fr. ἐπ' ἰδικοῖς. [27] Συλλογισμοὶ φυσικοὶ, ὅτι ἀσώματος ἡ ψυχή. *Syllogismi naturales, quibus probetur animam esse incorpoream.* [28] Venet. Blacch. et Fr. ἔχει. [29] Cod. alius ἀμφιβάλλεται.

Digitized by Google

4. Præterea, cum omnis in angustum coactio, A inque majorem molem dilatatio seu explicatio, et divisio seu sectio, corporum affectiones sint; omninoque incorporeum sit, quod ab ejusmodi omni contractione et dilatatione quavis ac divisione immune est; plane fit animam esse incorpoream, quæ nihil prorsus horum omnium in se recipiat.

δ'. Ἄλλο. Ἔτι, εἰ πᾶσα συστολὴ καὶ διαστολὴ καὶ τομὴ τῶν σωμάτων ἐστί· τὸ δὲ πάσης συστολῆς καὶ διαστολῆς καὶ τῆς οἱασοῦν τομῆς ἐλεύθερον, πάντως ἀσώματον, ἡ ψυχὴ ἄρα ἀσώματος, ὡς τούτων πάντων [20] παντελῶς ἀνεπίδεκτος.

5. Itemque, cum substantia omnis corporea, in animatam atque inanimem divisa sit, ipsaque adeo anima corpus sit, omnino aut corpus animatum, aut **240** inanime erit. At, siquidem animatum, plane vel substantia, vel potentia seu accidente animante, animatum esse obtinebit. Anima autem ut animari dicatur, uti et lux illuminari, vel ignis calefieri, prorsus risu excipiendum. Ac siquidem id quod animat animam, substantiam esse dixerimus, eam rursus, vel corpus, vel quid incorporeum dicemus. Ac siquidem corpus, eadem semper ex iisdem absurdis rationibus, absurda objectionum momenta instantiasque doctrina hæc patietur, donec animam esse incorpoream pariter admittamus. Sin autem potentiam, seu qualitatem, animam animare dixerimus, quod nec est substantia nec vere est, id vero erit, quod substantiæ vitam motumque præbet. Accedit fore ut in diversum et contra naturam discrimen illud eat, ut alterum imperet, alterum pareat; siquidem anima sic condita ut natura corpori dominetur, utpote incorporea substantia; haud secus ac corpus, eorum sententia, ejus imperio suberit, quod nec vere ac substantia exsistit (nempe potentiæ, dantis esse quale), cum ipsa vere ac substantia exsistat, ut est communis omnium animis indita opinio. Quod si inanime illam corpus dixerimus, erit quid sensu carens, cogitandi vi ac imaginum, rationeque ac mente destitutum. Atqui cuncta hæc circa animam et in anima tum exsistunt, tumque visuntur; non ergo anima corpus exsistit. Habere quidem eam corpus ejusmodi, quod diversæ substantiæ sit, cum probe noverimus, ne fateri quidem recusamus. Corpus vero eam asserere, ceu quid summæ temeritatis maximæque imperitiæ, omnino cavemus; quos non lateat plurimum interesse, ut esse eam et habere corpus dicamus.

ε'. Ἄλλο. Εἰ πάσης τῆς σωματικῆς οὐσίας, εἴς τε τὸ ἔμψυχον καὶ τὸ ἄψυχον διῃρημένης· σῶμα δὲ καὶ ἡ ψυχὴ, ἢ ἔμψυχον, ἢ ἄψυχον ἔσται πάντως. Ἀλλ' εἰ μὲν ἔμψυχον, διὰ ψυχούσης πάντως, ἢ οὐσίας, ἢ δυνάμεως, ἤτοι συμβεβηκότος ψυχωθήσεται. Ψυχὴν δὲ ψυχοῦσθαι λέγειν, ὥσπερ καὶ φῶς φωτίζεσθαι, ἢ θερμαίνεσθαι τὸ πῦρ, παντελῶς κατάγέλαστον. Καὶ εἰ μὲν οὐσίαν ψυχοῦν τὴν ψυχὴν εἴπωμεν, ἢ B σῶμα ἢ ἀσώματον αὐτὴν πάλιν λέξομεν. Καὶ εἰ μὲν σῶμα, τὰς αὐτὰς ἀεὶ τῶν λογισμῶν ἀτόπους ἐξ ἀτόπων ἐφόδους, ὁ περὶ τούτου δέξεται λόγος, μέχρις οὗ ἀσώματον τὴν ψυχὴν εἶναι συνδιομολογηθῇ. Εἰ δὲ δύναμιν, ἤτοι ποιότητα ψυχοῦν τὴν ψυχὴν εἴπωμεν, τῆς οὐσίας ζωοποιητικόν τε καὶ κινητικὸν, τὸ ἀκούσιον ἔσται καὶ ἀνυπόστατον. Πρὸς τὸ [21], καὶ ἐναλλὰξ καὶ παρὰ φύσιν τὴν κατὰ τὸ ἄρχειν καὶ ἄρχεσθαι εἶναι διαφοράν· εἴπερ σώματος ἄρχειν κατὰ φύσιν δημιουργηθεῖσα ἡ ψυχὴ, ὡς ἀσώματος οὐσία, ὡς σῶμα κατ' αὐτοὺς ὑπὸ τοῦ μὴ κατ' οὐσίαν ὄντος τῆς κατὰ τὸ ποιὸν λέγω δυνάμεως, ἀρχθήσεται· ἡ κατ' οὐσίαν οὖσά τε καὶ ὑφεστῶσα, καὶ τὴν κοινὴν πάντων πρόληψιν. Εἰ δὲ ἄψυχον αὐτὴν εἴπωμεν σῶμα, ἀναίσθητον καὶ ἀφαντασίαστον, ἄλογόν τε C καὶ ἀδιανόητον ἔσται. Ἀλλὰ μὴν ταῦτα πάντα περὶ τὴν ψυχὴν, καὶ ἐν τῇ ψυχῇ, καὶ ἔστι καὶ ὁρᾶται· οὐκ ἄρα σῶμα ἡ ψυχή. Σῶμα μὲν γὰρ ἔχειν τοῦτο αὐτὴν ἑτερούσιον, καλῶς εἰδότες λέγειν οὐ παραιτούμεθα· σῶμα δὲ αὐτὴν εἶναι ἀποφαίνεσθαι, ὡς θρασύτατόν τε ἅμα καὶ ἀπαιδευτότατον, παντελῶς ἀποφεύγομεν· πολὺ διαφέρειν τοῦ ἔχειν τὸ εἶναι οὐκ ἀγνοοῦντες.

Sin autem idcirco, quod Deum incorporeum vocant, fanatico metu territi, animam incorpoream dicere non admittunt, ne pari eam cum Deo gloria ac sorte efferant; etiam alia nobis auferant, ut perfecta eis constet dementiæ pugna; quæcunque D nimirum ex Deo, velut ejus facti participes, nomina mutuati sumus, ac quibus Deus ex nobis, ut ipse efficiens, præbensque seu impartiens, vocari dignatus est. Quænam vero illa? Nempe, esse, vivere, illuminari, bono imbui seu bonum esse, cogitare, intelligere; quorum alia ratione substantiæ competunt; alia, motus, sive voluntatis affectusque animi ac sententiæ. Dicimur enim esse **241** qui exsistamus, et vivamus, et lumina et boni, et intellectu et ratione præditi simus. Deum-

Εἰ δὲ ὅτι ἀσώματον λέγουσι τὸ Θεῖον, τὸν μὴ ὄντα φοβούμενοι φόβον, ἀσώματον εἰπεῖν τὴν ψυχὴν οὐ καταδέχονται, ἵνα μὴ εἰς ἴσον αὐτὴν τῷ Θεῷ ἐνέγκωσι· καὶ τὰ λοιπὰ ἡμῶν περικοπτέτωσαν [22], ἵν' ᾖ αὐτοῖς τῆς ἀπονοίας τέλειον τὸ ἀγώνισμα, ὅσα ἐκ Θεοῦ ὡς μετέχοντες· ἢ Θεὸς ἐξ ἡμῶν, ὡς ἐνεργῶν καὶ διδοὺς, ἢ μεταδιδοὺς, προσηγορεύθημεν, ἢ παρ' ἡμῶν προσηγορεύθη Θεός. Τίνα δὴ λέγω ταῦτα; Τὸ εἶναι, τὸ ζῆν, τὸ φωτίζεσθαι, τὸ ἀγαθύνεσθαι, τὸ λογίζεσθαι, τὸ νοεῖν· τὰ μὲν, διὰ τὴν οὐσίαν· τὰ δὲ, διὰ τὴν κίνησιν, ἤτοι γνώμην καὶ διάθεσιν. Ὄντες γὰρ λεγόμεθα, καὶ ζῶντες, καὶ φῶτες, καὶ ἀγαθοὶ, καὶ νοεροὶ, καὶ λογικοί. Τόν τε Θεὸν ὁμοίως, ὄντα καὶ ζῶντα, καὶ φῶς, καὶ ἀγαθὸν, καὶ νοῦν, καὶ λόγον ὀνομάζομεν· εἴτε ὡς ἐξ αἰτίου ὄντες ταῦτα

VARIÆ LECTIONES.

[20] Τὸ, *πάντων*, plerisque deest. [21] Alii codd. τῷ, quod melius. [22] Venet. Blacc. περικοπέτωσαν.

Digitized by Google

καὶ καλούμενοι· εἴτε ὡς ἐνεργούμενοι, ἐκ τῶν ἡμετέρων ταῦτα τὸ Θεῖον προσαγορεύοντες. Τίς οὖν ὁ λόγος αὐτοῖς, ταῦτα μὲν πάντα πρὸς ἑτέροις πολλοῖς εἶναι τὴν ψυχὴν καὶ ὀνομάζεσθαι· ἀσώματον δὲ, μηκέτι, ὅ τί περ τὸ Θεῖον; Ὡς δέον, ἢ μὴ λέγεσθαι ἡμᾶς ταῦτα, διότι τὸ Θεῖον, ἢ τὸν Θεὸν ταῦτα μὴ ὀνομάζεσθαι, ὅ τί περ καὶ ἡμεῖς. Ἀλλὰ μὴν καὶ ἐσμὲν ταῦτα· καὶ ὀνομαζόμεθα· οὐχ ὡς ταυτὸν τῷ Θεῷ διὰ ταῦτα ὄντες· ἀλλ' ὡς πρὸς αἴτιον αἰτιατόν, ἢ μέτοχον πρὸς μετεχόμενον, ἢ ὕπαρξιν πρὸς αἰτίαν. Οὐδὲ συγκριτικῶς ἢ συνωνύμως, ὡς ἐπὶ τῶν ὁμοουσίων· ἀλλ' ὁμωνύμως, καὶ οἷον εἰπεῖν μεθεκτῶς· τῶν πραγμάτων κατὰ τὸ ἄπειρον ἀλλήλων τῇ φύσει διεστηκότων· εἰ μὴ τῷ φίλον, ὡς ἀληθῶς, τὸ Θεῖον εἰπεῖν, καὶ ὑπὲρ φύσιν καὶ πρᾶγμα.

A que similiter esse dicimus, atque vivere; lumenque, et bonum et mentem et rationem ipsum vocamus; sive tanquam Deo auctore hæc sinus atque movemur; sive tanquam in eorum actu exsistentes, has ex nostris Deo appellationes tribuamus. Quæ igitur illis ratio, ut hæc anima, aliaque plura et sit et vocetur, non item incorporea, idcirco quod Deus incorporeus est? Proinde necesse sit ut vel hæc nomina, eo quod tribuantur Deo, minime nobis usurpemus; aut non dicamus de Deo, quod et nobis ea communis nuncupatio sit. Atqui sumus nos quoque illa et nuncupamur; non velut eam ob rem idem ac Deus simus, sed sicut quod ex causa est in causam relatum; sive quod particeps est, in id quod participatur; aut quod exsistit, in id quo auctore in rerum naturam editum est: neque id æqua comparatione, eademque cum voce etiam ratione, ut iis in rebus contingit quæ sunt ejusdem substantiæ; sed nominis solum (diversa substantia) communione, et, ut sic dicam, participatione, cum res a se invicem infinitis parasangis remotæ sint ac distent; nisi cui magis libeat, ut (quod vere est) Deum supra naturam atque rem dicat; longe scilicet illis eminere.

Ποῦ δὲ λοιπὸν κατ' αὐτοὺς πάλιν, εἰ δοθείη τὴν ψυχὴν εἶναι σῶμα, ὁ τοῦ κατ' εἰκόνα ἡμῖν διασωθήσεται λόγος, εἰ μὴ διὰ πάντων ἔχειν φαμὲν τὴν ψυχὴν, τὴν πρὸς τὸ ἀρχέτυπον ὁμοιότητα; Ὥσπερ γὰρ τοῦ νοεροῦ νοερὸν, καὶ τοῦ ἀθανάτου, ἀφθάρτου τε καὶ ἀοράτου, τὴν ἐν τούτοις γνωριζομένην εἰκόνα ὀνομάζομεν· οὕτω δὴ καὶ τοῦ ἀσωμάτου, ἀσώματον λέγοντες, ὡς πάντα τε ὄγκον, καὶ πᾶσαν ὁμοίως διαφεύγουσαν διαστηματικὴν καταμέτρησιν· ἄλλο τι πάλιν αὐτὴν παρ' ἐκεῖνο, κατὰ τὴν τῆς φύσεως ἰδιότητα λέγομεν. Ἐπεὶ οὐκ ἔτι ἂν εἴη εἰκὼν, ἀλλ' ἀπαράλλακτος ταυτότης. Ἐν οἷς δὲ ἐν τῇ ἀκτίστῳ καὶ ἀτρέπτῳ καὶ ἀνάρχῳ φύσει ἐκεῖνο καθορᾶται, ἐν τοῖς αὐτοῖς τὴν κτιστὴν λογικὴν φύσιν· οὐ κατὰ τὸ αὐτὸ δὲ, ἀλλ' ὡς ἐν ἐσχάτοις ἀπηχήμασι φωνῆς λόγου δήλωσιν, δεικνυσθαι, ἐναργῶς νομίζομεν. Καὶ ὥσπερ διὰ τῶν ἐν τοῖς οὖσι κατὰ τὴν τοῦ παντὸς διακόσμησιν ἐπιτελουμένων ὁ φιλοσοφώτατος νοῦς, πρὸς τὸ καθαρόν τε καὶ ἄῦλον μετενεγκὼν τῶν νοημάτων αὐτοῦ τὰς δυνάμεις, διακρίνει ἀπὸ τῶν κινουμένων τὸ κινοῦν, καὶ ἓν καὶ μόνον καὶ ἁπλοῦν αὐτὸ ἐξ ἑαυτοῦ ὑπάρχον, ὡσαύτως ἔχον καὶ ποιητικὸν αἴτιον καταλαμβάνων ἐν τῇ οἰκείᾳ τῆς ταυτότητος μονιμότητι, ἀπρόσιτον κατὰ τὴν φύσιν τοῖς ἄλλοις ἐπίσταται· ἄτρεπτον μὲν, ὅτι ἀκίνητον· οὐ γάρ ἐστι πρὸς ὃ κινηθήσεται τὸ, τὰ ὄντα καὶ ποιοῦν καὶ πληροῦν, καὶ ὑπὲρ πάντα ὂν τὰ ὄντα· περιεκτικὸν δὲ, ὡς δημιουργὸν, καὶ πρὸ γενέσεως, τῷ ἀπείρῳ τῆς δυνάμεως τὰ πάντα γινῶσκον. Κατὰ τὸν αὐτὸν τῆς θεωρίας τρόπον, καὶ διὰ τῆς τῶν μελῶν καὶ μερῶν ποικίλης καὶ ἐντεχνοῦς κινήσεως τοῦ μικροῦ κόσμου [33]· λέγω δὴ τοῦ ἀνθρώπου· τὸ κινητικὸν αἴτιον λογιζόμενος, ἄλλο τι οἶδε κατὰ τὴν οὐσίαν παρὰ τὴν ὀργανικὴν τοῦ σώματος ὕπαρξιν· καὶ οὐχ ὡς σῶμα ἐν σώματι· ὅπερ δοκεῖ τοῖς νέοις σοφοῖς, καὶ τῶν ἀναποδείκτων δογματισταῖς· ἀλλ'

B Ubinam vero deinceps, illorum sententia (siquidem animam corpus esse dederimus) nobis ratio imaginis constabit; nisi per omnia animam exemplari similem esse dicamus? Quemadmodum enim intelligentis intelligentem; immortalis, incorruptibilisque ac invisibilis, quæ his dotibus insignita sit, imaginem nuncupamus; sic sane, cum etiam incorporei incorpoream, tanquam omnis tum molis, tum et similiter dimensionis, quæ ex partium distantia est, expertem vocitamus; aliud rursus ab eo, ad naturæ proprietatem quod attinet, eam esse dicimus. Alioqui enim non imago, sed ipsa eadem res nulla evariatione exstiterit. In quibus autem in increata et immutabili principiique experte, seu æterna natura, similitudo cernitur, in iisdem naturam creatam ratione utentem, etsi non secundum eumdem modum, sed extremo velut vestigio vocisque pene evanescentis resonantia sermonis manifestationem, liquido monstrari existimamus. Ac sicut in rebus, per ea quibus rerum ornatus completur mens sapientissima, ad puros omnique materia vacantes conceptus sensusque **242** vires suas transferens, ab iis quæ moventur, motorem discernit; unumque illum ac solum atque simplicem, ipsum in se exsistentem, eodemque se modo habentem, auctorem rerum et conditorem in sua identitatis perennitate comprehendens, reliquis natura inaccessum pernoscit: immutabilem quidem, ea ratione quod immobilis est: non enim est quo moveatur, qui res et erect, et impleat, cunctisque rebus emineat: rerum vero conservatorem easque continentem, quod ipse conditor sit, cunctaque, etiam priusquam fiant, infinitæ potentiæ vi noverit [1]. Eodem ipso speculationis modo, ex vario etiam ac artificioso concinnoque membrorum partiumque mundi minoris motu (nempe hominis)

[1] Dan. XIII, 42.

[33] Homo μικρὸς κόσμος, non ut apud Greg. μακρός.

Digitized by Google

ejus ipsius auctorem, et qui motum imprimit, cogitans, aliud quid ipsum novit secundum substantiam, a tota corporis organica struc ac substantia : nec sicut corpus in corpore (ut recentioribus sapientibus placet, et qui improbabilia cudant, doceantque), sed simplicem ac indivise unum, in his quæ divisa sunt et dissipata, eum considerat ; inque iis quæ contracta sunt, indefinitum : mutabilem, velut qui moveatur : qui autem moveatur, ut cui non desit quo motum intendat : ejus tamen mutationis quæ ex motu est, non naturam, sed judicium, cum illud erraverit, auctorem cognoscit.

A ἁπλοῦν [24] καὶ ἑνιαῖον ἐν τοῖς ἐσκεδασμένοις θεωρεῖ καὶ ἐν τοῖς συνεσταλμένοις, ἀόριστον· τρεπόμενον μὲν, ὡς κινούμενον· κινούμενον δὲ, ὡς ἔχον πρὸς ὃ κινηθήσεται· τῆς δὲ κατὰ τὴν κίνησιν τροπῆς αἴτιον, οὐ τὴν φύσιν γινώσκει, ἀλλὰ τὴν κρίσιν, ὅτ' ἂν ἐσφαλμένη οὖσα τυγχάνῃ αὐτη.

Mutatio igitur, non circa ipsam, ut existimo, est animæ substantiam (nam alioqui infinitas mutationes subiret, nec eadem ipsa secundum substantiam maneret) sed penes motum qui in nostra est facultate ; quæ videlicet arbitraria agi se sinat voluntate. Quocirca quod dicunt adversarii atque affirmant, ipsam quoque jugis animæ motus circa Deum agitationem, mutationi obnoxiam esse, haud vera loquentium arbitror, sed eorum qui composita verborum pompa decipere studeant, non pietatis æmula voluntate, quod sit accurate verum, exquirant. Quis enim vel micam rationis habens, nec omnis virtutis amoris expers, quem lateat, jugis illam animæ circa bonum motus agitationem, nihil aliud esse quam naturalem ipsam operationem, ejus rei causa elicitam ac promanantem, cujus et ipsa condita est. At mutatio motus est innaturalis, hujus ipsius causæ frustrationem inducens. Mutatio enim, mea quidem substantia, nihil aliud est, quam debilitas, et a naturalibus **243** operationibus prolapsio. Dicas igitur, quæso, ac denunties viris nugacibus, ne Deum cum creatura temere componere præsumant. Deitas namque proprie nec corpus est, nec incorporeum, nec substantia, nec eorum aliquid quæ intelliguntur aut dicuntur (ne cuncta sigillatim percenseam), sed et cum intelligitur, incomprehensa, et cum dicitur, ineffabilis ipsa perseverat.

B Ἡ τροπὴ οὖν, οὐ περὶ αὐτὴν τῆς ψυχῆς ὑπάρχει, ὡς οἶμαι, τὴν οὐσίαν· ἐπεὶ καὶ μετέβαλλεν ἀπειράκις, καὶ οὐχ ἡ αὐτὴ διέμενε κατ' οὐσίαν· ἀλλὰ κατὰ τὴν κίνησιν τὴν ἐφ' ἡμῖν, τῷ αὐτοκρατορικῷ θελήματι συμφερομένη. Τοιγάρτοι τροπῆς δύναμιν ἔχειν τοὺς ἀντιλέγοντας φάσκειν καὶ ἀποφαίνεσθαι, καὶ αὐτὴν τὴν περὶ τὸ Θεῖον τῆς ψυχῆς ἀεικινησίαν, οὐ μὴ δοκεῖ ἀληθευόντων εἶναι· ἀλλὰ πομπικῶς τὸ κομψὸν, καὶ οὐκ εὐλαβῶς τὸ ἀκριβὲς τοῦ λόγου ἐπιζητούντων. Ἐπεί τίς ἂν λόγου μέτοχος, καὶ ἀρετῆς φιλίας [25] οὐκ ἄμοιρος, ἀγνοεῖ, ὅτι οὐδὲν ὑπάρχει ἕτερον ἡ περὶ τὸ καλὸν τῆς ψυχῆς ἀεικινησία, ἡ ἐνέργεια φυσικὴ, ἐφ' ᾗ καὶ δι' ἣν γεγένηται αἰτίαν τελουμένη ; ἡ δὲ τροπὴ, κίνησις παρὰ φύσιν, τὴν ταύτης ἀποτυχίαν τῆς αἰτίας εἰσάγουσα. Τροπὴ γὰρ, κατ' ἐμὲ εἰπεῖν, οὐδὲν καθέστηκεν ἕτερον, ἢ ἀσθένεια, καὶ ἔκπτωσις τῶν κατὰ φύσιν ἐνεργειῶν. Μηκέτι οὖν φάναι ἀξίωσον τοῖς λογολέσχαις, Θεὸν καὶ κτίσιν συγκρίναι τολμήσητε. Ἐπειδὴ τὸ Θεῖον κυρίως εἰπεῖν, οὔτε σῶμα, οὔτε ἀσώματον, οὔτε οὐσία, οὔτε τι τῶν νοουμένων ἢ λεγομένων ἐστὶν, ἵνα μὴ πάντα καθεξῆς ἀπαριθμῶμαι· ἀλλὰ καὶ νοούμενον ἄληπτον, καὶ λεγόμενον ἄῤῥητον διαμένει.

C

Hæc quidem disputando ac quærendo, non velut decernendo, dicta a nobis sunto : ac siquidem pro argumenti præstantia, quantum per epistolæ angustias licuit, dicta sufficiant, nec a vestri sensus longius magnitudine abeant, Deo gratias, vobisque, qui ad dicendum invitastis reique admonuistis. Sin autem etiam libet, ac nisi acquieverint adversarii, in promptu est ut in eos divina ope acrius pugnam instruamus, ut nempe circumstantem nos testium testimoniorumque nubem adversus eos emittamus[m] ; ut laboriosæ omnis argumento hoc dispectionis mole posita, ac pervicaci contentiosiorum hominum verborum pugna valere justa, veram de Deo atque creatis scientiam tranquille teneamus. Sin autem minus plene se habeant (quod plane accidisse necesse sit) nec satis metam attigerint, ut ex rudi profecta ingenio ac imbecilli organo, quæso ignoscatis, dilecte, cum hæc ipsa solius obedientiæ causa, ut novit qui corda scrutatur, Deus[n], loqui

Ταῦτα μὲν οὖν ζητητικῶς, ἀλλ' οὐ δογματικῶς παρ' ἡμῶν εἰρήσθω· καὶ εἰ μὲν αὐτάρκως ἔχει πρὸς τὴν ὑπόθεσιν, ὡς δι' ἐπιτόμου ἐπιστολῆς δυνατὸν, καὶ οὐ πολὺ τῆς ὑμετέρας μεγαλονοίας ἀπολέλειπται· Θεῷ χάρις, καὶ ὑμῖν τοῖς προβιβάζουσιν. Εἰ δὲ βούλεσθε, εἴπερ μὴ πεισθεῖεν οἱ ἀντιλέγοντες, ἀγωνιστικώτερον αὐτοῖς συμπλαχῆναι, ἕτοιμοί ἐσμεν Θεοῦ χάριτι, τὸ περικείμενον ἡμῖν τῶν θείων μαρτύρων τε καὶ μαρτυριῶν καταφεῖναι αὐτῶν νέφος· ἵνα πάσης τῆς ἐπιπόνου περὶ τούτου διασκέψεως τὸν ὄγκον ἀποθέμενοι, καὶ τὴν ἐὐπερίστατον τῶν φιλονείκων λογομαχίαν, ἀνενοχλήτως τὴν ἀληθῆ περί τε Θεοῦ καὶ τῶν αὐτοῦ κτισμάτων γνῶσιν κατέχωμεν. Εἰ δὲ ἐνδεῶς, ὅπερ πᾶσα παθεῖν ἀνάγκη, καὶ οὐκ ἐπιτετευγμένως, ὡς ἐξ ἀμαθοῦς διανοίας καὶ ἀσθενοῦς ὀργάνου προενηνεγμένα· σύγγνωτέ μοι, ἠγαπημένοι, δι' ὑπακοὴν καὶ μόνην, ὡς ὁ ἐρευνῶν τὰς καρδίας ἐπίσταται Θεὸς, καὶ ταῦτα εἰπεῖν θαῤῥήσαντι· καὶ διορθώσασθε ἡπίως τὸν οὐκ ἐθέλοντά

D

[m] Hebr. xii, 1. [n] Psal. vii, 10.

[24] Marg. Fr. βλέπε, *vide*. [25] Alter cod. Reg. καὶ φιλίας.

Digitized by Google

τι τῶν συμφερόντων ἀγνοεῖν, καὶ χειραγωγήσατε A ausus sim; leniterque, studentem nihil nescire, eorum quæ utilia sunt, emendate; ac miseranter, qui recta incedere cupiat, manuducite.

Ζ'. — Τοῦ αὐτοῦ πρὸς Ἰωάννην πρεσβύτερον, περὶ τοῦ καὶ μετὰ θάνατον ἔχειν τὴν ψυχὴν τὴν νοερὰν ἐνέργειαν, καὶ μηδεμιᾶς ἐξίστασθαι φυσικῆς δυνάμεως.

Τῇ δευτέρᾳ τοῦ ἐνεστῶτος Αὐγούστου μηνὸς τῆς παρούσης πρώτης ἐπινεμήσεως [36], ὁ κοινὸς ἡμῶν φίλος τίμια τῆς ὑμετέρας πατρικῆς ἁγιωσύνης γράμματα ἐπιδέδωκέ μοι· οἷς ἐντυχών, παρεκλήθην μὲν εἰκότως ἐφ' ὑμῖν τοῖς ἐμοῖς δεσπόταις, καὶ μετὰ Θεὸν πάντων μοι τῶν καλῶν αἰτίοις, ἐν ὑγείᾳ διάγουσι. Τοσοῦτον γὰρ ὑμῖν ἥνωται δι' ὅλου τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ τὸ ἅγιον, ὅτι καὶ ἀπόντας ὑμᾶς νοὸς ὀφθαλμοῖς μόνον ἀναθεωρῶν, ῥυθμίζομαι κατὰ τὴν ὑποῦσάν μοι δύναμιν καὶ βίον καὶ λόγον· ὡς Θεὸν κατὰ τὴν μνήμην δι' ὑμῶν ἐμφανιζόμενον, καὶ ὁρῶν καὶ αἰδούμενος. Ἠνιάθην δὲ οὐ μετρίως ἐπὶ τῷ περὶ ψυχῆς δόγματι τῷ ὑπό τινων, ὡς γεγράφατε, ἀδεῶς ἐκεῖσε κηρυττομένῳ, ὅσην κάνταῦθα τὸ τοιοῦτο κακὸν ἔχειν ἰσχὺν καὶ παῤῥησίαν ἐννοῶν. Τὸ δὲ πλέον με κατηφείας ἐμπιπλῶν ἐνταῦθα, καὶ βάρος ὥσπερ νέφος τῇ διανοίᾳ ἐμβάλλον, τὸ νῦν ὑπὸ πάντων σχεδὸν, καὶ μάλιστα τῶν ὄῆθεν ἐπιφανῶν μοναχῶν πρεσβευόμενον περὶ ἀναστάσεως καινοπρεπὲς δόγμα· ὥστε μηδὲ στοχαστικῶς ἔτι προοιμιάζεσθαι τὴν τοῦ Ἀντιχρίστου παρουσίαν ὑπολαμβάνειν· παρεῖναι δὲ μᾶλλον πιστεύειν καὶ διαβεβαιοῦσθαι, καὶ τὸν ὁπωστοῦν μετέχοντα τοῦ λογίζεσθαι· αὐτὴν μαρτυροῦσαν τῷ τοιούτῳ κακῷ τὴν τῶν λεγομένων [ἀτοπίαν] ἔχοντα.

Φασὶ γὰρ οἱ πρὸς πάντα τὴν γλῶσσαν ἀδεῶς ὀξύνοντες, καὶ μηδὲν τῶν ἀσεβῶς γινομένων ἢ λεγομένων ἡγούμενοι φοβερὸν, φλέγματι πάλιν καὶ αἵματι, χολῇ τε αὖ ξανθῇ καὶ μελαίνῃ, καὶ ὁλκῇ ἀέρος, καὶ τροφῇ αἰσθητῇ πρὸς τὸ ζῆν συνέχεσθαι μέλλειν τὰ σώματα κατὰ τὴν ἀνάστασιν, οὐδενὸς τὸ σύνολον ξένου παρὰ τὴν παροῦσαν ζωὴν διὰ τῆς ἀναστάσεως ἀναφανησομένου, πλὴν τὸ μὴ δύνασθαι πάλιν ἀποθανεῖν· οὐκ οἶδ' ὅπως πρὸς πάντα τὰ ἐν τῇ ἁγίᾳ Γραφῇ περί τε ψυχῆς καὶ ἀναστάσεως νεκρῶν διά τε προφητῶν καὶ ἀποστόλων, καὶ αὐτοῦ τοῦ διὰ σαρκὸς ὁμιλήσαντος ἡμῖν Θεοῦ Λόγου, καὶ μάλιστα Κορινθίοις ἰδιοτρόπως διὰ τοῦ θεσπεσίου Παύλου περὶ ἀναστάσεως διηγορευμένα, τήν τε ἀκοὴν ἐκουσίως βύσαντες, καὶ πρὸς κατανόησιν τὸ τῆς ψυχῆς ὄμμα ἐπιμύσαντες, οὕτω τρανὰ ὑπάρχοντα καὶ ἐξάκουστα καὶ μηδενὸς τοῦ ἑρμηνεύοντος πρὸς τὸ γνωσθῆναι δεόμενα· καὶ τὴν φύσιν αὐτὴν τῶν ὄντων οὐχ ἧττον τῶν θειωδῶς ἐκπεφασμένων παιδεύουσαν ἔχοντες· ἢ καὶ τοὺς Βαρβάρους πρὸς γνῶσιν ἀληθείας ἐνάγειν ἐπίσταται, ἀρίδηλον ἑαυτὴν προβαλ-

VII. — Ejusdem ad Joannem presbyterum, animam etiam a morte intelligere, nec ullam ex facultatibus, quæ insunt a natura, amittere.

Secunda labentis Augusti mensis, primæ hujus indictionis, communis amicus noster venerabiles paternæ sanctitatis vestræ litteras mihi reddidit. Harum lectione mire quidem recreatus sum, quod vos dominos meos, ac secundum Deum, omnium mihi bonorum auctores, bene valere cognovi. Sic enim 244 prorsus vobis unitus est Spiritus Dei sanctus, B ut et absentes vos mentis oculis contuens, pro ea quæ mihi subest, facultate, et vita et ratione meliore componar; velut nimirum, qui per vos, Deum memoriæ obversantem, et videam et revereor. Haud mediocri vero dolore affecit, quod illic a nonnullis (ut scripsistis), de anima licentius dogma evulgatur; dum mecum ipse cogito, quantas hic quoque istiusmodi malum vires acceperit, quantam nactum sit libertatem. Quod autem hic constitutum majori opplet mœstitia, ac quasi nubem, grande animo pondus injicit, istud est, quod cuncti fere, ac præsertim illustriores monachi, novam de resurrectione doctrinam statuant atque doceant: sic nimirum, ut nedum conjectura adesse jam Antichristi adventus præludia suspicari subeat, C sed et certo præsentem credere et affirmare, si quis tantisper librare rem ratione queat; qui videlicet eorum quæ dicuntur absurditatem istiusmodi malo fidem astruentem habeat.

Aiunt enim qui licenter ad omnia linguam acuunt, nec quidquid impie fiat aut dicatur, formidandum aliquid ducunt; pituita rursus ac sanguine, flavaque et atra bile, nec non aeris tractu, ac cibo qui sensu percipiatur, continenda ad vitam ac conservanda in resurrectione humana corpora; ut nihil penitus novum, quam quod vita hac cernitur, per eam exhibendum sit, uno hoc duntaxat excepto, quod non rursus corpora morti obnoxia erunt: qui nempe, nescio qua ratione, ad omnia, D quæ in Scriptura, de anima, deque mortuorum resurrectione per prophetas et apostolos, ipsumque adeo per carnem nobiscum versatum, Deum Verbum, ac cum primis quæ seorsim Corinthiis divinus Paulus exposuit tradiditque *, aures obturaverint animique oculum ne intelligant clauserint, tametsi illa adeo clara sunt audituque facilia, ut ad intelligendum nulla interpretis necessaria diligentia sit, ac cum adeo, ipsam rerum naturam atque indolem, haud secus ac divina ipsa oracula, docentem habeant; cujus ea vis, ut et Barbaros ad veri-

* I Cor. xv, 44.

VARIÆ LECTIONES.

[36] Incidit hæc indictio, juxta Baronii computum, in annum 643, quando Maximus agebat in Africa, Scalig. *De emend. temp.* et *Comput.* Maximi apud eumdem.

Digitized by Google

tatis cognitionem inducere noverit, nihil eam veriti, quæ se ipsa claram, eorum quæ in quæstionem vocantur, demonstrationem producat.

Quis enim, nisi rationis munus omne penitus amisit, hoc nesciat: naturam omnem, quæ suis essentialiter **245** proprietatibus distincta sit; eaque ratione tum substantiæ suæ modum, tum differentiam ostendat, qua a reliquis naturis, nulla cum eis commistione, discreta est; si semel proprietatibus, quæ substantiam continent ac servant, nudata fuerit, ne ipsam quoque ullo modo fore, vel quod non erat aliudque futuram? Siquidem omnino peremptis proprietatibus fore illam, velut indulgentia ingratiisque dicere non abnuerit. Sic enim comparatum, ut corruptis naturalibus proprietatibus, omne quoque subjectum una corrumpatur. Quid enim, aut ubi bos et equus et leo, atque ejusmodi alia, desideratis proprietatibus, quæ cujusque rei naturam continent? Quis vero hæc esse absque illis dicere præsumat, si modo sani capitis est, haud intelligo. Siquidem igitur verum est nullam rem esse aut cognosci posse, absque iis quæ natura vereque eam insigniunt; plane fit, ut qui animæ adimunt, quod illi essentialiter ingenitum est (vim scilicet rationis et intelligendi, quatenus semper et est et operatur intelligendo ac cogitando seu ratione utendo), id quoque quod est esse perspicue adimant. Sicque eorum opinione, corruptioni mortique obnoxia erit, quæ corpore vita functo, ipsa jam nec esse habeat; quo quid absurdius dici queat?

Sin autem eam vivere, vel verbo tenus, etsi non reipsa, docent, omnium reprehensionem veriti, plane etiam movebitur. Omnis enim rerum creatarum vita, motu proditur. Si autem movetur, omnino etiam operatur: omnis enim motus, per operationem manifestatur. Si autem operatur, plane naturaliter mota, non ab extrinseco motore, aut per accidens. Non enim quod in orbem rotetur, aut locum ex loco mutet; omninoque, ut verbo dicam, corporum more, sed mente et ratione.

Sin autem mente et ratione et vivit et movetur et operatur, omnino ratione utitur seu discurrit, et intelligit et cognoscit. Nisi vero etiam cognoscit et discurrit, ne operatur quidem, neque movetur, aut vivit. Neque enim vita constare potest, si desit innatus motus; at neque innaturalis motus prodi potest, quin natura conveniens ac cognata operatio sit.

Ad hæc vero, anima aut ipsa a se suique ratione rationalis est ac intelligens, aut mutuatur a corpore. Ac siquidem sui ipsa ratione, seu essentiæ suæ, rationalis est **246** ac intelligens, ipsa a se omnino vere exsistens est. Sin autem vere exsistens est, sui ipsa ratione natura, et per se operabitur ac cum corpore, natura intelligens utensque ratione; nec unquam natura, quin intelligendi prædita viribus sit, desinens. Quæ enim cuivis rei, quamcunque demum dixeris, naturæ insunt, hæc, quandiu illa est ac vere exsistit, nunquam auferri

[F] Ven. Blac. ἐνεργεῖται.

A λομένη τῶν ζητουμένων ἀπόδειξιν, οὐκ αἰδούμενα.

Τίς γὰρ, εἴπερ μὴ πάντη τῆς κατὰ τὸν λόγον ἐστέρηται χάριτος, ἀγνοεῖ, ὅτι πᾶσα φύσις οὐσιωδῶς οἰκείοις ἰδιώμασι διειλημμένη· καὶ ταύτῃ τόν τε τρόπον τῆς οἰκείας ὑπάρξεως, καὶ τὴν διαφορὰν καθ' ἣν τῶν ἄλλων ἀμιγῶς διώρισται δεικνύουσα φύσεων· ἐπὰν τῶν συνεκτικῶν τῆς οὐσίας αὐτῆς ἀπογένηται ἰδιωμάτων, ἢ οὐδ' ὅλως ἔσται, ἢ ὅπερ οὐκ ἦν, γέγονεν· εἴπερ ὅλως κατὰ τὴν ἀναίρεσιν τῶν ἰδιωμάτων εἶναι συμπεριφορικῶς αὐτὴν ἀνάσχοιτο εἰπεῖν. Πέφυκε γὰρ πᾶν ὑποκείμενον τοῖς φυσικοῖς ἰδιώμασι φθειρομένοις συμφθείρεσθαι. Τί γὰρ, ἢ ποῦ βοῦς ἔσται, καὶ ἵππος, καὶ λέων, καὶ τὰ τοιαῦτα, τῶν συνεκτικῶν τῆς ἑκάστου φύσεως ἰδιωμάτων οὐκ ὄντων; Ἤ τίς εἶναι ταῦτα ἐκείνων χωρὶς εἰπεῖν θαῤῥήσοι, μανίας ὑπάρχων ἐλεύθερος, οὐ συνορῶ. Εἰ οὖν ἀληθὲς, τὸ μηδὲν δύνασθαι τῶν ὄντων εἶναι ἢ γνωσθῆναι ἄνευ τῶν φυσικῶς καὶ κυρίως αὐτὸ χαρακτηριζόντων, οἱ τῆς ψυχῆς τὸ κατ' οὐσίαν αὐτῇ ἐμπεφυκὸς ἀφαιρούμενοι· τουτέστι, τὸ λογικόν τε καὶ νοερὸν, καθὸ ἀεί τέ ἐστι καὶ ἐνεργεῖ νοοῦσα καὶ λογιζομένη, προδήλως καὶ τὸ εἶναι αὐτῆς, κἂν μὴ λέγουσι, συναφαιροῦνται· καὶ ἔσται κατ' αὐτοὺς, φθαρτὴ καὶ θνητὴ, τὸ εἶναι μετὰ τὸν τοῦ σώματος θάνατον οὐκ ἔχουσα· οὗ τί ἀτοπώτερον;

B Εἰ δὲ ζῆν αὐτὴν ὑποτίθενται, κἂν λόγῳ, εἰ καὶ μὴ πράγματι, τὸν παρὰ πάντων ὑφορώμενοι ἔλεγχον, πάντως καὶ κινεῖται. Πᾶσα γὰρ ζωὴ τῶν γενητῶν, ἐν κινήσει δείκνυται. Εἰ δὲ κινεῖται, καὶ ἐνεργεῖ[F] πάντως· πᾶσα γὰρ κίνησις, δι' ἐνεργείας ἐκφαίνεται. Εἰ δὲ ἐνεργεῖ, φυσικῶς πάντως κινουμένη, καὶ οὐ θετικῶς, ἢ κατὰ συμβεβηκὸς, ἐνεργήσει. Οὐ γὰρ κυκλοφορικῶς, ἢ μεταβατικῶς· ἢ, συνελόντα εἰπεῖν, σωματικῶς· ἀλλὰ νοερῶς τε καὶ λογικῶς.

C Εἰ δὲ νοερῶς τε καὶ λογικῶς καὶ ζῇ καὶ κινεῖται καὶ ἐνεργεῖ, λογίζεται πάντως καὶ νοεῖ καὶ γινώσκει. Εἰ δὲ μὴ γινώσκει καὶ λογίζεται, οὐδὲ ἐνεργεῖ, οὐδὲ κινεῖται, οὐδὲ ζῇ. Οὐ γὰρ οἷόν τε εἶναι ζωὴν ἄνευ τῆς ἐμφύτου κινήσεως· οὐδὲ κίνησιν φυσικὴν, προσφυοῦς ἐνεργείας οὐκ οὔσης, ἐμφαίνεσθαι.

D Ἄλλως τε δὲ, ἡ ψυχὴ, ἢ δι' ἑαυτὴν ἐστι λογικὴ τε καὶ νοερὰ, ἢ διὰ τὸ σῶμα. Καὶ εἰ μὲν δι' ἑαυτὴν, ἤτοι τὴν ἑαυτῆς οὐσίαν ἐστὶ λογική τε καὶ νοερὰ, καὶ αὐθυπόστατος, πάντως ἐστίν. Εἰ δὲ αὐθυπόστατος δι' ἑαυτὴν φύσει καὶ καθ' ἑαυτὴν, καὶ μετὰ σώματος ἐνεργήσει, νοοῦσα κατὰ φύσιν καὶ λογιζομένη, καὶ οὐδέποτε παυομένη τῶν φυσικῶς αὐτῇ προσουσῶν νοερῶν δυνάμεων. Τὰ γὰρ φύσει τῷ ὁπωσοῦν ὄντι προσόντα, ἕως ἐστὶ καὶ ὑφέστηκεν, ἀναφαίρετα τυγχάνει. Ἡ ψυχὴ οὖν ἀεί τε οὖσα, ἀφ' οὗ γέγονεν, καὶ ὑφισταμένη διὰ τὸν θεῖον

Digitized by Google

αὐτὴν δημιουργήσαντα Θεὸν, ἀεὶ νοεῖ καὶ λογίζεται καὶ γινώσκει, καὶ καθ' ἑαυτὴν, καὶ μετὰ σώματος, δι' ἑαυτὴν καὶ τὴν ἑαυτῆς φύσιν. Οὐδεὶς οὖν εὑρεθήσεται λόγος, ὃ τὴν ψυχὴν τῶν προσόντων αὐτῇ φυσικῶς, καὶ οὐ διὰ τὸ σῶμα, μετὰ τὴν τούτου λύσιν ἀλλοτριῶσαι δυνάμενος. Εἰ δὲ διὰ τὸ σῶμα λογική τε καὶ νοερά ἐστιν ἡ ψυχὴ, πρῶτον μὲν, τιμιώτερον τῆς δι' αὐτὸ γενομένης ψυχῆς ἔσται τὸ σῶμα. Ἔπειτα δὲ, καὶ ἐξ αὐτοῦ ἕξει τό τε νοερὸν καὶ λογικὸν, ὡς δι' αὐτὸ γενομένη. Εἰ γὰρ σώματος χωρὶς, οὐδαμῶς νοεῖν ἢ λογίζεσθαι δύνατα ἡ ψυχὴ, ἐξ αὐτοῦ πάντως τὸ νοεῖν αὐτῇ καὶ λογίζεσθαι προσέσται. Εἰ δὲ τὸ νοεῖν καὶ λογίζεσθαι ἐκ τοῦ σώματος κέκτηται ἡ ψυχὴ, ὡς αὐτοῦ χωρὶς ταῦτα ἔχειν μὴ δυναμένη κατὰ τοὺς λέγοντας, οὐδὲ αὐθυπόστατος ἔσται πάντως· πῶς γὰρ ἡ ἄνευ σώματος καθ' ἑαυτὴν τὸ χαρακτηρίζον οὐκ ἔχουσα; Εἰ δὲ αὐθυπόστατός οὐκ ἔστιν, οὐδὲ οὐσία ἐστὶ δηλονότι. Οὐσία δὲ αὐθυπόστατος μὴ οὖσα, συμβεβηκὸς ἔσται, φυσικῶς μόνον ὑφισταμένῳ τῷ σώματι ἐνυπάρχουσα· μετὰ δὲ τὴν αὐτοῦ λύσιν, οὐδὲν οὐδαμῶς εἶναι δυναμένη· καὶ οὐδὲν ἔσται πλέον τοῖς τοσοῦτον ἀνηταίνουσι, τὴν ἀθανασίαν τῆς ψυχῆς ἀφῃρημένοις (*j*), τῆς Ἐπικούρου καὶ Ἀριστοτέλους ματαιοπονίας, οἷς, ὡς εἰκὸς, οἱ γεννάδαι, καὶ σεμνύνονται συντασσόμενοι. Καὶ περὶ μὲν τούτου, ταῦτα.

A possunt. Igitur anima quæ semper sit, ex quo condita est, vereque exsistat Dei munere, qui ut sic esset eam condidit, semper intelligit et ratione utitur atque cognoscit, tum ipsa per se, tum cum corpore, sui ipsius, suæque naturæ ratione. Nulla igitur ocurrat ratio, hoc evincens, animam corpore solutam, iis privatum iri, quæ ei natura insunt, non ratione corporis. Sin autem corporis ratione anima rationalis est et intelligit; fit primo, ut corpus anima præstantius sit, quæ illius causa condita sit, tumque adeo ut hæc ex illo mutuetur esse intelligentem et præditam ratione, quippe quæ ob illud facta sit. Siquidem enim anima absque corpore omnino intelligere, aut uti ratione, non potest; ex illo prorsus ut intelligat ac ratione utatur, B corradet. Quod si anima ut intelligat ac ratione utatur ex corpore nacta est, tanquam nimirum illa hæc a se, ut illi loquuntur, habere non valeat, plane nec vere ac per se exsistens erit. Qui enim fuerit, quæ nec sui ratione absque corpore id ipsum habeat quod eam insignit ejusque proprius character exsistit? Si autem non ipsa vere et per se exsistens est, nimirum neque substantia est. Quod si ipsa vere ac per se exsistens substantia non est, accidens erit, natura solum in corpore (quod ipsa subsistat vereque exsistat) esse habens, cum ipsa post ejus solutionem, nihil usquam esse valeat. Nihilque amplius erit, iis, qui sic amentia feruntur, sublata eis animæ immortalitate, quam quod Epicuri et Aristotelis argutiarum ac ineptiæ est; quorum etiam, ut par est, belli homines ac strenui collegio gloriantur, gaudentque iis accenseri. Atque hæc hactenus eo argumento.

Τοῦ δὲ περὶ ἀναστάσεως παρ' αὐτῶν λεγομένου, C τίς ἀρετῆς καὶ εὐσεβείας ἐπιμελούμενος ἀκούων, οὐχὶ τὸ ἀπαθὲς ἑαυτῷ διὰ πάθους, τῆς κατ' αὐτῶν ἀγαναχτήσεως λέγω, περιποιήσεται; Εἰ γὰρ, ὥς φασι, κατὰ τὴν εἰκόνα τῆς παρούσης ζωῆς, ἀπαραλλάκτως τοῖς μαχομένοις χυμοῖς πεποιωμένον ἀναστήσεται τὸ σῶμα, καὶ τραφήσεται ἐν τῇ φοβερᾷ τοῦ Θεοῦ παρουσίᾳ μετὰ τὴν τοῦ κόσμου τούτου συντέλειαν, οὐκ οἶμαι ἄλλο τι αὐτοὺς διὰ τούτων, ἵνα συνελὼν εἴπω, τὰ πολλὰ περικόψας ὅσα ῥηθῆναι ἐνδέχεται, ἢ ἄϊδιον τὸν θάνατον πρεσβεύειν, καὶ τὴν φθορὰν ἀτελεύτητον. Εἰ γὰρ φθορὰ τῶν οὕτω συνισταμένων ὑπάρχει ὁ θάνατος σωμάτων, ἀεὶ δὲ τὸ δι'

De resurrectione autem quod astruunt, quisnam virtutis ac pietatis studiosus cultor audiens, non sibi perturbati quasi animi affectu (vehementiori scilicet in eos indignatione) imperturbationem animique tranquillitatem conciliet? Siquidem enim, ut aiunt, qua ratione se hujus vitæ imago habet nulla diversitate **247** compugnantibus humoribus imbutum corpus surrecturum est, cibisque nutriendum in tremendo Dei adventu post mundi consummationem, nihil eos aliud inde puto astruere ac conficere (quo paucis omnia quæ dici possunt perstringam) quam mortem sempiternam fore, ac corruptionem nullo unquam exitu finiendam. Cum

NOTÆ.

(*j*) *Τὴν ἀθανασίαν τῆς ψυχῆς ἀφῃρημένοις.* Sic ambo Gregorii aliique sancti Aristotelem trahunt in opinionem mortalitatis animorum, quorum certe magna fides est et auctoritas, pro eorum in Græcis Aristotelis atque ejus dogmatis diligentia. Qui utique, si conciliare Aristotelem licuisset, amicum maluissent, quam ut sibi ac catholicæ fidei, in re tanti, tantum adversarium committerent. Ejus ἐνδελέχεια, actusque et perfectio corporis, velut est acuties in ferro, de hominis animo eoque immortali non satis congruat: sanctus doctor tamen serio laboravit vindicando Aristotelem, et ut ejus sanam mentem in opinione de anima immortali assereret: quæ tractatio longam lucubrationem exposceret; quæ proinde alterius operæ et otii sit. Rite autem Maximus, ex negatione actus proprii et insignientis, qui in anima rationali, actus ipse rationis est, ut scilicet intelligat ea velit, ipsius animæ negatio- D nem ac interitum colligit: ut perinde sit, sic inertem esse, ac non esse. Quod monachorum, et in illis celebriorum, fuisse hunc errorem deplorat Maximus, hoc admonet, monachos qui simpliciores minusque eruditi sunt, proclivius errore labi, eoque semel imbibito, fere capitosiores esse, qua sibi blandiuntur sanctitatis larva potius, quam ipsa veritate. Atque utinam Maximi hæc duntaxat tempora contingerent, ac, vel quibus ex munere indicta studiorum necessitas, serio illis secundum pietatem navarent operam, non sæculari ambitu turbas fratribus facerent, omniumque diris devoti, muliercularum favore omni modo comitatui vim facerent, ut majores prælati et antistites, invitis sacris canonibus Patrumque institutis, fierent, qui nec minora replere subsellia, exigui meritis ac scientia nullaque modestia (ut mitissime dicam) digni exsistant!

Digitized by Google

enim mors eorum corporum corruptio sit, quæ cum in modum consistunt, ac semper corpus quod ciborum influxu confovetur atque conflatur, itidem corrumpatur; quippe cum fluxu dissipetur, ob nativam in ipso humorum, ex quibus concretum est, obnitentium pugnam; plane fit, ut quibus post resurrectionem corpus semper consistere tradunt, conservatum iri in sempiternum mortem astruant. Verum par erat, ut corpus quidem secundum essentiam et formam excitandum crederent, immune tamen a corruptione ac morte; et, ut verbis Apostoli utar, *pro animali, spiritale* [p]; quod nempe nullam ejus proprietatis vim ferat, qua ad corruptionem ac interitum, qualitatum ad sensum immutantium impressione, conflatur, uti novit fore Deus, qui ad immortalem ac præstantem statum ipse denuo contemperabit; nec his plura curiosius inquirerent.

A ἐπιῤῥοῆς τροφῶν συνιστάμενον φθείρεται σῶμα, τῇ ῥοῇ διαπνεόμενον, διὰ τὴν τῶν ἐν αὐτῷ χυμῶν, ἐξ ὧν καὶ συνέστηκε, φυσικὴν ἀντιπάθειαν· ἀεὶ ἄρα, δι' ὧν μετὰ τὴν ἀνάστασιν τὸ σῶμα συνίστασθαι ὑποτίθενται, συντηρούμενον εἰς τὸ διηνεκὲς τὸν θάνατον καταγγέλλουσι. Δέον πιστεύειν, αὐτὸ μὲν ἀνίστασθαι κατ' οὐσίαν καὶ εἶδος τὸ σῶμα, ἄφθαρτον δὲ καὶ ἀθάνατον, καὶ ἀποστολικῶς εἰπεῖν, *ἀντὶ ψυχικοῦ πνευματικόν* τῷ μηδὲν φέρειν τῆς ἀλλοιωτῆς αὐτοῦ κατὰ τὴν φθορὰν συστατικῆς ἰδιότητος, ὡς οἶδεν ὁ πρὸς τὸ ἀπαθὲς, καὶ τίμιον αὐτὸ μετακεράσων Θεός· καὶ μηδὲν πλέον περιεργάζεσθαι.

Qui plures hisce nugis gaudere videam ac oblectari: *Obmutui et humiliatus sum, et silui a bonis* [q]; nempe conducibilius ratus, quisquis vir prudens ac cautus sit, ut silentium teneat, quam ut loquatur; mecumque ipse lugens et contristatus incedo, animo cogitans, quantam sermones ejusmodi, scintillæ instar dissilientes, edituri sint animorum stragem; nec quemquam esse, qui doctrinæ in periculum adductæ, opem ferre possit aut velit, ob eam, quæ viget, temporis morumque nequitiam. Quamobrem etiam magis ingemisco, meamque a vobis absentiam deploro; qui nimirum cominus tuentem, atque a noxiis liberantem, potentissimam paternæ vestræ sanctitatis inspectionem et curam, meos crebrius plurimos lapsus verbo fulcientem, non habeam.

B Τούτοις χαίροντας καὶ ἡδομένους ὁρῶν τοὺς πολλοὺς, *Ἐκωφώθην, καὶ ἐταπεινώθην, καὶ ἐσίγησα ἐξ ἀγαθῶν*· λυσιτελεστέραν τοῦ λόγου τὴν σιωπὴν παντὶ συνετῷ εἶναι κρίνας· καὶ κατ' ἐμαυτὸν πενθῶν, καὶ σκυθρωπάζων πορεύομαι· λογιζόμενος πόσον οἱ τοιοῦτοι λόγοι ἀμελούμενοι, πανταχοῦ σκινθήρων δίκην διάττοντες, ψυχῶν ἐργάσονται θάνατον· καὶ οὐδείς ἐστιν ὁ ἐπαμῦναι τῷ λόγῳ δυνάμενος, ἢ βουλόμενος κινδυνεύοντι, διὰ τὴν ἐπικρατοῦσαν τοῦ καιροῦ πονηρίαν. Διὸ καὶ μᾶλλον στένω, τὸν ἀφ' ὑμῶν χωρισμὸν, τὴν ἐγγύθεν φρουροῦσάν με καὶ ἐξαιρουμένην τῶν βλαβερῶν πανσθενῆ τῆς ὑμῶν πατρικῆς ἁγιωσύνης ἐπισκοπὴν οὐκ ἔχων, συχνότερον τῷ λόγῳ τὰ πολλά μου ἐρείδουσαν ὀλισθήματα.

C

248 VIII. — *Ejusdem ad eumdem.*

Carnali amori id comparatum, ut mora temporis emarcescat ac obsolescat, qui ipse locorum spatiis pariter distrahatur ac velut commigret una cum illis, qui ejus necessitudine conjuncti sunt. Conflatur enim circa sensum, qui ea quæ minime præsentia sunt, nequaquam possit percipere. At spiritalis amor, semper mente alios aliis sibi præsentes habet, qui eo devinciuntur, tametsi multis parasangis per locorum intervalla dividantur; nullam scilicet ipse temporis aut loci circumscriptionem admittens. In mente enim exsistentiam habet; quæ corporum inter se locorum spatiis divisione non

Η'. — *Τοῦ αὐτοῦ* (*k*) *πρὸς τὸν αὐτόν.*

Ὁ κατὰ σάρκα πόθος χρόνῳ μαραίνεσθαι πέφυκε, συναπιὼν χωριζομένοις τοπικῶς, τοῖς κατ' αὐτὸν πρὸς ἀλλήλους ἔχουσι τὴν συνάφειαν. Περὶ γὰρ τὴν αἴσθησιν ἔχει τὴν σύστασιν, τὴν μηδαμῶς τῶν μὴ παρόντων ἀντιλαμβάνεσθαι δυναμένην. Ὁ δὲ κατὰ πνεῦμα πόθος, ἀεὶ συμπαρόντας ἀλλήλοις ἔχει νοερῶς, τοὺς κατ' αὐτὸν συνημμένους, κἂν σωματικῶς ἀλλήλων χωρισθῶσι· τὴν κατὰ χρόνον ἢ τόπον περιγραφὴν οὐ δεχόμενος. Περὶ γὰρ τὸν νοῦν ἔχει τὴν ὕπαρξιν, τὸν μηδαμῶς τοῖς σώμασιν ἀλλήλων διαιρουμένοις τοπικῶς, συνδιαιρούμενον ἢ συμπεριεκλειόμενον. Τοῦτον τὸν πόθον ἀπ' ἀρχῆς πρὸς τοὺς ἀγω-

[p] I Cor. xv, 44. [q] Psal. xxxviii, 3.

NOTÆ!

(*k*) *Τοῦ αὐτοῦ.* Unus Regius cod. Τοῦ αὐτοῦ ἐπιστολὴ ἄλλη, περὶ ἀγάπης· quæ additio περὶ ἀγάπης superflua, respuuntque alii codices. Num et τὸ, πρὸς τὸν αὐτὸν, addititium sit variantibus codicibus, pronuntiare non ausim. Quod καλὸν ποιμένα καὶ διδάσκαλον, *Pastorem et magistrum* vocat, etiam in presbyterum congruit, qualis erat Jordanis, qui forte ipse hegumenus, sive monasterio præfectus erat, sub quo Maximus vel meruerat, vel ejus imbutus doctrina fuerat: etsi in episcopum aptius foret, qui ipse simpliciter pastor, ac cujus præcipue muneris docere sit; etsi illi utraque functione minores sacerdotes (parochi maxime, fratresque Mendicantes juris communis dispositione illis partim conjuncti, nec paucis æquati) adjutores sint: neutri ita D spernendi, utrique fovendi, ut ipso hierarcha summoque duce, velut acies ordinata consurgat, cui præest, Christiana, ipsa perficiens, præsidensque ac regens, vel in ipso foro fori, vel solo animæ foro quasi tribunis suis et centurionibus, præter imperatorem suum, instructa hierarchia; uno summo hierarcha Petri successore, omnes sibi hierarchas, subditasque illis plebes, nechon muneris adjutores (ipsos vicaria eis opera προστάτας, secundi nimirum ordinis sacerdotes) uniente, ut sit una columba, una sponsa, una et acies, una Ecclesia: extra quam quidquid est, profanum est, nec in Ecclesiæ computandum censum, sed παρασυναγωγῆς et conventiculi Satanæ.

Digitized by Google

τάτους ὑμᾶς ἔχειν ἀξιωθείς, ἀεὶ παρόντας ὁρᾷν δοκῶ, καὶ διαλεγομένων αἰσθάνεσθαι· καὶ οὐκ ἔστι καιρὸς ἢ τόπος, ὁ ἀφιστᾷν με δυνάμενος τῆς ὑμετέρας μνήμης· διὰ παντὸς ὑμᾶς παρόντας πνευματικῶς ὑποδεικνυούσης, καὶ πάντας τοὺς ἐν ἐμοὶ δυσώδεις λογισμοὺς ἀπελαύνοντας, τῆς ἐν ὑμῖν θείας χάριτος τὴν πολλὴν εὐωδίαν οὐ φέροντας· καὶ πείθομαί γε, μὴ ψιλῶς τὴν μνήμην φαντάζεσθαι τοὺς ἀγιωτάτους ὑμᾶς, ἀλλὰ παρόντων ἀληθῶς ἐπαισθάνεσθαι· τὸ γινόμενον πληροφορίαν ἀκριβῆ τῆς ὑμῶν παρουσίας ποιούμενος. Ἡ γὰρ ἐν ὑμῖν κατὰ χάριν Θεοῦ δραστήριος δύναμις, ἅμα τῇ μνήμῃ τοὺς διοχλοῦντας ἀπελαύνουσα δαίμονας, σαφεστάτην τῆς ὑμῶν παρουσίας παρέχεται δήλωσιν. Καὶ θαυμαστὸν οὐδὲν, εἰ τοὺς ἀπόντας σωματικῶς, παρεῖναι ποιεῖ νοερῶς, ὁ τῶν σημείων καὶ τῶν τεράτων Θεός· ὡς οἶδεν αὐτὸς, καὶ οἱ ἐξ αὐτοῦ τὰ τοιαῦτα θεοπρεπῶς ἐνεργούμενοι· καὶ πλέον ἢ ὅσον τοπικῶς ἀλλήλοις τὰ σώματα πάρεστι. Καὶ εἰ μόνον μνημονευόμενοι, τίμιοι Πατέρες, τοσοῦτόν μου τοῖς ἀτίμοις ἐπιτίμιον παρέχετε λογισμοῖς, ἀοράτως φοιτῶντες τῷ πνεύματι, πόσῳ μᾶλλον κατ' ὀφθαλμοὺς παρόντες, καὶ τὴν ἐμὴν ἀκοὴν διὰ ζώσης φωνῆς τοῖς θείοις καθαγιάζοντες λόγοις, καὶ τὴν ἀρετὴν τοῖς ἑαυτῶν τρόποις λαμπρῶς ἐκδιδάσκοντες;

A dividatur, nec iisdem angustiis claudatur. Hoc amore, qui ut vobis sanctissimis olim a principio jungerer nactus sim, vos semper coram præsentes cernere videor, ac colloquentes sentire; nullumque tempus aut locus est, quorum injuria a vestra abjungi memoria valeam; quæ vos semper spiritu præsentes ostendit, cunctasque in me fetore graves cogitationes fugat, quæ ipse in vobis longe suavissimam gratiæ fragrantiam non ferant. Certoque mihi persuadeo vos sanctissimos non nudc memoriam cogitare, sed præsentes vere persentiscere, qui certissimum præsentiæ vestræ argumentum e re ipsa ducam. Dei enim in vobis per gratiam virtus efficax, una cum memoria dæmones animo obtundentes in fugam agens, clarissimum præsentiæ vestræ specimen præbet. Nec quidquam mirum, si qui corpore absunt, mente præsentes facit, qui signa et prodigia operatur, Deus qua novit ipse ratione, et qui ejus munere, tali divine afflatu donantur; atque id amplius, quam si etiam loco corpora jungerentur. Ac siquidem una solaque recordatione, venerandi Patres, tanta districtione dedecorosas meas cogitationes invisibili Spiritus adventu castigatis; quanto magis si ob oculos coram præsentes, vivaque voce divinis aures sermonibus sancte imbuentes, vestrisque moribus me gereret?

B

Διὰ τοῦτο πενθῶν καὶ σκυθρωπάζων πορεύομαι, ποθῶν τε καὶ ζητῶν σε τὸν καλὸν ποιμένα καὶ διδάσκαλον, τὸν εἰς τόπον με χλόης τὸ πλανώμενον πρόβατον κατασκηνοῦν ἐπιστάμενον· τὴν ἀπωθουμένην λέγω τὸν καύσωνα τῶν παθῶν διὰ πράξεως ἕξιν τῆς ἀρετῆς· καὶ ἐπὶ ὕδατος ἀναπαύσεως ἐκτρέφειν δυνάμενον· τὴν ἀρδουσάν φημι τὸν νοῦν διὰ θεωρίας χάριν τῆς γνώσεως, τὸν ἐπιστρέφοντά μου τὴν ψυχὴν ἀπὸ κακίας εἰς ἀρετὴν θείοις καὶ λόγοις καὶ παραδείγμασι, καὶ ἐπὶ τρίβους ὁδηγοῦντα δικαιοσύνης· τοὺς κατ' εὐσέβειαν σωτηριώδεις ὑποδεικνύοντα τρόπους· καὶ ῥάβδῳ καὶ βακτηρίᾳ σοφῶς παρακαλοῦντα, τουτέστι, τῇ μνήμῃ τῶν αἰωνίων κολάσεων, καθάπερ ῥάβδῳ τινὶ τὸν εἰσαγόμενον κακίας ἀπάγοντα, καὶ τῇ προτροπῇ τῶν μελλόντων ἀγαθῶν, βακτηρίας δίκην εἰς ἀρετὴν τὸν προκόπτοντα δι' ἐλπίδος στηρίζοντα· ὅπερ καὶ ὁ Κύριος καὶ Σωτὴρ, ὡς οἶμαι, συμβολικῶς ὑπῃνίττετο, τοῖς τραύμασι τοῦ τοῖς λῃσταῖς περιπεσόντος ἐπιχέων οἶνον καὶ ἔλαιον. Φόβῳ γὰρ τῆς γεέννης τοῦ αἰωνίου πυρὸς, ὁ τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν πόθος ἐπικιρνώμενος, ἀλώβητον τὴν ψυχὴν συντηρεῖ, πρὸς τὴν ἀγάπην ἐπισφίγγων τοῦ Κτίσαντος· πάσης ἐμπαθοῦς διανοίας διὰ τῆς στύψεως ἀποσμηχθεῖσαν.

C

Idcirco lugens mœstusque ac vultu **249** tristis ingredior, te pastorem bonum atque doctorem, requirens; qui ipse me ovem errantem in loco pascuæ collocare[r] noveris (nempe virtutis ejusmodi habitu, qui per actionem ejusque cultu, vitiorum depellat æstum) et super aquam refectionis educare me possis (scientiæ scilicet gratiam, contemplationis vi animum irrigantem), qui divinis tum doctrinis, tum exemplis animam meam a vitio ad virtutem convertas; ac super semitas justitiæ deducas (salutares scilicet, quibus vita pie instituatur, modos moresque submonstrans), virgaque et baculo sapienter consoleris (nempe, æternorum suppliciorum memoria, ceu virga quadam, eum qui inducitur ac virtutis cultu tironem, a vitio ac malitia arcens; futurorumque bonorum provocatione tanquam baculo, eum qui virtute proficiat, spei adminiculo fulciens): quod ipsum, puto, Dominus et Salvator symbolo innuebat, cum ejus qui in latrones inciderat, vulneribus, vinum oleumque infunderet[s]. Regni enim cœlorum amor, cum gehennæ ignis æterni metu temperatus, animum a noxa servat immunem, quem scilicet Conditoris dilectione astringat; quæ ipsa austeriore cultu libidinosam omnem cogitationem absterserit.

D

Ἀλλὰ πλήρωσον λοιπὸν, τίμιε Πάτερ, καὶ αὐτὸς Πνεύματος θείου τῆς διδασκαλίας τὸν δόνακα (*l*),

Verum imple jam, venerabilis Pater, tu quoque divina Spiritus gratia fistulam, pastorisque in mo-

[r] Psal. xxii, 2. [s] Luc. x, 34.

NOTÆ.

(*l*) *Τῆς διδασκαλίας τὸν δόνακα.* Eadem metaphora, nec multum abludentibus verbis in Joanne Cyziceno archiepiscopo, munus pastorale, pascendo doctrina grege, declarat: ut major mihi hinc con-

Digitized by Google

rem ac benigno susurro voca, errantem absque pastore in ignorantiæ montibus, vitiique ac malitiæ collibus; subque tuam adige dexteram : multis denique malis morsibus luporum Arabiæ [t] (hoc est, Occidentis : Arabia enim, ut aiunt, *Occidentem* sonat, si vocem interpreteris) discerptum, miserantis affectu obliga. Intelligo autem (nec puto sensu fallente) secundum anagogiæ sensusque spiritalis rationes, Arabiæ nomine, carnem hanc, in iis qui mei similes sunt, divinas spiritus leges vi opprimentem; quæ plane multos vere impudentes sævosque ac immanes lupos alat; obque peccatum, Occidens reipsa facta sit, atque id nomen vere obtineat : super quem ascendit [u], tanquam bonus et misericors, Pastor ille bonus, qui pascit Israel, Deus ac Dei Verbum [v]; qui sedet super Cherubim [x]; nempe attendens, vidensque in quod periculum conjecti eramus; seque ideo manifestans, ac potentiam suam excitans, veniensque in carne ad salutem his, qui perierant, **250** præstandam; malasque interemptum bestias, quæ in ea adoleverant; pacis denique eam regionem, oviumque ratione utentium, quæ actionis cultu ad Deum provehantur, pascuam facturus : cujus ego necdum hactenus per spiritalem contemplationem (velut Israel montem Seir [y]) innoxie legem superavi, ejusve imperturbate desideria (velut fratres suos filios Esau habitantes in Arabia, Mose duce, qui ex Jacob ducebant originem), per actionem oppido doctam ac sapientem transivi; sed adhuc Arabiam sicut filii Esau habito (nempe Occidentem, carnem scilicet, qui nimirum decursa hac vita, ob carnis libidines, aliam non satis exspectem), quam nec incolere, verus omnis Israelita ac Deum videns, sustinet; qui scilicet peregrinari a carne [z] per virtutes contendat, ac præsens esse ad Dominum per scientiam peroptet; quæ terra vere promissa arcanorum bonorum mystice exsistat ac nuncupetur; terra scilicet fluens lac et mel [a]. Est enim Dominus eorum nutritius, qui Christiana simplicitate infantes sunt; eorumque lætitia ac gaudium, qui vita pie instituta in viros provehunt; ut qui virtutibus tanquam lacte, per actionem timentes alat; ac velut melle, per contemplationem spiritalem mysticis notionibus sensisque diligentes dulcedine perfundat ac deliniat.

Ne igitur me a bestiis captum atque lacerum, pro miserationis affectu veritatis doctrinis, vene-

A καὶ κάλει ποιμενικῶς τε καὶ φιλανθρώπως τὸν ἐπὶ τὰ ὄρη τῆς ἀγνοίας, καὶ τοὺς βουνοὺς τῆς κακίας, ἀποιμάντως πλανώμενον· καὶ ὑπὸ τὴν σὴν ποίησον δεξιὰν, καὶ κατάδησον συμπαθῶς τὸν πολλοῖς διασπαραχθέντα δήγμασι πονηροῖς τῶν λύκων τῆς Ἀραβίας (m)· τουτέστι τῶν Δυσμῶν· *Δυσμὰς* γὰρ, ὡς φασι, δηλοῖ κατὰ τὴν Ἑλλάδα φωνὴν ἑρμηνευόμενον τῆς Ἀραβίας τὸ ὄνομα. Νοῶ δὲ, καὶ τυχὸν οὐκ ἐσφαλμένως, κατὰ τοὺς τῆς ἀναγωγῆς λόγους, διὰ τῆς Ἀραβίας, τὴν σάρκα ταύτην, τὴν τῶν θείων ἐν τοῖς κατ' ἐμὲ τυραννικὴν νόμων τοῦ πνεύματος· τὴν πολλοὺς, ὡς ἀληθῶς, ἀγαιδεῖς τε καὶ ἀνημέρους λύκους ἐκτρέφουσαν· τὴν ὄντως δύσιν καὶ γενομένην διὰ τὴν ἁμαρτίαν, ἀληθῶς λεγομένην· ἧς ἐπιδέδηκεν, ὡς ἀγαθὸς καὶ φιλάνθρωπος, ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς,

B ὁ ποιμαίνων τὸν Ἰσραὴλ Θεὸς, καὶ Θεοῦ Λόγος· ὁ καθήμενος ἐπὶ τῶν Χερουβὶμ, προσεσχηκὼς δηλονότι, καὶ τὸν κίνδυνον ἡμῶν θεασάμενος· καὶ διὰ τοῦτο ἐμφανίσας ἑαυτὸν, καὶ τὴν οἰκείαν ἐξεγείρας δυναστείαν, καὶ ἐλθὼν ἐν σαρκὶ σῶσαι τοὺς ἀπολομένους, καὶ τοὺς ἐντρεφομένους αὐτῇ πονηροὺς ἀποκτεῖναι θῆρας· καὶ ποιῆσαι αὐτὴν χώραν εἰρήνης, καὶ λογικῶν προβάτων νομὴν, διὰ πράξεως πρὸς Θεὸν ἀναγομένων· ἧς ἐγὼ τέως οὔπω τὸν νόμον παρῆλθον ἀβλαβῶς διὰ θεωρίας πνευματικῆς, καθάπερ ὁ Ἰσραὴλ τὸ ὄρος Σιεὶρ [x]· οὐδὲ τὰς αὐτῆς ἀπαθῶς διῆλθον ἐπιθυμίας, διὰ πράξεως γνωστικῆς, ὥσπερ τοὺς ἀδελφοὺς αὐτῶν τοὺς υἱοὺς Ἡσαῦ [y], τοὺς κατοικοῦντας ἐν Ἀραβὰ διὰ Μωσέως, οἱ ἐξ Ἰακὼβ τὸ γένος κατάγοντες· ἀλλ' ἔτι κατοικῶ τὴν

C Ἀραβὰ κατὰ τοὺς υἱοὺς Ἡσαῦ, τὰς δυσμάς (n)· λέγω δὲ τὴν σάρκα· μετὰ τὴν παροῦσαν ζωὴν, διὰ τὰς σαρκὸς ἡδονὰς, ἑτέραν μὴ ἐκδεχόμενος. Ἣν οὐδὲ παροικῆσαι πᾶς ἀληθινὸς Ἰσραὴλ καὶ ὁρῶν Θεὸν καταδέχεται, τῆς σαρκὸς ἐκδημῆσαι διὰ τῶν ἀρετῶν ἐπειγόμενος, καὶ ἐνδημῆσαι πρὸς τὸν Κύριον διὰ τῆς γνώσεως ἐφιέμενος· τὸν ὄντως γῆν ἐπαγγελίας ἀῤῥήτων ἀγαθῶν μυστικῶς καὶ ὄντα καὶ ὠνομασμένον, τὴν ῥέουσαν γάλα καὶ μέλι. Θρεπτικὴς γὰρ τῶν κατ' αὐτὸν νηπιαζόντων, καὶ εὐφραντικὴς ὑπάρχει τῶν κατ' αὐτὸν ἀνδριζομένων ὁ Κύριος, ὡς ἀρεταῖς ἐκτρέφων διὰ πράξεως, καθάπερ γάλακτι, τοὺς φοβουμένους αὐτὸν, καὶ γνώσεσι καταγλυκαίνων μυστικαῖς, καθάπερ μέλιτι διὰ θεωρίας πνευ-

D ματικῆς, τοὺς ἀγαπῶντας αὐτόν.

Τοιγαροῦν, μὴ διαλίπῃς ποιμαίνων με συμπαθῶς ἀληθείας λόγοις τὸν θηριάλωτον, τίμιε Πάτερ, καὶ

[t] Habac. I, 8. [u] Psal. LXVII, 5. [v] Joan. X, 11. [x] Psal. LXXIX, 2. [y] Deut, I, 2. [z] II Cor. V, 6. [a] Exod. III, 17; Num. XIV, 8; Deut. VI, 3 et alibi.

VARIÆ LECTIONES.

[y] Fr. Σειήρ· [y] Fr. Οἱ Ἀραβὲς ἐκ τοῦ Ἡσαῦ τὸ γένος κατάγοσι· *Arabes ex Esau genus ducunt.*

NOTÆ.

τῶν μὲν τὸ ἄτακτον μισήσαντες· τῶν δὲ τὸ βάσιμον
ποθήσαντες, ἀβύσσῳ ἄβυσσον ἐπικαλεσόμεθα· διὰ
τῶν ἐν τοῖς ὁρατοῖς μεγαλουργῶν, τοὺς ἐν τοῖς νοη-
τοῖς ὡς ἐφικτὸν ἀνθρώποις κατανοοῦντες λόγους·
καὶ οὕτως ἀτεχνῶς δι' ἀφεγξίας τῷ ἀδύτῳ τῶν ἀδύ-
των παρακύψαντες, τὸ ἑαυτῶν εὐτελὲς ἐπιγνωσό-
μεθα, διδασκόμενοι μυστικῶς διὰ τῶν λογίων τοῦ
Πνεύματος, πῶς ὄντες γῆ καὶ σποδὸς, θείας μετα-
πιούμεθα δόξης, τῇ τοῦ εὐδοκήσαντος χάριτι· καὶ
τὸ τῇ φύσει εὐτελὲς καὶ ἀπόπτυστον, πρὸς ποίαν
μετασκευάζεται μακαριότητα· καὶ οὕτω τοῖς τοῦ
ἀπείρου καταπλαγέντες θεάμασι, τὸ ἰσχυρὸν φυλα-
κτήριον τῶν ἀρετῶν, λέγω δὴ τὴν ταπείνωσιν, Θεοῦ
δῶρον μέγιστον καὶ πρῶτον, τῆς ἀληθοῦς φιλοσοφίας D
καρπὸν οὖσαν, δρεψόμεθα· δι' ἧς νεκροῦντες τῶν
παθῶν τὰ αἴτια, φημὶ δὴ τὰς αἰσθήσεις, μετὰ τῆς
πρὸς αὐτὰς τῶν αἰσθητῶν συγγενοῦς οἰκειότητος,
κόσμου παντελῶς ἑαυτοὺς ἀποτέμνομεν· ὥστε ἀν-
επιθολώτῳ ψυχῆς ὄμματι ἐπιβάλλειν δύνασθαι τοῖς
νοητοῖς· ἐξ ὧν, ἢ μεθ' ἃ, τὴν ψυχὴν ἤδη ἀληθῶς τῇ
ταπεινώσει ποιωθεῖσαν, καὶ λοιπὸν ἱκανὴν γενομένην
θείας ἐμφάσεως δέξασθαι εἰκόνα, παραλαβοῦσα ἡ
θεία ἀγάπη, φίλους ἡμᾶς ἀντὶ δούλων ἐργάζεται·
τὸ τοῦ νόμου κεφάλαιον, τὸ, *Ἀγαπήσεις Κύριον*
τὸν Θεόν σου ἐξ ὅλης τῆς καρδίας σου, καὶ ἐξ

rum operire nuditatem, datam nobis incorruptionis vestem reveriti, ne moremur. His qui durioris carceris ærumna macerantur, ægraque corporis valetudine ac peregrini molestia premuntur, animitus condolcamus, aliorumque angustias et mala, nostra ipsorum ducere, studeamus; ut scilicet, eum qui *Nostras infirmitates accepit, ac ægritudines portavit*[z], erga eos qui generis necessitudine nobis conjuncti sunt, imitantes, ejusque nostri humanitatis plenissimam exinanitionem rebus ipsis colentes, nos quoque digni efficiamur qui ejus inspicere gloriam, illiusque compotes esse possimus. Non ejus gloriæ causa, quæ ab hominibus est, hæc consectantes, cujus præsenti exacta vita, superest nihil, quo probati simus laudemque habeamus, sed toti Deo vere impendamur, ac velut ipsum, qui omnibus omnia et sit et fiat[a], **289** qua nos mutuo humanitate complectimur, et colamus et foveamus, cuncta et dicamus et faciamus, quibus ejus gratiam ineamus. Sic enim virtutum paulatim profectu, quandoque etiam divinam philosophiam convenienter, Deo auspice, colere poterimus; atque ad supernum vitæ genus, terrenis omnibus despectis, transire; qui potioris muneris majorisque rem dignitatis ducamus, infirmo apud Deum ordine haberi, quam apud terrenum regem seu imperatorem prima ipsa honorum munia ac insulas consequi: qua nimirum ipsi nobis loqui incipientes, otioque sensim animi sensus prudenti judicio res creatas videre assuefacientes, lucrum maximum reportabimus; ut nimirum per rerum oculis subjectarum turbationem ac inconstantiam, præclare ad ea quæ stabilia sunt ac immobilia, ducamur; non illis immorari, atque iis detineri seu implicari sustineamus, quo scilicet terrenarum rerum inordinationem odio habentes, cœlestiumque rerum firmitatem oppido desiderantes, abyssum abysso invocabimus[b]: qui nempe per rerum oculis subjectarum magnificentiam, spiritalium rationes, quoad concessum hominibus est, intelligamus; sicque tandem muto silentio adytorum adytum inspectantes, vilitatem nostram agnoscemus; divinis scilicet docti oraculis, quemadmodum, *cum terra et pulvis simus*[c], divinam gloriam ejus munere atque gratia consequamur, cui collibuit nos ea impartiri; resque natura vilis ac despecta, ad quantam beatitudinem provehatur: atque in hunc modum, Dei qui infinitus sit, attoniti deûxique spectaculis, virtutum illud tutamen forte ac columen, donum Dei maximum primumque veræ philosophiæ fructum, humilitatem decerpemus: qua nimirum perturbationum auctores (sensus scilicet cum cognata ad eos rerum in sensum cadentium necessitudine) mortificantes, a mundo nos penitus abscindemus; ut nihil turbato atque sereno mentis oculo, spiritalia dispicere possimus. Ex quibus, seu post quæ,

[z] Matth. VIII, 17; Isa. LIII, 4. [a] I Cor. IX, 22. [b] Psal. XLI, 8. [c] Gen. XVIII, 27.

[69] Id Maximus ipse complevit, spreta aula monachum professus.

Digitized by Google

animam vere jam humilitate imbutam, divinæque vis imaginis suscipiendæ deinceps factam idoneam, assumens divina charitas, pro servis amicos facit; legis illud caput : *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et ex tota anima tua* [d], et quæ sequuntur, magnifice demans; ea scilicet ratione, quod nullam in nobis intelligentis animi facultatem, ad aliud quidpiam omnino, quam ad Deum extendi, virili fortique nutu sinat.

Contendamus igitur, quandiu tempus habemus [e], divina nobis liberalitate oblatum, ut piæ ac Christianæ professionis scopum ad opus deducamus. Quia vero, *Non est nobis colluctatio adversus sanguinem ac carnem, sed adversus principatus et potestates, adversus mundi rectores tenebrarum sæculi hujus* [f]; invisibiles scilicet tyrannos ac hostes, qui non in aperto pugnam committant, sed in cordis abdito bella misceant : *Sumamus armaturam Dei*, quemadmodum nos admonet divinus Apostolus, *ut possimus resistere in die malo, et omnibus peractis stare; succinctique lumbos in veritate, et induti loricam justitiæ, in qua omnia tela nequissimi ignea exstinguentur* [g]. Instemus *per omnem orationem, et obsecrationem, ac gladium spiritus, qui est sermo Dei* [h], accipiamus; qui, ut summa dicam, quæ deteriora sunt a potioribus dividat (a virtutibus vitia) doceatque pios ac religiosos, quæ Christianos disciplina deceat; quod perfectæ opus discretionis est, « oculorum scilicet modestiam, linguæ continentiam, corporis castigationem, mentis puritatem, iræ exstinctionem, » ut ait quodam loco magnus Basilius; sublimem in Deum volatum, et, ut adversus tentationes, quo nobis pretiosa sarta tecta maneant, fortiter obnitamur : cum adiginur, majoris aliquid operæ addamus; cum rebus spoliamur, judicio minime contendamus : dilectionem odio rependamus; persecutionibus sustinentiam exæquemus, maledictis obsecrationem, peccato mortificemur, cum Christo configamur cruci, totam in Deum libere dilectionem transferamus.

Hæc scripsi, domine mi benedicte, non qui vestræ in Christo fidei firmitatem, adultamque in eo mandatorum actu cultuque honestatem, ignorem, sed qui vos scire velim, quantum ac quale pro vobis certamen habeam, jugi cura meum exurens animum. Adeoque obsecro ac commoneo, ut majori vigilantia observetis, qui hæreseon antesignanos ac defensores agunt, ne quis eorum composito ad persuadendum mendacio vos seducens (quod absit!) **291** limpidum in vobis atque vitalem fidei laticem, propriis impiorum dogmatum sordibus, turbare possit. Gladium enim ancipitem ac novaculam acutam linguam habent, animas jugulantem, atque in inferni laqueum tenebrarumque barathrum transmittentem; vita denique, quæ in Christo est, fraudulenta eorum blandiloquentia, privantem. Ipse

Ἀγωνισώμεθα οὖν ὡς καιρὸν ἔχομεν τὸν προτεθέντα ἡμῖν παρὰ τοῦ Θεοῦ, τῆς εὐσεβοῦς καὶ Χριστιανικῆς ἐπαγγελίας σκοπὸν εἰς ἔργον ἀγαγεῖν. Ὅτι δὲ *Οὐκ ἔστιν ἡμῖν ἡ πάλη πρὸς αἷμα καὶ σάρκα, ἀλλὰ πρὸς τὰς ἀρχὰς, πρὸς τὰς ἐξουσίας, πρὸς τοὺς κοσμοκράτορας τοῦ σκότους τοῦ αἰῶνος τούτου*, τοὺς ἀφανεῖς τυράννους καὶ πολεμίους, οὐκ ἐν τῷ φανερῷ συγκροτοῦντας τὰς μάχας, ἀλλ' ἐν τῷ κρυπτῷ τῆς καρδίας τοὺς πολέμους συμπλέκοντας, Ἀναλάβωμεν *τὴν παναπλίαν τοῦ Θεοῦ*, ὡς ὁ θεῖος ἡμῖν παρακελεύεται ἀπόστολος, *ἵνα δυνηθῶμεν ἀντιστῆναι ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ πονηρᾷ, καὶ ἅπαντα κατεργασάμενοι στῆναι· καὶ περιζωσάμενοι τὴν ὀσφὺν ἐν τῇ ἀληθείᾳ, καὶ ἐνδυσάμενοι τὸν θώρακα τῆς δικαιοσύνης, ἐν ᾧ πάντα τὰ βέλη τοῦ πονηροῦ τὰ πεπυρωμένα σβεσθήσεται.* Προσκαρτερήσωμεν *διὰ πάσης προσευχῆς καὶ δεήσεως, καὶ τὴν μάχαιραν τοῦ πνεύματος δέξασθαι, ὅ ἐστι ῥῆμα Θεοῦ*, τὸ διαιροῦν, ἵνα συνελὼν εἴπω, τῶν κρειττόνων τὰ χείρονα, καὶ διδάσκον τοὺς εὐσεβεῖς τὴν πρέπουσαν Χριστιανοῖς ἀγωγὴν, ὅπερ τελείας ἔργον ἐστὶ διακρίσεως· ὀφθαλμῶν ἀκρίβειαν, γλώσσης ἐγκράτειαν· σώματος παιδαγωγίαν· φρόνημα ταπεινὸν, ἐννοίας καθαρότητα· ὀργῆς ἀφανισμὸν, ὡς πού [61] φησιν ὁ μέγας Βασίλειος· νοῦ πρὸς Θεὸν ἀνάπτησιν, καὶ τοῖς πειρασμοῖς, φυλακῆς χάριν τῶν τιμίων, ἀναγωνίζεσθαι· προστιθέναι ἀγγαρευομένους· μὲ δικάζεσθαι ἀποστερουμένους· μίσους ἀγάπην ἀντιμετρεῖν· ἀνοχὴν διωγμοῖς ἐξισοῦν· βλασφημίαις; παράκλησιν· νεκρωθῆναι τῇ ἁμαρτίᾳ· συσταυρωθῆναι Χριστῷ· ὅλην μεταθέσθαι πρὸς Θεὸν ἀσχέτως τὴν ἀγάπην.

Ταῦτα γέγραφα, Δέσποτά μου εὐλογημένε, οὐκ ἀγνοῶν ὑμῶν τὸ στερέωμα τῆς ἐν Χριστῷ πίστεως, καὶ τὴν ἐν αὐτῷ αὐξανομένην διὰ τῶν ἐντολῶν σεμνότητα· ἀλλ' εἰδέναι ὑμᾶς βουλόμενος, ὁποῖον καὶ ὁπόσον ἔχω περὶ ὑμῶν ἀγῶνα, διὰ μερίμνης ἀεί μου ἐκκαίοντα τὴν καρδίαν· καὶ παρατηρεῖσθαι νηφαλαιότερον παρακαλῶ τοὺς τῶν αἱρέσεων προμάχους· ἵνα μή τις αὐτῶν παραλογισάμενος ὑμᾶς ἐν πειθανολογίᾳ [61] ψεύδους, τὸ ἐν ὑμῖν διαυγὲς καὶ ζωτικὸν τῆς πίστεως νάμα τοῖς ἰδίοις τῶν ἀσεβῶν δογμάτων ἐπιθολῶσαι ῥύποις δυνηθῇ, ὅπερ μὴ γένοιτο. Εἶφος γὰρ δίστομον καὶ ξυρὸν ἠκονημένον τὴν γλῶσσαν κέκτηνται, ψυχὰς σφάζουσαν, καὶ εἰς πέταυρον ᾅδου, καὶ βάραθρον σκότους παραπέμπουσαν, καὶ τῆς ἐν Χριστῷ ζωῆς διὰ τῆς ἡπατημένης αὐτῶν χρηστολογίας ἀποστεροῦσαν. Αὐτὸς δὲ ὁ

[d] Matth. xxii, 37. [e] Galat. vi, 10. [f] Ephes. vi, 12. [g] ibid. 13-16. [h] ibid. 17.

VARIÆ LECTIONES.

[61] Exhort. ad baptismum. Edita, δουλαγωγίαν pro παιδαγωγίαν. [61] Alii communius, πιθανολογ.

Digitized by Google

Κύριος ἡμῶν καὶ Θεὸς Ἰησοῦς Χριστὸς, ὁ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς μονογενὴς Υἱὸς καὶ Λόγος, ὁ πάσης A
κτίσεως ποιητὴς, ὁ τὸν ὑπὲρ ἡμῶν διὰ τὴν ἄφατον αὐτοῦ φιλανθρωπίαν, καθὼς αὐτὸς ἠθέλησε, καταβεξάμενος θάνατον, καὶ ῥυσάμενος ἡμᾶς τῷ ἰδίῳ αἵματι τῆς ἐξουσίας τοῦ σκότους· αὐτὸς κρατήσαι τῆς χειρὸς ὑμῶν τῆς δεξιᾶς, καὶ ὁδηγήσαι ὑμᾶς εἰς τὸν φόβον αὐτοῦ, καὶ πληρώσαι τῆς ἀγνώσεως τοῦ θελήματος αὐτοῦ, ἐν πάσῃ σοφίᾳ καὶ συνέσει πνευματικῇ, καὶ ἀξίως ἑαυτοῦ περιπατῆσαι πίστιεν, ἐν παντὶ ἔργῳ ἀγαθῷ καρποφορούντας, καὶ αὐξανομένους ἐν ἐπιγνώσει τῆς ἀληθείας αὐτοῦ, καὶ πάσῃ δυνάμει δυναμώσαι κατὰ τὸ κράτος τῆς δόξης αὐτοῦ εἰς πᾶσαν οἰκοδομὴν [63] καὶ μακροθυμίαν· καὶ μετὰ χαρᾶς καὶ εὐχαριστίας συναθλοῦντες τῷ εὐαγγελίῳ τῆς χάριτος αὐτοῦ τηρήσας, ἀξιώσαι τῆς μερίδος τῶν ἁγίων ἐν τῷ φωτὶ, εὐχαῖς καὶ ἱκεσίαις τῆς πανενδόξου Δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας, καὶ πάντων τῶν ἁγίων. Ἀμήν. B

auiem Dominus noster ac Deus Jesus Christus, Dei ac Patris unigenitus Filius Verbumque, omnis creaturæ, tum ejus quæ in aspectum cadit, tum quæ vim oculorum fugit, Conditor; qui propter nos, præ ineffabili benignitate sua ac clementia, propensæ voluntatis nutu, ut voluit ipse, mortem suscepit [i], nosque proprio sanguine de potestate tenebrarum eripuit [j]; ipse teneat manum dexteram vestram, et ducat vos in timore suo, atque implcat agnitione voluntatis suæ in omni sapientia et intellectu spiritali; præstetque digne ipso ambulare, in omni opere bono fructificantes, et crescentes in agnitionem veritatis ejus, confortetque in omni virtute, secundum potentiam claritatis suæ in omni ædificatione et longanimitate, et cum gaudio ac gratiarum actione, collaborantes Evangelio gratiæ suæ servans, dignos faciat partis sanctorum in lumine [k], precibus et supplicationibus gloriosissimæ Dominæ nostræ Dei Genitricis semperque Virginis Mariæ, et omnium sanctorum. Amen.

ΙΓ'. — *Τοῦ αὐτοῦ πρὸς Πέτρον Ἰλλούστριον* (a) *λόγος ἐπίτομος κατὰ τῶν Σευήρου δογμάτων.*

Ἔδειξεν ὡς ἀληθῶς ὁ εὐλογημένος μου δεσπότης, ὡς οὐδὲν δύναται πρὸς μείωσιν τῆς ἀγάπης πνευματικῆς, τὸ ἀλλήλων ἀπεῖναι σωματικῶς· τοὺς κατὰ Θεὸν δὲ ἀγάπης νοερῶς ἀλλήλοις συνηρμοσμένους· μὴ ἀπαξιώσας διὰ τῶν τιμίων αὐτοῦ συλλαβῶν ἐπισκέψασθαί με τὸν ταπεινὸν καὶ ἁμαρτωλὸν, καὶ μηδὲν ἔχοντα τῆς αὐτοῦ ἀγάπης ἐπάξιον. Ὅσπερ δεξάμενος, ὅσπερ αὐτὸν παρόντα τῷ πνεύματι γεγηθὼς περιλαβὼν ἠσπασάμην, καὶ τῷ μόνῳ Θεῷ καὶ Σωτῆρι τῶν ὅλων Χριστῷ συνήθως ηὐχαρίστησα, γνοὺς μετὰ σωτηρίας αὐτὸν τὴν ὑγρὰν κέλευθον ἐξηνυκέναι. Ἠδὺς γὰρ ὄντως καὶ παρὼν ὁ εὐλογημένος μου δεσπότης, καὶ ἀπὼν, οὐχ ἧττον τοῦ παρεῖναι πᾶσίν ἐστιν ἐπέραστος, διὰ τὴν ἐπιλάμπουσαν αὐτῷ χάριν τῆς πτωχείας τοῦ ἁγίου Πνεύματος· δι' ἣν ναὸς ἁγὸς εἰς κατοικητήριον Θεοῦ ἐν πνεύματι γίνεται, πᾶς ὁ ταύτης ὡς Θεοῦ τῆς ἀρετῆς γνησίως μεταποιούμενος, τοῦ ταπεινώσαντος ἑαυτὸν μέχρι δούλου μορφῆς, καὶ ἔργῳ καὶ λόγῳ ταῖς ἀνθρώποις αὐτὴν ἐν ἑαυτῷ παραδείξαντος· ὅνπερ μιμούμενος ὁ εὐλογημένος μου δεσπότης, ἐνδιαθέτως καὶ αὐτὸς ἐκτήσατο τὴν πραότητά τε καὶ τὴν ταπείνωσιν. Τὴν πραότητα μὲν, ἵνα τὰς ἐμπαθεῖς τοῦ θυμοῦ καὶ τῆς ἐπιθυμίας κατασβέσας κινήσεις, Θεῷ γένηται καὶ ἀνθρώποις εὐάρεστος. Ἡ πραότης γὰρ οὐδὲν ἕτερον εἶδος καθέστηκεν, ἢ θυμοῦ καὶ ἐπιθυμίας παντελὴς; Erat igitur Petrus hic τῶν ἐν ἀρχῇ, *homo senatorii ordinis*; nempe εὐγενὴς, ut Glossæ Basilic. *Vir nobilis*, et quod præcipuum, spectatæ fidei et prolc orthodoxus, cujus alia nescimus, quam quæ Maximus una et altera epist. de illo insinuavit.

XIII. — *Ejusdem, ad Petrum illustrem, oratio brevis seu liber, adversus dogmata Severi.*

Ostendit revera benedictus dominus meus, nihil virium habere ad minuendam spiritalem dilectionem, corporalem amicorum absentiam, quos mente ac animo, quæ secundum Deum est, charitas inter se conjungit; qui nimirum haud se indignum putaverit, ut me humilem ac peccatorem venerabilium syllabarum suarum munere inviseret; hominem utique, ejus nihil dilectionem promeritum. Has ergo cum accepissem, velut ipsum præsentem spiritu, gaudio circumfusus exosculatus sum, soli Deo omniumque Salvatori Christo **292** ex more gratias agens, eo nomine, quod salvum eum et incolumem liquidum iter peregisse intellexerim. Revera enim dulcis est benedictus dominus meus, tum præsens, tumque nihilominus absens, haud secus ac cum præsens est, cunctis amabilis, ob eam quæ in eo elucet, gratiam paupertatis Spiritus sancti [l]: cujus munere templum sanctum in habitaculum Dei in spiritu redditur [m], quisquis ut Dei virtutem, hanc sincere colit, qui seipsum humiliavit usque ad formam servi [n]; ejusque opere simul et sermone in seipso specimen mortalibus dedit: quem imitatus benedictus dominus meus, ipse quoque animo repositam lenitatem pariter ac humilitatem habet. Lenitatem quidem ac mansuetudinem, ut, perturbatis iræ ac cupiditatis motibus

[i] Isa. LIII, 7. [j] Coloss. I, 13. [k] ibid. 9-12. [l] Matth. V, 3. [m] Ephes. II, 22. [n] Philipp. II, 7.

VARIÆ LECTIONES.

[63] Forte ὑπομονὴν, *patientiam*.

NOTÆ.

(a) *Πρὸς Πέτρον Ἰλλούστριον*. Nomen dignitatis est. Basil. Eccl. 7 : Οἱ ἀπὸ πατρικίων ἕως ἰλλουστρίων εἰσὶν οἱ συγκλητικοί. Justin. Novella 13 : Ἡμεῖς γὰρ οὐδενὶ τὴν εἰρημένην ἀρχὴν παραδώσομεν πλὴν εἰ μὴ τῶν μεγαλοπρεπεστάτων ἰλλουστρίων.

Digitized by Google

extinctis, Deo placens et hominibus efficiatur [o]. Lenitas enim et mansuetudo nihil aliud est, quam iræ motus omnis ac cupiditatis, in iis quæ innaturalia sunt, exstinctio : qua plane divina voluntas illis manifestatur, qui ea præditi sunt. Ait enim psallens magnus David : *Deducet mansuetos in judicio; docebit mites vias suas* [p]. Humilitatem vero, ut superbiæ excisa cæcitate animique duritie, tum Deo gratus efficiatur, tum cunctis blandus ac facilis. Est enim humilitas, uniuscujusque comparatione ad Deum ex opposito excellentis causæ ac effectricis agnitio; qua hominum inter se proclive oritur affectio, delictorumque debitoribus præstanda dimissio. Ait enim iterum magnus David: *Vide humilitatem meam et laborem meum, et dimitte omnia peccata mea* [q].

Sic sane vitæ disciplina atque moribus cum se habeat benedictus dominus meus, in firma fidei in Christum petra, pro nominis ipsa ratione inconcussum, omnique hæreticæ pravitatis tricumano fluctu superiorem conservari precor, velut scilicet verum sanctæ Dei Ecclesiæ catholicæ et apostolicæ filium, in pia veræque fidei confessione fundatum, adversum quam, velut portæ inferi, aperta nequissima hæreticorum ora nihil prævalebunt [r]. De nothis autem notheque ac spurie ex oleastro in bonam olivam insertis, noveram, et antequam vos benedicti, scriberetis, fore ut juxta propheticum dictum : *Sicut canis ad vomitum suum* [s], sic illi ad fidei suæ fetidissimum **293** putorem reverterentur, velut Simones alii, Demantesque ac Hermogenes [t], sponte eis veritati prælato mendacio; nihilque lædentes, ut autumant, discessione sua præcones veritatis, seu potius qui ipsi merito gratiæ amissione lædantur; ac qui, ne hoc quidem sæculum, cujus causa a veritate discesserunt, ex sententia læte ac jucunde habere possint, quod natura instabile sit, variisque mutationibus obnoxium, ac semper illos præteriens, qui se ejus factos compotes, jamque ipsum tenere arbitrantur.

Revera enim insuavis ac fetoris plena, omnique vacua gratia, doctrina omnis, quæ non profitetur exstare in uno Christo post unionem nullis verbis explicabilem, atque incolumia esse, ea, ex quibus est Christus; sed omnem propemodum Dei erga hominem dispensationem negat, et a Verbo ac Deo, quod ex intemerata sanctaque gloriosa Virgine ac vere Dei Genitrice assumptum est corpus, rationeutens atque anima præditum, amputat. Vere enim reipsa amputat, etsi nude ac verbo tenus confiteri videtur, ut auditoribus fucum faciat : negatque omnino incarnationem, qui inficiatur incolumem esse ac nuncupari post unionem carnis naturam, inconfuse ac indivise in persona, seu hypostasi, Deo Verbo unitam; pietatis nimirum ac religionis prætextu, ne dicendo numerum, unionem scindere videatur; ipsam vere omnem naturarum ex quibus

A πρὸς τὰ παρὰ φύσιν ἀκινησία· καθ' ἣν φανερὸν τὸ θεῖον τοῖς ἔχουσι γίνεται θέλημα. Φησὶ γὰρ ψάλλων ὁ μέγας Δαβίδ, *Ὁδηγήσει πραεῖς ἐν κρίσει· διδάξει πραεῖς ὁδοὺς αὐτοῦ.* Τὴν καὶ ταπείνωσιν, ἵνα τῆς ὑπερηφανίας ἐκτεμὼν τὰ πωρώματα, εὐχάριστός τε τῷ Θεῷ γένηται, καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις εὐπρόσιτος. Ταπείνωσις γάρ ἐστιν, ἡ ἑκάστου πρὸς τὸν Θεὸν κατὰ παράθεσιν ἐκ παραλλήλου τῆς ὑπερεχούσης καὶ ποιητικῆς αἰτίας ἐπίγνωσις· καθ' ἣν ἡ πρὸς ἀλλήλους τῶν ἀνθρώπων γίνεσθαι πέφυκεν συνδιάθεσις, καὶ ἡ τῶν πλημμελημάτων δίδοσθαι τοῖς ὀφείλουσιν ἄφεσις. *Ἴδε* γάρ, φησὶν ὁ αὐτὸς μέγας πάλιν Δαβίδ, *τὴν ταπείνωσίν μου καὶ τὸν κόπον μου, καὶ ἄφες πάσας τὰς ἁμαρτίας μου.*

B

Οὕτω μὲν οὖν ἔχοντα περὶ τὸν βίον τὸν εὐλογημένον μου δεσπότην, ἐν τῷ στερεώματι τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως, φερωνύμως ἀσάλευτον εὔχομαι διαφυλαχθῆναι, καὶ πάσης αἱρετικῆς τρικυμίας ἀνώτερον, ὡς γνήσιον τέκνον τῆς ἁγίας τοῦ Θεοῦ καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς Ἐκκλησίας· τεθεμελιωμένον ἐπὶ τῆς εὐσεβοῦς ὁμολογίας· καθ' ἣς οὐδὲν τὸ παράπαν ἰσχύουσιν, ἀνοιγόμενα καθάπερ ᾅδου πύλαι, τὰ πονηρὰ τῶν αἱρετικῶν στόματα. Περὶ γὰρ τῶν νόθων, καὶ νόθως ἐκ τῆς ἀγριελαίας παρεγκεντρισθέντων εἰς τὴν καλλιέλαιον ἐγίνωσκον, καὶ πρὶν γράψαι τοὺς εὐλογημένους ὑμᾶς, ὅτι κατὰ τὸν προφητικὸν λόγον· *Ὡς κύων ἐπὶ τὸν ἴδιον ἔμετον*, τῆς κατὰ τὴν πίστιν αὐτῶν ἀηδείας λέγω τὸ δυσῶδες ἔχουσιν ἐπιστρέψαι· οἷα δὴ Σίμωνες δεύτεροι, καὶ Δήμαντες καὶ Ἑρμογένεις, προκρίνειν ἑλόμενοι τῆς ἀληθείας τὸ ψεῦδος· καὶ μηδὲν ὀδυνῶντες, ὡς οἴονται, τῇ ἀποστασίᾳ τοὺς κήρυκας τῆς εὐσεβείας, ἢ βλαπτόμενοι μᾶλλον ἐνδίκως τῇ στερήσει τῆς χάριτος· καὶ οὐδὲ τὸν νῦν αἰῶνα, δι' ὃν τῆς ἀληθείας ἀπέστησαν, ἔχειν καταθυμίως δυνάμενοι, κατὰ φύσιν ἄστατον ὄντα καὶ εὐαλλοίωτον, καὶ ἀεὶ παρατρέχοντα τοὺς κρατεῖν νομίζοντας

C

Ἀηδὴς γὰρ ὄντως ὑπάρχει καὶ δυσωδίας μεστὸς, καὶ πάσης χάριτος ἔρημος, πᾶς λόγος, μὴ σώζεσθαι πρεσβεύων κατὰ φύσιν ἐν τῷ ἑνὶ Χριστῷ τὰ ἐξ ὧν Χριστὸς μετὰ τὴν ἄῤῥαστον ἕνωσιν· ἀλλ' οἷον ἀρ-
D νούμενος τὴν ὅλην τοῦ Θεοῦ περὶ τὸν ἄνθρωπον οἰκονομίαν, καὶ περιτέμνων τοῦ Λόγου τοῦ Θεοῦ τὸ προσειλημμένον, ἐκ τῆς ἀχράντου καὶ ἁγίας πανευδόξου Παρθένου καὶ κατὰ ἀλήθειαν Θεοτόκου, σῶμα λογικὸν ἐμψυχωμένον. Περιτέμνει γὰρ ἀληθῶς τῷ πράγματι, κἂν δοκῇ πῶς φιλῶς ὁμολογεῖν τῷ στόματι πρὸς τὴν τῶν ἀκουόντων ἐξαπάτην, καὶ παντελῶς ἀρνεῖται τὴν σάρκωσιν, ὁ μετὰ τὴν ἕνωσιν μὴ λέγων εἶναι, σώζεσθαί τε καὶ λέγεσθαι τῆς σαρκὸς τὴν φύσιν, ἀσυγχύτως τε καὶ ἀδιαιρέτως ἡνωμένην τῷ Θεῷ Λόγῳ καθ' ὑπόστασιν, προφάσει δῆθεν εὐλαβείας, τοῦ μὴ τεμεῖν δόξαι διὰ τοῦ ἀριθμοῦ τὴν ἕνωσιν, αὐτὴν κυρίως εἰπεῖν, τὴν πᾶσαν τῶν ἐξ ὧν

[o] Sap. IV, 10. [p] Psal. XXIV, 9. [q] ibid. 18. [r] Matth. XVI, 18. [s] Prov. XXVI, 11. [t] Act. VIII, 18; II Tim. IV, 9; I, 15.

Digitized by Google

ἐστιν ὁ Χριστὸς φύσεων, μετὰ τὴν ἕνωσιν σαφῶς ἀρνούμενος ὕπαρξιν.

est Christus, exsistentiam ac veritatem post unionem, aperte inficians.

Περὶ ἀριθμοῦ φυσικωτέρα διάληψις.

Τοῦτο δὲ πάσχουσιν, ὡς ἔοικε, παρὰ τὸ ἀγνοεῖν αὐτοὺς, ὅτι πᾶς ἀριθμὸς οὔτε διαιρεῖ κατὰ τὸν ἴδιον λόγον, οὔτε διαιρεῖται· οὔτε διαιρέσεως, οὔτε μὴν ἑνώσεως παντελῶς ἐστι ποιητικός. Ποιεῖν γὰρ ἢ πάσχειν οὐ πέφυκε, μὴ ὕπάρχων οὐσία ἢ συμβεβηκός· περὶ ἃ τὸ ποιεῖν τε καὶ πάσχειν ἐστίν· ἀλλὰ μόνον δηλωτικὸς τοῦ ποσοῦ τῶν ὑποκειμένων πραγμάτων, ὡς δ' ἂν κατὰ τὴν σχέσιν ἔχοντα τύχωσιν· εἴτε ἡνωμένα, εἴτε διακεκριμένα. Οἷον, ἵν' εἴπω τι θαῤῥήσας, ὄνομα ποσοῦ, χωρὶς τῆς ἐπ' αὐτῷ σχέσεως σημαντικόν. Οὔτε γὰρ τὴν τῶν ὄντων ἐξ ἀνάγκης φυσικὴν ὁ ἀριθμὸς ποιεῖται διάκρισιν, ἢ ποσότητα· οὔτε τῶν συνημμένων κατὰ τὸ αὐτὸ εἶδος ἀφ' ἑαυτοῦ ἐργάζεται τὴν συνέχειαν· οὔτε μὴν καθ' ὅλου τινός ἐστι χαρακτηριστικὸς ἰδιότητος τῶν ὑπὸ τὸ αὐτὸ εἶδος πρὸς ἄλληλα τοῖς συμβεβηκόσι διακεκριμένων ἀτόμων. Ταῦτα γὰρ ποιεῖν τῆς θείας σοφίας τε καὶ δυνάμεως καθέστηκεν ἴδιον, τῆς τὸ πᾶν συστησαμένης, καὶ ἀσύγχυτον διατηρούσης ἕκαστον, τοῖς περὶ τὸ πᾶν κατὰ φύσιν τῶν ὄντων διορισμοῖς· ἀλλὰ μόνον, ὡς ἔφην, τοῦ ἁπλῶς, ἀλλ' οὐ τοῦ πῶς τῶν πραγμάτων ποσοῦ ποιεῖται δήλωσιν, καθάπερ τι ὄνομα ποσοῦ προσφυές.

Explicatio numeri naturæ convenientior.

Id vero, ut videtur, illis accidit, quod ignorent, nulli numero ex propria ratione competere, ut aut dividat aut dividatur; nec vim ullam divisionis, at neque unionis, habere. Neque enim illi ut agat aut patiatur, comparatum est, qui non sit substantia autve accidens, circa quæ accidunt quod est agere et pati; sed solummodo ut subjectarum rerum quantitatem significet, quovis tandem modo illæ se habeant; sive unitæ sint, sive discretæ. Puta (ut quid fidens dicam) quantitatis nomen significat, absque ulla tamen in eo habitudine. Neque enim numerus necessario naturalem rerum discretionem facit, aut 294 quantitatem; neque eorum quæ in eadem specie copulata sunt, a se ipse conjunctionem facit ac cohæsionem; at neque unius ullius universim proprietatis nota est, eorum, quæ sub eadem specie alia ab aliis individua accidentibus dirimuntur. (Id enim præstare divinæ tum sapientiæ proprium est, tum potentiæ, quæ universum hoc condidit, singulaque inconfusa naturalibus circa ipsum rerum distinctionibus custodit), sed solum, uti dicebam, absolute, non ut tali modo se habentium quantitatem significet, velut scilicet nomen quantitati accommodatum.

Περὶ διαφορᾶς, καὶ ποσότητος ἀκριβέστερον, καὶ τῆς αὐτῶν εὐσεβοῦς ὁμολογίας.

Εἰ τοίνυν κατὰ τοὺς Πατέρας, ὁ ἀριθμὸς τοῦ ποσοῦ τῶν πραγμάτων, ἀλλ' οὐ τῆς σχέσεώς ἐστι δηλωτικός· πᾶν δὲ ποσὸν ἑτερότητι φυσικῇ θεωρούμενον, διαφορὰν πάντως ἐπιδέχεται· διαφορὰν δὲ λέγουσιν ἐπὶ Χριστοῦ φυσικὴν μετὰ τὴν ἕνωσιν καὶ οἱ τῇ ἀληθείᾳ μαχόμενοι· καὶ τὸ ποσὸν τῶν διαφερόντων, οὗ χωρὶς ἀμήχανον εἶναι διαφορὰν μετὰ τοῦ δηλοῦντος αὐτὸ ἀριθμοῦ· οὗ χωρὶς ποσὸν καθ' ὅλου γνωσθῆναι ἀδύνατον, λέγειν αὐτοὺς ἀνάγκη μετὰ τὴν ἕνωσιν· εἴπερ κατὰ τὴν εὔτακτον ἀκολουθίαν, ἐσυνάρτητον τὸν τοῦ οἰκείου δόγματος ἀποδεῖξαι βούλονται λόγον. Εἰ δὲ τὸ ποσὸν τῶν σωζομένων ἐν Χριστῷ φύσεων ἀρνοῦνται μετὰ τὴν ἕνωσιν, μηδὲ τὴν διαφορὰν λέγειν τολμάτωσαν, τῶν ἐξ ὧν ὁ Χριστὸς ἐστι φύσεων μετὰ τὴν ἕνωσιν· γινώσκοντες ὅτι πᾶν εἴτι καθ' ὁτιοῦν ἔχει διαφορὰν, ἓν κατὰ πάντα λόγον τε καὶ τρόπον εἶναι οὐ δύναται. Τὸ δὲ μὴ δυνάμενον εἶναι κατὰ πάντα λόγον τε καὶ τρόπον ἕν, δηλονότι κατά τινα λόγον τε καὶ τρόπον, δύο τὸ ἐλάχιστόν ἐστιν ἢ πλείονα. Οὐκοῦν ἐν Χριστῷ μετὰ τὴν ἕνωσιν λέγοντας εἶναι διαφορὰν, ἓν κατὰ πάντα λόγον τε καὶ τρόπον τὸν Χριστὸν εἶναι μετὰ τὴν ἕνωσιν λέγειν οὐ δύνανται. Εἰ δὲ μὴ κατὰ πάντα καὶ λόγον καὶ τρόπον ἓν ἐστιν ὁ Χριστὸς μετὰ τὴν ἕνωσιν· δηλονότι κατά τινα λόγον τε καὶ τρόπον, δύο πάντως ἐστὶν ὁ Χριστὸς μετὰ τὴν ἕνωσιν. Εἰ δὲ κατά τινα λόγον τε καὶ τρόπον δύο ἐστὶν ὁ Χριστὸς μετὰ τὴν ἕνωσιν, διὰ τὴν ἐν αὐτῷ τῶν ἐξ ὧν καὶ ἐν οἷς ἐστι φύσεων διαφορὰν, ὡς ἔδειξεν ὁ λόγος, δῆλον

De differentia seu distinctione, deque quantitate accuratius, ac de illarum pia confessione.

Quandoquidem igitur numerus, ut sancti Patres sentiunt, vim habet significandæ rerum quantitatis, non earum habitudinis ac affectionis; omnisque quantitas naturali diversitate considerata, et (ut ita loquar) alietate, omnino differentiam seu distinctionem admittit; differentiamque ac distinctionem in Christo naturalem dicunt post unionem, etiam qui veritatem impugnant, plane necesse est, ut et eorum quæ differunt ac distincta sunt post unionem quantitatem dicant, sine qua fieri non potest ut differentia sit ac distinctio, cum numero eam significante: quo sublato, cognosci quantitatem prorsus impossibile est, si modo cohærentem sui dogmatis rationem velint ostendere. Sin autem naturarum, quæ post unionem in Christo incolumes sint, quantitatem negant, ne differentiam quidem ac distinctionem post unionem dicere audeant, earum naturarum ex quibus est Christus; qui sciant, quidquid prorsus differentiam habet ac distinctum est, secundum omnem et rationem et modum unum esse non posse. Quod autem non potest esse unum secundum omnem et rationem et modum, secundum aliquam utique et rationem et modum, duo minimum est, aut plura. Igitur qui in Christo post unionem differentiam admittant ac distinctionem, esse Christum unum post unionem secundum omnem et rationem et modum dicere non possunt. Sin autem Christus post unionem non unum est secundum omnem et rationem et modum: nimirum

Digitized by Google

secundum aliquam et rationem **295** et modum omnino Christus duo est post unionem. Si autem secundum aliquam et rationem et modum Christus duo est post unionem, ob eam, quæ in ipso est, naturarum ex quibus et in quibus est, differentiam ac distinctionem, uti probavit oratio; liquet frustra impietati litare, qui differentiam ac distinctionem earum naturarum, ex quibus Christus est, post unionem dicant, ipsas vero naturas, quarum differentia est et distinctio, damnando silentio post unionem interimant. Vere enim interimit ac tollit, qui ea negat quæ sunt, ac incolumia sunt. Aut enim eorum sententia, non intereunt naturæ aut sublatæ sunt post unionem, suntque ac incolumes sunt; æquumque adeo est, ut post unionem incolumes eas confiteamur; aut, nisi æquum est ut post unionem ipsas confiteamur, neque sane æquum sit illorum sententia, ut eas in Christo esse ac incolumes esse dicamus; suntque interemptæ atque sublatæ. Quod enim haud omnino æquum est ut nominetur, longe potius majoriqué, puto, æquitate, nec prorsus esse dicatur : aut certe nobis ratione ostendant probentque, quomodo æquum sit, ut ea ex quibus est Christus, quæ ipsa sint et incolumia sint absque ulla prorsus mutatione, et cum alterum in alterum substantiali ratione non transierit, post unionem non confiteamur, lubentesque habebimus ac admittemus, ut quæ sunt in Christo et incolumia sunt, inconfessa sinantur.

ὡς ἀσεβοῦσι διϊσχυρίζεσθαι, οἱ τὴν μὲν διαφορὰν τῶν ἐξ ὧν ἐστι φύσεων ὁ Χριστὸς μετὰ τὴν ἕνωσιν λέγοντες, αὐτὰς δὲ τὰς φύσεις, ὧν ἡ διαφορὰ, προφανῶς ἀναιροῦντες τῇ σιωπῇ μετὰ τὴν ἕνωσιν· ἀναίρεσις γάρ ἐστιν ἀληθὼς ἡ τῶν ὄντων καὶ σωζομένων ἐξάρνησις. Ἢ γὰρ οὐκ ἀνῄρηνται κατ' αὐτοὺς αἱ φύσεις μετὰ τὴν ἕνωσιν, καὶ εἰσὶ καὶ σώζονται, καὶ δίκαιόν ἐστιν αὐτὰς σωζομένας ὁμολογεῖσθαι μετὰ τὴν ἕνωσιν· ἢ εἴτερ μὴ δίκαιόν ἐστιν αὐτὰς ὁμολογεῖσθαι μετὰ τὴν ἕνωσιν, μήτε εἶναι, μήτε σώζεσθαι λέγειν αὐτὰς ἐν Χριστῷ δίκαιόν ἐστι κατ' αὐτοὺς, καὶ ἀνῄρηνται. Ὃ γὰρ μὴ δίκαιόν ἐστι πάντως ὀνομάζεσθαι, μηδὲ τὸ παράπαν ὑπάρχειν, πολλῷ κρεῖττόν ἐστιν ὡς οἶμαι καὶ δικαιότερον, λέγειν· ἢ πείσωσιν ἡμᾶς λόγῳ, πῶς ἐστι δίκαιον ἐν Χριστῷ μὴ ὁμολογεῖσθαι τὰ ἐξ B ὧν ὁ Χριστὸς, ὄντά τε καὶ σωζόμενα μετὰ τὴν ἕνωσιν, χωρὶς τῆς οἱασοῦν τροπῆς καὶ ἀλλοιώσεως, καὶ τῆς εἰς ἄλληλα κατὰ τὸν οὐσιώδη λόγον μεταβολῆς· καὶ στέργομεν εὐπειθῶς τῇ τῶν σωζομένων ἐν Χριστῷ καὶ ὄντων ὁμολογίᾳ τὴν στέρησιν.

Quemadmodum autem Christus post unionem non unum est secundum omnem et rationem et modum, sic neque secundum omnem et rationem et modum post unionem est duo. Sin autem Christus non est duo post unionem secundum omnem et rationem et modum, omnino secundum aliquam et rationem et modum (secundum personalem scilicet identitatem, unam nimirum personam et hypostasim, secundum quam non potest habere differentiam ac distinctionem) Christus unum est. Quia igitur secundum aliam aliamque et rationem et modum, idem ipse unum, duoque est : operæ pretium ut dispiciamus, utra demum et ratione et modo idem ipse unus ac duo sit.

Ὥσπερ δὲ κατὰ πάντα λόγον τε καὶ τρόπον ἓν οὐκ ἔστιν ὁ Χριστὸς μετὰ τὴν ἕνωσιν, οὕτω πάλιν κατὰ πάντα λόγον τε καὶ τρόπον οὐκ ἔστιν ὁ Χριστὸς δύο μετὰ τὴν ἕνωσιν. Εἰ δὲ μὴ κατὰ πάντα λόγον τε καὶ τρόπον ἐστὶν ὁ Χριστὸς δύο μετὰ τὴν ἕνωσιν· πάντως κατά τινα λόγον τε καὶ τρόπον, διὰ τὴν ὑποστατικὴν ταυτότητα, ἤγουν τὴν μίαν ὑπόστασιν, καθ' ἣν διαφορὰν ἔχειν οὐ δύναται, ἓν ἐστιν C ὁ Χριστός. Ἐπεὶ οὖν κατ' ἄλλον καὶ ἄλλον λόγον τε καὶ τρόπον, ἓν καὶ δύο ἐστὶν ὁ αὐτὸς, ἀναγκαῖον σκοπῆσαι, κατὰ ποῖον καὶ ποῖον λόγον (υ) ἓν ἐστιν ὁ αὐτὸς καὶ δύο.

296 *Blasphemum esse, dicere unam Christum simpliciter naturam.*

Siquidem igitur secundum naturæ rationem unum eum dicturi sunt, una prorsus natura, absque omni differentia ac distinctione, eorum sententia, totum erit. Sin autem hæc illos dicere concesserimus, Christus, juxta illos, nec Deus, at neque homo, nec omnino creatura, nec Creator erit. Quæ enim natura simpliciter dicitur, neutrius horum ullam prorsus appellationem recipit. Sin autem apertam absurditatem vitare satagentes, unam Christum naturam esse dicant, verum compositam; vere nescierunt, quo pacto impietatis caligo, ad imam eos erroris impulit sentinam.

Ὅτι βλάσφημον τὸ λέγειν τὸν Χριστὸν μίαν ἁπλῶς φύσιν.

Εἰ μὲν οὖν κατὰ τὸν τῆς φύσεως λόγον ἓν αὐτὸν εἶναι φήσουσι, μίαν φύσιν ἁπλῶς χωρὶς τῆς οἱασδήποτε διαφορᾶς δηλονότι κατ' αὐτοὺς ἔσται τὸ ὅλον. D Εἰ δὲ τοῦτο λέγειν αὐτοῖς συγχωρήσομεν, οὐκ ἔσται Θεὸς κατ' αὐτοὺς, οὔτε μὴν ἄνθρωπος ὁ Χριστός· οὔτε κτίσμα παντελῶς, οὔτε κτίστης. Ἡ γὰρ ἁπλῶς λεγομένη φύσις, οὐδ' ἑτέρου τούτων καθάπαξ τὴν οἱανοῦν ἐπιδέχεται σημασίαν. Εἰ δὲ τὴν πρόδηλον φεύγοντες ἀτοπίαν εἵποιεν, μίαν μὲν, σύνθετον δὲ τὸν Χριστὸν εἶναι φύσιν, ἠγνόησαν ὡς ἀληθῶς, πῶς ὁ τῆς ἀσεβείας ζόφος πρὸς τὴν ἐσχάτην αὐτοὺς ἀπεώσατο πλάνην.

De natura composita ejusque ratione, accuratius, ac loqui impie, qui unum Christum naturam compositam dicunt.

Primum enim natura omnis composita, non in

Περὶ συνθέτου φύσεως ἀκριβέστερον, καὶ τοῦ κατ' αὐτὴν λόγου· καὶ ὡς ἀσεβοῦσιν οἱ λέγοντες τὸν Χριστὸν μίαν σύνθετον φύσιν.

Πᾶσα γὰρ σύνθετος φύσις, πρῶτον μὲν ἀπρόαι-

NOTÆ.

(υ) *Κατὰ ποῖον καὶ ποῖον λόγον.* Apta satis repetitio, etsi eam cod. Venet. non habet, sed solum κατὰ ποῖον λόγον. Quod tamen toto discursu Maximus καὶ τρόπον adjunxerit, verisimile est hic scripsisse, κατὰ ποῖον τρόπον καὶ ποῖον λόγον, exque repetita voce, proclivi errore, alterum excidisse.

Digitized by Google

ρετον ἔχει τὴν πρὸς ἄλληλα τῶν μερῶν κατὰ τὴν A σύνθεσιν σύνοδον.

Ἔπειτα δὲ καὶ ἀλλήλοις ὁμόχρονα τὰ μέρη, καὶ ἑαυτῇ κέκτηται, κατὰ τὴν εἰς τὸ εἶναι γένεσιν συνυπάρχοντα, μηδετέρου μέρους θατέρου χρονικῶς προϋπάρχοντος.

Πρὸς ἔτι γε μὴν καὶ εἰς συμπλήρωσιν τῆς τὸ πᾶν μεγαλοφυῶς ὑπογραφούσης ὁλότητος γινώσκεται πεποιημένη· ὧν οὐδὲν ἐπὶ Χριστοῦ παντελῶς θεωρεῖται τοῖς εὐσεβεῖν βουλομένοις· ἵνα μὴ τὴν πρὸς τὴν σάρκα τοῦ Λόγου σύνοδον ἀκούσιον ποιώμεθα, καὶ ἀπροαίρετον· καὶ ἢ τῇ σαρκὶ τὸν Θεὸν Λόγον κατὰ τὴν πρὸς τὸ εἶναι γένεσιν ὁμόχρονον, ἢ τὴν σάρκα τῷ Λόγῳ κατὰ τὴν ἀναρχον ὕπαρξιν συναΐδιον· ἢ καὶ μηδὲν ἔχειν πλέον τῶν λοιπῶν κατὰ τὴν καθ' ὅλου φύσιν θεωρουμένων εἰδῶν, ὡς μέρος εἰς B συμπλήρωσιν τοῦ παντὸς κατὰ τὰ λοιπὰ εἴδη, παρὰ τῆς τὸ πᾶν συστησαμένης δυνάμεως παρηγμένον τὸν Χριστὸν διοριζόμεθα. Οὗτος γὰρ πάσης συνθέτου φύσεως ὅρος τε καὶ λόγος καὶ νόμος, καθὼς ἡ τῆς ἀληθείας δύναμις, καὶ ὁ τῆς λογικῆς ἀκολουθίας δρόμος ποδηγεῖ λέγειν τοὺς μετὰ συνέσεως τὴν τῶν ὄντων ποιουμένους διάσκεψιν. Καὶ τίς ἔτι τῆς τῶν εὐσεβῶν εἶναι δυνήσεται μοίρας, οὕτω φρονῶν περὶ τοῦ Θεοῦ καὶ Λόγου, τοῦ πρὸ πάντων ὑπάρχοντος τῶν αἰώνων· μᾶλλον δὲ κυριώτερον εἰπεῖν, ποιητοῦ τῶν αἰώνων, καὶ κατὰ θέλησιν ἑκούσιον ποιησαμένου πρὸς ἡμᾶς τοὺς ἀνθρώπους καὶ αὐθαίρετον τὴν κένωσιν· καὶ εἰς διόρθωσιν καὶ ἀνακαινισμὸν, ἀλλ' οὐκ εἰς συμπλήρωσιν τοῦ παντὸς, ἐνανθρωπήσαντος. C Τρόπῳ γὰρ οἰκονομίας, ἀλλ' οὐ νόμῳ φύσεως, ἀῤῥήτως ὁ τοῦ Θεοῦ πρὸς ἀνθρώπους διὰ σαρκὸς ἐπεδήμησε Λόγος. Οὐκοῦν οὐκ ἔστι σύνθετος φύσις ὁ Χριστὸς, κατὰ τὴν καινοτομίαν τῶν κενούντων τὸ Εὐαγγέλιον τῷ νόμῳ τῆς συνθέτου φύσεως, κατὰ τὸν εἰς τὸ εἶναι τρόπον, παντάπασιν ὑπάρχων ἀδούλωτος· ἀλλ' ὑπόστασις σύνθετος, τὴν οἱανοῦν κατ' εἶδος σύνθετον φύσιν αὐτῆς κατηγορουμένην οὐκ ἔχουσα· ὃ καὶ παράδοξον, ὑπόστασιν σύνθετον θεᾶσθαι, χωρὶς τῆς κατ' εἶδος αὐτῆς κατηγορουμένης συνθέτου φύσεως.

Εἰ δὲ κατ' αὐτοὺς ἐκείνους ὁ Χριστὸς σύνθετός ἐστι φύσις, ἡ θαυμαστὴ τῶν Σευήρου λόγων ἀκρόπολις, ἢ γενικὴ πάντως ἐστὶ, ἢ μοναδική. Τούτων γὰρ ἄλλην ἐπινοῆσαι μέσην ἀμήχανον. Καὶ εἰ μὲν D γενικὴ φύσις ἐστὶν ὁ Χριστὸς, κατὰ πολλῶν ἔσται δηλονότι καὶ διαφερόντων τῷ ἀριθμῷ κατηγορούμενος· καὶ κατ' ἐπίνοιαν ἔσται μόνην, ἐν οἷς τὴν ὕπαρξιν ἔχει· καὶ οὐ καθ' ἑαυτὸν ἐν ἰδίᾳ τινὶ ὑποστάσει γνωριζόμενος· χωρὶς τῶν ἐπιθεωρουμένων τοῖς ὑπ' αὐτὸν ἀτόμοις συμβεβηκότων. Τοιοῦτος γὰρ ὁ πάσης γενικῆς φύσεως ὅρος τε καὶ λόγος· καὶ εἰσήχθη πλῆθος ἡμῖν Χριστῶν ἀνθ' ἑνὸς, κατὰ μηδένα τρόπον τὴν οἱανοῦν ἐχόντων πρὸς τὸν Θεὸν, ἢ τοὺς ἀνθρώπους ταυτότητα, διὰ τὴν Σευήρου κατὰ τῆς ἀληθείας περιττὴν καὶ ἀκάθεκτον μανίαν. Εἰ δὲ μοναδικὴ φύσις ἐστὶν ὁ Χριστὸς, ἵνα παρῶμεν λέγειν ὡς; οὐδαμῶς ἐστι τὸ σύνολον φύσις ἑνὶ προσώπῳ περιγεγραμμένη· κἂν εἰ τὰ μάλιστα τὸν μυθευόμενον

voluntate habet, aut ejus ipsa arbitra est, ut partes inter se componendi causa conveniant.

Præterea, partes cum aliis aliis, tum et sibi ipsis cœtaneas habet, quæ simultaneo ortu pariter exsistant, nec se ulla temporis duratione mutuo præcedant.

Ad hæc vero etiam, ad totalitatem complendam, quæ rerum universitatem magnifice adumbret, facta esse dignoscitur : quorum nihil prorsus in Christo intelligent, quibus animo constitutum ut pietatis metas non excedant; ne Verbi cum carne commercium a libera nihil voluntate profectum faciamus; ac, vel Deum Verbum ortu in rerum naturam carni cœtaneum, vel carnem Verbo, exsistentia nullum habente principium, coæternam : aut denique nihil amplius habere quam reliquas universali natura consideratas species; velut partem, reliquarum specierum more, ad complendam rerum universitatem ab universorum creatrice potentia productum Christum definiamus. Hæc enim naturæ omnis compositæ definitio, ratioque ac ritus est; quomodo vis ipsa veritatis, rationalisque consequentiæ cursus eos cogit dicere, qui rerum solerter judicioque indolem dispexerint. **297** Ecquis vero jam a piorum steterit partibus, qui sic de Deo ac Verbo sentiat, qui sit antiquior omnibus sæculis; quin potius, ut verius dicam, auctor sæculorum, ac qui sponte liberaque voluntate liberam ad nos homines exinanitionem instituerit, idque adeo ut universum repararet ac instauraret, non ut ipsum compleret, homo factus sit. Dispensationis enim rationibus, non naturæ lege, arcana Dei Verbum ratione per carnem venit ad homines. Non igitur Christus natura est composita, juxta ac sentiunt Novatores, qui Evangelium evacuant, cum eo quo exsistit modo, naturæ compositæ legi nihil obnoxius sit; sed persona composita, de qua nulla prorsus secundum speciem prædicetur natura composita : quod sane inauditum stupendumque; exstare nimirum personam compositam, de qua tamen nulla in specie natura composita prædicetur.

Sin autem illis iisdem auctoribus Christus natura composita est (quod Severi rationum mirabile præsidium arxque sacra est) omnino aut generica, aut singularis. Horum enim aliam mediam excogitare non possumus. At, siquidem Christus natura est generica, erit plane quæ de multis, iisque numero discretis, prædicetur; solaque ratione ac subtili mentis cogitatu in illis erit, in quibus ei est quod exsistit : non per se ipse in propria quadam persona seu hypostasi intelligetur absque illis accidentibus, quæ in individuis illi subjectis considerantur. Talis enim naturæ omnis genericæ definitio est atque ratio; emergetque nobis unius loco, Christorum turba, nihil ullo modo cum Deo aut ve hominibus habentium eadem ratione commune, ob Severi superfluam illam ac impotentem adversus veritatem insaniam. Sin autem Christus singularis natura est, ut interim

Digitized by Google

mittamus, nullam prorsus naturam esse quæ una persona circumscripta sit (vel si maxime fabulosam avem phœnicem, tanquam magnum quoddam ac irrefragabile, opinioni suæ præsidio, ad extremum exemplum producunt : in quod ipsum disputare aliquid vereor, ne prudentum judicio stultitiæ mihi notam asciscam, dum in eo ludo operam, quod fabulam, fabulam esse probo. Nam si phœnix avis est, plane etiam est animal. Si autem est animal, primum quidem haud prorsus singulare, qua ratione est **298** animal : non enim unum est ac solum animal. Deinde, si est animal, etiam corpus anima sensuque præditum est. Atqui si phœnix corpus est anima sensuque præditum, utique etiam ortui interitionique obnoxium est. Sin autem phœnix his obnoxius est, ipsos percontemur sapientes rerum inspectores, Fierine possit, ut corpus aliquod anima sensuque præditum, ortui ac interitioni obnoxium, singularis naturæ secundum personam ac hypostasim esse statuatur, cum ejusmodi corporum, aliorum ex aliis secundum speciem vicariaque successio, ejus quod sunt manifestus character ac definitio exsistat? Quemadmodum etiam divina Scriptura testatur, ipsa a se doctrinæ robur concilians ac auctoritatem, cum hæc Deum magno Noemo præcipientem inducit: *Et dixit Deus Noe : Ingredere, tu, et omnis domus tua in arcam ; quia te vidi justum coram me in generatione ista. Ex pecoribus autem omnibus mundis induc ad te septena et septena, masculum et feminam ; ex pecoribus autem immundis, duo et duo, masculum et feminam. Et de omnibus volatilibus cœli mundis septena et septena, masculum et feminam : et de omnibus volatilibus cœli immundis, duo et duo, masculum et feminam, ut nutriatur semen super omnem terram*[u] : quibus utique, siquidem phœnix tanquam animal volucre connumeratur, singularis naturæ secundum hypostasim, ac quæ ipsa una vere exsistat, divina sententia minime est. Ut hæc, inquam, uti dicebam, missa faciamus (non enim libet eorum nomine digladiari, quorum nulla necessitas est) cunctis palam perspicuum est, fore ut si Christus natura singularis sit, nec cum Deo ac Patre, neque vero cum hominibus ejusdem substantiæ exsistat.

A ὄρνιθα τὸν φοίνικα (x), καθάπερ τι μέγα καὶ ἄμαχον παράδειγμα τῆς ἑαυτῆς δόξης συστατικὸν, τελευταῖον προβάλλωνται· πρὸς ὃ καὶ λέγειν τι δέδοικα, μήπως καὶ ἀνοίας παρὰ τοῖς συνετοῖς ὀφλήσω γέλωτα, τὸν μῦθον δεῖξαι μῦθον πειρώμενος. Εἰ γὰρ ὄρνις ἐστὶν ὁ φοίνιξ, καὶ ζῶον πάντως ἐστίν. Εἰ δὲ ζῶον, πρῶτον μὲν οὐ πάντη μοναδικὸν καθὸ ζῶον. Ἔπειτα δὲ, εἴπερ ζῶον, καὶ σῶμα ἔμψυχον αἰσθητικόν. Εἰ δὲ σῶμα ἔμψυχον αἰσθητικόν ἐστιν ὁ φοίνιξ; καὶ ὑπὸ γένεσίν ἐστι δηλονότι καὶ φθοράν. Αὐτοὺς ἐρωτήσωμεν τοὺς σοφοὺς τῶν ὄντων θεάμονας, εἰ δυνατόν ἐστί τι τῶν ὑπὸ γένεσιν καὶ φθορὰν ἐμψύχων καὶ αἰσθητικῶν σωμάτων, μοναδικῆς ὑπάρχειν καθ' ὑπόστασιν, φύσεως· ὧν ἡ ἐξ ἀλλήλων κατ' εἶδος διαδοχὴ, ἀρίδηλος χαρακτὴρ τοῦ εἶναι καὶ ὅρος ἐστί.

B Καθάπερ καὶ ἡ θεία Γραφὴ μαρτύρεται, τὸ βέβαιον δι' ἑαυτῆς τῷ λόγῳ παρεχομένη, τῷ μεγάλῳ Νῶε τὸν Θεὸν εἰσηγουμένη ταῦτα προστάσσοντα. Καὶ εἶπεν ὁ Θεὸς τῷ Νῶε, *Εἴσελθε σὺ, καὶ πᾶς ὁ οἶκός σου εἰς τὴν κιβωτὸν, ὅτι σε εἶδον δίκαιον ἐναντίον ἐμοῦ ἐν τῇ γενεᾷ ταύτῃ. Ἀπὸ δὲ πάντων τῶν κτηνῶν τῶν καθαρῶν εἰσάγαγε πρὸς σὲ ἑπτὰ ἑπτὰ, ἄρσεν καὶ θῆλυ· ἀπὸ δὲ τῶν κτηνῶν τῶν μὴ ὄντων καθαρῶν, δύο δύο, ἄρσεν καὶ θῆλυ· καὶ ἀπὸ πάντων* (y) *τῶν πετεινῶν τοῦ οὐρανοῦ τῶν καθαρῶν, ἑπτὰ ἑπτὰ, ἄρσεν καὶ θῆλυ, καὶ ἀπὸ πάντων τῶν πετεινῶν τοῦ οὐρανοῦ τῶν μὴ καθαρῶν, δύο δύο, ἄρσεν καὶ θῆλυ, διαστρέψαι σπέρμα ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν.* Οἷς, εἴπερ ὡς πτηνὸν ζῶον ὁ

C φοίνιξ ἐστὶν ἐναρίθμιος, μοναδικῆς καθ' ὑπόστασιν φύσεως οὐκ ἔστι κατὰ τὴν θείαν ἀπόφασιν, ἵνα ταῦτα καθὼς ἔφην μὴ λέγωμεν· οὐ γὰρ φίλον ἡμῖν ὑπὲρ τῶν οὐκ ἀναγκαίων τὸ μάχεσθαι· πᾶσιν εὔδηλόν ἐστι, ὡς εἴπερ μοναδικὴ φύσις ἐστὶν ὁ Χριστὸς, οὔτε τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ ὁμοούσιός ἐστιν, οὔτε τοῖς ἀνθρώποις. Τὸ γὰρ πάντη κατὰ τὴν φύσιν μοναδικὸν, τῆς πρὸς ὁτιοῦν ἄλλο παντελῶς ἠλλοτρίωται φυσικῆς συγγενείας. Εἰ δὲ κατ' αὐτοὺς ἐκείνους, ὡς ἔδειξεν ὁ λόγος, πάντη κατὰ τὴν φύσιν ὁ Χριστὸς πάντων ἠλλοτρίωται τῶν ὄντων· αὐτοὺς εἰπεῖν προτρεψόμεθα τοὺς καινοὺς δογματιστὰς, τί ὄντα κατὰ τὴν φύσιν, καὶ ποίῳ λόγῳ σέβουσι τὸν Χριστὸν, τὸν μηδὲν ὅσον ἐπὶ ταῖς αὐτῶν ὑποθήκαις τῶν λόγων, ὄντα παρ' αὐτῶν βλασφημούμενον.

[u] Gen. VII, 1-3.

NOTÆ.

(x) *Τὸν μυθευόμενον ὄρνιθα τὸν Φοίνικα.* Laudanda maxime Maximi ἀκρίβεια, qui Patrum fere unus phœnicis avis fabulam aperte exploserit, cum reliqui vel admiserint, vel certe in dubio rem reliquerint, communique famæ permiserint. Præcipuus est Clemens Rom. qui ævi simplicitate in sua ad Corinthios epistola, quod unum ejus genuinum monumentum ad nos pervenit, ὡς παναληθεστάτῳ, τῷ κατὰ τὸν φοίνικα τὸν ὄρνεον ὑποδείγματι κέχρηται· *quod phœnicem avem adhibet, ut verissimum exemplum*, inquit Phot., hoc ei nomine dicam scribens. Tertulliano et Epiphanio imposuit locus Scripturæ male intellectus; Cyrillo, Clemens : Maximus rei absurditatem quasi φυσικώτερον explosit, tantamque advertit, ut impugnando vereatur, ne quasi demens prudentibus risum moveat; qui scilicet sic inutili argumento otium terat. Commento occasio-

D nem fecit ὁμωνυμία vocis φοῖνιξ, qua sæpe usi oi LXX non ut avem significarent, sed ut palmam, quæ ipsa quasi ex se sic renascatur et pullulet. Multis prosecutus hoc argumentum Bochartus tom. altero de animalibus sacræ Scripturæ, quo ipso laudat Andreæ Schottani Eptaemeram, diatr. 13.

(y) *Καὶ ἀπὸ πάντων.* Deest vox illa in textu τῶν LXX, ut et in Hebr. et Vulg. aliisque, videturque Maximo ex memoria succurrisse. Habuit autem Maximus plenum Genesis locum, ut habent Sixt. Argent., etc. Quod spectat ad legem de immundis, quæ omnia bina et bina inducenda erant, ad propagandum duntaxat speciem, non etiam septena in usum sacrificiorum, vel etiam ad vescendum : nihil causæ videtur, cur illud alterum potius omissum sit a Mose, quam a senioribus additum.

Digitized by Google

Quod enim natura prorsus singulare est, a naturali, cum re qualibet alia, cognatione prorsus abhorret. Sin autem illorum sententia, uti probavit oratio, Christus natura a rebus omnibus abhorret; ipsos dicere jubeamus novi dogmatis artifices, quidnam exsistentem natura, ac qua ratione, Christum colant, quem ne esse quidem, quantum ex illorum verbis ac documentis datur intelligi, blasphemia tradant.

Εἰ τοίνυν μέγας καὶ φοβερὸς ἐξ ἀνάγκης ἕπεται A κίνδυνος, κατὰ τὴν ἀποδοθεῖσαν τοῦ λόγου δύναμιν, τοῖς λέγουσιν ἓν κατὰ τὴν φύσιν εἶναι τὸν Χριστὸν, ἥγουν μίαν φύσιν, εἴτε ἁπλῶς λεγομένην, εἴτε σύνθετον· καὶ ταύτην εἴτε γενικὴν ἥγουν κοινὴν, εἴτε μοναδικὴν ἥγουν ἰδικήν· πάσῃ φυλακῇ τὰς ἑαυτῶν καρδίας τῆς τοιαύτης δόξης τηρήσωμεν καθαρὰς, ἵνα καὶ τῆς ἐπ' αὐτῇ μελλούσης ἀπειλῆς ἐλευθερωθῶμεν. Καὶ τὸ μὲν δύο ἐπὶ Χριστοῦ κατὰ τὸν τῆς φυσικῆς ἑτερότητος λόγον, ἥγουν διαφορᾶς τῶν ἐξ ὧν ἐστι φύσεων σωζομένων καὶ μετὰ τὴν ἕνωσιν, ὡς ἐν ὅλῳ μερῶν, εὐσεβῶς ὁμολογήσωμεν· καθ' ὃν οὐδέποτε τὰ μέρη φυσικῶς ἀλλήλοις συμπίπτουσιν, ἕως ἑκάτερον τὸν οἰκεῖον τῆς φύσεως πρὸς τὸ ἕτερον διαφυλάττει λόγον ἀλώβητον· τὸ δὲ ἓν κατὰ τὸν τῆς B ὑποστατικῆς ταυτότητος λόγον, καθ' ὃν οὐδεμίαν τὸ σύνολον πρὸς ἑαυτὸν ὁ Χριστὸς ὡς ὅλον τὴν ἐκ διαφορᾶς διάκρισιν, ἥγουν μερισμὸν ἐπιδέχεται· ἕως μία καὶ πρὸ σαρκὸς, καὶ μετὰ σάρκωσιν ὑπόστασις ὑπάρχων πιστεύεται· καὶ εἷς τῆς ἁγίας καὶ βασιλικῆς Τριάδος προσκυνεῖται παρ' ἡμῶν καὶ δοξάζεται. Μοναδικὴ γὰρ τοῦ Χριστοῦ ἡ ὑπόστασις, ὡς ὅλον, μηδενὶ λόγῳ κατὰ τὴν χαρακτηριστικὴν αὐτῆς ἰδιότητα τοῖς ἄκροις ἐπιμεριζομένη, καθ' ἣν αὐτῶν ἀφορίζεται. Ἄκρα δὲ νῦν λέγω, τὸν Θεὸν καὶ Πατέρα, ἐξ οὗ πρὸ τῶν αἰώνων ὁ Χριστὸς γεγεννῆται θεϊκῶς· καὶ τὴν ἁγίαν πανένδοξον Παρθένον καὶ Μητέρα, ἐξ ἧς ὁ αὐτὸς ἀνθρωπίνως γεγέννηται δι' ἡμᾶς, τῇ πρὸς ἄμφω τὰ ἄκρα τῶν ἰδίων μερῶν οἰκειότητι, φυλάττουσα τὴν κατ' οὐσίαν ἀμειώτως ταυτότητα· οἷς μέρεσι τὸν τῆς διαφορᾶς ὁ Χριστὸς ἐπιδεχόμενος λόγον, τῆς οἰκείας οὐκ ἐξίσταται μονοδικῆς ὑποστάσεως. Πᾶσα γὰρ ὁλότης, καὶ μάλιστα κατὰ σύνθεσιν, ἐκ διαφόρων θεωρουμένη, τῆς οἰκείας ὑποστάσεως μοναδικῶς φυλάττουσα τὴν ταυτότητα, καὶ τὴν πρὸς ἄλληλα τῶν οἰκείων μερῶν ἀσύγχυτον ἔχει διαφοράν, καθ' ἣν τὸν ἑκατέρῳ μέρους πρὸς θάτερον κατ' οὐσίαν διασώζει λόγον ἀνόθευτον. Ὡσαύτως δὲ καὶ τὰ μέρη κατὰ τὴν πρὸς ἄλληλα σύνθεσιν, ἀκραιφνῆ καὶ ἀμείωτον τὸν κατὰ φύσιν λόγον φυλάττοντα, τὴν ἑνικὴν τῆς οἰκείας ὁλότητος ἀδιάκριτον ἔχει ταυτότητα· καθ' ἣν μοναδικῶς τὸν καθ' ὑπόστασιν διαφυλάττει λόγον παντελῶς ἀδιαίρετον.

Cum igitur ingens necessario formidolosumque sequatur periculum, juxta ac reddita vis rationis ostendit; iis utique comes, qui Christum unum natura esse dicunt (unam scilicet naturam, eamque vel simpliciter dictam, vel compositam, **299** ac vel genericam sive communem, vel singularem sive privatam ac propriam), omni diligentia ac cura ab ejusmodi opinione corda nostra munda custodiamus, ut et ab ira, quæ ejus causa impendet, liberemur. Ac duo quidem in Christo, pro naturalis diversitatis (differentiæ scilicet distinctionisque) ratione, earum, ex quibus est, naturarum, post etiam unionem incolumium, velut partium in toto, pie confiteamur; qua nimirum nunquam partes naturaliter aliæ aliis coincidunt, quandiu utravis alteri composita propriam naturæ rationem illæsam ac incolumem servat. Unum vero personalis (ut sic dicam) identitatis ratione, qua nullam prorsus secum ipse Christus, ut totum, ex differentia ac distinctione, discretionem seu divisionem admittit; quandiu nimirum et ante assumptam carnem, et ea assumpta, una persona esse creditur, unusque e sancta atque regia Trinitate a nobis colitur atque laudatur. Est enim singularis unaque Christi persona, ut totum, nulla ratione penes eam proprietatem, quæ ejus velut nota propria est ac character, cum extremis divisa, a quibus illa secernitur (extrema vero nunc dico, Deum et Patrem, ex quo ante sæcula Christus divinitus natus est, et sanctam gloriosissimam Virginem ac Matrem, ea qua idem propter nos humano itidem partu natus est) partium suarum cum ambobus extremis necessitudine, substantialem indiminute identitatem servans: quibus partibus, cum Christus distinctionem admittat, a sua nihil singulari persona excedit. Omnis enim totalitas, ac præsertim quæ ex distinctis secundum compositionem intelligitur, quod una eademque singulariter persona est servans, suarum quoque partium inconfusam aliarum cum aliis differentiam habet ac distinctionem; qua nimirum utriusvis partium cum altera substantialem sinceram illæsamque rationem custodit. Similiter vero etiam partes, qua inter se compositionem ineunt, cum veram nihilque detritam ac imminutam naturæ rationem retineant, singularem propriæ totalitatis identitatem indiscretam habent, qua singulariter personæ seu hypostasis rationem omnis prorsus servant divisionis expertem.

Εἰ τοίνυν, καθὼς ἔδειξεν σὺν ἀληθείᾳ τρέχων ὁ D λόγος, ἀσεβὲς πάντη καθέστηκεν ἐπὶ Χριστοῦ τῷ κατὰ φύσιν λόγῳ θεσπίζειν κεῖσθαι τὸ ἕν, ὥσπερ καὶ τὸ ἔμπαλιν τῷ καθ' ὑπόστασιν λόγῳ τὰ δύο· τὸ μὲν γὰρ τῆς Ἀπολιναρίου δυσωδίας ἐστὶν ἴδιον, συναλείφοντός τε καὶ συγχέοντος εἰς μίαν φύσιν τὰς φύσεις, καὶ ἀδιάγνωστον πάντη ποιοῦντος τὴν οἰκονομίαν· μηδεμίαν κυρίως εἶναι τιθεμένου φύσιν μετὰ τὴν ἕνω-

Cum igitur sicut vere currens ostendit oratio, omnino impium sit, in Christo **300** naturæ ratione unum statuere, uti et vicissim duo personæ ratione (alterum namque fetidissimi Apollinarii erroris proprium est, qui naturas in unam naturam compingat atque confundat, dispensationemque prorsus incognoscibilem faciat, ac nullam vere post unionem naturam admittat. Fugit enim,

Digitized by Google

esse quod erat horum quodlibet, dum aliud in aliud commigrat, ac inter se res commutantur; alterum autem Judaicæ Nestorii dementiæ, qui unam personam in duas dividat, omnemque dispensationem, Christi scilicet mysterium, neget; qui nempe unitum carni in persona seu hypostasi substantialiter Deum Verbum dicere recuset), nos recte, ac pro eo ac consentaneum est, oratione utamur, perversorum voces ad normam convertentes: ac duo quidem, naturalis diversitatis, seu differentiæ ac distinctionis ratione; unum vero personæ itidem ac hypostasis ratione dicamus, ut et naturarum, ex quibus est Christus, post unionem distinctio in Christo servetur, eademque ac singularis incarnati Dei Verbi persona ac hypostasis similiter omnis expers consistat multiplicationis. Inversa enim rerum notatio ac confessio, hæreticorum sensu subjecta destruit: cum proprias rerum appellationes veritas nullo modo sinat vicissim commutari. Idcirco duas Christum naturas, uti dicebam, confitemur, qua ratione, ex quibus est, ac quæ in ipso post unionem manent incolumes, naturæ distinguuntur, velut scilicet eumdem ipsum post unionem Deum et hominem.

A

B

Eum, qui Christum Deum et hominem post unionem dicit, una cum nominibus ambas necessario post unionem naturas confiteri, dum recte credere velit.

Siquidem enim Christus Deus et homo est post unionem, uti communis habet confessio; plane fit ut post unionem vere quoque in eo conveniant nomina. Res enim suis priores nominibus intelliguntur, nec unquam nomen absque re consistere queat, quæ ipsa a se, quo rite affirmetur, nomini tribuat, vicissimque ut notificetur, ab eo accipiat. Sin autem Christus rebus, quarum sunt nomina, post unionem non habeat, nudas, eorum sententia, tanquam nulli **301** adhærentes, rerumque vacuas habere monstrabitur appellationes: eritque juxta illos Christus solum nomine tenus, non reipsa ac veritate, Deus et homo; quo quid magis impium exsistat? Sin vero tantum furoris ac insaniæ crimen defugientes, non esse in Christo rerum vacuas appellationes dixerint, sicut non recusant duas in Christo post unionem dicere appellationes, sic et duas Christi naturas, ex quibus et in quibus consistit, dicant post unionem, quarum sunt appellationes, siquidem, vere ac fide duce reipsa natura, incolumia fatentur post unionem, quæ fuerunt unita.

C

D

Τί τούτων, ὡς ἔφην, Χριστιανῶν ὀφθαλμοῖς, ἢ ἀκοαῖς φοβερώτερον; Ἔθνος ἀπηνὲς καὶ ἀλλόκοτον, κατὰ τῆς θείας κληρονομίας ὁρᾷν ἐπανατείνεσθαι χεῖρας συγχωρούμενον. Ἀλλὰ ταῦτα τὸ πλῆθος ὧν ἡμάρτομεν συμβῆναι πεποίηκεν. Οὐ γὰρ ἀξίως τοῦ Εὐαγγελίου τοῦ Χριστοῦ πεπολιτεύμεθα. Πάντες ἡμάρτομεν, πάντες ἠνομήσαμεν, πάντες ἀφήκαμεν τὴν ὁδὸν τῶν ἐντολῶν τὴν εἰποῦσαν, Ἐγώ *εἰμι ἡ ὁδὸς*, καὶ κατ' ἀλλήλων ἐθηριώθημεν, ἀγνοήσαντες τῆς φιλανθρωπίας τὴν χάριν, καὶ τῶν ὑπὲρ ἡμῶν τοῦ σαρκωθέντος Θεοῦ παθημάτων τὸ μυστήριον· καὶ *διωδεύσαμεν τρίβους* [69] *δίκτυους*, τὰς τῶν παθῶν τῆς ἀτιμίας δηλαδὴ σχέσεις τῇ διαθέσει τῆς γνώμης κυρώσαντες. Ἀλλὰ γρηγορήσωμεν καὶ *προσευξώμεθα, μήπως πλέον βαρυνθῶσιν αἱ καρδίαι ἡμῶν ἐν κραιπάλῃ καὶ μέθῃ*. Κραιπάλη γάρ ἐστιν, ὁ ἐπὶ τῷ λόγῳ τῆς πίστεως ἐν καιροῖς διωγμῶν ὀϊσταγμός· μέθη δὲ, ἡ τῶν κατὰ φύσιν ἀποβολὴ λογισμῶν, δι' ὧν ἡ ἀληθὴς γενέσθαι πέφυκε τῶν ὄντων διάγνωσις, ὅτ' ἂν ἐξ ἀτονίας ἐπικλάσῃ ταῖς ἐπηρείαις τῶν πειρασμῶν ἡ ψυχή· καὶ σκοτωθεῖσα, πάθῃ σάλον περὶ τὸν λόγον, ὡς ἔφην, τῆς πίστεως. Ἐὰν γὰρ προσευχώμεθα καὶ γρηγορῶμεν, βεβαιοτέραν μᾶλλον τὴν εἰς τὸν Κύριον ἡμῶν καὶ Θεὸν Ἰησοῦν Χριστὸν πίστιν κατέχομεν, θεωροῦντες, καὶ τῇ πείρᾳ λαμβάνοντες, ὧν προεῖπε τὴν ἔκβασιν· καὶ οὐ ξενιζόμεθα παντελῶς, καὶ σάλον κατὰ ψυχὴν ὑπομένομεν, ὡς παρ' ἐπαγγελίαν πάσχοντες, ἀλλὰ βεβαιοτέραν τὴν πίστιν κατέχομεν, βλέποντες διὰ τῶν πραγμάτων πληρουμένην τοῦ Κυρίου τὴν πρόρρησιν. Εἰ δὲ βεβαίωσιν πίστεως οἶδε ποιεῖν ἡ τῶν προῤῥηθέντων ἔκβασις, πλέον διὰ τῶν γινομένων καὶ

Quid his, inquam, Christianorum oculis auribusque formidabilius? Ut nempe gentem immanem impuramque videas, hoc nactam licentiæ, ut adversus Dei hæreditatem manus extendat. Verum hæc ut evenirent fecit scelerum nostrorum ingens multitudo. Non enim digne Evangelio Christi vitam instituimus [b]. Omnes nos peccavimus, omnes inique egimus, omnes mandatorum viam [c], dicentem: *Ego sum Via* [d], reliquimus, aliique in alios C ferarum more furorem exacuimus, ignorantes humanitatis gratiam, Deique pro nobis incarnati perpessionum mysterium; sed *ambulavimus semitas difficiles* [e], probrosissimas scilicet vitiorum libidines, animi affectu roborantes [f]. Enimvero vigilemus atque oremus, *ne forte amplius graventur corda nostra in crapula et ebrietate* [g]. **312** Crapula enim est dubius et anceps animus, in fidei doctrina, tum, cum persecutio sævit; ebrietas vero naturalium cogitationum rationumque amissio, per quas veram de rebus nancisci cognitionem possumus; tum nimirum, cum præ ignavia mollioribusque subeuntibus consiliis, animus tentationum insultibus fatiscit; illique, uti dicebam, D tenebris obsito, fluctuatio in fide accidit. Si enim preces adhibeamus et vigilemus, longe firmiorem in Dominum nostrum ac Deum Jesum Christum fidem retinebimus, qui eorum quæ promisit eventum videamus, ac experimento ipso teneamus: nec quidquam omnino offendemur, aut fluctuantis animi æstum patiemur, ut quibus acciderit aliquid secus ac in promissis acceperamus, sed firmiore nitemur fide, qui prædicta a Domino rebus

[z] III Reg. XVIII, 21. [a] Deut. XXXII, 6. [b] Philipp. I, 27. [c] Dan. IX, 5. [d] Joan. XIV, 6. [e] Sap. V, 7. [f] Rom. I, 26. [g] Luc. XXI, 34.

VARIÆ LECTIONES.

[69] Apud LXX, ἐρήμους, quod forte vitiosum, et factum ex nostro τρίβους, cui consentiunt Latina.

Digitized by Google

ipsis impleri videamus. Sin autem prædictionum eventus, fidei robur præstare consuevit, nos quoque rerum præsentium statu fidem nostram magis confirmemus, qui eum qui dixit veracem comperiamus; Deumque ipsum in conspectu hominum, ne morte quidem prorsus deterriti, confiteamur, ut et ipse nos coram Patre confiteatur [h]; perque bonam confessionem salute donatos admittat, quam ipse auspicatus est, ad bonorum nobis formam designandam, *testis functus munere sub Pontio Pilato, ac bonam confessus confessionem* [i]; quam utinam ejus nos munere imitemur, ubi tempus vocaverit ac occasio fuerit, non temere pro fidei ac pietatis doctrina periculis irruentes, sed, quoad licuerit, cavantes persecutiones, tum velut qui persecutoribus parcamus, tum qui naturalem nostram infirmitatem noverimus ac exploremus. Eos qui pueri sunt erudientes, ac qui vocantem Sermonem exspectent: qui nempe, legitime veritatis causa certantibus inaspectabili ratione adveniens, martyrii peragit cursum, ut qui solus sensum atque naturam vincere possit. Quippe cum martyrium, sensus palam atque naturæ victoria sit; quo mentis rationisque adversus vitia conflari pugna consuevit; cujus munere Dei amor roboratur, inaudita ratione auctor ipse, ut per mortem amatores ad eum transeant, cujus desiderio tenentur: cui nos quoque astare, confessionibus in ipsum præfulgentes, utinam mereamur, quas et nobiscum ab humanis migrantes inferamus, **313** atque ad immortalem mundum transeuntes, precibus et intercessionibus sanctissimæ Dei Genitricis semperque virginis Mariæ, et omnium sanctorum. Amen.

ἡμεῖς τὴν πίστιν ἡμῶν βεβαιώσομεν, ἀληθῆ τὸν εἰρηκότα τυγχάνειν εὑρίσκοντες· καὶ Θεὸν αὐτὸν ὁμολογήσωμεν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, μηδένα παντελῶς ὑφορώμενοι θάνατον· ἵνα καὶ αὐτὸς ἡμᾶς ἔμπροσθεν τοῦ Πατρὸς ὁμολογήσῃ· καὶ σεσωσμένους διὰ τῆς καλῆς ὁμολογίας προσαγάγῃ, ἧς αὐτὸς εἰς τὴν τῶν ἡμετέρων καλῶν ὑποτύπωσιν ἀπήρξατο· *μαρτυρήσας ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου, καὶ ὁμολογήσας τὴν καλὴν ὁμολογίαν*· ἣν μιμεῖσθαι κατὰ τὴν αὐτοῦ χάριν ἀξιωθείημεν, ὅτ' ἂν καλέσοι καιρός· μὴ προπετῶς ἐπιπηδῶντες τοῖς ὑπὲρ τοῦ λόγου τῆς εὐσεβείας κινδύνοις, ἀλλὰ φεύγοντες ὅση δύναμις τοὺς πειρασμούς, φειδοί τε τῶν διωκόντων, καὶ τῇ κατ' ἐπίγνωσιν δοκιμασίᾳ τῆς ἐνούσης ἡμῖν φυσικῆς ἀσθενείας· τοὺς νηπιάζοντας παιδαγωγοῦντες, καὶ τὸν καλοῦντα περιμένοντες Λόγον· ὃς ἐν τοῖς νομίμως τοὺς ὑπὲρ εὐσεβείας ὑπερμαχομένοις ἀγῶνας ἀοράτως παραγινόμενος, τὸν τῆς μαρτυρίας διέξεισι δρόμον· ὡς μόνος αἴσθησιν καὶ φύσιν νικῆσαι δυνάμενος· ἐπειδὴ σαφῶς αἰσθήσεως νίκη καὶ φύσεώς ἐστι τὸ μαρτύριον, δι' οὗ πέφυκε νοῦ τε καὶ λόγου γίγνεσθαι κατὰ τῶν παθῶν ἐπανάστασις, καθ' ἣν ὁ τοῦ Θεοῦ βεβαιοῦται πόθος, παραδόξως διὰ θανάτου πείθων τοὺς ἐραστὰς διαβῆναι πρὸς τὸν ποθούμενον· ᾧ παραστῆναι καταξιωθείημεν ταῖς εἰς αὐτὸν ὁμολογίαις ἀστράπτοντες, ἃς καὶ συναπενέγκοιμεν ἑαυτοῖς ἐντεῦθεν ἀπιόντες, καὶ πρὸς τὸν ἀτελεύτητον μεταβαίνοντες κόσμον, εὐχαῖς καὶ πρεσβείαις τῆς παναγίας Δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας, καὶ πάντων τῶν ἁγίων. Ἀμήν.

SCHOLIUM.

1. Qui, inquit, idcirco duntaxat, ut distinctionem in Christo significet, duarum naturarum vocem usurpat, Apollinario adversatur: ac qui rursus vocem unius Dei Verbi naturæ incarnatæ adhibet, Nestorii divisionem excludit. Ambas enim profitetur voces, qui horum utriusque peræque impietatem vitat.

ΣΧΟΛΙΟΝ.

α'. Ὁ χρώμενος, φησὶ, πρὸς μόνην δήλωσιν τῆς διαφορᾶς ἐπὶ Χριστοῦ, τῇ φωνῇ τῶν δύο φύσεων, Ἀπολιναρίῳ μάχεται· καὶ ὁ λέγων πάλιν τὴν φωνὴν τῆς μιᾶς τοῦ Θεοῦ Λόγου φύσεως σεσαρκωμένης, ἐκβάλλει τὴν Νεστορίου διαίρεσιν. Τὰς δύο γὰρ λέγει φωνὰς ὁ φεύγων ἐπ' ἴσης τὴν ἑκατέρου τούτων δυσσέβειαν.

XV. — *Ejusdem, de communi et proprio, hoc est, de essentia et hypostasi, seu persona, ad Cosmam religiosissimum diaconum Alexandrinum.*

Dei amantissimo religiosissimoque Cosmæ diacono, Maximus humilis, salutem.

Quandoquidem diu multumque de divina incarnatione sermonem contulimus, ab iis auspicatus subtilibus pietatis decretis, ex quibus arrepta occasione, me humilem, o homo Dei, dicere sententiam rogasti, quid nempe commune et universale, quidve particulare et proprium, ut tota nobis inde unionis ratio atque doctrina manifesta reddatur; meum quidem nihil dicturus sum, sed quod ex Patribus didici (nec minimum eorum hac parte immutans doctrinam) hoc proferam.

ΙΕ'. — *Τοῦ αὐτοῦ, περὶ κοινοῦ καὶ ἰδίου, τουτέστιν οὐσίας καὶ ὑποστάσεως, πρὸς Κοσμᾶν τὸν θεοφιλέστατον διάκονον Ἀλεξανδρείας.*

Τῷ θεοφιλεστάτῳ κυρίῳ Κοσμᾷ διακόνῳ, Μάξιμος ταπεινὸς χαίρειν.

Ἐπειδήπερ πολὺς ἡμῖν περὶ τῆς θείας σαρκώσεως κεκίνηται λόγος, αὐτῶν ἁψάμενος τῶν λεπτῶν τῆς εὐσεβείας δογμάτων, ἐξ ὧν λαβόμενος ἀφορμῆς τὴν ἐμὴν ἀπήτησας ταπείνωσιν, εἰπεῖν, ἄνθρωπε τοῦ Θεοῦ, τί τὸ κοινόν ἐστι καὶ καθόλου· καὶ τί τὸ μερικὸν καὶ ἴδιον· ἵν' ἐντεῦθεν ἡμῖν σαφὴς ὁ πᾶς τῆς ἑνώσεως γένηται λόγος· ἐμὸν μὲν οὐδὲν ἐρῶ παντελῶς· ὃ δὲ παρὰ τῶν Πατέρων ἐδιδάχθην, φημὶ, μηδὲν παραμείβων τῆς αὐτῶν ἐπὶ τούτοις διδασκαλίας.

[h] Luc. XII, 8. [i] I Tim. VI, 12.

Digitized by Google

Κοινὸν μὲν οὖν ἐστι καὶ καθολικὸν, ἤγουν γενικὸν, κατὰ τοὺς Πατέρας, ἡ οὐσία καὶ ἡ φύσις· ταυτὸν γὰρ ἀλλήλαις ταύτας ὑπάρχειν φασίν. Ἴδιον δὲ καὶ μερικὸν, ἡ ὑπόστασις καὶ τὸ πρόσωπόν· ταυτὸν γὰρ ἀλλήλοις κατ' αὐτοὺς ταῦτα τυγχάνουσιν. Καὶ δηλοῖ Τερεντίῳ τάδε γράφων ὁ μέγας Βασίλειος [70], « Εἰ δὲ δεῖ καὶ ἡμᾶς ἐν βραχεῖ τὸ ἡμῖν δοκοῦν εἰπεῖν, ἐκεῖνο ἐροῦμεν, ὅτι ὃν ἔχει λόγον τὸ κοινὸν πρὸς τὸ ἴδιον, τοῦτον ἔχει ἡ οὐσία πρὸς τὴν ὑπόστασιν. Ἕκαστος γὰρ ἡμῶν καὶ τῷ κοινῷ τῆς οὐσίας λόγῳ τοῦ εἶναι μετέχει, καὶ τοῖς περὶ αὐτὸν ἰδιώμασιν ὁ δεῖνά ἐστι καὶ ὁ δεῖνα. » Καὶ πάλιν ὁ αὐτὸς πρὸς Ἀμφιλόχιον [71] περὶ τῶν τοιούτων διεξιὼν, τάδε φησίν· « Οὐσία δὲ καὶ ὑπόστασις ταύτην ἔχει τὴν διαφοράν, ἣν ἔχει τὸ κοινὸν πρὸς τὸ καθέκαστον. Οἷον, ὡς ἔχει τὸ ζῶον πρὸς τὸν δεῖνα ἄνθρωπον. » Καὶ μεθ' ἕτερα [72]· « Οἱ δὲ ταὐτὸν λέγοντες οὐσίαν καὶ ὑπόστασιν, ἀναγκάζονται πρόσωπα μόνον ὁμολογεῖν διάφορα. » Καὶ πάλιν καναγικήν τινα διδάσκων ἐπέστελλεν ἑρμηνεύων τὴν τοῦ *ὁμοουσίου* διάνοιαν [73]· « Αὕτη δὲ ἡ φωνὴ, καὶ τοῦ Σαβελλίου κακὸν ἐπανορθοῦται. Ἀναιρεῖ γὰρ τὴν ταυτότητα τῆς ὑποστάσεως, καὶ εἰσάγει τελείαν τῶν προσώπων τὴν ἔννοιαν· οὐ γὰρ αὐτό τί ἐστιν ὁμοούσιον ἑαυτῷ, ἀλλ' ἕτερον ἑτέρῳ. Ὥστε καλῶς ἔχει, καὶ εὐσεβῶς, τῶν τε ὑποστάσεων τὴν ἰδιότητα διορίζουσα, καὶ τῆς φύσεως τὸ ἀπαράλλακτον παριστῶσα. » Καὶ πάλιν ἐν τῇ δευτέρᾳ πρὸς Νεοκαισαρεῖς [74] διδάσκει φάσκων· « Καὶ γὰρ εἰδέναι χρὴ, ὅτι ὥσπερ ὁ τὸ κοινὸν τῆς οὐσίας μὴ ὁμολογῶν εἰς πολυθεΐαν ἐκπίπτει· οὕτως ὁ τὰ ἴδια τῶν ὑποστάσεων μὴ διδοὺς, εἰς τὸν Ἰουδαϊσμὸν ἀποφέρεται. » Καὶ πάλιν ἐν οἷς Εὐστάθιον τὸν Ἀρμένιον ὑπογράψα πεποίηκε, διαῤῥήδην γράφων φαίνεται [75]· « Προσήκει τοίνυν ἐναργῶς ὁμολογεῖν, ὅτι πιστεύουσι κατὰ τὰ ῥήματα τὰ ὑπὸ τῶν ἡμετέρων Πατέρων ἐκτεθέντα ἐν τῇ Νικαίᾳ, καὶ κατὰ τὴν ὑγιῶς ὑπὸ τῶν ῥημάτων ἐμφερομένην διάνοιαν. Εἰσὶ γάρ τινες, οἳ καὶ ἐν ταύτῃ τῇ πίστει δολοῦντες τὸν λόγον τῆς ἀληθείας, καὶ πρὸς τὸ ἑαυτῶν βούλημα, τὸν νοῦν τῶν ἐν αὐτῇ ῥημάτων ἕλκοντες. Ὅπου γε καὶ Μάρκελλος ἐτόλμησεν ἀσεβῶν εἰς τὴν ὑπόστασιν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ ψιλὸν αὐτὸν ἐξηγούμενος λόγον, ἐκεῖθεν προφασίσασθαι τὰς ἀρχὰς εἰληφέναι, τοῦ *ὁμοουσίου* τὴν διάνοιαν κακῶς ἐξηγούμενος. Καί τινες τῶν ἀπὸ τῆς δυσσεβείας τοῦ Λίβυος Σαβελλίου ὑπόστασιν καὶ οὐσίαν ταυτὸν εἶναι ὑπολαμβάνοντες, ἐκεῖθεν ἕλκουσι τὰς ἀφορμὰς πρὸς τὴν κατασκευὴν τῆς ἑαυτῶν βλασφημίας, ἐκ τοῦ ἐγγεγράφθαι τῇ πίστει, *Ἐὰν δέ τις λέγῃ ἐξ ἑτέρας οὐσίας ἢ ὑποστάσεως τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, τοῦτον ἀναθεματίζει ἡ ἁγία καὶ καθολικὴ Ἐκκλησία.* Οὐ γὰρ ταυτὸν εἶπον ἐκεῖνοι οὐσίαν καὶ ὑπόστασιν. Εἰ γὰρ μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ἐδήλουν [ἔννοιαν] αἱ φωναὶ, τίς χρεία ἦν ἑκατέρων; Ἀλλὰ δῆλον, ὡς τῶν μὲν ἀρνουμένων τὰ ἐκ τῆς

A Commune igitur et universale, sive genericum, juxta Patres, essentia est ac natura. Hæc enim eadem inter se esse affirmant. Proprium vero et particulare, hypostasis et persona : hæc enim idem sunt, illorum sententia. Atque hæc ita se habere declarat magnus Basilius, in hæc verba Terentio scribens : « Quod si vero nos animi sententiam de his oportet exprimere, sic paucis habeto. Quam rationem habet commune ad proprium, eamdem essentia ad hypostasim, id est, personam. Quisque enim nostrum, tum communi essentiæ ratione, quod est esse participat ; tum proprietatibus, quæ sunt circa ipsum, hic talis ac talis est. » Idemque rursus ad Amphilochium de talibus disserens, hæc ait : « Essentia porro et hypostasis (id est, persona) sic inter se distinguuntur, quemadmodum **314** commune a singulari. Puta, sicut se habet animal, ad hunc quemdam hominem. » Aliisque interjectis: « Qui vero rem eamdem dicunt essentiam et hypostasim (velut dicas, substantiam), coguntur solas personas distinctas admittere. » Rursumque quamdam canonicam docens, scripsit, exponendo vocem *consubstantialis* : « Hæc autem vox, etiam Sabellii impietatem corrigit. Tollit enim hypostaseon identitatem, et personarum perfectum intellectum inducit. Nihil enim quidquam sibi ipsum est consubstantiale, sed alterum alteri. Quamobrem recte pieque posita est, quæ tum hypostaseon (id est, personarum) proprietatem discernat, tum naturæ nihil evariantem similitudinem repræsentet. » Rursusque in epistola secunda ad Neocæsarienses docet, dicens : « Est namque et hoc probe tenendum, quod quemadmodum qui essentiæ divinæ communionem negat, in multorum deorum errorem delabitur ; sic qui non admittit quæ sunt hypostaseon (id est, personarum) propria, is Judaicæ superstitioni obnoxius redditur. » Rursus quoque in iis, quibus Eustathium Armenum, ut subscriberet, adegit, in hæc verba diserte scribit : « Convenit igitur ut palam profiteantur se credere juxta verba quæ a Patribus nostris Nicææ fuerunt exposita, juxtaque eum sensum ac intellectum, quem sane verba repræsentant atque ingerunt. Sunt enim quidam, qui in hac quoque fide veritatis sermonem dolose invertant, ejusque verborum sensum ac intelligentiam, in id, quod eis lubet, detorqueant. Nam et Marcellus, qui impie de Domini nostri Jesu Christi persona sentiat, nudumque illum sermonem esse doceat, illinc se hujus impietatis principia atque semina accepisse, prætexere ausus est, male scilicet vocis illius *consubstantialis* sensum vimque exponens. Nonnulli etiam ex iis, qui Sabellii Libya orti impietatem sectantur, substantiam, Græce ὑπόστασιν, et essentiam, Græce οὐσίαν, idem esse arbitrati, illinc argumenta trahunt ut suam

B

C

D

VARIÆ LECTIONES.

[70] Epist. 349, n. 1139. [71] Epist. 391, pag. 1171. [72] Sic olim de his vocibus mutua fuit digladiatio. Greg. in Athan. [73] Epist 300, p. 1070 [74] Epist. 64, p. 849. [75] Epist. 78, p. 889.

Digitized by Google

tucantur blasphemiam ; ex eo nimirum quod in ea fide scriptum sit : *Si quis vero ex alia essentia, οὐσίας, sive substantia, ὑποστάσεως. Filium Dei esse dixerit, hunc sancta et catholica Ecclesia anathemate ferit.* Non enim illi idem esse dixerunt essentiam, οὐσίαν, et substantiam, id est subsistentiam, ὑπόστασιν. Si enim ambæ voces unum eumdemque intellectum ac sensum habebant, quid necesse erat utramque ponere? Sed liquet ideo posuisse, ut cum alii Filium negarent esse ex Patris essentia, alii ex alia quadam substantia, **315** id est subsistentia ac persona esse dicerent, ambas Patres opiniones, ut ab Ecclesiæ recto sensu alienas, proscriberent. Alioqui ubi mentem suam declarabant, ex Patris essentia, οὐσίας, Filium esse dixerunt, non addentes, et ex illius substantia seu subsistentia, ὑποστάσεως. Itaque illud quidem positum est, ut tolleretu· malus intellectus ; hoc autem declarationem habet salutaris doctrinæ. »

A οὐσίας [76-72] ἄλλων δὲ λεγόντων ἐξ ἄλλης τινὸς ὑποστάσεως · οὕτως ἀμφότερα ὡς ἀλλότρια τοῦ ἐκκλησιαστικοῦ φρονήματος ἀπηγόρευσαν. Ἐπεὶ ὅτου γε τὸ ἑαυτῶν ἐδήλουν φρόνημα, εἶπον ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς εἶναι τὸν Υἱόν, οὐκέτι προσθέντες τὸ, ἐκ τῆς ὑποστάσεως. Ὥστε ἐκεῖνο μὲν κεῖται ἐπ' ἀναιρέσει [73] τοῦ πονηροῦ φρονήματος · τοῦτο δὲ φανέρωσιν ἔχει τοῦ σωτηρίου δόγματος. »

Huic vero etiam consona Gregorius, cui a Theologia nomen, ista dicere monstratur, priore, quam scripsit oratione theologica : « Porro cum mediocritatem dico, veritatem dico, quam par est, ut semper intendamus ; tum malam contractionem repudiantes, tum hæc absurdiorem divisionem ; ne vel ob metum impiæ plurium deorum superstitionis in unam substantiam sive subsistentiam, ὑπόστασιν, contracta de deitate oratio, nuda nobis et inania nomina relinquat; qui videlicet unum eumdemque Patrem et Filium et Spiritum sanctum existimemus. » Paucisque interjectis : « Quandoquidem et unus Deus retinendus est, et tres subsistentiæ, ὑποστάσεις, sive personæ confitendæ ; et quidem unaquæque cum sua proprietate. Porro hac ratione, mea quidem sententia, Deus unus retinebitur, si Filium et Spiritum sanctum ad unum auctorem referamus ; non autem componamus neque commisceamus : et si unam atque eamdem divinitatis, ut ita loquar, motionem et voluntatem, essentiæque identitatem intelligamus. Tres autem personas ita tenebimus, si nulla commistio aut resolutio, aut confusio excogitetur, ne alioqui totum pessum eat, quibus impensius quam par sit, unitas extollitur. » Iterumque ea in oratione qua vale civibus dicit, supremumque eos affatur : « Credimus in Patrem et Filium et Spiritum sanctum, ejusdem essentiæ atque gloriæ, in quibus etiam sua baptismo constat perfectio, tam in nominibus quam in rebus (nosti, qui es initiatus), cum nempe impietatis abnegatio sit ac deitatis confessio. Inque hunc modum perficimur, qui unum essentia, οὐσίᾳ, ac indivisa adoratione ; triaque subsistentiis, ὑποστάσεσι, sive personis, ut nonnullis placet, significemus. » Sed et in oratione in sancta lumina hæc idem ait : « Deum porro cum dico, una trinaque luce perstringimini : trina quidem, quantum ad proprietates, sive subsistentias, ὑποστάσεις, si cui verbum magis arrideat, sive personas (neque enim de vocabulis dissidebimus, quandiu syllabæ ad eamdem sententiam ferent),

B Συνῳδὰ δὲ τούτῳ καὶ Γρηγόριος ὁ τῆς θεολογίας ἐπώνυμος ἐν τῷ θεολογικῷ προτέρῳ λόγῳ [75] τάδε φαίνεται φάσκων · « Μεσότητα δὲ ὅτ' ἂν εἴπω, τὴν ἀλήθειαν λέγω· πρὸς ἣν βλέπειν, καλῶς ἔχει μόνον [75a], καὶ τὴν φαύλην συναίρεσιν παραιτουμένους, καὶ τὴν ἀτοπωτέραν διαίρεσιν· ὡς μήτε εἰς μίαν ὑπόστασιν συναιρεθέντα τὸν λόγον, δέει πολυθεΐας, ψιλὰ ἡμῖν καταλιπεῖν τὰ ὀνόματα, τὸν αὐτὸν Πατέρα καὶ Υἱὸν καὶ ἅγιον Πνεῦμα ὑπολαμβάνουσι. » Καὶ μετ' ὀλίγα πάλιν · « Ἐπειδὴ χρὴ καὶ τὸν ἕνα Θεὸν τηρεῖν, καὶ τὰς τρεῖς ὑποστάσεις ὁμολογεῖν· ἤγουν τρία πρόσωπα, καὶ ἑκάστην μετὰ τῆς ἰδιότητος. Τηροῖτο δ' ἄν, ὡς ὁ ἐμὸς λόγος, εἷς μὲν Θεὸς, εἰς ἓν αἴτιον Υἱοῦ καὶ Πνεύματος ἀναφερομένων, οὐ συντιθεμένων, οὐδὲ συναλειφομένων · αἱ δὲ τρεῖς C ὑποστάσεις, μηδεμιᾶς ἐπινοουμένης συναλοιφῆς ἢ ἀναλύσεως ἢ συγχύσεως· ἵνα μὴ τὸ πᾶν κατακλυθῇ, δι' ὧν τὸ ἓν σεμνύνεται πλέον, ἢ καλῶς ἔχει. Καὶ κατὰ τὸ ἓν καὶ ταὐτὸν τῆς θεότητος, ἵνα οὕτως ὀνομάσω, κίνημά τε καὶ βούλημα, καὶ τὴν τῆς οὐσίας ταυτότητα. » Καὶ ἐν τῷ Συντακτηρίῳ λόγῳ [76] πάλιν· « Πιστεύομεν εἰς Πατέρα, καὶ Υἱὸν, καὶ ἅγιον Πνεῦμα· ὁμοούσιά τε καὶ ὁμόδοξα, ἐν οἷς καὶ τὸ βάπτισμα τὴν τελείωσιν ἔχει· οἶδας, ὁ μυηθείς, ἄρνησις ὂν ἀθεΐας καὶ ὁμολογία θεότητος· καὶ οὕτω καταρτιζόμεθα, τὸ μὲν ἓν τῇ οὐσίᾳ γνωρίζοντες, καὶ τῷ ἀμερίστῳ τῆς προσκυνήσεως· τὰ δὲ τρία, ταῖς ὑποστάσεσιν, ἤγουν [76a] προσώποις. » Καὶ μέντοι κἀν τῷ εἰς τὰ φῶτα λόγῳ [76] ταῦτά φησιν ὁ αὐτὸς, « Θεοῦ δὲ ζ' ἂν εἴπω, ἑνὶ φωτὶ περιαστράψητε, καὶ τρισὶ· τρισὶ μὲν, κατὰ τὰς ἰδιότητας, ἤγουν ὑποστάσεις, εἴ τινι φίλον καλεῖν, εἴτε πρόσωπα · οὐδὲν γὰρ περὶ τῶν ὀνομάτων ζυγομαχήσομεν, ἕως ἂν πρὸς τὴν αὐτὴν ἔννοιαν αἱ συλλαβαὶ φέρωσιν· ἑνὶ δὲ, κατὰ τὸν τῆς οὐσίας λόγον, ἤγουν θεότητος. » Τοσαύτην μὲν οἱ θεηγόροι Πατέρες ἡμῶν Γρηγόριος καὶ Βασίλειος ὑπάρχουσαν τῶν θείων δογμάτων τὴν συμφωνίαν παρέστησαν, ταυτὸν διαῤῥήδην εἰπόντες · τῇ μὲν οὐσίᾳ τὴν φύσιν, ὡς κοινὸν καὶ καθόλου· τῇ δὲ ὑποστάσει τὸ πρόσωπον, ὡς ἰδικόν τε καὶ μερικόν· μη-

VARIÆ LECTIONES.

[76-72] In Basilii textu hæc paulo pleniora : ἐκ τῆς οὐσίας εἶναι τοῦ Πατρός · ἄλλων δὲ λεγόντων, Οὔτε ἐκ τῆς οὐσίας, ἀλλ' ἐξ ἄλλης. [73] Edita Basilii ἐπ' ἀθετήσει. [75] Orat. 29, quæ inscribitur De dogmate ; quam forte ideo Maximus appellavit priorem theologicam. [75a] Edita μόνην. [76] Orat. 52, p. 820 [76a] ἤτ. εἴτουν. [76] Orat. 39, p. 650.

Digitized by Google

δαμῶς συμφέροντες τῶν λεγομένων τὴν ἔννοιαν, διὰ τῆς τούτων εἰς ἀλλήλους περιτροπῆς καὶ συγχύσεως. Ὑφ' ἑνὸς γὰρ καὶ τοῦ αὐτοῦ Πνεύματος ἐνεργηθέντες, τὴν ὀρθὴν τῆς πίστεως τοῖς λαοῖς παραδεδώκασιν ὁμολογίαν. Τούτοις δὲ συμφώνως εὑρήσεις, καὶ πάντας τοὺς κατὰ τὴν χάριν τοῦ Πνεύματος πιστευθέντας τῆς Ἐκκλησίας τοὺς οἴακας, τὸν ὀρθὸν τῆς εὐσεβοῦς πίστεως πρεσβεύσαντας λόγον, καὶ μηδὲν ταύτης τῆς ἐννοίας παντελῶς ἐκτραπέντας.

A una autem, quantum ad essentiæ, id est, deitatis rationem. » Tantam nimirum divini Patres 316 nostri divinoque afflatu locuti Gregorius et Basilius, ostenderunt divinorum dogmatum concordiam; idem scilicet diserte ac clare dicentes, cum essentia naturam, tanquam commune et universale; cum subsistentia vero, ὑποστάσει, personam ut proprium et particulare, nulla ratione nominum vim sensumque confundentes, quasi illa alia in alia transeant ac confusionem admittant. Uno enim eodemque Spiritu afflati, rectam fidei confessionem populis tradiderunt. His vero consona ratione omnes etiam reliquos, qui per Spiritus gratiam credita Ecclesiæ gubernacula susceperunt, rectam piæ fidei ac catholicæ doctrinam professos invenies, nec quidquam omnino ab hac intelligentia sensuque abscessisse.

Κατασκευὴ φυσικωτέρα, παριστῶσα ὡς οὐδὲν τῶν ὄντων ἑτέρῳ ταὐτόν ἐστι κατ' οὐσίαν καὶ ὑπόστασιν· ἀλλὰ τὰ μὲν κατ' οὐσίαν ταὐτὰ ταῖς ὑποστάσεσιν ἕτερα· τὰ δὲ ταὐτὰ καθ' ὑπόστασιν, πάντως κατ' οὐσίαν ἕτερα.

B

Probatio ex naturæ propioribus rationibus, certo confidens, nullam rem idem esse cum altera, essentia ac hypostasi (persona scilicet ac supposito), ***sed ea, quæ eadem essentia sunt, alia esse subsistentiis, ὑποστάσεσι, sive personis: quæ vero eadem sunt subsistentiis,*** sive personis, ***omnino alia esse essentia.***

Εἰ δὲ ταὐτὸν μὲν οὐσία καὶ φύσις· ταὐτὸν δὲ πρόσωπον καὶ ὑπόστασις, δῆλον ὡς τὰ ἀλλήλοις ὁμοφυῆ καὶ ὁμοούσια, πάντως ἀλλήλοις ἑτεροϋπόστατα. Κατ' ἄμφω γάρ, φημὶ δὴ τὴν φύσιν καὶ τὴν ὑπόστασιν, οὐδὲν ἐν τοῖς οὖσίν ἐστιν ἑτέρῳ ταὐτόν. Διότι τὰ κατὰ μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ἀλλήλοις ἡνωμένα φύσιν, ἤγουν οὐσίαν, τουτέστι τὰ τῆς αὐτῆς οὐσίας ὄντα καὶ φύσεως κατὰ μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ὑπόστασιν ἤγουν πρόσωπον, οὐκ ἂν ἐνωθείη ποτ' ἄν· τουτέστιν ἓν πρόσωπον ἔχειν οὐ δυνήσεται καὶ μίαν ὑπόστασιν· καὶ τὰ κατὰ μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ὑπόστασιν ἤγουν πρόσωπον ἡνωμένα, κατὰ μίαν καὶ τὴν αὐτὴν οὐσίαν, ἤγουν φύσιν οὐκ ἂν συναφθείη ποτ' ἄν· τουτέστι μιᾶς καὶ τῆς αὐτῆς οὐσίας ὄντα καὶ φύσεως, οὐκ ἂν γενόμενα φανείη ποτ' ἄν. Ἀλλὰ τὰ κατὰ μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ἡνωμένα φύσιν, ἤγουν οὐσίαν· τουτέστι τὰ μιᾶς καὶ τῆς αὐτῆς οὐσίας ὄντα καὶ φύσεως, ἀλλήλων διακέκριται ταῖς ὑποστάσεσιν, ἤγουν προσώποις, ὡς ἐπ' ἀγγέλων ἔχει καὶ ἀνθρώπων, καὶ πάντων τῶν ἐν εἴδει καὶ γένει θεωρουμένων κτισμάτων. Ἄγγελος γὰρ ἀγγέλου, καὶ ἄνθρωπος ἀνθρώπου, καὶ βοῦς βοός, καὶ κύων κυνὸς διακέκριται κατὰ τὴν ὑπόστασιν, ἀλλ' οὐ κατὰ τὴν φύσιν καὶ τὴν οὐσίαν. Τολμήσει δὲ τὸ μεῖζον ὁ λόγος εἰπεῖν, ὡς οὐδ' ἐπ' αὐτῆς τῆς πρώτης ἀνάρχου τε καὶ ποιητικῆς τῶν ὄντων αἰτίας θεωροῦμεν ταὐτὸν ἀλλήλαις τὴν φύσιν καὶ τὴν ὑπόστασιν· εἴπερ μίαν οὐσίαν καὶ φύσιν θεότητος οἴδαμεν, ἐν τρισὶν ὑπάρχουσαν ὑποστάσεσι διαφερούσαις ἀλλήλων ταῖς ἰδιότησι· καὶ τρεῖς ὑποστάσεις ἐν μιᾷ καὶ τῇ αὐτῇ οὐσίᾳ τε καὶ φύσει τῆς θεότητος. Μονὰς γὰρ ἐν Τριάδι, καὶ ἐν μονάδι Τριάς, ἐστὶν ἡμῖν τὸ προσκυνούμενον· Πατήρ, καὶ Υἱός, καὶ Πνεῦμα ἅγιον, εἷς Θεός· οὔτε τοῦ Υἱοῦ ὄντος Πατρὸς, ἀλλ' ὅπερ ὁ Πατήρ· οὔτε τοῦ Πνεύματος ὄντος Υἱοῦ, ἀλλ' ὅπερ ὁ Υἱός· πάντα γὰρ ὅσα ὁ Πατήρ, πλὴν ἀγεννησίας, ἐστὶν ὁ Υἱὸς (γεννητὸς γάρ), καὶ πάντα ὅσα ὁ Υἱὸς, πλὴν τῆς γεννήσεως, ἐστὶ τὸ Πνεῦμα ἅγιον (ἐκπορευτὸν γάρ). Τῆς ἀγεννησίας καὶ τῆς γεννήσεως· καὶ τῆς ἐκπο-

Sin autem idem sunt essentia atque natura, idemque nihilominus persona et hypostasis, perspicue fit, ea, quæ ejusdem naturæ sunt et essentiæ, alia omnino personis esse ac subsistendi ratione. Utraque enim ratione (naturæ scilicet et hypostasis seu personæ) nihil in rebus idem alteri est. Ac proinde, quæ penes unam eamdemque naturam seu essentiam inter se copulata sunt (quæ scilicet sunt ejusdem essentiæ et naturæ), hæc nunquam fiat ut in unam hypostasim seu personam coeant, ut scilicet unam personam unamque hypostasim habeant, vicissimque quæ penes unam eamdemque hypostasim seu personam unita sunt, hæc nunquam fiat, ut nectantur penes unam eamdemque essentiam seu naturam, nunquam scilicet unius ejusdem essentiæ atque naturæ facta compareant. Verum, quæ penes unam eamdemque naturam seu essentiam unita sunt (quæ scilicet unius ejusdemque essentiæ sunt ac naturæ), inter se hypostasibus discreta sunt, id est, personis ac supposito, uti se res in angelis habet et hominibus, cunctisque creatis quæ in specie atque genere considerantur. Angelus enim ab angelo, homo ab homine, bos a bove, canis a cane, hypostasi (id est, subsistentia ac supposito) 317 discretus est, non autem natura ac essentia. Quin et majus aliquid majorisque audaciæ dicam: ne in ipsa quidem prima principiique experte ac rerum effectrice causa, idem inter se naturam et hypostasim seu personam, intelligimus; quandoquidem unam Deitatis essentiam novimus ac naturam, in tribus hypostasibus (id est personis) inter se proprietatibus distinctis, tresque hypostases seu personas, in una eademque Deitatis essentia ac natura. Nobis enim Numen est, unitas in Trinitate, et Trinitas in unitate; Pater et Filius et Spiritus sanctus, unus Deus: cum neque Filius Pater sit, sed id quod Pater, neque Spiritus Filius, sed id quod Filius. Omnia enim quæ Pater est, est et

Digitized by Google

Filius, ex epta innascibilitate (nam genitus est) : omniaque quæ est Filius, est et Spiritus sanctus, excepta nativitate (eo enim est quod procedit). Ita nimirum, ut innascibilitas, nativitas et processio, unam naturam ac potentiam ineffabilis Deitatis in tres inæquales autve æquales essentias naturasque minime scindant aut dividant; sed duntaxat, in quibus est sive quæ exsistit una Deitas, (essentia scilicet et natura) insigniant, nempe hypostases, seu subsistentias. Quæ item penes unam eamdemque hypostasim, sive personam unita sunt (quæ nimirum unius sunt hypostasis, unamque complent personam), hæc distinguuntur ratione essentiæ sive naturæ, uti se res habet in anima humana ac corpore, iisque omnibus quæ inter se coeunt in hypostasi, seu ut una subsistant. Non enim hæc inter se ejusdem essentiæ sunt ac consubstantialia.

A ρεύσεως, οὐ τεμνουτῶν εἰς τρεῖς ἀνίσους ἢ ἴσας οὐσίας τε καὶ φύσεις τὴν μίαν φύσιν καὶ δύναμιν τῆς ἀφράστου θεότητος· ἀλλὰ τὰ ἐν οἷς, ἢ ἅπερ ἡ μία θεότης ἐστὶν, ἤγουν οὐσία καὶ φύσις, χαρακτηριζουσῶν πρόσωπα· τουτέστιν, ὑποστάσεις· καὶ τὰ κατὰ μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ὑπόστασιν, ἤγουν πρόσωπον ἡνωμένα, τουτέστι μιᾶς ὑποστάσεως ὄντα, καὶ ἑνὸς συμπληρωτικὰ προσώπου, τῷ λόγῳ τῆς οὐσίας ἤτοι φύσεως διαφέρουσιν· ὡς ἐπὶ ψυχῆς ἀνθρωπίνης ἔχει καὶ σώματος, καὶ τῶν ὅσα καθ' ὑπόστασιν ἐσχήκασι τὴν πρὸς ἄλληλα σύνοδον. Οὐ γὰρ ἀλλήλοις ὁμοούσια ταῦτα τυγχάνουσιν.

Quæ igitur penes unam eamdemque essentiam sive naturam unita sunt (hoc est, quæ unius ejusdem essentiæ sunt ac naturæ), omnino quidem inter se consubstantialia sunt, sed hypostasis personæque, seu subsistendi ratione, discreta. Consubstantialia quidem (sive mavis coessentialia) essentialis quæ in eis incommutabiliter in identitate naturali intelligitur, communitatis ratione, secundum quam nullus præ alio est id quod est ac nuncupatur; omnesque unam eamdemque essentiæ definitionem recipiunt ac rationem. Subsistendi autem ratione personisque discreta, personali, qua dirimuntur, diversitate, qua ratione alius ab alio discretus est, proprietatibus personam insignientibus, inter se non conveniunt; **318** sed suo quisque proprietatum accervo, singularissimam descriptionis suæ, qua persona est, infert rationem; secundum quam, nullam cum illis, quæ ejusdem naturæ sunt ac essentiæ, communionem admittit. Quæ vero penes unam eamdemque hypostasim seu personam unita sunt (quæ scilicet ea ratione qua uniuntur, unam eamdemque hypostasim compleant ac personam), hæc quidem ejusdem inter se hypostasis sunt et personæ, sed diversæ essentiæ. Ejusdem hypostasis ac personæ, personalis indivisæ unitatis, quæ ex eis per unionem completur, ratione, secundum quam proprietates alterutram partium ab essentiali sua communitate dividentes, secundum quod prima statim origine inter se conveniunt, ejus quæ ex illis hypostasis una completur atque persona, notæ propriæ fiunt : qua utique, earum inter se identitas intelligitur, quæ ne vel minimam admittat distinctionem, uti se res in hominis anima habet et corpore. Quæ enim proprietates, alicujus corpus a reliquis secernunt corporibus, ac cujuspiam animam a reliquis animabus, dum per unionem concurrunt, simul quidem ac semel ex eis completam hypostasim personamque insigniunt, ac a reliquis secernunt, Petri verbi gratia aut Pauli : non tamen Petri itidem aut Pauli animam a suo corpore. Ambo enim (anima scilicet et corpus) unius, quæ ex eis secundum unionem completur, hypostasis seu personæ, ratione, idem inter se exsistunt; quod nempe

B Τὰ τοίνυν κατὰ μίαν καὶ τὴν αὐτὴν οὐσίαν, ἤγουν φύσιν ἡνωμένα, τουτέστι μιᾶς καὶ τῆς αὐτῆς οὐσίας ὄντα καὶ φύσεως, ὁμοούσια μὲν ἀλλήλοις πάντως εἰσὶ, καὶ ἑτεροϋπόστατα· ὁμοούσια μὲν, τῷ λόγῳ τῆς ἀπαραλλάκτως αὐτοῖς ἐν ταυτότητι φυσικῇ ἐνθεωρουμένης οὐσιώδους κοινότητος· καθ' ὃν οὐκ ἔστιν ἄλλος ἄλλου μᾶλλον τοῦθ' ὅπερ ἐστί τε καὶ λέγεται· πάντες δὲ τὸν ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν ἐπιδέχονται τῆς οὐσίας ὅρον τε καὶ λόγον. Ἑτεροϋπόστατα δὲ, τῷ λόγῳ τῆς αὐτὰ διακρινούσης προσωπικῆς ἑτερότητος, καθ' ὃν ἄλλος ἄλλου διακέκριται, μὴ συμβαίνοντες ἀλλήλοις τοῖς καθ' ὑπόστασιν χαρακτηριστικοῖς ἰδιώμασιν· ἀλλ' ἕκαστος τῷ κατ' αὐτὸν ἀθροισμῷ τῶν ἰδιωμάτων ἰδικώτατον τῆς οἰκείας καθ' ὑπόστασιν ἐπιφέρεται λόγον· καθ' ὃν τὴν C πρὸς τὰ ὁμοφυῆ καὶ ὁμοούσια κοινωνίαν οὐκ ἐπιδέχεται. Τὰ δὲ κατὰ μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ὑπόστασιν ἤγουν πρόσωπον ἡνωμένα, τουτέστι, τὰ μιᾶς καὶ τῆς αὐτῆς ὄντα συμπληρωτικὰ καθ' ἕνωσιν ὑποστάσεως, ὁμοϋπόστατα μὲν ἀλλήλοις εἰσὶ καὶ ἑτερούσια. Ὁμοϋπόστατα μὲν, τῷ λόγῳ τῆς καθ' ἕνωσιν ἐξ αὐτῶν συμπληρουμένης προσωπικῆς ἀδιαιρέτου μονάδος· καθ' ὃν τὰ διαιροῦντα θάτερον τῆς κατ' οὐσίαν οἰκείας καινότητος ἰδιώματα, κατὰ τὴν ἅμα τῷ εἶναι πρὸς ἄλληλα σύνοδον, ποιεῖται χαρακτηριστικὰ τῆς ἐξ αὐτῶν συμπληρουμένης μίας ὑποστάσεως· καθ' ἣν ἡ πρὸς ἄλληλα θεωρεῖται ταυτότης, τὴν οἱανοῦν μὴ δεχομένη διαφοράν· ὡς ἐπὶ ψυχῆς ἀνθρωπίνης ἔχει καὶ σώματος. Τὰ γὰρ ἀφορίζοντα τό τινος σῶμα τῶν λοιπῶν σωμάτων, καὶ τὴν τοῦ D τινος ψυχὴν τῶν λοιπῶν ψυχῶν ἰδιώματα, συνδραμόντα καθ' ἕνωσιν, χαρακτηρίζει μὲν κατὰ ταὐτὸν ἅμα καὶ ἀφορίζει τῶν λοιπῶν ἀνθρώπων τὴν ἐξ αὐτῶν συμπληρωθεῖσαν ὑπόστασιν, Πέτρου φέρε εἰπεῖν ἢ Παύλου· ἀλλ' οὐ τὴν Πέτρου ἢ Παύλου ψυχὴν ἀπὸ τοῦ οἰκείου σώματος. Ἅμφω γὰρ ἀλλήλοις ταὐτὸν ψυχή τε καὶ σῶμα, τῷ λόγῳ τῆς καθ' ἕνωσιν ἐξ αὐτῶν συμπληρουμένης μιᾶς ὑποστάσεως· ὅτι μὴ καθ' αὐτὰ τούτων ἑκάτερον ὑπέστη θατέρου κεχωρισμένον, πρὸ τῆς ἐξ αὐτῶν εἰς γένεσιν εἴδους συνθέσεως. Ἅμα γὰρ γένεσις, ἅμα σύνθεσις, ἅμα καὶ ἡ κατὰ σύνθεσιν ἐξ αὐτῶν τοῦ εἴδους συμπλήρωσις. Ἑτεροουσία δὲ, τῷ λόγῳ τῆς πρὸς ἄλληλα φυσικῆς ἑτερότητος· καθ' ὃν οὐδαμῶς ἐπιδέχονται

Digitized by Google

κατ' οὐσίαν τοὺς ἀλλήλων ὅρους τε καὶ λόγους· ἀλλ' ἕτερον καὶ ἕτερον ἀποδίδωσι θάτερον τῆς οἰκείας οὐσίας πρὸς τὸν θατέρου λόγον ἀσύμπτωτον· καθ' ὃν τὴν ψυχῆς καὶ σώματος οὐσιώδη σώζοντες διαφορὰν, οὐ συγχέομεν τὴν ἐξ αὐτῶν συμπληρουμένην ὑπόστασιν, τῇ πρὸς θάτερον θατέρου περιτροπῇ τε καὶ μεταβολῇ τῶν ἐξ ὧν συνετέθη μερῶν ἥγουν φύσεων, τὸν ἀφανισμὸν δεχομένην.

A neutra harum partium ante specici ex eis per compositionem ortum per se seorsim exstiterit ac producta sit. Simul enim ortus, simul compositio, simul et species, quæ per compositionem ex eis completur. Diversæ tamen essentiæ, naturalis inter se diversitatis ratione; secundum quam, easdem inter se secundum essentiam definitiones non recipiunt ac rationes; sed quævis aliam, aliamque essentiæ suæ reddit rationem, quæ cum alterius ratione nunquam coincidat. Ea nimirum essentialem animæ ac corporis distinctionem servantes incolumem, quæ ex illis persona completa est, non confundimus: quæ plane abolenda sit, si partes seu naturæ componentes, alia in aliam convertantur ac commeent.

Εἰ δὲ κατὰ τὴν ἅμα πρὸς εἶδους γένεσιν ψυχῆς τε καὶ σώματος σύνοδον, ὁ τις ἀποτελεῖσθαι πέφυκεν ἄνθρωπος· τῷ μὲν λόγῳ τῆς τῶν οἰκείων μερῶν φυσικῆς κοινότητος, πρὸς ἄλλους ἀνθρώπους σώζων τὸ ὁμοούσιον· τῷ δὲ λόγῳ τῆς τῶν αὐτῶν ἰδιότητος, πρὸς τοὺς ἄλλους φυλάττων ἀνθρώπους τὸ ἑτεροϋπόστατον· ἑνούμενος μὲν τῇ κατὰ φύσιν κοινότητι τῶν οἰκείων μερῶν τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις, πρὸς οὓς μίαν καὶ τὴν αὐτὴν κατ' εἶδος ἐπιφέρεται φύσιν· διαιρούμενος δὲ τῇ καθ' ὑπόστασιν τῶν μερῶν ἰδιότητι τῶν λοιπῶν ἀνθρώπων, πρὸς οὓς ἕτερόν τε κατὰ τὴν ὑπόστασιν καὶ διάφορον ἐπιφέρεται πρόσωπον· ᾧ διακρίνεται λόγῳ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων, τὴν ἑνότητα τῆς οἰκείας προσωπικῆς ἀδιαιρέτου μονάδος φυλάττων παντελῶς ἀδιάφορον· καὶ ᾧ τοῖς ἄλλοις ἑνοῦσθαι λόγῳ πέφυκεν ἀνθρώποις, τὴν διαφορὰν τῆς τῶν οἰκείων μερῶν οὐσιώδους ἑτερότητος σώζων ἀσύγχυτον· σαφῆ; ἐντεῦθεν ἡμῖν, καὶ μηδὲν ἔχων γριφῶδες ὁ περὶ τῆς σαρκώσεως, ἥγουν ἐνανθρωπήσεως τοῦ ἑνὸς τῆς ἁγίας καὶ ὁμοουσίου καὶ προσκυνητῆς Τριάδος Θεοῦ Λόγου καθέστηκε λόγος.

Quod itaque, idcirco quod anima et corpus ad B speciem progignendam simul conveniunt atque confluunt, unus quis homo absolvatur; ejusmodi scilicet, **319** ut naturalis partium suarum communitatis ratione, eamdem cum reliquis hominibus servet essentiam; earum vere proprietatis ratione, diversam ab illis omnibus atque discretam hypostasim obtineat atque personam (qui nempe naturali quidem partium suarum communitate, hominibus reliquis uniatur, quibuscum unam eamdemque specie nactus est naturam; personali vero partium proprietate, a reliquis hominibus dirimatur, a quibus diversam subsistendi ratione atque distinctam gerit personam: qua ratione ab hominum turba reliqua secernitur, personalis indivisæ monadis suæ unitatem omnino C servans indistinctam; quaque illi comparatum ut hominibus reliquis uniatur, essentialis partium suarum diversitatis distinctionem itidem incolumem servans), hinc nobis clara ac perspicua, nullisque difficultatum nodis perplexa ac intricata, incarnati, factique hominis unius e sancta et consubstantiali ac adoranda Trinitate, Dei Verbi ratio est atque doctrina.

Ὅτι ὁ Χριστὸς ταῖς μὲν κατ' οὐσίαν τῶν οἰκείων μερῶν πρὸς τὰ ἄκρα κοινότησιν ἑνούμενος, τὴν πρὸς ἄλληλα τῶν μερῶν σωζομένην εἶχε διαφοράν· ταῖς δὲ τῶν μερῶν ἰδιότησι, τὸ καθ' ὑπόστασιν διεδείκνυ ταυτὸν[77] *ὡς ὅλου, κοινὸν ἀμφοτέρων.*

Christum essentialibus partium suarum communitatibus extremis unitum, incolumem habuisse partium inter se distinctionem: partiumque proprietatibus, eamdem ut totius, hypostasi seu persona, ambarum exhibuisse communitatem.

Διδάσκων διαῤῥήδην ἡμᾶς, ὅτιπερ ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος τέλειος ὑπάρχων κατὰ τὴν φύσιν καὶ τὴν οὐσίαν, καθ' ἣν ταυτόν ἐστι τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Πνεύματι καὶ ὁμοούσιος, κατά τε τὸ πρόσωπον καὶ τὴν ὑπόστασιν, καθ' ἣν ἕτερος πρὸς τὸν Πατέρα καὶ τὸ Πνεῦμα καθέστηκε, τὴν προσωπικὴν ἀσύγχυτον σώζων διαφορὰν, σαρκωθεὶς ἐκ Πνεύματος ἁγίου, καὶ τῆς ἁγίας Θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας, τελείως ἐνηνθρώπησεν· τουτέστι, τέλειος γέγονεν ἄνθρωπος, κατὰ πρόσληψιν δηλονότι σαρκὸς, ψυχὴν ἐχούσης νοεράν τε καὶ λογικὴν, ἐν αὐτῷ τήν τε φύσιν λαβούσης καὶ τὴν ὑπόστασιν· τουτέστι, τὸ εἶναί τε καὶ τὸ ὑφεστᾶναι, κατ' αὐτὴν ἅμα τοῦ Λόγου τὴν σύλληψιν· ἐπεὶπερ αὐτὸς ὁ Λόγος ἀντὶ σπορᾶς· μᾶλλον δὲ σπορὰ τῆς οἰκείας θέλων εὑρέθη σαρκώσεως, καὶ γέγονε κατὰ τὴν ὑπόστασιν σύνθετος, ὁ

Perspicue nos docens, Dei Verbum, cum secundum D naturam ac essentiam perfectum esset, qua idem cum Patre ac Spiritu, eisque consubstantiale est; itemque secundum personam et hypostasim qua alius a Patre et Spiritu est, personalem inconfusam distinctionem incolumem servans, incarnatum ex Spiritu sancto, sanctaque Dei Genitrice semperque virgine Maria, perfecte hominem factum esse; carnis scilicet assumptione, anima intelligente ac utente ratione prædita; quæ in ipso naturam atque personam nacta esset, ut nempe una cum Verbo ab ipsa esset conceptione, vereque in illo exsisteret. Quod nempe Verbum loco seminis (seu potius ipsum semen) assumptæ ab eo carnis inventum est, factumque est persona compositum, quod natura simplex, omnique vacans compositione est, unum idemque in perennitate ea-

[77] Fr. διεδείκνυτο αὐτόν.

Digitized by Google

rum ex quibus **320** est, partium, immutabile perseverans, et indivisum ac inconfusum : quo scilicet personali ratione, partibus ex quibus compositum est, mediator exsisteret, extremorum in seipso nectens distantiam ; *faciens pacem, Deoque* ac Patri per Spiritum naturam humanam *reconcilians* [1] ; tanquam nimirum vere Deus exsistens per essentiam, idemque vere natura factum homo secundum dispensationem : quod neque naturali partium suarum distinctione dividatur, nec personali ipsarum unitate confundatur ; sed essentialis partium, ex quibus compositum est, communitatis ratione, Patri Matrique natura counitum, ipsarum inter se partium distinctionem incolumem servare monstraretur ; personalisque partium suarum proprietatis ratione, ab extremis (Patre scilicet ac Matre) discretum, singularem prorsus personæ suæ indistinctam rationem, in suarum summa inter se partium personali identitate semper unam habere ostenderetur. Essentialis enim utriusvis partium cum extremis communitas, in una eademque persona, inconfusam utriusvis naturæ incolumem servans distinctionem, unam utriusque ex unione naturam intelligendam, piis mentibus non dabat, ne essentialium partium totalis destitutio foret ac interitus, totius ex ipsis unius naturæ per compositionem editio : quæ videlicet non haberet, qua ratione naturalem extremorum cum partibus affinitatem servaret ; quippe cum essentialem partium inter se, ex quibus facta compositio, distinctionem post unionem incolumem nullam retineret ; sed unam hypostasim ac personam ex unione compositam, naturali partium, ex quibus compositio, exsistentia sartam tectam visendam præbebat. Personalis autem utriusvis partium proprietas, ex quibus Christus ceu totum quoddam componatur, una cum essentiali communitate intellecta, communem partium notam, personam unam ex eis completam insignientem, absolvit. Communem enim carnis et deitatis arcana unione factam dicimus, quæ harum concursu ac coitione, per naturalem unionem (veram scilicet ac realem) una Christi persona ac hypostasis completa eluxit. Communem autem voco, ut quæ una eademque singularissima partium persona ex unione emerserit : seu quæ potius una eademque nunc ac prius Verbi persona **321** sit ; sed quæ prius nullius causa, simplexque aut expers compositionis cum esset, postea ob causam carnis assumptione intelligentium more animatæ immutabiliter vere composita facta sit : secundum quam ab extremis (Patre scilicet ac Matre) sejunctus, secum ipse unitus est, ne vel minimam habens distinctionem ; ne personalis partium identitatis totalis destitutio foret ac interitus, partium illius ratione distinctio, unionem personalem in duas personas dissolvens ;

κατὰ τὴν φύσιν ἁπλοῦς καὶ ἀσύνθετος· εἷς καὶ ὁ αὐτὸς ἐν τῇ μονιμότητι τῶν ἐξ ὧν συνέστη μερῶν διαμένων ἄτρεπτος, ἀδιαίρετός τε καὶ ἀσύγχυτος· ἵνα ᾖ καθ' ὑπόστασιν μεσίτης τοῖς ἐξ ὧν συνετέθη μέρεσι· τὴν τῶν ἄκρων ἐν ἑαυτῷ συνάπτων διάστασιν· *ποιῶν εἰρήνην, καὶ ἀποκαταλλάσσων τῷ Θεῷ* καὶ Πατρὶ διὰ τοῦ Πνεύματος τὴν φύσιν τὴν ἀνθρωπίνην· ὡς Θεὸς ἀληθῶς κατ' οὐσίαν ὑπάρχων, καὶ ἄνθρωπος ἀληθῶς φύσει κατ' οἰκονομίαν γενόμενος· μήτε τῇ κατὰ φύσιν διαφορᾷ τῶν οἰκείων μερῶν διαιρούμενος, μήτε τῇ καθ' ὑπόστασιν ἑνότητι τῶν αὐτῶν συγχεόμενος· ἀλλὰ τῷ μὲν λόγῳ τῆς κατ' οὐσίαν τῶν ἐξ ὧν συνετέθη μερῶν κοινότητος, Πατρί τε καὶ Μητρὶ κατὰ φύσιν ἑνούμενος, τὴν πρὸς ἄλληλα τῶν ἐξ ὧν συνετέθη μερῶν διεδείκνυτο σώζων διαφοράν· τῷ δὲ λόγῳ τῆς καθ' ὑπόστασιν τῶν οἰκείων μερῶν ἰδιότητος, τῶν ἄκρων Πατρός τέ φημι καὶ Μητρὸς διακρινόμενος, τὸ μοναδικὸν τῆς οἰκείας ὑποστάσεως ἔχων διεφαίνετο παντελῶς ἀδιάφορον, ἐν τῇ πρὸς ἄλληλα κατ' ἄκρον προσωπικῇ ταυτότητι τῶν οἰκείων μερῶν διαπαντὸς ἐνιζόμενον. Ἡ γὰρ κατ' οὐσίαν θατέρου τῶν μερῶν πρὸς τὰ ἄκρα κοινότης, ἐν τῇ ἑνότητι τῆς μιᾶς ὑποστάσεως, ἀσύγχυτον τὸ διάφορον τῆς θατέρου διασώζουσα φύσεως, μίαν ἀμφοτέρων ἐκ τῆς ἑνώσεως τοῖς εὐσεβέσιν οὐκ ἐδίδου γνωρίζεσθαι φύσιν, ἵνα μὴ γίνηται παντελῶς κατ' οὐσίαν τῶν μερῶν ἀπογένεσις, ἢ κατὰ σύνθεσιν τῆς ἐξ αὐτῶν τοῦ ὅλου μιᾶς φύσεως γένεσις, οὐκ ἔχουσα πῶς τὴν φυσικὴν πρὸς τὰ μέρη τῶν ἄκρων φυλάξει συγγένειαν, μὴ σώζουσα τὴν κατ' οὐσίαν πρὸς ἄλληλα τῶν ἐξ ὧν συνετέθη μερῶν διαφορὰν μετὰ τὴν ἕνωσιν· ἀλλ' ὑπόστασιν μίαν παρεῖχεν ὁρᾶν ἐκ τῆς ἑνώσεως σύνθετον, τῇ κατὰ φύσιν τῶν ἐξ ὧν συνετέθη μερῶν ὑπάρξει συντηρουμένην. Ἡ δὲ καθ' ὑπόστασιν θατέρου τῶν ὡς εἰς ὅλου τινὸς τοῦ Χριστοῦ σύνθεσιν μερῶν ἰδιότης, τῷ κατ' οὐσίαν κοινῷ συνεπινοουμένη, γνώρισμα κοινὸν ἀπετέλεσε τῶν μερῶν, τὸ χαρακτηρίζον τὴν ἐξ αὐτῶν συμπληρωθεῖσαν μίαν ὑπόστασιν. Κοινὴν γὰρ σαρκὸς καὶ θεότητος κατὰ τὴν ἄῤῥητον ἕνωσιν γεγενῆσθαί φαμεν, τὴν ἐξ αὐτῶν συνόδῳ τῇ καθ' ἕνωσιν φυσικὴν, ἤγουν ἀληθῆ τε καὶ πραγματικὴν, συμπληρωθεῖσαν τοῦ Χριστοῦ μίαν ὑπόστασιν. Φημὶ δὲ κοινὴν, ὡς μίαν καὶ τὴν αὐτὴν τῶν μερῶν ἰδικωτάτην ἐκ τῆς ἑνώσεως ἀποφανθεῖσαν ὑπόστασιν· μᾶλλον δὲ μίαν τοῦ Λόγου καὶ τὴν αὐτὴν ὑπάρχουσαν νῦν τε καὶ πρότερον· ἀλλὰ πρότερον μὲν ἀναιτίως, ἁπλῆν τε καὶ ἀσύνθετον· ὕστερον δὲ δι' αἰτίαν προσλῆψει σαρκὸς νοερῶς ἐψυχωμένης ἀτρέπτως γενομένην κατ' ἀλήθειαν σύνθετον· καθ' ἣν τῶν ἄκρων, Πατρός τέ φημι καὶ Μητρὸς ἀφοριζόμενος, πρὸς ἑαυτὸν ἥνωται, καθοτιοῦν οὐκ ἔχων διαφοράν· ἵνα μὴ γένηται παντελὴς τῆς καθ' ὑπόστασιν τῶν μερῶν ταυτότητος ἀπογένεσις, ἢ τῆς κατ' αὐτὴν τῶν μερῶν διαφορᾶς γένεσις, εἰς δυάδα προσωπικὴν διαλύουσα τὴν καθ' ὑπόστασιν ἕνωσιν· οὐκ

[1] Ephes. II, 16.

Digitized by Google

ἔχουσα πῶς δεῖξαι τὴν πρὸς ἄλληλα τῶν μερῶν προσωπικὴν ταυτότητα σωζομένην, τῇ καθ' ὑπόστασιν διαφορᾷ πρὸς δυάδα προσώπων μεριζομένην.

Ὅτι τὰ μὲν καθ' ὑπόστασιν κοινὰ τῶν μερῶν, τὸ ὅλον ἦγουν τὸν Χριστὸν ἠφόριζε τῶν ἄκρων· τὰ δὲ κατ' οὐσίαν πρὸς τὰ ἄκρα κοινὰ τῶν μερῶν, ὡς ὅλον συνῆπτε τοῖς ἄκροις οὐσιωδῶς τὸν Χριστόν.

Οὐ γὰρ οἷς ἠφορίζετο τῶν λοιπῶν ἀνθρώπων ἰδιώμασιν ἡ σὰρξ, τούτοις διετήρει τὴν πρὸς τὸν Λόγον διαφοράν· οὔτ' ἂν πάλιν, οἷς τοῦ Λόγου διέφερεν ἰδιώμασι, τούτοις καὶ ἡμῶν ἠφορίζετο. Ἀλλ' οἷς πρὸς ἡμᾶς ἠφορίζετο, τούτοις τὴν καθ' ὑπόστασιν πρὸς τὸν Λόγον διέσωζεν ἕνωσιν, ἤγουν ταυτότητα· καὶ οἷς ἡμῖν ἦνωτο φυσικῶς, τούτοις δηλαδὴ τὴν πρὸς τὸν Λόγον σωζομένην εἶχεν οὐσιώδη διαφοράν. Ὥσπερ καὶ ὁ Λόγος, οἷς ἠφορίζετο τοῦ κοινοῦ τῆς θεότητος ἰδιώμασιν ὡς Υἱὸς καὶ Λόγος, τούτοις πρὸς τὴν σάρκα τὴν καθ' ὑπόστασιν διέσωζεν ἕνωσιν, ἤγουν ταυτότητα· καὶ οἷς ὡς Θεὸς τὴν πρὸς τὴν σάρκα φυσικὴν ἐτήρει διαφοράν, τούτοις Πατρί τε καὶ Πνεύματι κατ' οὐσίαν ἑνούμενος ἐκήλλαττε τὴν τε πρὸς ἑαυτὸν καὶ τὰ ἄκρα διαφορὰν καὶ ταυτότητα· κοινότησι μὲν τῶν μερῶν κατὰ φύσιν τοῖς ἄκροις ἑνούμενος, ἰδιότησι δὲ τῶν αὐτῶν, δηλαδὴ μερῶν, καθ' ὑπόστασιν τῶν ἄκρων διακρινόμενος· ἐν μὲν τῇ καθ' ὑπόστασιν ταυτότητι τῶν οἰκείων μερῶν, πρὸς ἑαυτὸν δεικνὺς σωζομένην τὴν τῶν ἄκρων διαφοράν· ἐν δὲ τῇ τῶν μερῶν κατ' οὐσίαν ἑτερότητι, τὴν πρὸς τὰ μέρη τῶν ἄκρων ταυτότητα φυσικὴν ἐπιφερόμενος. Εἰ δὲ ταῖς μὲν κοινότησι τῶν μερῶν ἦνωτο τοῖς ἄκροις, ταῖς δὲ τῶν μερῶν ἰδιότησιν ἠφορίζετο τῶν ἄκρων· δῆλον ὡς οἷς ἦνωτο τοῖς ἄκροις, τὴν πρὸς ἄλληλα τῶν μερῶν φυσικὴν εἶχε σωζομένην διαφοράν. Οἷς δὲ διεκρίνετο τῶν ἄκρων, τὴν καθ' ὑπόστασιν τῶν μερῶν εἶχε ταυτότητα διαφαινομένην.

Οὐκοῦν ἑκατέρου τῶν ἐξ ὧν συνετέθη μερῶν ὁ Χριστὸς εἶχε, τό τε κοινὸν καὶ τὸ ἰδικόν· τὸ μὲν κοινὸν, ἐν τῷ λόγῳ τῆς κατ' οὐσίαν πρὸς τὰ ἑαυτοῦ μέρη τῶν ἄκρων ταυτότητος· καθ' ὃν τὴν πρὸς ἄλληλα τῶν μερῶν καὶ μετὰ τὴν ἕνωσιν σωζομένην εἶχε διαφοράν· τὸ δὲ ἴδιον, ἐν τῷ λόγῳ τῆς καθ' ὑπόστασιν ταυτότητος τῶν μερῶν, καθ' ὃν ἠφορίζετο τῶν ἄκρων, ἀσύγχυτον τὴν πρὸς αὐτὰ σώζων διάκρισιν. Ἡ γὰρ ἀληθὴς καθ' ὑπόστασιν ἕνωσις, ἑκατέρου τῶν εἰς ὅλου τινὸς σύνθεσιν ἀλλήλοις συνερχομένων μερῶν, κατὰ τὴν ἅμα πρὸς ὅλου τινὸς γένεσιν σύνοδον, τὸ ἀφορίζον ἑκάτερον τῆς κατ' οὐσίαν κοινότητος ἰδίωμα, τῷ κοινῷ συμπαραλαβοῦσα, δείκνυσιν ἐνυπόστατον, ἀλλ' οὐχ ὑπόστασιν· ὅτι μὴ καθ' αὐτὸ διωρισμένως ὑπέστη· τῶν ὁμογενῶν, ἢ τοῦ καθ' ἕνωσιν αὐτῷ πρὸς ὅλου τινὸς γένεσιν συνυφεστῶτος ἀφοριζόμενον· ὅπερ ἰδιόν ἐστιν ὑποστάσεως. Τὸ γὰρ καθ' αὐτὸ διωρισμένως συνεστὼς ἐστιν ὑπόστασις· γ' εἴπερ ὑπόστασιν εἶναί φασιν, οὐσίαν μετὰ ἰδιωμάτων, ἀριθμῷ τῶν ὁμογενῶν διαφέρουσαν· δ' ἐνυπόστατον δέ, τὸ καθ' αὐτὸ μὲν

A non habens scilicet quo partium inter se personalem identitatem incolumem ostenderet quam personalis distinctio in duas personas divideret.

Partium communia secundum personæ rationem; totum, id est, Christum ab extremis dirimere; earumdem vero secundum essentiæ rationem cum extremis communia, Christum ut totum cum extremis essentialiter conjungeret.

Non enim quibus proprietatibus a reliqua hominum turba dirimebatur, illis distinctionem cum Verbo retinebat; nec vero rursus, quibus a Verbo distinguebatur, his quoque a nobis dirimebatur: sed quibus a nobis dirimebatur, illis unionem personalem cum Verbo, seu identitatem incolumem servabat; ac quibus naturaliter nobis erat unitus, B illis nimirum essentialem a Verbo distinctionem ratam habebat. Quemadmodum etiam Verbum, quibus proprietatibus a communi deitatis tanquam Filius ac Verbum dirimebatur, his personalem cum carne unionem, sive identitatem, servabat; quibus autem ut Deus naturalem cum carne servabat distinctionem, illis Patri ac Spiritui sancto essentialiter unitum, diversam secum et cum extremis distinctionem identitatemque habebat; nempe partium quidem communitatibus naturaliter cum extremis unitum, earumdemque (partium scilicet) proprietatibus, personaliter ab extremis discretum. Cum videlicet in personali partium suarum identitate, extremorum secum distinctionem incolumem ostenderet; inque partium essentiali diversitate, naturalem extremorum cum partibus identitatem C inferret. Quodque adeo partium communitatibus, extremis unitum erat, earumdemque proprietatibus ab extremis 322 dirimebatur; plane, quibus extremis uniebatur, illis partium inter se distinctionem naturalem incolumem habebat. Quibus item ab extremis dirimebatur, his in se elucentem personalem partium identitatem servabat.

Igitur Christus utriusque naturæ, ex quibus erat compositus, tum quod est commune, tum quod proprium, habebat: commune quidem, in essentiali extremorum cum suis partibus identitatis ratione, secundum quam, partium inter se distinctionem, et post unionem, incolumem habebat; proprium vero, D in personalis partium identitatis ratione, secundum quam ab extremis dirimebatur, inconfusam ab illis discretionem servans. Vera enim personalis unio, cujusque partium ad totum quoddam componendum coeuntium, ea ratione qua simul ad totius cujusdam editionem conveniunt, proprietatem ab essentiali ambas communitate dirimentem, una cum communi assumens, ἐνυπόστατον efficit (velut dicas, vere in persona et hypostasi exsistens), sed non personam ac hypostasim; quod videlicet non per seipsum discrete seorsumque consistat; ab iis quæ ejusdem generis sunt, sive ab eo, quod una cum illo ad totum quoddam constituendum consistit, sejunctum: quod personæ ac hypostasis est proprium. Quod enim per se seorsum ac discrete

Digitized by Google

vere exsistit, id vero persona est et hypostasis; siquidem hypostasim seu personam esse dicunt, essentiam cum proprietatibus, ab iis quæ ejusdem generis sunt, numero distinctam. Ἐνυπόστατον autem, id quod per se quidem minime consistit, sed in aliis consideratur, cujusmodi est species in individuis illi subjectis : vel quod etiam cum alio essentialiter distincto, ad totum aliquod constituendum compositionem init; quod nimirum, quantum proprietatibus dirimentibus, ab iis quæ ejusdem sunt generis, distinguitur, tantum cum eo quod personaliter copulatum est, arctius unitur ac identificatur. Non enim, quibus proprietatibus, ab iis, quæ ejusdem sunt generis, dirimitur, a conjuncto unaque vere exsistente, secernitur : sed quibus dirimentibus proprietatibus, ab iis, quæ ejusdem essentiæ sunt, distinguitur, illis cum conjuncto unaque componente, quæ est per unionem, servat personæ identitatem; qua scilicet una prorsus singularis persona exsistit. Quod ita in divina dispensatione (hoc est, incarnatione) **323** vera doctrina tradit. Quibus enim proprietatibus a nobis discreta caro distinguebatur, illis personalem cum Verbo identitatem habebat; ac quibus a Patre et Spiritu proprietatibus, tanquam Filius ab utroque discretus, distinguebatur, his singularem cum carne personæ vim, omni prorsus ratione indivisam, incolumem servabat.

A οὐδαμῶς ὑφιστάμενον, ἐν ἄλλοις δὲ θεωρούμενον, ὡς εἶδος ἐν τοῖς ὑπ' αὐτὸ ἀτόμοις· ἢ τὸ σὺν ἄλλῳ διαφόρῳ κατὰ τὴν οὐσίαν εἰς ὅλου τινὸς γένεσιν συντιθέμενον· ὅπερ καθ' ὅσον μὲν διαφέρει τοῖς ἀφορίζουσιν αὐτὸ τῶν κατ' οὐσίαν ὁμογενῶν ἰδιώμασι, τοσοῦτον τῷ συγκειμένῳ καθ' ὑπόστασιν· ἑνίζεται ταυτιζόμενον. Οὐ γὰρ οἷς ἀφορίζεται τῶν ὁμογενῶν ἰδιώμασι, τούτοις διακρίνεται καὶ τοῦ συγκειμένου καθ' ἕνωσιν καὶ συνυφεστῶτος· ἀλλ' οἷς διεγήνοχε τῶν ὁμοουσίων ἀφοριστικοῖς ἰδιώμασι, τούτοις πρὸς τὸ συγκείμενον τὴν καθ' ἕνωσιν φυλάττει ταυτότητα τῆς ὑποστάσεως, ἐν τῷ πάντη μοναδικῷ τοῦ προσώπου συντηρουμένην· ὅπερ ἐπὶ τῆς θείας οἰκονομίας ἦγουν σαρκώσεως ὁ ἀληθὴς πρεσβεύει λόγος. Οἷς γὰρ ἡμῶν ἀφοριζομένη διέφερεν ἡ σὰρξ B ἰδιώμασι, τούτοις τὴν πρὸς τὸν Λόγον καθ' ὑπόστασιν εἶχε ταυτότητα· καὶ οἷς ὁ Λόγος Πατρός τε καὶ Πνεύματος διέφερεν ἰδιώμασιν, ὡς Υἱὸς ἀφοριζόμενος, τούτοις τὸ καθ' ὑπόστασιν πρὸς τὴν σάρκα, μοναδικὸν διετήρει σωζόμενον, μηδενὶ λόγῳ παντελῶς διαιρούμενον.

Non igitur Dei Verbi caro persona est. Nunquam enim prorsus, nec quantum nudæ mentis velox cogitatus præverterit, per seipsam proprietatibus dirimentibus ab eis quæ ejusdem sunt generis discreta fuit, vel in conjuncto personaliter Verbo, C proprium a communi sejunctum habens; sed ἐνυπόστατος (ut vocant Græci) velut scilicet in ipso et per ipsum nacta esse, atque ejus caro per unionem facta, unumque cum eo personaliter reddita; ejus scilicet proprietatis ratione, qua dirimitur a reliqua hominum turba. Atque, ut clarius dicam, Verbi ipsius personaliter facta, quod proprium est, uti etiam quod essentialiter est commune, cujus et caro vere per unionem effecta est.

Ὅτι καὶ μόνου τοῦ αἰσθητοῦ κόσμου ἐστὶν εἰκὼν, ἡ ἁγία τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησία.

Καὶ αὖθις μόνου τοῦ αἰσθητοῦ κόσμου καθ' ἑαυτὸν τὴν ἁγίαν τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίαν εἶναι σύμβολον, ἔφασκεν· ὡς οὐρανὸν μὲν, τὸ θεῖον ἱερατεῖον ἔχουσαν· γῆν δὲ, τὴν εὐπρέπειαν τοῦ ναοῦ κεκτημένην. Ὡσαύτως δὲ καὶ τὸν κόσμον ὑπάρχειν Ἐκκλησίαν· ἱερατείῳ μὲν ἐοικότα τὸν οὐρανὸν ἔχοντα· ναῷ δὲ, τὴν κατὰ γῆν διακόσμησιν.

498 CAPUT IV.

Quomodo, et qua ratione hominem symbolice referat sancta Dei Ecclesia, ipsamque vicissim ut hominem homo referat.

Rursus etiam secundum spiritalis intelligentiæ modum, hominem esse aiebat sanctam Dei Ecclesiam : quæ animam quidem, sacrarium habeat, mentemque, divinum altare, ac corpus, templum; ut quæ scilicet ejus imago ac similitudo, qui ad imaginem ac similitudinem factus est (hominis scilicet) exsistat. Quæ nimirum per templum quidem, velut per corpus, moralem prætendat philosophiam; per sacrarium autem, ut per animam, naturalem contemplationem spiritaliter exponat; ac demum per divinum altare, tanquam per mentem, mysticam theologiam proferat. Vicissimque hominem, Ecclesiam mysticam, qui nimirum per corpus tanquam per templum, partem animi agentem, mandata operando, per moralem philosophiam virtutum cultu exhilaret ac perornet, per animam autem, ut sacrarium, eas, quæ ex sensu ducuntur rationes, pure in spiritu, amputata ab eis materia, naturali speculatione per rationem Deo offerat : ac denique per mentem, ut altare, laudatissimum illud quod in penetralibus est, obscuri ignotique clamoris silentium deitatis, per aliud loquax vocalissimumque silentium asciscat; ac, quoad ejus homini concessum est, per mysticam theologiam illi consuescat, talisque fiat, qualem eum esse consentaneum est, qui divina frui præsentia meruit, ejusque longe clarissimis fulgoribus insignitus est.

ΚΕΦΑΛ. Δ'.

Πῶς τε καὶ πολῳ τρόπῳ συμβολικῶς εἰκονίζει τὸν ἄνθρωπον ἡ ἁγία τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησία· καὶ αὐτὴ ὡς ἄνθρωπος ὑπ' αὐτοῦ εἰκονίζεται.

Καὶ πάλιν κατ' ἄλλον τρόπον θεωρίας, ἄνθρωπον εἶναι τὴν ἁγίαν τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίαν ἔλεγε· ψυχὴν μὲν ἔχουσαν τὸ ἱερατεῖον· καὶ νοῦν, τὸ θεῖον θυσιαστήριον· καὶ σῶμα, τὸν ναόν· ὡς εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν ὑπάρχουσαν τοῦ κατ' εἰκόνα Θεοῦ καὶ ὁμοίωσιν γενομένου ἀνθρώπου· καὶ διὰ μὲν τοῦ ναοῦ, ὡς διὰ σώματος, τὴν ἠθικὴν φιλοσοφίαν προβαλλομένην· διὰ δὲ τοῦ ἱερατείου, ὡς διὰ ψυχῆς, τὴν φυσικὴν θεωρίαν πνευματικῶς ἐξηγουμένην· καὶ ὡς διὰ νοὸς τοῦ θείου θυσιαστηρίου, τὴν μυστικὴν θεολογίαν ἐμβαίνουσαν. Καὶ ἔμπαλιν, Ἐκκλησίαν μυστικὴν τὸν ἄνθρωπον, ὡς διὰ ναοῦ μὲν τοῦ σώματος, τὸ πρακτικὸν τῆς ψυχῆς ταῖς τῶν ἐντολῶν ἐνεργείαις κατὰ τὴν ἠθικὴν φιλοσοφίαν ἐναρέτως φαιδρύνοντα· ὡς δι' ἱερατείου δὲ τῆς ψυχῆς τοὺς κατ' αἴσθησιν λόγους, καθαρῶς ἐν πνεύματι τῆς ὕλης περιτμηθέντας, κατὰ τὴν φυσικὴν θεωρίαν διὰ λόγου τῷ Θεῷ προσκομίζοντα· καὶ ὡς διὰ θυσιαστηρίου τοῦ νοὸς, τὴν ἐν ἀδύτοις πολυύμνητον τῆς ἀφανοῦς καὶ ἀγνώστου μεγαλοφωνίας σιγὴν τῆς θεότητος, δι' ἄλλης λάλου τε καὶ πολυφθόγγου σιγῆς προσκαλούμενον· καὶ ὡς ἐφικτὸν ἀνθρώπῳ, κατὰ μυστικὴν θεολογίαν αὐτῇ συγγινόμενον· καὶ τοιοῦτον γινόμενον, οἷον εἰκὸς εἶναι δεῖ τὸν ἐπιδημίας ἀξιωθέντα Θεοῦ, καὶ ταῖς αὐτοῦ παμφαέσιν αἴγλαις ἐνσημανθέντα.

CAPUT V.

Quomodo, ac quanam rursus ratione, animæ seorsim separatæ, imago sit ac typus sancta Dei Ecclesia.

Neque vero totius hominis, qui ex anima et corpore constituitur (qua scilicet ratione compositus est) posse duntaxat esse imaginem sanctam Dei Ecclesiam, docebat; verum etiam animæ seorsim per rationem consideratæ : quippe qui ex intelligenti et animali facultate universim animam constare aiebat, ac vim quidem intelligentem libere ex voluntate 499 moveri; animalem autem uti natura illi comparatum est citra ullam electionem, motumque liberum, ita manere. Rursusque ad intelligentem quidem facultatem spectare, tum contemplandi vim, tum agendi : atque vim quidem contemplandi,

ΚΕΦΑΛ. Ε'.

Πῶς καὶ πολῳ τρόπῳ πάλιν τῆς ψυχῆς καθ' ἑαυτὴν νοουμένης, εἰκών τε καὶ τύπος ἡ ἁγία τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησία.

Καὶ οὐχ ὅλου μὲν τοῦ ἀνθρώπου, τοῦ ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος κατὰ σύνθεσίν φημι συνεστῶτος, εἰκόνα μόνον εἶναι δύνασθαι τὴν ἁγίαν Ἐκκλησίαν ἐδίδασκεν· ἀλλὰ καὶ αὐτῆς τῆς ψυχῆς καθ' ἑαυτὴν τῷ λόγῳ θεωρουμένης. Ἐπειδὴ γὰρ ἐκ νοερᾶς καὶ ζωτικῆς δυνάμεως καθολικῶς συνίστασθαι τὴν ψυχὴν ἔφασκε· καὶ τῆς μὲν νοερᾶς ἐξουσιαστικῶς κατὰ βούλησιν κινουμένης, τῆς δὲ ζωτικῆς κατὰ φύσιν ἀπροαιρέτως, ὡς ἔχει, μενούσης. Καὶ πάλιν, τῆς μὲν νοερᾶς εἶναι τό τε θεωρητικὸν, καὶ τὸ πρακτικόν· καὶ τὸ μὲν θεωρητικὸν, καλεῖσθαι νοῦν ἔλεγε· τὸ δὲ πρακτικὸν, λόγον· καὶ τῆς μὲν νοερᾶς δυνάμεως

Digitized by Google

κινητικὸν εἶναι τὸν νοῦν· τῆς δὲ ζωτικῆς προνοητικὸν ὑπάρχειν τὸν λόγον· καὶ τὸν μὲν εἶναί τε καὶ καλεῖσθαι σοφίαν· φημὶ δὲ τὸν νοῦν, ὅταν παντάπασιν ἀτρέπτους ἑαυτοῦ διαφυλάττῃ [16] τὰς πρὸς τὸν Θεὸν κινήσεις· τὸν δὲ λόγον ὡσαύτως φρόνησιν καὶ εἶναι καὶ καλεῖσθαι, ὅταν σωφρόνως τὴν ὑπ' αὐτοῦ κατὰ πρόνοιαν διοικουμένην ζωτικὴν δύναμιν τοῖς ἐνεργείαις συνάψας τῷ νῷ, δείξειεν ἀδιάφορον· τὴν αὐτὴν αὐτῷ καὶ ὁμοίαν δι' ἀρετῆς ἔμφασιν τοῦ Θείου φέρουσαν· ἣν καὶ ἐπιμερίζεσθαι τῷ τε νῷ καὶ τῷ λόγῳ φυσικῶς ἔλεγεν· ὡς εἶναι μᾶλλον καὶ συνισταμένην δείκνυσθαι προηγουμένως τὴν ψυχὴν, ἐκ τοῦ νοῦ καὶ τοῦ λόγου, ὡς νοεράν τε καὶ λογικήν· τῆς ζωτικῆς ἐπ' ἀμφοῖν κατὰ τὸ ἴσον δηλονότι, νοῦ τε καὶ λόγου φημὶ, θεωρουμένης δυνάμεως· οὐδ' ὁπότερον γὰρ τούτων ζωῆς ἄμοιρον εἶναι θέμις ἐννοεῖν, καὶ ὑπ' ἀμφοῖν διειλημμένης [17]· δι' ἧς ὁ μὲν νοῦς, ὃν καὶ σοφίαν ἔφαμεν καλεῖσθαι, τῇ θεωρητικῇ ἕξει κατ' ἀπόῤῥητον σιγήν τε καὶ γνῶσιν ἐξαπλούμενος, πρὸς τὴν ἀλήθειαν δι' ἀλήστου τε καὶ ἀκαταλήκτου γνώσεως ἄγεται· ὁ δὲ λόγος, ὃν ἐκαλέσαμεν φρόνησιν, τῇ πρακτικῇ ἕξει σωματικῶς κατ' ἀρετὴν εἰς τὸ ἀγαθὸν διὰ πίστεως καταλήγει· ἐξ ὧν ἀμφοτέρων ἡ ἀληθὴς τῶν τε θείων καὶ τῶν ἀνθρωπίνων ἐπιστήμη συνέστηκε πραγμάτων· ἡ ὄντως ἄπταιστος γνῶσις, καὶ πάσης τῆς κατὰ Χριστιανοὺς θειοτάτης φιλοσοφίας πέρας.

A mentem dicebat appellari; agendi autem vim, vocari rationem. Ac mentis quidem partium esse, ut intelligendi facultatem moveat; rationis vero, ut facultati vitali, seu animali provideat: atque alterum quidem tum esse, tum appellari sapientiam (mentem scilicet, tum, cum motus quibus in Deum fertur immobiles omnino servarit), ac similiter rationem tum esse, tum appellari prudentiam, quando vim animalem, quam propensiore in eam cura regit, prudenter operationibus copulans, nullo a mente discrimine abjungi ostenderit, nimirum eamdem cum ipsa per virtutem, deitatis ferentem speciem: quam etiam ad mentem pariter ac rationem naturaliter dicebat spectare, ut magis esse, primoque ex mente ac ratione, tanquam intelligendi ac rationis vi prædita, anima ostendatur consistere, ita scilicet ut in utraque ex æquo (mente nimirum ac ratione) vitæ facultas, seu animalis consideretur (nefas enim utrumvis horum vitæ expers cogitare) ac penes utraque dividatur: per quam, mens quidem (quam diximus vocari sapientiam) contemplationis habitu, arcani cum silentii, tum scientiæ vi simplicitate provecta, per scientiam nulla unquam oblivione delendam, aut intermorituram, ad veritatem ducitur; ratio autem (quam prudentiam appellavimus) actionis habitu, corporaliter præstando virtutem, in bonum desinit per fidem: ex quibus ambobus vera cum divinarum, tum humanarum rerum consistit scientia; vera scilicet illa, ac sine errore notitia, quæque divinissimæ omnis Christianorum philosophiæ terminus finisque exsistat.

B

Καὶ σαφέστερον περὶ τούτων εἰπεῖν· τῆς ψυχῆς, τὸ μὲν ἔλεγε εἶναι θεωρητικὸν, καθὼς εἴρηται· τὸ δὲ, πρακτικὸν, καὶ τὸ μὲν θεωρητικὸν ἐκάλει νοῦν· τὸ δὲ πρακτικὸν, λόγον· ὡς πρώτας δηλαδὴ δυνάμεις τῆς ψυχῆς· καὶ πάλιν τὸν νοῦν, σοφίαν· τὸν δὲ λόγον, φρόνησιν, ὡς πρώτας ἐνεργείας. Διεξοδικῶς δὲ πάλιν, τῆς ψυχῆς ἔφασκεν εἶναι, κατὰ μὲν τὸ νοερὸν, τὸν νοῦν, τὴν σοφίαν, τὴν θεωρίαν, τὴν γνῶσιν, τὴν ἄληστον γνῶσιν· τούτων δὲ τέλος εἶναι τὴν ἀλήθειαν· κατὰ δὲ τὸ λογικὸν, τὸν λόγον, τὴν φρόνησιν, τὴν πρᾶξιν, τὴν ἀρετὴν, τὴν πίστιν· τούτων δὲ τέλος εἶναι τὸ ἀγαθόν. Τὴν ἀλήθειαν δὲ καὶ τὸ ἀγαθὸν, τὸν Θεὸν ἔλεγε δηλοῦν· ἀλλὰ τὴν μὴ ἀλήθειαν, ὅταν ἐκ τῆς οὐσίας τὸ Θεῖον σημαίνεσθαι δοκῇ· ἁπλοῦν γὰρ, καὶ μόνον, καὶ ἓν, καὶ ταυτὸν, καὶ ἀμερὲς, καὶ ἄτρεπτον, καὶ ἀπαθὲς πρᾶγμα ἡ ἀλήθεια καὶ ἀλάθητον, καὶ παντελῶς ἀδιάστατον· τὸ δὲ ἀγαθὸν, ὅταν ἐκ τῆς ἐνεργείας. Εὐεργετικὸν γὰρ τὸ ἀγαθὸν, καὶ προνοητικὸν τῶν ἐξ αὐτοῦ πάντων, καὶ φρουρητικόν· ἀπὸ τοῦ *ἄγαν* [18] *εἶναι, ἢ τεθεῖσθαι, ἢ θέσιν* [19], κατὰ τὴν τῶν ἐτυμολογούντων δόξαν, πᾶσι τοῖς οὖσι τοῦ εἶναι καὶ διαμένειν καὶ κινεῖσθαι χαριστικόν [20].

C D

Animæ primæ vires, et operationes, ac secundæ. Deus actuum animæ finis, ut verum bonum; vocis ἀγαθόν *interpretatio.* — Atque ut apertius de his loquar, animæ partem alteram dicebat esse contemplandi vim, sicut dictum est; alteram, vim agendi: ac quidem contemplandi vim, seu speculandi, appellabat mentem; vim autem agendi, rationem, tanquam scilicet animæ primas facultates: atque iterum mentem, sapientiam; rationem vero, prudentiam, velut primas operationes. Rursus vero fusius explicando, ad animam spectare dicebat, qua parte **500** est intelligens, mentem, sapientiam, contemplationem, scientiam, nulla oblivione delendam judicemque scientiam; horum autem finem, esse veritatem: qua parte autem est rationalis, rationem, prudentiam, actionem, virtutem, fidem; horum vero bonum, esse finem. Porro veritatem, bonumque, Deum aiebat significare; hoc tamen discrimine, ut tum quidem veritas Deum significet, cum is ex essentia designari videtur (est enim veritas quid simplex ac singulare, unumque ac idem quod indivisibile, immutabile, impatibile, indelebile sit, nullisque omnino intervallis aut dimensionibus disjungi possit), bonum autem, cum ex operatione. Bonum enim ejusmodi est, ut benefaciat, atque iis quæ ex ipso sunt prospiciat, conservetque ea ac tueatur; hinc Græcis dictum ἀγαθὸν, quod est ἄγαν εἶναι, ἢ τεθεῖσθαι, ἢ θέειν· nos dicamus, valde esse, vel fixum esse, vel currere (ut ii opi-

VARIÆ LECTIONES.

[16] διαφυλάττοι c. A. [17] διειλημμένως c. A, [18] καὶ τῷ ἄγαν c A. et Fr. [19] θέειν c. A. [20] Fr. Ἔστι γὰρ καὶ εὖ ἐστι καὶ ἀεί ἐστιν ὧν πάντων πᾶσι τοῖς οὖσιν ὑπάρχει χαριστικόν. *Est enim, est bene et semper est, quæ omnia cunctis rebus præbet.*

Digitized by Google

nantur qui veram nominum rationem inquirunt, sic nempe comparatum, ut rebus omnibus esse, consistere ac moveri tribuat.

Animæ, Deique conjugationes. Decas mystica spiritalis psalterii. — Quas ergo in anima intelligimus quinque conjugationes, circa unicam illam, quæ Deum significat, versari aiebat. Conjugationes autem in præsentiarum voco, mentem et rationem, sapientiam et prudentiam, contemplationem et actionem, scientiam et virtutem, scientiam quam nulla inobscurabit oblivio jugemque et fidem. Conjugationem autem quæ Deum significet, veritatem ac bonum; quibus dum anima progressu movetur, universorum Deo unitur; quæ per firmum scilicet, ac stabilem, immobilemque in eo quod honestum sit, liberæ voluntatis habitum, ejus essentiæ ac operationis immutabilitatem ac beneficentiam imitetur. Et, ut horum exiguam quamdam, commodam tamen observationem misceam: hæc fortasse est divinarum chordarum decas, ejus, quod mente intelligitur, psalterii animæ [k] rationem habens spiritui insonantem per aliam beatam mandatorum decadem, perfectosque atque concinnos ac numerosos sonos, quibus Deus laudatur, intelligibili concentu edens; ut scilicet ego, quænam sit ejus decadis ratio, quæ canit, et quæ canitur, intelligam; atque ut decas decadi mystice unita ac copulata, Jesum quidem Deum meum ac Salvatorem, per me qui salutis munus consequar, completum, ad se reducat, semper plenissimum, nec unquam valentem **501** excedere; me vero hominem mirabiliter mihimetipsi restituat; imo potius Deo, cui id quod sum acceptum fero, et ad quem festino, ut beatitudo olim desiderata demum consequatur. Eam rem cui nosse concessum est, eo quod eorum quæ dicuntur periculum fecerit, omnino ipsa jam perspicue edoctus experientia, suam ipsius dignitatem intelliget, qua nimirum ratione, id quod est ad imaginem, imagini reddatur; quomodo principi formæ honor habeatur; quænam sit virtus mysterii nostræ salutis, ac cujus gratia Christus mortuus sit: quo item rursus modo in eo manere possimus, et ipse in nobis [l], quemadmodum dixit; ac quomodo *Rectum sit verbum Domini, et omnia opera ejus in fide* [m]. Verum ad orationis seriem stylum reducamus, atque hæc hactenus dicta sint.

Τὰς οὖν περὶ τὴν ψυχὴν νοουμένας πέντε συζυγίας περὶ τὴν μίαν τὴν τοῦ Θεοῦ σημαντικὴν συζυγίαν ἔλεγε καταγίγνεσθαι. Συζυγίαν δέ φημι νῦν τὸν νοῦν καὶ τὸν λόγον· τὴν σοφίαν καὶ τὴν φρόνησιν· τὴν θεωρίαν καὶ τὴν πρᾶξιν· τὴν γνῶσιν καὶ τὴν ἀρετήν· τὴν ἄληστον γνῶσιν καὶ τὴν πίστιν. Τὴν δὲ τοῦ θείου σημαντικήν, τὴν ἀλήθειαν καὶ τὸ ἀγαθόν· αἷς κατὰ πρόοδον ἡ ψυχὴ κινουμένη, τῷ Θεῷ τῶν ὅλων ἑνοῦται, μιμουμένη αὐτοῦ τῆς οὐσίας καὶ τῆς ἐνεργείας τὸ ἄτρεπτον καὶ εὐεργετικόν, διὰ τῆς ἐν τῷ καλῷ παγίας καὶ ἀμεταθέτου κατὰ τὴν προαίρεσιν ἕξεως. Καὶ, ἵνα τούτων [21] μικρόν τι μίξω θεώρημα πρόσφορον, τάχα αὕτη ἐστὶν ἡ θεία δεκὰς τῶν χορδῶν τοῦ κατὰ ψυχὴν νοητοῦ ψαλτηρίου· ἡ τὸν λόγον ὑπηχοῦντα τῷ πνεύματι, διὰ τῆς ἄλλης τῶν ἐντολῶν μακαρίας δεκάδος ἔχουσα, καὶ τοὺς ἐντελεῖς τε καὶ ἁρμονίους, τοὺς ἐμμελεῖς νοητῶς ἀποτελοῦσα φθόγγους, δι' ὧν ὑμνεῖται ὁ Θεός· ἵν' ἐγὼ μάθω, τίς ὁ τῆς ᾠδούσης, καὶ τῆς ᾀδομένης δεκάδος ὁ λόγος· καὶ πῶς δεκάδι δεκὰς μυστικῶς ἑνουμένη τε καὶ συναπτομένη, Ἰησοῦν μὲν τὸν ἐμὸν Θεὸν καὶ Σωτῆρα συμπληρωθέντα δι' ἐμοῦ σωζομένου, πρὸς ἑαυτὸν ἐπανάγει τὸν ἀεὶ πληρέστατον, καὶ μηδέποτε ἑαυτοῦ ἐκστῆναι δυνάμενον· ἐμὲ δὲ τὸν ἄνθρωπον θαυμαστῶς ἑαυτῷ ἀποκαθίστησι· μᾶλλον δὲ Θεῷ, παρ' οὗ τοιαῦτα λαβὼν ἔχω, καὶ πρὸς ὃν ἐπείγομαι, πόρρωθεν τὸ εὖ εἶναι προσλαβεῖν ἐφιέμενος. Ὅπερ ὁ γνῶναι δυνηθεὶς, ἐκ τοῦ παθεῖν τὰ λεγόμενα, εἴσεται πάντως γνωρίσας ἤδη κατὰ τὴν πεῖραν ἐναργῶς τὸ οἰκεῖον ἀξίωμα· πῶς ἀποδίδοται τῇ εἰκόνι τὸ κατ' εἰκόνα [22]· πῶς τιμᾶται τὸ ἀρχέτυπον· τίς τοῦ μυστηρίου τῆς ἡμῶν σωτηρίας ἡ δύναμις, καὶ ὑπὲρ τίνος Χριστὸς ἀπέθανε· πῶς τε πάλιν ἐν αὐτῷ μεῖναι δυνάμεθα, καὶ αὐτὸς ἐν ἡμῖν, καθὼς εἶπε· καὶ πῶς *Ἔστιν εὐθὺς ὁ λόγος τοῦ Κυρίου, καὶ πάντα τὰ ἔργα αὐτοῦ ἐν πίστει*. Ἀλλ' ἐπανάγωμεν πρὸς τὸν εἰρμὸν τοῦ λόγου τὸν λόγον, τούτοις περὶ τούτων ἀρχεσθέντες.

Dicebat enim mentem sapientia motam ad contemplationem venire; contemplatione media, ad scientiam; per scientiam, ad eam scientiam quam nulla obscuret oblivio ac jugis perseveret: hujusce modique scientiæ ope, ad veritatem, in qua mens motus terminum habet, illius cum essentia tum potentia, habituque ac operatione seu actu circumscriptis.

Τὸν γὰρ νοῦν διὰ τῆς σοφίας ἔφασκε κινούμενον, εἰς θεωρίαν ἰέναι· διὰ δὲ τῆς θεωρίας, εἰς γνῶσιν· διὰ δὲ τῆς γνώσεως, εἰς τὴν ἄληστον γνῶσιν· διὰ δὲ τῆς ἀλήστου γνώσεως, εἰς τὴν ἀλήθειαν· περὶ ἣν ὁ νοῦς ὅρον τῆς κινήσεως δέχεται, περιγραφομένης αὐτῷ τῆς τε οὐσίας καὶ τῆς δυνάμεως, καὶ τῆς ἕξεως καὶ τῆς ἐνεργείας.

Motus circa Deum perennis, et terminatus. — Dicebat enim sapientiam esse mentis facultatem, seu potentiam, ipsamque adeo mentem potentia sapientiam esse; contemplationem, habitum; scientiam, operationem; scientiam illam jugem ac

Νοῦν γὰρ ἔλεγε δύναμιν εἶναι τὴν σοφίαν, καὶ αὐτὸν εἶναι τὸν νοῦν δυνάμει σοφίαν· τὴν δὲ θεωρίαν, ἕξιν· τὴν δὲ γνῶσιν, ἐνέργειαν· τὴν δὲ ἄληστον γνῶσιν, σοφίας τε καὶ θεωρίας καὶ γνώσεως· ἤγουν δυνάμεως καὶ ἕξεως καὶ ἐνεργείας· τὴν περὶ

[k] Psal. CXLIII, 9. [l] Joan. XV, 4. [m] Psal. XXXII, 4.

VARIÆ LECTIONES.

[21] Fr. τούτοις. [22] Hæc Gregorii voces.

Digitized by Google

τὸ γνωστὸν τὸ ὑπὲρ πᾶσαν τὴν γνῶσιν ἀκατάληκτον καὶ ἐκτικὴν ἀεικινησίαν· ἧς πέρας ἐστὶν, ὡς ἀλάθητον γνωστὸν, ἡ ἀλήθεια· ὃ καὶ θαυμάζειν ἄξιον· πῶς τὸ ἄληστον λήγει περιγραφόμενον, ἢ δηλονότι ὡς Θεῷ τῇ ἀληθείᾳ περατούμενον; Θεὸς γὰρ ἡ ἀλήθεια, περὶ ὃν ἀκαταλήκτως τε καὶ ἀλήστως κινούμενος ὁ νοῦς, λήγειν οὐκ ἔχει ποτὲ τῆς κινήσεως, μὴ εὑρίσκων πέρας ἔνθα μὴ ἔστι διάστημα. Τὸ γὰρ θαυμαστὸν μέγεθος τῆς θείας ἀπειρίας, ἄποσόν τί ἐστι καὶ ἀμερὲς καὶ πανταχῶς ἀδιάστατον· καὶ τὴν οἰανοῦν πρὸς τὸ γνωσθῆναι, ὅ τί ποτέ ἐστι κατ' οὐσίαν, φθάνουσαν αὐτὸν οὐκ ἔχον κατάληψιν. Τὸ δὲ μὴ ἔχον διάστημα ἢ κατάληψιν καθ' ὁτιοῦν, οὐκ ἔστι τινὶ περατόν.

A quam nulla infuscat oblivio, sapientiæ, contemplationis, scientiæ; sive potentiæ, habitus actusque et operationis circa rem noscendam omni longe scientia superiorem, quæ nunquam desinat, ac habitu sit, jugis motus agitationem, cujus terminus, veritas est, tanquam quæ perpetuo scienda objecta sit. Quod et jure admirationem habeat; quomodo quod nulla oblivione infuscari potest, ac perpetuum est, circumscriptum desinat. An non utique ideo, quod Deus veritas illi terminus exsistat? Veritas namque Deus est, circa quem mens incessanter jugique motu agitata, nunquam cessare potest, nullum inveniens motus terminum, ubi nulla distantia ac spatium est. Admiranda enim divinæ infinitatis magnitudo, molis expers est, nec dividi potest, ac omni prorsus dimensione caret, nec ullam comprehensionem ipsam attingentem habet, ut noverimus ullo modo quid tandem per essentiam est. Porro, **502** quod nullam dimensionem habet, nec ullo modo potest comprehendi, nulli permeabile est.

Τὸν δὲ λόγον ὡσαύτως διὰ τῆς φρονήσεως κινούμενον, εἰς τὴν πρᾶξιν ἰέναι· διὰ δὲ τῆς πράξεως, εἰς ἀρετήν· διὰ δὲ τῆς ἀρετῆς εἰς τὴν πίστιν, τὴν ὄντως βεβαίαν καὶ ἄπτωτον τῶν θείων πληροφορίαν· ἣν πρώτην ἔχων δυνάμει κατὰ τὴν φρόνησιν ὁ λόγος, ὕστερον ἐνεργείᾳ κατὰ τὴν ἀρετὴν ἐπιδείκνυται, διὰ τὴν ἐπ' ἔργων [23] φανέρωσιν. *Ἡ γὰρ χωρὶς ἔργων πίστις νεκρά* [24] τι, καθὼς γέγραπται· πᾶν δὲ νεκρὸν καὶ ἀνενέργητον, οὐκ ἄν ποτέ τις εὖ φρονῶν τοῖς καλοῖς [25] εἶναι θαρρήσειεν εἰπεῖν ἐνάριθμον. Διὰ δὲ τῆς πίστεως εἰς τὸ ἀγαθὸν, περὶ ὃ δέχεται τέλος, παυόμενος τῶν οἰκείων ἐνεργειῶν ὁ λόγος, περιγραφομένης αὐτοῦ τῆς τε δυνάμεως καὶ τῆς ἕξεως καὶ τῆς ἐνεργείας.

B Similiter rationem prudentia motam ad actionem venire; per actionem ad virtutem, per virtutem ad fidem, firmam illam revera ac inoffensam divinorum certitudinem: quam primam ratio per prudentiam potentia habens, actu postea per virtutem ostendit, qua operibus manifestam facit. Nam *fides quæ sine operibus est, quid mortuum est* [a], uti scriptum est. Quidquid autem mortuum ac otiosum est, nemo unquam sanæ mentis inter ea quæ honesta sunt dixerit numerandum esse. Per fidem autem ad bonum, in quo ratio finem accipit, quiescens a suis operationibus, ejus nempe tum facultate tum habitu tumque operatione circumscriptis.

Λόγου γὰρ ἔφασκεν [26] εἶναι δύναμιν τὴν φρόνησιν· καὶ αὐτὸν εἶναι δυνάμει τὸν λόγον, φρόνησιν· ἕξιν δὲ, τὴν πρᾶξιν· ἐνέργειαν δὲ, τὴν ἀρετήν· τὴν δὲ πίστιν φρονήσεώς τε καὶ πράξεως καὶ ἀρετῆς, ἧγουν δυνάμεως, ἕξεώς τε καὶ ἐνεργείας ἐνδιάθετον πᾶξιν καὶ ἀναλλοίωτον· ἧς πέρας ἔσχατόν ἐστι τὸ ἀγαθὸν, περὶ ὃ καταλήγων τῆς κινήσεως ὁ λόγος παύεται. Θεὸς γάρ ἐστι τὸ ἀγαθὸν, ᾧ πέφυκε πᾶσα καὶ παντὸς λόγου περατοῦσθαι δύναμις. Πῶς δὲ καὶ τίνα τρόπον τούτων ἕκαστον κατορθοῦται, καὶ εἰς ἐνέργειαν ἄγεται· καὶ τίνα τούτων ἑκάστῳ ἠναντίωται, ἢ προσφκείωται, καὶ ἐπὶ πόσον, διαιρεῖν τε καὶ λέγειν, οὐ τῆς παρούσης ἐστὶν ὑποθέσεως· πλὴν τοῦ, ὅσον γιγνώσκειν, ὅτι πᾶσα ψυχὴ ἡνίκα διὰ τῆς χάριτος τοῦ ἁγίου Πνεύματος, καὶ τῆς οἰκείας φιλοπονίας καὶ σπουδῆς ἀλλήλοις ταῦτα συνάψαι τε καὶ ἑστουργῆσαι δυνηθῇ· τὸν λόγον φημὶ τῷ νῷ, καὶ τῇ σοφίᾳ τὴν φρόνησιν, καὶ τῇ θεωρίᾳ τὴν πρᾶξιν, καὶ τῇ γνώσει τὴν ἀρετὴν, καὶ τῇ ἀλήστῳ γνώσει τὴν πίστιν, οὐδενὸς ἐλαττουμένου πρὸς τὸ ἕτερον ἢ πλεονάζοντος, πάσης αὐτοῖς περικοπείσης ὑπερβολῆς καὶ ἐλλείψεως· καὶ, ἵνα συνελὼν εἴπω, μονάδα τὴν ἑαυτῆς δεκάδα ποιῆσαι· τηνικαῦτα καὶ αὐτὴ τῷ Θεῷ

C Rationis enim facultatem dicebat esse prudentiam; ipsamque rationem potentia prudentiam esse; habitum, actionem; operationem, virtutem; virtutem, fidem; fidem denique, prudentiæ, actionis, virtutis, sive potentiæ, habitus ac operationis, firmam animo, nullaque varietate nutantem constantiam, cujus ultimus finis bonum est; in quo omnis ac cujusque rationis vis suapte natura terminum accipit. Quomodo autem, ac qua ratione horum quodlibet præstetur reque ipsa efficiatur; ac quænam cuique horum adversentur, vel sint affinia, quantumque, cum dividere, tum pronuntiare, haud præsentis instituti est, excepto duntaxat ut noverimus fore, ut omnis anima, cum per gratiam sancti Spiritus, suumque ipsa laborem ac D diligentiam hæc alia aliis jungere potuerit ac conserere; rationem scilicet menti nectere, sapientiæ prudentiam, contemplationi actionem, scientiæ virtutem, jugi illi ac indelebili scientiæ fidem apponere; ita sane ut nihil horum præ altero deficiat, aut abundet, omni excessu atque defectu ab eis amputato, et, ut summa dicam, suam unitatem decadem fecerit; tunc quoque ipsa Deo

[a] Jac. II, 20.

VARIÆ LECTIONES.

[23] Fr. ἐπ' ἔργοις. [24] Fr. νεκρά. [25] Nempe bonis perfectis et absolute. [26] Fr. ἔφασκε δύναμιν.

Digitized by Google

vero ac bono, unique ac soli uniatur, pulchra pariter ac magnifica, præclareque (quoad ejus fieri potest) illi similis, generalium quatuor virtutum complemento effecta: quæ nimirum, divinam quæ in anima est decadem significent, beatamque aliam mandatorum decadem contineant. Quaternio enim, decas est potentiâ, ab unitate secundum progressum serie quadam **503** composita. Rursusque eadem, unitas est, per coitionem bonum monadice (id est singulari una ratione) continens, divinæque operationis simplicitatem ac indivisibilitatem in seipsa indivise divisam ostendens; quibus anima, quod proprium est, strenue ac constanter bonum tutando, quod alienum, fortiter ut malum rejecit; ut quæ mente, probe ex ratione composita, polleat; sapientia, prudentia ornata; contemplatione, actione; scientia virtuti conjuncta; demumque perpetua illa ac indelebili fidelissima simulque invariabili scientia; ac velut quæ causis, effecta; facultatibusque, operationes solerter conjunctas, Deo obtulerit; horumque præmio, simplicitatis effectricem deificationem retulerit.

Est enim ratio mentis operatio ac manifestatio, velut scilicet causæ effectus, sapientiæ prudentia, contemplationis actio, scientiæ virtus, jugisque illius ac indelebilis scientiæ fides; ex quibus illa animo reposita interiorque ad veritatem bonumque (nempe Deum) procreatur affectio; quam dicebat esse divinam scientiam, omnique errore vacantem notitiam et dilectionem et pacem; in quibus, ac per quas deificatio est: scientiam quidem Græce ἐπιστήμην, velut complementum ejus omnis notitiæ, quam de Deo ac divinis homines assequi valent, virtutumque inviolabilem complexionem: notitiam, Græce γνῶσιν, ut quæ veritatem sincere inscendens, deitatis experimentum quantum satis sit, præbeat: dilectionem, ut quæ tota secundum affectum, divinæ totius dulcedinis particeps exsistat; pacem denique, ut cui eadem atque Deo usu veniant, efficiatque ut et iis qui secundum ipsam meruerint affici, eadem ipsa eveniant. Siquidem enim deitas penitus immobilis est, ut cui nihil ulla ex parte molestiam faciat (quid enim ad illius speculam septumque evadat?), pax autem inconcussa est, ac immobilis firmitas: ad hæc vero et lætitia, quam nulla interturbet molestia; num et cuivis animæ divina usu veniunt, quæ divinam eam pacem nanciscî meruerit? quippe quæ nedum vitii et ignorantiæ, mendaciique ac nequitiæ, quæ mala virtuti, scientiæ, veritatique ac bono contraria, innaturalibus animæ motibus ceu stolones quidam adnascuntur; sed jam ipsius quoque virtutis ac scientiæ, veritatisque ac bonitatis, quas ipsi novimus, (pace verbi dixerim) fines trangressa sit, ac supra quam **504** verissimo, perquamque optimo Dei cubili, juxta illius verissimam promissionem, arcana quadam ac ignota ratione insederit:

A ὀληθινῷ τε καὶ ἀγαθῷ, καὶ ἑνὶ καὶ μόνῳ ἑνωθήσεται· καλή τε καὶ μεγαλοπρεπής, καὶ αὐτῷ [κατὰ τὸ ἐφικτὸν] ἐμφερὴς γενομένη, τῇ συμπληρώσει τῶν τεσσάρων γενικῶν ἀρετῶν· τῶν δηλωτικῶν μὲν τῆς κατὰ ψυχὴν θείας δεκάδος, περιεκτικῶν δὲ τῆς ἄλλης τῶν ἐντολῶν μακαρίας δεκάδος. Δεκὰς γὰρ δυνάμει ἐστὶν ἡ τετρὰς, ἀπὸ τῆς μονάδος εἱρμῷ κατὰ πρόοδον συντιθεμένη. Καὶ πάλιν μονὰς ἡ αὐτὴ, κατὰ σύνοδον τὸ ἀγαθὸν μοναδικῶς περιέχουσα, καὶ τὸ ἁπλοῦν καὶ ἀμερὲς τῆς θείας ἐνεργείας, ἐφ' ἑαυτῆς ἀτμήτως μεμερισμένον δεικνύουσα· αἷς, τὸ μὲν οἰκεῖον εὐτόνως ἀπερεγχείρητον ἡ ψυχὴ διετήρησεν· τὸ δὲ ἀλλότριον ἀνδρικῶς ὡς πονηρὸν ἀπερράπισεν· ὡς νοῦν εὔλογον ἔχουσα, καὶ σοφίαν ἔμφρονα, καὶ θεωρίαν ἔμπρακτον, καὶ γνῶσιν ἐνάρετον, καὶ τὴν ἐπ' αὐταῖς ἄληστον γνῶσιν, πιστοτάτην ὁμοῦ καὶ ἀμετάπτωτον· καὶ ὡς τοῖς αἰτίοις τὰ αἰτιατὰ, καὶ ταῖς δυνάμεσι τὰς ἐνεργείας σωφρόνως συνημμένας, Θεῷ προσκομίσασα· καὶ ἀντιλαβοῦσα τούτων τὴν ποιητικὴν τῆς ἁπλότητος θέωσιν.

B

Ἐνέργεια γάρ ἐστι καὶ φανέρωσις· τοῦ μὲν νοῦ, ὁ λόγος, ὡς αἰτίας αἰτιατόν· καὶ τῆς σοφίας ἡ φρόνησις, καὶ τῆς θεωρίας ἡ πρᾶξις, καὶ τῆς γνώσεως ἡ ἀρετὴ, καὶ τῆς ἀλήστου γνώσεως ἡ πίστις· ἐξ ὧν ἡ ἐνδιάθετος πρός τε τὴν ἀλήθειαν καὶ τὸ ἀγαθὸν, φημὶ δὲ τὸν Θεὸν, σχέσις δημιουργεῖται· ἣν ἔφασκεν εἶναι θείαν ἐπιστήμην, καὶ γνῶσιν ἄπταιστον, καὶ

C ἀγάπην καὶ εἰρήνην, ἐν αἷς καὶ δι' ὧν ἡ θέωσις· τὴν μὲν [ἐπιστήμην] ὡς συμπλήρωσιν πάσης τῆς ἐφικτῆς ἀνθρώποις περὶ Θεοῦ καὶ τῶν θείων γνώσεως, καὶ τῶν ἀρετῶν περιοχὴν ἄπταιστον· τὴν δὲ [γνώμην], ὡς ἐπιβᾶσαν γνησίως τῇ ἀληθείᾳ, καὶ πεῖραν τοῦ θείου διαρκῆ παρεχομένην· τὴν δὲ [ἀγάπην] ὡς ὅλης τοῦ Θεοῦ κατὰ διάθεσιν, ὅλην μετέχουσαν τῆς τερπνότητος· τὴν δὲ [εἰρήνην], ὡς τὰ αὐτὰ τῷ Θεῷ πάσχουσαν, καὶ πάσχειν τοὺς κατ' αὐτὴν ἀξιωθέντας γενέσθαι παρασκευάζουσαν. Εἰ γὰρ τὸ θεῖον παντελῶς ἀκίνητον, ὡς τὸ διοχλοῦν καθ' ὁτιοῦν οὐκ ἔχον (Τί γὰρ καὶ τὸ φθάνον ἐστὶ τὴν ἐκείνου περιωπήν;) τῇ δὲ εἰρήνη, σταθερότης ἐστὶν ἀκλόνητός τε καὶ ἀκίνητος· πρὸς δὲ, καὶ ἀνενόχλητος εὐφροσύνη· ἆρα τὰ θεῖα οὐ πάσχει [27] καὶ

D πᾶσα ψυχὴ, ἡ τὴν θείαν καταξιωθεῖσα κομίσασθαι εἰρήνην; ὡς μὴ μόνον κακίας καὶ ἀγνωσίας, ψεύδους τε καὶ πονηρίας, τῶν τῇ ἀρετῇ καὶ γνώσει, τῇ τε ἀληθείᾳ καὶ τῷ ἀγαθῷ ἀντικειμένων κακιῶν, αἱ ταῖς παρὰ φύσιν τῆς ψυχῆς κινήσεσι παρυφίστανται· ἀλλ' ἤδη καὶ ἀρετῆς αὐτῆς καὶ γνώσεως, ἀληθείας τε αὖ καὶ ἀγαθότητος τῶν ἡμῖν διεγνωσμένων τοὺς ὅρους, εἰ θέμις εἰπεῖν, ὑπερβᾶσα, καὶ τῇ ὑπεραληθεστάτῃ καὶ ὑπεραγάθῳ κοίτῃ τοῦ Θεοῦ, κατὰ τὴν ἀψευδεστάτην αὐτοῦ ἐπαγγελίαν, ἀῤῥήτως τε καὶ ἀγνώστως ἑαυτὴν κατευνάσασα· ὡς μηδὲν τῶν διοχλεῖν αὐτῇ πεφυκότων λοιπὸν ἔχουσα φθάνον αὐτῆς τὴν ἐν Θεῷ κρυφιότητα· καθ' ἣν μακαρίαν καὶ παν-

VARIÆ LECTIONES.

[27] Fr. ἆρα τὰ θεῖα πάσχει.

Digitized by Google

ἁγίαν κοίτην, τὸ φρικτὸν ἐκεῖνο τῆς ὑπὲρ νοῦν καὶ λόγον ἑνότητος μυστήριον ἐπιτελεῖται· δι' οὗ μία σὰρξ καὶ ἓν πνεῦμα, ὅ τε Θεὸς πρὸς τὴν Ἐκκλησίαν, τὴν ψυχὴν [28], καὶ ἡ ψυχὴ πρὸς τὸν Θεὸν γενήσεται· ὢ πῶς σε [29,30], Χριστὲ, θαυμάσω τῆς ἀγαθότητος, σὺ γὰρ ἀνυμνῆσαι φάναι τολμήσω, ὁ μήτε πρὸς τὸ θαυμάζειν ἀξίως ἀρκοῦσαν ἔχων τὴν δύναμιν· *Ἔσονται γὰρ οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν· τὸ δὲ μυστήριον τοῦτο μέγα ἐστίν· ἐγὼ δὲ λέγω εἰς Χριστὸν καὶ εἰς τὴν Ἐκκλησίαν*, φησὶν ὁ θεῖος Ἀπόστολος. Καὶ πάλιν· *Ὁ κολλώμενος τῷ Κυρίῳ, ἓν πνεῦμά ἐστι.*

A sic nimirum comparata, ut eorum quæ sint perturbando, possintque molestiam facere, ejus in Deo secretum attingat nihil, ac assequatur; quo in beato ac sanctissimo cubili tremendum illud, ejus unitatis quæ mentis omnem cogitatum rationemque superat ac sermonem, mysterium peragitur; cujus gratia, una caro unusque spiritus, cum Deus cum Ecclesia (nempe anima) tum anima cum Deo efficietur. O quomodo tuam, Christe, bonitatem demirabor ac suspiciam! Non enim ausim dicere, *Laudabo*, qui neque ad digne admirandum satisque suspiciendum sufficiente instructus virtute exsistam: *Erunt* enim *duo in carne una. Sacramentum hoc magnum est; ego autem dico in Christo, et in Ecclesia*, inquit divinus Apostolus [o]. Et iterum: *Qui adhæret Deo, unus spiritus est* [p].

Οὕτω γοῦν ἐνοειδῆ γενομένην ψυχὴν, καὶ πρὸς ἑαυτὴν καὶ τὸν Θεὸν συναχθεῖσαν, οὐκ ἔσται ὁ εἰς πολλὰ κατ' ἐπίνοιαν αὐτὴν ἔτι διαιρῶν λόγος, τῷ πρώτῳ καὶ μόνῳ καὶ ἑνὶ Λόγῳ τε καὶ Θεῷ κατεστεμμένην τὴν κεφαλήν· ἐν ᾧ κατὰ μίαν ἀπερινόητον ἁπλότητα πάντες οἱ τῶν ὄντων λόγοι ἑνοειδῶς καὶ εἰσὶ καὶ ὑφεστήκασιν, ὡς δημιουργῷ τῶν ὄντων καὶ ποιητῇ· ᾧ ἐνατενίζουσα, οὐκ ἐκτὸς αὐτῆς ὄντι, ἀλλ' ἐν ὅλῃ ὅλῳ, κατὰ ἁπλῆν προσβολὴν εἴσεται καὶ αὐτὴ τοὺς τῶν ὄντων λόγους καὶ τὰς αἰτίας, δι' οὓς τυχὸν πρὶν νυμφευθῆναι τῷ Λόγῳ καὶ Θεῷ ταῖς διαιρετικαῖς ὑπήγετο μεθόδοις· σωστικῶς τε δι' αὐτῶν καὶ ἐναρμονίως πρὸς αὐτὸν φερομένη, τὸν παντὸς λόγου καὶ πάσης αἰτίας περιεκτικόν τε καὶ ποιητήν.

B Ubi igitur anima sic uniformis evaserit, ac secum ipsa, et cum Deo collecta fuerit, haud jam erit ratio, quæ subtili eam cogitatu in multa dividat; quippe cum prima solaque ac una illa ratione, Deoque coronatum caput habeat; in quo, per unam quæ cogitatum omnem superat, simplicitatem, omnes rerum rationes uniformiter tanquam in ipsarum auctore ac opifice, exsistunt consistuntque; in quem, qui non extra ipsam, sed in tota totus exsistat, simplici conatu ac intuitu intendens, ipsa quoque rerum rationes causasque intelliget, ob quas forte antequam Verbo ac Deo esset desponsa, divisionis via ac ratione pelliciebatur; ac quibus cum salute, numeroseque ac concinne ad ipsum, qui omnem rationem, omnemque causam continet, auctorque harum exsistit, ferebatur.

Ἐπειδὴ ταῦτα τοίνυν τῆς ψυχῆς εἰσιν, ὡς ἔφαμεν, κατὰ νοῦν μὲν ἐκ φύσης δυνάμει τὴν σοφίαν, ἐκ δὲ τῆς σοφίας τὴν θεωρίαν, ἐκ δὲ ταύτης τὴν γνῶσιν· ἐκ δὲ τῆς γνώσεως τὴν ἄληστον γνῶσιν· δι' ἧς πρὸς τὴν ἀλήθειαν ὡς πέρας καὶ τέλος οὖσαν τῶν κατὰ νοῦν ἀγαθῶν ἄγεται· κατὰ δὲ τὸν λόγον ἐκ φύσης τὴν φρόνησιν, ἐκ δὲ ταύτης τὴν πρᾶξιν, ἐκ δὲ τῆς πράξεως τὴν ἀρετὴν, ἐκ δὲ ταύτης τὴν πίστιν, καθ' ἣν εἰς τὸ ἀγαθὸν ὡς τέλος μακάριον τῶν λογικῶν ἐνεργειῶν καταλήγει· δι' ὧν ἡ τῶν θείων ἐπιστήμη, κατὰ σύνοδον τῆς πρὸς ἄλληλα τούτων ἑνώσεως, συλλέγεται· πρὸς ταῦτα πάντα σαφῶς ἁρμόζεται, κατὰ τὴν θεωρίαν εἰκαζομένη τῇ ψυχῇ ἡ ἁγία τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησία· τὰ μὲν κατὰ νοῦν πάντα καὶ ἐκ τοῦ νοῦ κατὰ πρόδον εἶναι δειχθέντα, διὰ τοῦ ἱερατείου σημαίνουσα· τὰ δὲ κατὰ τὸν λόγον καὶ ἐκ τοῦ λόγου κατὰ διαστολὴν εἶναι δηλωθέντα, διὰ τοῦ ναοῦ σαφηνίζουσα· καὶ πάντα συνάγουσα πρὸς τὸ τελούμενον ἐπὶ τοῦ θείου θυσιαστηρίου μυστήριον· ὅπερ διὰ τῶν κατὰ τὴν Ἐκκλησίαν ἐπιτελουμένων ὁ δυνηθεὶς ἐμφρόνως καὶ σοφῶς μυηθῆναι, Ἐκκλησίαν ὄντως Θεοῦ, καὶ θείαν τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν κατεστήσατο· δι' ἣν ἴσως, καὶ ἧς ἡ χειροποίητος ἐκκλησία σοφῶς διὰ τῆς ἐν αὐτῇ τῶν θείων ποικιλίας

C

Quia igitur hæc, ut diximus, animæ sunt, quæ in mente potentia sapientiam habeat, exque sapientia contemplationem, atque ex illa scientiam; ex scientia denique indelebilem illam ac perpetuam scientiam, qua ad veritatem ducitur ut bonorum animi terminum ac finem; inque ratione prudentiam, atque ex illa actionem, ex actione virtutem, exque illa fidem; cujus munere in bono, tanquam beato fine operationum rationis desinit ac conquiescit; per quæ divinorum illa scientia ex horum inter se unionis concursu colligitur ac **505** paratur; ad hæc omnia aperte quadrabit secundum spiritalem intelligentiam animæ assimilata sancta D Dei Ecclesia; quæ ea quæ in mente, exque mente secundum processum exsistere universa ostendimus, per sacrarium significet; quæ autem in ratione, exque ratione secundum distractionem esse monstrata sunt, per templum declaret; cunctaque penes mysterium quod in divino altari peragitur, colligat: quod quisquis ex iis quæ in Ecclesia celebrantur solerter ac sapienter doceri potuit, Dei revera Ecclesiam, divinamque suam ipse animam reddidit; in cujus forte gratiam, ac cujus symbolice exemplar manufacta ecclesia, per eorum

[o] Ephes. v, 32. [p] I Cor. VI, 17.

VARIÆ LECTIONES.

[28] Fr. ἐκκλησίαν ψυχήν. [29,30] γραφ. καὶ σοῦ.

Digitized by Google

quæ in ea divina peraguntur, varietatem, sapienter nobis, ut ad honestum Deumque duceret, tradita est.

A κατὰ σύμβολον οὖσα παράδειγμα, πρὸς ὁδηγίαν τῶν κρειττονος ἡμῖν παρεδόθη.

CAPUT VI.

Quomodo, ac quanam ratione etiam sacra Scriptura homo dicatur.

Scriptura homo mysticus. — Quemadmodum autem anagogica, sensusque remotissimi contemplatione, Ecclesiam dicebat esse hominem spiritalem; hominem autem, mysticam Ecclesiam; ita etiam universam uno complexu simulque sumptam Scripturam, hominem esse aiebat; quæ nimirum Vetus Testamentum, corpus habeat; Novum autem, animam, spiritum et mentem. Ac rursus, totius Scripturæ sacræ, Veteris pariter ac Novi Testamenti litteram ad historiam spectantem corpus esse; sensum vero eorum quæ conscripta sunt, ac scopum in quem ille collineat, animam. His ego auditis, sic accuratam comparationem summopere admiratus, eum qui pro meriti ratione cuique dona congrue largitur, quantum licuit per facultatem, laudavi. Sicut enim noster hic homo, ejus ratione quod oculis conspicuum est, mortalis cum sit; ejus ratione quod non est conspicuum, immortalis exsistit; sic quoque divina Scriptura, quæ litteram quidem, quæ est conspicua, transeuntem habeat, latentem vero in littera spiritum qui nunquam esse desinat, veram esse spiritalis illius sensus rationem ostendit. Ac sicut hic noster homo, philosophia duce libidinis cupiditatem ac appetitum sub imperio tenens, carnem macerat et elanguidam facit; sic et Scriptura sacra spiritaliter **506** intellecta, a se litteram amputat ac circumcidit. Ait enim magnus Apostolus: *Quantum noster homo, qui foris est, corrumpitur; tantum is, qui intus est, renovatur de die in diem* [p]. Id quoque de Scriptura sacra intelligatur, ac dicatur, quæ moraliter homo consideratur. Quo enim magis littera ab ea subducitur, eo abundat spiritus; ac quantum temporanei cultus umbræ transeunt, tantum splendidissima lucidissimaque ac quæ umbra careat, fidei veritas invadit; secundum quam, ac in cujus gratiam principaliter tum est, tum scripta est, vocaturque Scriptura, spiritalis gratiæ munere menti impressa: quemadmodum etiam qui in nobis est homo, propter animam ratione ac mente præditam, primo maxime homo est, ac appellatur; per quam, ac cujus causa imago est, ac similitudo Dei, qui ipsum creavit, atque a reliquis natura animantibus discretus est, nullam eis affinem relationis vim, ac cum eis genuinam satis similitudinem habens.

B

C

D

CAPUT VII.

Quomodo homo mundus dicatur, ac qua ratione etiam homo mundus.

Mundus homo mystice, et homo mundus. — Mundus visibilis moriturus tumque suscitandus. —

ΚΕΦΑΛ. Ζ'.

Πῶς καὶ ποίῳ τρόπῳ ἄνθρωπος λέγεται καὶ ἡ ἁγία Γραφή.

Ὥσπερ δὲ τῇ κατὰ ἀναγωγὴν θεωρίᾳ τὴν Ἐκκλησίαν ἔλεγεν ἄνθρωπον εἶναι πνευματικὸν, μυστικὴν δὲ Ἐκκλησίαν τὸν ἄνθρωπον· οὕτω δὴ καὶ τὴν ἁγίαν πᾶσαν κατὰ συναίρεσιν Γραφὴν, ἄνθρωπον ἔφασκεν εἶναι· τὴν μὲν Παλαιὰν Διαθήκην, ἔχουσαν σῶμα· ψυχὴν δὲ καὶ πνεῦμα καὶ νοῦν, τὴν Καινήν. Καὶ πάλιν, ὅλης τῆς ἁγίας Γραφῆς, Παλαιᾶς τέ φημι καὶ Νέας, τὸ καθ' ἱστορίαν γράμμα, σῶμα· τὸν δὲ νοῦν τῶν γεγραμμένων, καὶ τὸν σκοπὸν, πρὸς ὃν ὁ νοῦς ἀποτέτακται, ψυχήν. Ὅπερ ἀκούσας ἐγὼ, μάλιστα τῆς εἰκασίας ἠγάσθην τὸ ἀκριβὲς, καὶ τὸν κατ' ἀξίαν ἑκάστῳ διανέμοντα χαρίσματα, δεόντως ἀνύμνησα κατὰ δύναμιν. Ὡς γὰρ θνητὸς ὁ καθ' ἡμᾶς ἄνθρωπος, κατὰ τὸ φαινόμενον, κατὰ δὲ τὸ μὴ φαινόμενον, ἀθάνατος· οὕτω καὶ ἡ ἁγία Γραφὴ, τὸ μὲν φαινόμενον γράμμα, παρερχόμενον [31] ἔχουσα· τὸ δὲ κρυπτόμενον τῷ γράμματι πνεῦμα, μηδέποτε τοῦ εἶναι παυόμενον, ἀληθῆ τὸν λόγον τῆς θεωρίας συνίστησι. Καὶ ὥσπερ οὗτος ὁ καθ' ἡμᾶς ἄνθρωπος, φιλοσοφίᾳ κρατῶν τῆς ἐμπαθοῦς ὀρέξεώς τε καὶ ὁρμῆς, μαραίνει τὴν σάρκα· οὕτω καὶ ἡ ἁγία Γραφὴ νοουμένη πνευματικῶς, τὸ γράμμα ἑαυτῆς περιτέμνει. Φησὶ γὰρ ὁ θεῖος Ἀπόστολος, *Ὅσον ὁ ἔξω ἡμῶν ἄνθρωπος διαφθείρεται, τοσοῦτον ὁ ἔσω ἀνακαινοῦται ἡμέρᾳ καὶ ἡμέρᾳ.* Τοῦτο νοείσθω καὶ λεγέσθω καὶ ἐπὶ τῆς ἁγίας Γραφῆς, ἀνθρώπου τροπικῶς νοουμένης. Ὅσον γὰρ αὐτῆς τὸ γράμμα ὑποχωρεῖ, τοσοῦτον τὸ πνεῦμα πλεονεκτεῖ· καὶ ὅσον αἱ σκιαὶ τῆς προσκαίρου λατρείας παρατρέχουσι, τοσοῦτον ἡ ἀλήθεια τῆς πίστεως ἡ παμφαής τε καὶ ὁλολαμπὴς καὶ ἄσκιος ἐπεισέρχεται· καθ' ἣν καὶ δι' ἣν προηγουμένως καὶ ἔστι καὶ γέγραπται, καὶ Γραφὴ λέγεται, τῷ νῷ διὰ χάριτος πνευματικῆς ἐγχαραττομένη· ὥσπερ καὶ ὁ καθ' ἡμᾶς ἄνθρωπος, διὰ τὴν ψυχὴν τὴν λογικήν τε καὶ νοερὰν, προηγουμένως ἄνθρωπος μάλιστα καὶ ἔστι καὶ λέγεται· καθ' ἣν καὶ δι' ἣν εἰκών τε καὶ ὁμοίωσίς ἐστι Θεοῦ, τοῦ ποιήσαντος αὐτόν· καὶ τῶν λοιπῶν ζώων φυσικῶς ἀποδιώρισται, μηδεμίαν πρὸς αὐτὰ σχετικῆς δυνάμεως τὴν οἱανοῦν ἔμφασιν ἔχων.

ΚΕΦΑΛ. Ζ'.

Πῶς ὁ κόσμος ἄνθρωπος λέγεται· καὶ ποίῳ τρόπῳ καὶ ὁ ἄνθρωπος, κόσμος.

Κατὰ ταύτην δὲ πάλιν εὐμιμήτως τὴν εἰκόνα, καὶ τὸν κόσμον ὅλον τὸν ἐξ ὁρατῶν καὶ ἀοράτων συνιστά-

[p] II Cor. IV, 16.

VARIÆ LECTIONES.

[31] παρεχόμενον c. A.

Digitized by Google

μενον, ἄνθρωπον ὑπέβαλλεν εἶναι· καὶ κόσμον αὖ- A Juxta eamdem rursus scita imitatione similitudi-
θις, τὸν ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος ἄνθρωπον· ψυχῆς nem, cum universum mundum, iis ex rebus quæ
γὰρ λόγον ἐπέχειν ἔλεγε, τὰ νοητά· ὥσπερ καὶ ἡ in aspectum cadunt, et quæ non cadunt, constitu-
ψυχὴ, τῶν νοητῶν· καὶ σώματος τύπον[32] ἐπέχειν tum, hominem esse subjungebat; tum rursus
τὰ αἰσθητά· ὥσπερ καὶ τῶν αἰσθητῶν τὸ σῶμα. hominem ex anima ac corpore constantem, mun-
Καὶ ψυχὴν μὲν εἶναι τῶν αἰσθητῶν, τὰ νοητὰ, σῶμα dum. Intellectilia enim, animæ rationem præferre;
δὲ τῶν νοητῶν, τὰ αἰσθητά. Καὶ ὡς ψυχὴν ἠνοῦσαν uti et animam, intellectilium: atque ea quæ in
σώματι, τῷ αἰσθητῷ κόσμῳ τὸν νοητὸν εἶναι· καὶ sensum cadunt, corporis præferre typum; ut et
τῷ νοητῷ τὸν αἰσθητὸν, ὡς σῶμα τῇ ψυχῇ συγκρο- corpus, eorum quæ in sensum cadunt. Atque
τούμενον· καὶ ἕνα ἐξ ἀμφοῖν εἶναι κόσμον, ὥσπερ intellectilia quidem esse sensilium animam; sen-
καὶ ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος ἄνθρωπον ἕνα, μηδ' ἑτέ- silia vero, corpus intellectilium. Denique mundum
ρου τούτων, τῶν ἀλλήλοις καθ' ἕνωσιν συμπεφυκό- intelligibilem mundo huic sensili sic inesse, velut
των, θάτερον ἀρνουμένου καὶ ἀποπέμποντος, διὰ τὸν anima est in corpore; sensilemque intelligibili,
τοῦ συνδήσαντος νόμον· καθ' ὃν τῆς ἑνοποιοῦ δυνά- tanquam corpus instructum anima: unumque ex
μεως ὁ λόγος ἐνέσπαρται[33], μὴ συγχωρῶν τὴν καθ' ambobus exstare mundum, sicut etiam ex anima
ὑπόστασιν ἐπὶ τῇ ἑνώσει ταυτότητα τούτων ἀγνοη- B et corpore unus exsistit homo, neutro ex his, quæ
θῆναι, διὰ τὴν φυσικὴν ἑτερότητα· μηδ' εἶναι δυνα- per unitionem alterum alteri conjuncta sunt ac
τωτέραν πρὸς διάστασίν τε καὶ μερισμὸν τὴν ἕκα- coaluerunt, alterum inficiante ac repudiante, ob
στον τούτων ἑαυτῷ περιγράφουσαν ἰδιότητα, τῆς illius qui devinxit, legem; qua, virtutis unificæ
μυστικῶς καθ' ἕνωσιν αὐτοῖς ἐγτεθείσης φιλικῆς inspersa ratio est, non sinens, ut horum subsis-
συγγενείας, ἀποφανθῆναι· καθ' ἣν, ὁ καθ' ὅλου καὶ stendi ratione in unitione identitas in obscurum
εἷς τρόπος τῆς ἐν ὅλοις ἀφανοῦς καὶ ἀγνώστου παρ- cat ob distinctionem naturalem; neque ut pro-
ουσίας τῆς τῶν ὄντων συνεκτικῆς αἰτίας ποικίλως prietas, **507** horum quodque sibi ipsum defi-
πᾶσιν ἐνυπάρχων, καὶ καθ' ἑαυτὰ καὶ ἐν ἀλλήλοις τὰ niens, plus valere ad divisionem inque partes
ὅλα συνίστησιν ἄφυρτα καὶ ἀδιαίρετα· καὶ ἀλλήλων scissionem affirmans, quam amica mystice eis per
μᾶλλον, ἢ ἑαυτῶν κατὰ τὴν ἑνοποιὸν σχέσιν, ὄντα, unitionem indita cognatio ac affinitas; qua, uni-
παρίστησι· μέχρις οὗ λῦσαι παραστῇ τῷ συνδήσαντι, versalis unusque obscuræ atque ignotæ in uni-
μείζονος ἕνεκα καὶ μυστικωτέρας οἰκονομίας, κατὰ versis præsentiæ modus causæ rerum conservatri-
τὸν καιρὸν τῆς ἐλπιζομένης καθολικῆς συντελείας· cis varie in omnibus exsistens, cum ipsa per se
καθ' ἣν καὶ ὁ κόσμος, ὡς ἄνθρωπος, τῶν φαινομέ- tota, tum inter se inconfusa indivisaque constituit;
νων[34] τεθνήξεται, καὶ πάλιν ἀναστήσεται νέος ἐκ C magisque aliorum invicem, quam sua ipsorum per
γεγηρακότος, κατὰ τὴν παραυτίκα, προσδοκωμένην unificam illam habitudinem esse ostendit; donec
ἀνάστασιν· ἡνίκα καὶ ὁ καθ' ἡμᾶς ἄνθρωπος, ὡς μέ- illi ipsi qui devinxit, solvere visum fuerit, majo-
ρος τῷ ὅλῳ, καὶ μικρὸς[35] τῷ μεγάλῳ, συναναστήσεται ris abstrusiorisque providentiæ ac consilii gratia,
κόσμῳ, τὴν πρὸς τὸ μηκέτι δύνασθαι φθείρεσθαι κομι- quo tempore universalis illa consummatio fore
σάμενος δύναμιν· ὅταν ἐμφερῆ τῇ τε ψυχῇ τὸ σῶμα, exspectatur; quando et mundus hic rerum aspe-
καὶ τοῖς νοητοῖς τὰ αἰσθητὰ, κατ' εὐπρέπειαν καὶ ctabilium more hominis morietur, rursusque novus
δόξαν γενήσεται, μιᾶς ὅλοις κατ' ἐναργῆ τε καὶ ἐν- ex veterato resurget, in resurrectione quam mox
εργὸν[36] παρουσίαν, ἀναλόγως ἑκάστῳ θείας ἐπιφαι- deinceps futuram speramus: quando item noster
νομένης δυνάμεως, καὶ δι' ἑαυτῆς τὸν τῆς ἑνώσεως homo, velut pars cum toto, parvus mundus cum
ἕλυτον εἰς τοὺς ἀπείρους αἰῶνας συντηρούσης δεσμόν. magno suscitabitur, id consecutus, ut nihil dein-
ceps interitui noxæque corruptionis exsistat obnoxius; quando tum corpus animæ, tum sensilia
intellectilibus, decoris partibus ac claritatis quam simillima efficientur, una in universis per eviden-
tem ac efficacem præsentiam, pro cujusque modulo ac captu, elucente divina potentia, suaque ipsius
vi insolubile unitionis vinculum conservante in sæcula infinita.

Εἴ τις οὖν βούλεται καὶ βίον καὶ λόγον θεοφιλῆ καὶ D Si quis igitur trium, quos diximus, hominum
θεάρεστον ἔχειν, τῶν τριῶν τούτων ἀνθρώπων· τοῦ (mundi scilicet, Scripturæ sacræ, nostrique hujus
κόσμου τέ φημι, καὶ τῆς ἁγίας Γραφῆς, καὶ τοῦ hominis) vitam ac rationem piis institutam mori-
καθ' ἡμᾶς, τὰ κρείττω περὶ πολλοῦ ποιείτω καὶ τι- bus, ac Deo gratam habere velit, quæ sunt potiora
μιώτερα. Ψυχῆς μὲν, ὅση δύναμις ἐπιμελείσθω τῆς ac nobiliora plurimi faciat. Animæ quidem, quan-
ἀθανάτου καὶ θείας καὶ θεοποιηθησομένης ἐξ ἀρετῶν· tum per facultatem licuerit, curam agat, quæ im-
καὶ σαρκὸς καταφρονείτω τῆς ὑποκειμένης φθορᾷ mortalis atque divina, virtutumque ope deitate
καὶ θανάτῳ, καὶ τὸ τῆς ψυχῆς ἀμελούμενον ῥυπῶσαι donanda sit; carnem autem spernat, quæ sit inte-

VARIÆ LECTIONES.

[32] τόπον c. A. et Fr. [33] ἔσπαρται c. A. Fr. Περὶ ὑποστάσεως δόγμα ἀξιοτήρητον, καὶ περὶ τῆς τοῦ κόσμου συντελείας, καὶ ὅτι τῆς ἑνοποιοῦ δυνάμεως ὁ λόγος πᾶσιν ἐνέσπαρται. *Digna qua observetur, de hypostasi seu persona doctrina: et de mundi consummatione; quodque unifica virtutis ratio cunctis inspersa est.* [34] Fr. τῷ φαινομένῳ. [35] Homo parvus mundus, nec nisi errore in Gregorio et interpretibus, *magnus*. [36] Fr. ἐνεργῆτε καὶ ἔργοι.

Digitized by Google

ritioni mortique obnoxia, atque neglectam animæ dignitatem maculare valeat : *Corruptibile* enim *corpus*, inquit, *aggravat animam, et deprimit terrenum tabernaculum mentem multiplici cura anxiam* [q]. Et iterum : *Caro concupiscit adversus spiritum ; spiritus autem adversus carnem* [r]. Rursumque : *Qui seminat in carne sua, de carne metet corruptionem* [s]. Mente vero cum incorporeis ac intelligentibus cogitando certamen ineat, dimissis iis quæ sunt præsentia, ac quæ videntur : *Quæ enim videntur*, inquit, *temporalia sunt ; quæ autem non videntur, æterna* [t] ; in quibus nimirum præ habitus pacis multitudine Deus requiescit. **508** Denique ad Spiritum sanctum sagaci Scripturæ sacræ meditatione superata littera, sapienter emergat ; in quo exsistit bonorum plenitudo, suntque thesauri sapientiæ ac scientiæ absconditi [u] ; in quibus si quis versari dignus videbitur, Deum ipsum inveniet in cordis tabulis exaratum, per Spiritus gratiam revelata facie velut in speculo [v], amoto litteræ velamine, Dei gloriam contemplans.

A

B

CAPUT VIII.

Quorum symbola sint, tum primus sancta synaxeos introitus, tum quæ post ipsum peraguntur.

Post brevem earum, quæ a beato sene dictæ sunt in sanctam Ecclesiam contemplationum abstrusiorumque sensuum expositionem, accingit se jam, proceditque oratio, ut majori compendio etiam ea, quæ ad sanctam Ecclesiæ synaxim spectant, eloquatur. Primum igitur pontificis in ecclesiam introitum, cum sancta synaxis celebranda sit, primi ejus adventus, quo Filius Dei ac Salvator noster Christus per carnem in mundum istum intravit, typum præferre docebat ac imaginem ; vi cujus, corruptioni deditum humanum genus, sponteque morti, peccati noxa venditum, ac diaboli tyrannide oppressum, liberans ac redimens ; omni, quo illud tenebatur, exsoluto debito, tanquam ejus reus esset, qui nullius reus, atque ab omni immunis peccato erat, iterum ad regni, quod a principio erat, claritatem rediit, ubi se ipse redemptionis pretium dedisset ac commutationem, proque exitiosis nostris passionibus, vivificam passionem suam, medicabile remedium, et quo mundi totius salus paretur, rependisset. A quo deinceps adventu, ejus in cœlos ac supercœlestem thronum ascensus postliminioque restitutio, per ingressum pontificis in sacrarium, ac quo sedem sacerdotalem inscendit, symbolice figuratur.

C

D

509 CAPUT IX.

Quidnam populi quoque in sanctam ecclesiam ingressus significet.

Populi autem una cum antistite in ecclesiam ingressum, quod infideles ab ignorantia ac errore

δυναμένης ἀξίωμα. *Φθαρτὸν γὰρ σῶμα*, φησί, *βαρύνει ψυχὴν, καὶ βρίθει τὸ γεῶδες σκῆνος νοῦν πολυφρόντιδα.* Καὶ πάλιν, *Ἡ σὰρξ ἐπιθυμεῖ κατὰ τοῦ πνεύματος· τὸ δὲ πνεῦμα, κατὰ τῆς σαρκός.* Καὶ αὖθις, *Ὁ σπείρων εἰς τὴν σάρκα ἑαυτοῦ, ἐκ τῆς σαρκὸς θερίσει φθοράν.* Πρὸς δὲ τὰς ἀσωμάτους καὶ νοερὰς δυνάμεις κατὰ νοῦν διὰ νοήσεως κινησάτω τὴν ἀμιλλαν, ἀφεὶς τὰ παρόντα καὶ βλεπόμενα· *Τὰ γὰρ βλεπόμενα πρόσκαιρα*, φησί· *τὰ δὲ μὴ βλεπόμενα, αἰώνια·* αἷς διὰ τὸ πλῆθος τῆς κατ' εἰρήνην ἕξεως ὁ Θεὸς ἐναναπαύεται. Καὶ πρὸς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, δι' ἔμφρονος μελέτης τῆς ἁγίας Γραφῆς, ὑπερβὰς τὸ γράμμα, σωφρόνως ἀναφερέσθω· ἐν ᾧ τὸ πλήρωμα ὑπάρχει τῶν ἀγαθῶν, καὶ οἱ θησαυροὶ τῆς γνώσεως καὶ τῆς σοφίας ἀπόκρυφοι· ὧν εἴ τις ἐντὸς ἄξιος γενέσθαι φανήσεται, τὸν Θεὸν αὐτὸν εὑρήσει ταῖς πλαξὶ τῆς καρδίας ἐγγεγραμμένον διὰ τῆς ἐν πνεύματι χάριτος, ἀνακεκαλυμμένῳ προσώπῳ τὴν τοῦ Θεοῦ δόξαν ἐνοπτριζόμενος τῇ περιαιρέσει τοῦ κατὰ γράμμα καλύμματος.

ΚΕΦΑΛ. Η'.

Τίνων εἰσὶ σύμβολα, ἥ τε πρώτη τῆς ἁγίας συνάξεως εἴσοδος, καὶ τὰ μετ' αὐτὴν τελούμενα.

Ἥκει δὲ λοιπὸν ὁ λόγος ἡμῖν, μετὰ τὴν σύντομον ἔκθεσιν τῶν εἰρημένων περὶ τῆς ἁγίας Ἐκκλησίας θεωριῶν παρὰ τοῦ μακαρίου γέροντος, συντομωτέραν καὶ τὴν περὶ τῆς ἁγίας τῆς Ἐκκλησίας συνάξεως διήγησιν, ὡς οἷόν τε, ποιησόμενος. Τὴν μὲν οὖν πρώτην εἰς τὴν ἁγίαν Ἐκκλησίαν τοῦ ἀρχιερέως κατὰ τὴν ἱερὰν σύναξιν εἴσοδον, τῆς πρώτης τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Χριστοῦ διὰ σαρκὸς εἰς τὸν κόσμον τοῦτον παρουσίας τύπον καὶ εἰκόνα φέρειν, ἐδίδασκε· δι' ἧς τὴν δουλωθεῖσαν τῇ φθορᾷ καὶ παθοῦσαν [37] ὑφ' ἑαυτῆς τῷ θανάτῳ διὰ τῆς ἁμαρτίας, καὶ βασιλευομένην τυραννικῶς ὑπὸ τοῦ διαβόλου τῶν ἀνθρώπων φύσιν ἐλευθερώσας τε καὶ λυτρωσάμενος· πᾶσαν τὴν ὑπὲρ αὐτῆς ὀφειλὴν, ὡς ὑπεύθυνος ἀποδοὺς ὁ ἀνεύθυνος καὶ ἀναμάρτητος, πάλιν πρὸς τὴν ἐξ ἀρχῆς ἐπανήγαγε τῆς βασιλείας χάριν, ἑαυτὸν λύτρον ὑπὲρ ἡμῶν δοὺς καὶ ἀντάλλαγμα· καὶ τῶν ἡμετέρων φθοροποιῶν παθημάτων τὸ ζωοποιὸν αὐτοῦ πάθος ἀντιδοὺς, παιώνιον ἄκος καὶ παντὸς τοῦ κόσμου σωτήριον· μεθ' ἣν παρουσίαν, ἡ εἰς οὐρανοὺς αὐτοῦ καὶ τὸν ὑπερουράνιον θρόνον ἀνάβασίς τε καὶ ἀποκατάστασις συμβολικῶς τυποῦται, διὰ τῆς ἐν τῷ ἱερατείῳ τοῦ ἀρχιερέως εἰσόδου, καὶ τῆς εἰς τὸν θρόνον τὸν ἱερατικὸν ἀναβάσεως.

ΚΕΦΑΛ. Θ'.

Τίνος ἔχει δήλωσιν καὶ ἡ τοῦ λαοῦ εἰς τὴν ἁγίαν τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίαν εἴσοδος.

Τὴν δὲ τοῦ λαοῦ σὺν τῷ ἱεράρχῃ γενομένην εἰς τὴν Ἐκκλησίαν εἴσοδον, τὴν ἐξ ἀγνοίας καὶ πλάνης

[q] Sap. IX, 15. [r] Galat. V, 17. [s] Galat. VI, 8. [t] II Cor. IV, 18. [u] Coloss. II, 3. [v] II Cor. III, 18.

VARIÆ LECTIONES.

[37] παθεῖσαν c. A et Fr.

Digitized by Google

εἰς ἐπίγνωσιν Θεοῦ ἐπιστροφὴν τῶν ἀπίστων, καὶ τὴν ἀπὸ κακίας καὶ ἀγνωσίας εἰς ἀρετὴν καὶ γνῶσιν, μετάθεσιν τῶν πιστῶν σημαίνειν, ὁ μακάριος ἔλεγε γέρων. Οὐ γὰρ μόνον τὴν ἐπὶ τὸν ἀληθινὸν Θεὸν ἐπιστροφὴν τῶν ἀπίστων ἡ εἰς τὴν ἐκκλησίαν εἴσοδος παραδηλοῖ· ἀλλὰ καὶ ἑκάστου ἡμῶν τῶν πιστευόντων μὲν, ἀθετούντων δὲ τὰς ἐντολὰς τοῦ Κυρίου δι' ἀγωγῆς ἀκολάστου καὶ ἀσχήμονος βίου, τὴν διὰ μετανοίας διόρθωσιν. Πᾶς γὰρ ἄνθρωπος, εἴτε φονεὺς, εἴτε μοιχὸς, εἴτε κλέπτης, εἴτε ὑπερήφανος, εἴτε ἀλαζὼν, ἢ ὑβριστὴς, ἢ πλεονέκτης, ἢ φιλάργυρος, ἢ κατάλαλος, ἢ μνησίκακος, ἢ πρὸς θυμὸν καὶ ὀργὴν εὐάγωγος, ἢ λοίδορος, ἢ συκοφάντης, ἢ ψίθυρος, ἢ φθόνῳ εὐχείρωτος, ἢ μέθυσος· καὶ ἁπλῶς, ἵνα μὴ πάντα τὰ τῆς κακίας εἴδη ἀπαριθμούμενος μηκύνω τὸν λόγον, ὅστις ὑφ' οἱασδήποτε κακίας ἐνεχόμενος, ἐπὸν τοῦ ἑκουσίως κατ' ἐπιτήδευσιν ἐνέχεσθαι καὶ ἐνεργεῖν κατὰ πρόθεσιν παύσοιτο, καὶ μεταβαλοῖ τὸν βίον ἐπὶ τὸ κρεῖττον, τῆς κακίας τὴν ἀρετὴν ἀνθαιρούμενος· ὁ τοιοῦτος κυρίως τε καὶ ἀληθῶς Χριστῷ τῷ Θεῷ καὶ ἀρχιερεῖ νοείσθω τε καὶ λεγέσθω συνεισιέναι εἰς τὴν ἀρετὴν, Ἐκκλησίαν τροπικῶς νοουμένην.

A convertuntur; quodque fideles a pravitate ac inscitia ad virtutem ac scientiam traducuntur, beatus ille senex significare aiebat. Nedum enim infidelium ad verum solumque Deum, conversionem significat ille in ecclesiam ingressus; sed et nostrum cujusque, qui credimus quidem, alboque fidelium nomen dedimus, sed morum lascivia turpique vita Dominica violamus mandata, ac facimus irrita, pœnitentiæ laboribus institutam emendationem. Omnis enim sive homicida, sive adulter, sive fur, sive superbus, sive arrogans, aut contumeliosus, aut alieni appetitor, aut avarus, aut detractor, aut injuriarum memor, aut iracundus, aut convitiator, aut calumniator, aut susurro, aut quem invidia facile superet, aut ebriosus; vel, ut semel dicam (ne cuncta vitiorum genera enumerans prolixior sim), quisquis ullo vitio tenebatur, postquam sponte sua consulto his amplius teneri, ac voluntate operari desierit, vitiique loco virtutem præoptans meliori fruge vitam mutaverit; is proprie ac vere cum Christo Deo ac pontifice, in virtutem, quæ morali intelligentia Ecclesia est, simul introisse intelligatur atque dicatur.

B

ΚΕΦΑΛ. Ι'.

Τίνων εἰσὶ σύμβολον τὰ θεῖα ἀναγνώσματα.

Τὰς δὲ θείας τῶν πανιέρων βίβλων ἀναγνώσεις, τὰς θείας καὶ μακαρίας τοῦ παναγίου Θεοῦ βουλήσεις [38] τε καὶ βουλὰς ὑπεμφαίνειν, ἔλεγεν ὁ διδάσκαλος· δι' ὧν τὰς ὑποθήκας τῶν πρακτέων, ἀναλόγως ἕκαστος ἡμῶν, κατὰ τὴν ὑποῦσαν αὐτῷ δύναμιν, λαμβάνομεν· καὶ τοὺς τῶν θείων καὶ μακαρίων ἀγώνων νόμους μανθάνομεν· καθ' οὓς νομίμως ἀθλοῦντες, τῶν ἀξιονίκων τῆς Χριστοῦ βασιλείας ἀξιούμεθα στεφάνων.

C

CAPUT X.

Quorumnam divinæ lectiones sint symbola.

Divinas autem sacratissimorum librorum lectiones, divinas beatasque sanctissimi Dei voluntates ac consilia subinnuere, aiebat magister; ex quibus agendorum documenta ac præcepta, pro suo quisque captu, ac ejus quæ inest facultatis vi, accipimus; divinorumque ac beatorum certaminum leges discimus, pro quarum ratione legitime certantes, condignas Christi regno victrices coronas consequimur.

ΚΕΦΑΛ. ΙΑ'.

Τίνος ἐστὶ σύμβολον [39] τὰ θεῖα ᾄσματα.

trant in album referentes, Deoque manifestantes, ac pro eis preces votaque facientes; tum propter Spiritus sancti semper quidem inaspectabili ratione præsentem gratiam, peculiariter autem maxime quo tempore res sacra peragitur, singulos quosque qui inveniuntur transmutantem velutque transformantem, ac vere in id quod divinius est, pro ipsorum captu ac modo traducentem atque ad id, quod mysteria quæ peraguntur significant, deducentem (etsi is cui talia accidunt haud sensu percipiat, si modo ex illis est, qui in Christo parvuli sunt, nec in eorum quæ fiunt profundum intueri valent), quam denique singula iis ritibus instituta, divina salutis symbola, ut ferunt, gratiam, serie quadam ac ordine, ab iis quæ proxima sunt ab omnium usque finem, in eis præstantem ac efficientem.

Atque in primo quidem introitu infidelitatis ejectionem, fidei augmentum, vitii extenuationem, virtutis accretionem, ignorantiæ abolitionem, scientiæ accessionem. Per divinorum autem eloquiorum auditionem, horum quæ dicta sunt (fidei scilicet, virtutis ac scientiæ) firmos tenacesque habitus ac dispositiones. Per ea autem quæ hæc consequuntur, divina cantica, spontaneum animæ in virtutes consensum, ac quam ea ex illis spiritalem menteque tenus voluptatem sumit et jucunditatem. Per sacram vero sancti Evangelii lectionem, terreni sensus, tanquam ejus mundi qui sensu percipitur, consummationem. Per portarum autem deinceps occlusionem, eum, qui secundum affectum est, a mundo hoc corruptibili, ad mundum intelligibilem, animæ transitum ac **519** traductionem; vi cujus tanquam fores sensus occludens, a peccati simulacris mundos eos reddit. Per sanctorum autem mysteriorum ingressum, perfectiorem abstrusioremque ac novam Dei in nostrum usum dispensationis doctrinam ac scientiam. Per divinum osculum ac salutationem, omnium cum omnibus, ac prius cujusque secum ac cum Deo concordiæ, consensusque animorum ac dilectionis eamdem vim ac rationem. Per Symboli fidei confessionem, congruam gratiarum actionem ob inauditos ac mirabiles parandæ nostræ salutis modos. Per Trisagium hymnum, unionem cum sanctis angelis, paremque cum illis dignitatem, nec finem unquam habituram divinæ glorificationis modulatam consonantiam. Per orationem, qua Deum Patrem vocare conceditur, quæ in spiritu est, verissimam adoptionem. Per illud, *Unus Sanctus*, et quæ sequuntur, unificam cum Deo unionem ac necessitudinem. Per sacram, qua impollutis ac vivificis mysteriis impartimur, communionem, illam cum ipso, quanta mortalibus concessa est, ex similitudine societatem ac identitatem; per quam homo hoc consequitur, ut ex homine in Deum transferatur. Quæ enim hic, ac mortalem agentes vitam, per gratiam quæ in fide est, percipere nos sancti Spiritus dona credimus; hæc vere in futuro sæculo, et ut reipsa ita sit, secundum

γραφομένους ἑκάστοτε τοὺς εἰσιόντας καὶ ἐμφανίζοντας τῷ Θεῷ, καὶ τὰς ὑπὲρ αὐτῶν δεήσεις ποιουμένους· καὶ διὰ τὴν ἀοράτως ἀεὶ μὲν παροῦσαν τοῦ ἁγίου Πνεύματος χάριν, ἰδιοτρόπως δὲ μάλιστα κατὰ τὸν καιρὸν τῆς ἁγίας συνάξεως, καὶ ἕκαστον τῶν εὑρισκομένων μεταποιοῦσάν τε καὶ μετασχευάζουσαν, καὶ ἀληθῶς[54] μεταπλάττουσαν ἐπὶ τὸ θειότερον ἀναλόγως ἑαυτῷ, καὶ πρὸς τὸ δηλούμενον διὰ τῶν τελουμένων μυστηρίων ἄγουσαν· κἂν αὐτὸς μὴ αἰσθάνηται, εἴπερ τῶν ἔτι κατὰ Χριστὸν νηπίων ἐστί· καὶ εἰς τὸ βάθος τῶν γινομένων ὁρᾷν ἀδυνατεῖ, καὶ τὴν δηλουμένην δι' ἑκάστου τῶν τελουμένων θείων συμβόλων τῆς σωτηρίας ἐν αὐτῷ χάριν ἐνεργοῦσαν, καθ' εἱρμὸν καὶ τάξιν ἀπὸ τῶν προσεχῶν μέχρι τοῦ πάντων τέλους ὁδεύουσαν.

Κατὰ μὲν πρώτην εἴσοδον ἀπιστίας ἀποβολήν, πίστεως αὔξησιν, κακίας μείωσιν, ἀρετῆς ἐπίδοσιν, ἀγνοίας ἀφανισμόν, γνώσεως προσθήκην. Διὰ δὲ τῆς ἀκροάσεως τῶν θείων λογίων, τὰς τῶν εἰρημένων τούτων, πίστεώς φημι καὶ ἀρετῆς καὶ γνώσεως, παγίας καὶ ἀμεταθέτους ἕξεις τε καὶ διαθέσεις. Διὰδὲ τῶν ἐπὶ τούτοις θείων ᾀσμάτων, τὴν πρὸς τὰς ἀρετὰς τῆς ψυχῆς ἑκούσιον συγκατάθεσιν, καὶ τὴν ἐπ' αὐταῖς ἐγγινομένην αὐτῇ νοερὰν ἡδονὴν καὶ τερπνότητα. Διὰ δὲ τῆς ἱερᾶς ἀναγνώσεως τοῦ ἁγίου Εὐαγγελίου, τὴν τοῦ χοϊκοῦ φρονήματος, ὥσπερ αἰσθητοῦ κόσμου, συντέλειαν. Διὰ δὲ τῆς μετὰ ταῦτα τῶν θυρῶν κλείσεως, τὴν κατὰ διάθεσιν ἀπὸ τούτου τοῦ φθαρτοῦ κόσμου πρὸς τὸν νοητὸν κόσμον μετάβασιν τῆς ψυχῆς καὶ μετάθεσιν· δι' ἧς τὰς αἰσθήσεις, θυρῶν δίκην, μύσασα, τῶν καθ' ἁμαρτίαν εἰδώλων καθαρὰς ἀπεργάζεται. Διὰ δὲ τῆς εἰσόδου τῶν ἁγίων μυστηρίων, τὴν τελειωτέραν καὶ μυστικωτέραν καὶ καινὴν περὶ τὴν εἰς ἡμᾶς οἰκονομίαν τοῦ Θεοῦ διδασκαλίαν καὶ γνῶσιν. Διὰ δὲ τοῦ θείου ἀσπασμοῦ, τὴν πάντων πρὸς πάντας καὶ πρὸς ἑαυτὸν ἑκάστου πρότερον καὶ τὸν Θεὸν, ὁμονοίας καὶ ὁμογνωμοσύνης καὶ ἀγάπης ταυτότητα. Διὰ δὲ τῆς τοῦ συμβόλου τῆς πίστεως ὁμολογίας, τὴν ἐπὶ τοῖς παραδόξοις τρόποις τῆς σωτηρίας ἡμῶν πρόσφορον εὐχαριστίαν. Διὰ δὲ τοῦ Τρισαγίου, τὴν πρὸς τοὺς ἁγίους ἀγγέλους ἕνωσίν τε καὶ ἰσοτιμίαν, καὶ τὴν ἄπαυστον τῆς ἁγιαστικῆς δοξολογίας τοῦ Θεοῦ σύμφωνον εὐτονίαν. Διὰ δὲ τῆς προσευχῆς, δι' ἧς Πατέρα καλεῖν τὸν Θεὸν ἀξιούμεθα, τὴν ἐν χάριτι τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἀληθεστάτην υἱοθεσίαν. Διὰ δὲ τοῦ, *Εἷς Ἅγιος*, καὶ τῶν ἑξῆς, τὴν πρὸς αὐτὸν τὸν Θεὸν ἑνοποιὸν χάριν καὶ οἰκειότητα. Διὰ δὲ τῆς ἁγίας μεταλήψεως τῶν ἀχράντων καὶ ζωοποιῶν μυστηρίων, τὴν πρὸς αὐτὸν κατὰ μέθεξιν ἐνδεχομένην δι' ὁμοιότητος κοινωνίαν τε καὶ ταυτότητα· δι' ἧς γενέσθαι θεὸς ἐξ ἀνθρώπου καταξιοῦται ὁ ἄνθρωπος. Ὧν γὰρ ἐνταῦθα κατὰ τὴν παροῦσαν ζωὴν, διὰ τῆς ἐν πίστει χάριτος, πιστεύομεν μετειληφέναι δωρεῶν τοῦ ἁγίου Πνεύματος, τούτων ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι κατὰ ἀλήθειαν ἐνυποστάτως αὐτῷ τῷ πράγματι, κατὰ τὴν ἄπτωτον ἐλπίδα τῆς πίστεως ἡμῶν, καὶ τὴν τοῦ ἐπαγγειλομέ-

[54] ἀληθῶς c. A. R. ἀληθῶς εἰπεῖν. VARIÆ LECTIONES.

Digitized by Google

γου βεβαίαν καὶ ἀπαράβατον ὑπόσχεσιν, φυλάξαντες κατὰ δύναμιν τὰς ἐντολὰς, πιστεύομεν καταλήψεσθαι [88], μεταβαίνοντες ἀπὸ τῆς ἐν πίστει χάριτος, εἰς τὴν κατ' εἶδος χάριν· μεταποιοῦντος ἡμᾶς πρὸς ἑαυτὸν δηλαδὴ τοῦ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· τῇ περιαιρέσει τῶν ἐν ἡμῖν τῆς φθορᾶς γνωρισμάτων, καὶ τὰ παραδειχθέντα διὰ τῶν ἐνταῦθα αἰσθητῶν συμβόλων ἡμῖν ἀρχέτυπα χαριζομένου μυστήρια.

A spem firmam nostræ fidei, ac ejus qui pollicitus est incommutabilem certamque omnino promissionem, ubi pro virili nostra facultate mandata servaverimus, percepturos nos credimus, qui a gratia quæ in fide est, ad gratiam quæ est secundum speciem transituri simus; Deo scilicet ac Servatore nostro Jesu Christo nos in se transmutante, necnon corruptionis mortalisque in nobis vitæ notas abolendo, per ea symbola quæ in sensum cadunt, hic nobis tantisper monstrata, primitiva mysteria largiente.

Διὰ δὲ τὸ εὐμνημόνευτον, εἰ δοκεῖ, τὴν τῶν εἰρημένων δύναμιν κατ' ἐπιτομὴν ἐπιδραμόντες, οὕτω κεφαλαιώσωμεν. Ἔστι μὲν οὖν ἡ ἁγία Ἐκκλησία τύπος, ὡς εἴρηται, καὶ εἰκὼν, τοῦ μὲν Θεοῦ· διότι ἣν ἐργάζεται κατὰ τὴν ἄπειρον αὐτοῦ δύναμιν καὶ σοφίαν, περὶ τὰς διαφόρους τῶν ὄντων οὐσίας ἀσύγχυτον ἕνωσιν, ὡς δημιουργὸς κατ' ἄκρον ἑαυτῷ συνέχων· καὶ κατὰ μίαν τῆς πίστεως καὶ χάριν καὶ κλῆσιν τοὺς πιστοὺς ἀλλήλοις ἑνοειδῶς συνάπτουσα· τοὺς δὲ πρακτικοὺς καὶ ἐναρέτους, κατὰ μίαν γνώμης ταυτότητα· τοὺς δὲ θεωρητικοὺς καὶ γνωστικοὺς πρὸς τούτοις καὶ καθ' ὁμόνοιαν ἀῤῥαγῆ καὶ ἀδιαίρετον.

Summa dictorum ac recapitulatio. — Ut autem memoriæ consulatur, si libet, eorum quæ data sunt vim breviter percurrentes, ita in summam redigamus. Est igitur sancta Ecclesia, uti dictum B est, Dei quidem figura ac imago; quod nimirum quam ille infinita potentia sua ac sapientia erga distinctas rerum essentias inconfusam unitionem facit, tanquam opifex ac conditoris jure summa **520** quadam necessitudine seipso connectens; eam quoque illa per fidei gratiam in fidelibus operetur, omnes quidem fideles secum ipsos uniformiter per fidei unam gratiam ac vocationem conjungens; eos autem qui actionem ac virtutem colunt, ad hæc vero etiam eos qui contemplationem ac

per unam voluntatis animorumque consensionem; scientiam, per firmissimam, omnemque divisionis ac rimæ noxam respuentem, concordiam

Τοῦ δὲ κόσμου, τοῦ τε νοητοῦ καὶ τοῦ αἰσθητοῦ τύπος ἐστίν· ὡς τοῦ νοητοῦ κόσμου τὸ ἱερατεῖον σύμβολον ἔχουσα· τοῦ αἰσθητοῦ δὲ, τὸν ναόν.

Mundi autem, tum ejus qui mente sola, tum qui sensu percipitur, figura est; ut quæ mundi intelligibilis sacrarium, symbolum habeat; hujus autem qui in sensum cadit, templum.

Ἀνθρώπου δὲ πάλιν εἰκών ἐστιν, ὡς τὴν ψυχὴν διὰ τοῦ ἱερατείου μιμουμένη· τὸ δὲ σῶμα, διὰ τοῦ ναοῦ προβαλλομένη. Αὐτῆς δὲ τῆς ψυχῆς καθ' ἑαυτὴν νοουμένης τύπος ἐστὶ καὶ εἰκὼν, ὡς τοῦ θεωρητικοῦ διὰ τοῦ ἱερατείου φέρουσα τὸ ἐπίδοξον· τοῦ δὲ πρακτικοῦ διὰ τοῦ ναοῦ τὸ κόσμιον ἔχουσα. C

Rursus vero imago est hominis, ut quæ animæ per sacrarium speciem referat; per templum autem corpus præferat. Ipsius autem animæ ut ipsa secundum se ac seorsum consideratur, figura est ac imago, ut quæ per sacrarium ejus partis quæ contemplationi studet claritatem ferat; per templum autem ejus quæ actioni, ornatum decoremque obtineat.

Τῆς δὲ τελουμένης ἐν αὐτῇ ἁγίας συνάξεως, ἡ μὲν πρώτη εἴσοδος γενικῶς μὲν δηλοῖ τὴν πρώτην τοῦ Θεοῦ ἡμῶν παρουσίαν· ἰδικῶς δὲ, τὴν δι' αὐτοῦ καὶ σὺν αὐτῷ τῶν ἐξ ἀπιστίας εἰς πίστιν, καὶ ἀπὸ κακίας εἰς ἀρετὴν, καὶ ἀπὸ ἀγνωσίας εἰς γνῶσιν εἰσαγομένων ἐπιστροφήν.

Ejus autem quæ in ea peragitur sacræ synaxeos; primus quidem introitus generaliter quidem primum Christi Dei nostri adventum significat; proprie vero, eam, quæ per ipsum, ipsoque auspice est, eorum qui ab infidelitate ad fidem, et a vitio ad virtutem, atque ab ignorantia ad scientiam ducuntur conversionem. D

Τὰ δὲ γινόμενα μετ' αὐτὴν ἀναγνώσματα, γενικῶς μὲν, τὰ θεῖα θελήματά τε καὶ βουλήματα, καθ' ἃ χρὴ τοὺς πάντας παιδεύεσθαί τε καὶ πολιτεύεσθαι, μηνύει· ἰδικῶς δὲ, τὴν κατὰ τὴν πίστιν διδασκαλίαν καὶ προκοπὴν τῶν πιστευσάντων· καὶ τῶν πρακτικῶν τὴν κατ' ἀρετὴν παγίαν διάθεσιν· καθ' ἣν τῷ θείῳ νόμῳ στοιχοῦντες τῶν ἐντολῶν ἀνδρικῶς τε καὶ ἀκλονήτως ἵστανται πρὸς τὰς μεθοδείας τοῦ διαβόλου, καὶ τὰς ἀντικειμένας ἐνεργείας διαδιδράσκουσι· καὶ τῶν γνωστικῶν τὴν κατὰ θεωρίαν ἕξιν· καθ' ἣν τοὺς τῶν αἰσθητῶν καὶ τῆς ἐπ' αὐτοῖς προ-

Quæ autem ab eo sequuntur lectiones, generaliter quidem divinas voluntates et consilia designant, ex quorum ratione necesse est, ut omnes erudiantur vitamque instituant; proprie autem, eorum qui crediderunt fidei doctrinam atque profectum; tum scilicet eorum, qui actionem colunt, firmam virtutis dispositionem; qua, divinam mandatorum legem sectantes, virili infractaque constantia adversus diaboli insidias consistunt, eorumque occultam vim ac molitiones cavent atque fugiunt; tum vero qui scientiam colunt studentque sapientiæ, contemplatio-

VARIÆ LECTIONES.

[88] μεταλήψ. c. A. et Fr.

Digitized by Google

nis habitum; cujus munere, rerum in sensum cadentium spiritalisque in eis providentiæ rationes colligentes, absque errore ad veritatem currunt.

Divinæ autem canticorum modulationes, divinam jucunditatem ac voluptatem omnium animis innascentem; qua mystice roborati, superiorum omnium **521** virtutis cultu laborum oblivionem sumentes, ad eorum quæ reliqua sunt, divinorum incorruptibiliumque bonorum vehemens contentumque vegeti ac alacres accenduntur desiderium.

Sanctum autem Evangelium, generaliter quidem hujus sæculi consummationis est symbolum; proprie vero, eorum qui crediderunt, perfecte omnique ex parte antiqui erroris abolitionem designat; tumque eorum qui actionem colunt, mortificationem, legisque ac sensus carnis, seu ejus prudentiæ consummationem; tum eorum qui sapientiam ac contemplationem, plurium ac diversarum rationum in amplissimam unam maximique ambitus rationem, coercitionem ac relationem; nempe consummata illis nactaque terminum, quæ fusior expatiatur, ac magis varia est, naturali contemplatione ac speculatione.

Pontificis autem e sede descensus, ac catechumenorum ejectio, generaliter quidem significat, secundum magni Dei ac Salvatoris nostri Jesu Christi e cœlis adventum, ac peccatorum a sanctis segregationem, justamque pro cujusque meritis retributionem; proprie autem, perfectam eorum qui crediderunt in fide certitudinem, quam facit Deus ac Verbum invisibili ratione adveniens; per quam, omnis ullo modo claudicans in fide (instar catechumeni) cogitatio atque ratio ab eis expellitur: eorum autem qui colunt actionem, perfectam imperturbati animi tranquillitatem, per quam libidinosa omnis, nec illuminatione donata cogitatio, ab anima decedit; eorum vero qui sapientiam ac contemplationem, altiorem cognita complexu continentem scientiam, cujus munere ac luce terrenorum simulacra omnia ab anima diffugiant.

Quod autem clauduntur fores, sanctorumque mysteriorum ingressus, necnon divinum osculum, ac Symboli fidei exclamatio, generaliter quidem significant, præterire quæ in sensum cadunt, eaque manifestanda quæ mente intelliguntur; novam item divini erga nos mysterii doctrinam; omniumque cum omnibus, seipsis pariter ac Deo, futuram concordiæ ac consensionis ac dilectionis vim unam; ejusque salutis ergo, quam iis modis consecuti sumus, gratiarum actionem. Proprie autem, fidelium quidem a simplici fide ad dogmatum doctrinam et initiationem consensumque **522** ac gratiarum actionem, profectum (nam primum significat quod clauduntur fores; alterum, sanctorum mysteriorum introitus; tertium, osculum sive amplexus et salutatio; quartum, symboli exclamatio): eorum autem qui colunt actionem, ab actione ad contemplationem

A νοίας πνευματικοὺς κατὰ δύναμιν συλλεγόμενοι λόγους, ἁπλανῶς πρὸς τὴν ἀλήθειαν φέρονται.

Τὰ δὲ θεῖα τῶν ᾀσμάτων μελίσματα, τὴν ἐγγινομένην ταῖς ἁπάντων[86] ψυχαῖς θείαν ἡδονὴν καὶ τερπνότητα· καθ' ἣν μυστικῶς ῥωννύμεναι, τῶν μὲν παρελθόντων τῆς ἀρετῆς ἐπιλανθάνονται πόνων· πρὸς δὲ τὴν τῶν λειπομένων θείων καὶ ἀκηράτων ἀγαθῶν, νεάζουσι εὐτονον ἔφεσιν.

Τὸ δὲ ἅγιον Εὐαγγέλιον, γενικῶς μὲν σύμβολόν ἐστι τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος τούτου· ἰδικῶς δὲ, τῶν μὲν πιστευσάντων δηλοῖ τὸν παντελῆ τῆς ἀρχαίας πλάνης ἀφανισμόν· τῶν δὲ πρακτικῶν, τὴν νέκρωσιν καὶ συντέλειαν τοῦ κατὰ σάρκα νόμου τε B καὶ φρονήματος· τῶν δὲ γνωστικῶν, τὴν πρὸς τὸν συνεκτικώτατον λόγον τῶν πολλῶν καὶ διαφόρων λόγων συναγωγήν τε καὶ ἀναφοράν, συντελεσθείσης αὐτοῖς καὶ περατωθείσης τῆς διεξοδικωτέρας καὶ ποικιλωτέρας φυσικῆς θεωρίας.

Ἡ δὲ τοῦ ἀρχιερέως ἀπὸ τοῦ θρόνου κατάβασις, καὶ ἡ τῶν κατηχουμένων ἐκβολὴ, γενικῶς μὲν σημαίνει τὴν ἀπ' οὐρανοῦ δευτέραν τοῦ μεγάλου Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ παρουσίαν, καὶ τὸν ἀπὸ τῶν ἁγίων ἀφορισμὸν τῶν ἁμαρτωλῶν· καὶ τὴν δικαίαν πρὸς τὴν ἑκάστου ἀξίαν ἀμοιβήν· ἰδικῶς δὲ, τὴν τελείαν ἐν πίστει τῶν πιστευσάντων[87] C πληροφορίαν, ἣν ποιεῖ παραγινόμενος ἀοράτως ὁ Θεὸς καὶ Λόγος· δι' ἧς πᾶς ἔτι καθ' ὁτιοῦν σκάζων κατὰ τὴν πίστιν λογισμὸς κατηχουμένου τρόπον, αὐτῶν ἀπελαύνεται· τῶν δὲ πρακτικῶν, τὴν τελείαν ἀπάθειαν, δι' ἧς πᾶς ἐμπαθὴς καὶ ἀφώτιστος λογισμὸς τῆς ψυχῆς ἀπογίνεται· τῶν δὲ γνωστικῶν, τὴν συνεκτικὴν ἐπιστήμην τῶν ἐπεγνωσμένων[88]· δι' ἧς πᾶσαι τῶν ὑλικῶν αἱ εἰκόνες τῆς ψυχῆς ἐκδιώκονται.

Ἡ δὲ κλεῖσις τῶν θυρῶν, καὶ ἡ τῶν ἁγίων μυστηρίων εἴσοδος, καὶ ὁ θεῖος ἀσπασμὸς, καὶ ἡ τοῦ συμβόλου τῆς πίστεως ἐκφώνησις, γενικῶς μὲν δηλοῖ τὴν τῶν αἰσθητῶν πάροδον, καὶ τὴν τῶν νοητῶν φανέρωσιν, καὶ τὴν καινὴν τοῦ περὶ ἡμᾶς θείου D μυστηρίου διδαχὴν, καὶ τὴν πρὸς πάντας πάντων ἑαυτούς τε καὶ τὸν Θεὸν γενησομένην ὁμονοίας καὶ ὁμογνωμοσύνης καὶ ἀγάπης ταυτότητα, καὶ τὴν ἐφ' οἷς ἐσώθημεν τρόποις εὐχαριστίαν· ἰδικῶς δὲ, τῶν μὲν πιστῶν τὴν ἀπὸ τῆς ἁπλῆς πίστεως εἰς τὴν ἐν δόγμασι διδαχὴν καὶ μύησιν, καὶ ὁμοφωνίαν καὶ εὐσέβειαν, προκοπὴν· τὸ γὰρ πρῶτον, ἡ τῶν θυρῶν δηλοῖ κλεῖσις. Τὸ δεύτερον δὲ, ἡ τῶν ἁγίων εἴσοδος· τὸ δὲ τρίτον, ὁ ἀσπασμός· καὶ τὸ τέταρτον, ἡ ἐκφώνησις τοῦ συμβόλου· τῶν δὲ πρακτικῶν, τὴν ἀπὸ πράξεως εἰς θεωρίαν μυσάντων τὰς αἰσθήσεις καὶ ἔξω σαρκὸς καὶ κόσμου γενομένων διὰ τῆς ἀποβολῆς τῶν

VARIÆ LECTIONES.

[86] Fr. πάντων. [87] πιστευόντων C. A. et Fr. [88] ἐγνωσμένων C. A. et Fr.

Digitized by Google

κατ' αὐτὰς ἐνεργειῶν, μετάθεσιν, καὶ τὴν ἀπὸ τοῦ A τρόπου τῶν ἐντολῶν εἰς τὸν λόγον αὐτῶν ἀνάβασιν · καὶ τὴν αὐτῶν τῶν ἐντολῶν κατὰ τοὺς οἰκείους λόγους συγγενῆ πρὸς τὰς δυνάμεις τῆς ψυχῆς οἰκειότητά τε καὶ ἕνωσιν, καὶ τὴν πρὸς θεολογικὴν εὐχαριστίαν ἐπιτήδειον ἕξιν · τῶν δὲ γνωστικῶν, τὴν ἀπὸ τῆς φυσικῆς θεωρίας εἰς τὴν τῶν νοητῶν ἁπλῆν κατανόησιν · καθ' ἣν οὐδαμῶς δι' αἰσθήσεώς ἢ τινος τῶν φαινομένων ἔτι τὸν θεῖον καὶ ἄῤῥητον μεταδιώκουσι λόγον · καὶ τὴν πρὸς τὴν ψυχὴν τῶν αὐτῆς δυνάμεων ἕνωσιν, καὶ τὴν κατὰ νοῦν ἐνοειδῶς συλλαμβάνουσαν τὸν τῆς προνοίας λόγον ἁπλότητα.

(ubi sensus occluserint, necnon carne, mundoque eorum abjectis operationibus excesserint) translationem; ascensumque a mandatorum modo, ad eorum rationem; necnon ipsorum mandatorum juxta proprias rationes affinem cum animæ viribus necessitudinem ac unitionem; aptumque habitum ad eam, quæ ex theologiæ ratione est, gratiarum actionem: eorum vero qui sapientiam ac contemplationem, a naturali speculatione ad intelligibilium simplicem mentis considerationem; qua non amplius sensuum opera, ulliusve eorum ope, quæ sunt oculis conspicua, divinam arcanamque rationem persequuntur; animæ item facultatum cum ipsa unitionem; eam denique quæ animo uniformiter providentiæ rationem complectitur, simplicitatem.

Ἡ δὲ τοῦ Τρισαγίου ἄπαυστος τῶν ἁγίων ἀγγέλων B ἁγιαστικὴ δοξολογία, γενικῶς μὲν σημαίνει τὴν ἅμα τε καὶ ἐν ταὐτῷ γενησομένην κατὰ τὸν αἰῶνα τὸν μέλλοντα τῶν οὐρανίων καὶ ἐπιγείων δυνάμεων ἴσην καὶ πολιτείαν καὶ ἀγωγὴν καὶ συμφωνίαν τῆς θείας δοξολογίας, ἀθανατισθέντος τοῖς ἀνθρώποις τοῦ σώματος διὰ τῆς ἀναστάσεως, καὶ μηκέτι βαροῦντος τὴν ψυχὴν τῇ φθορᾷ, καὶ βαρουμένου · ἀλλὰ διὰ τῆς εἰς ἀφθαρσίαν ἀλλαγῆς πρὸς ὑποδοχὴν παρουσίας Θεοῦ λαβόντος καὶ δύναμιν καὶ ἐπιτηδειότητα · ἰδικῶς δὲ, τῶν μὲν πιστῶν τὴν πρὸς ἀγγέλους κατὰ τὴν πίστιν θεολογικὴν ἅμιλλαν · τῶν δὲ πρακτικῶν, τὴν ἰσάγγελον, ὡς ἐφικτὸν ἀνθρώποις, κατὰ τὸν βίον λαμπρότητα, καὶ τὴν εὐτονίαν τῆς θεολογικῆς ὑμνολογίας · τῶν δὲ γνωστικῶν, τὰς ἰσαγγέλους κατὰ τὸ δυνατὸν ἀνθρώποις περὶ θεότητος νοήσεις τε καὶ C ὑμνήσεις καὶ ἀεικινησίας.

Trisagii exclamatio. — Irrequieta autem sanctorum angelorum sanctificans Trisagii glorificatio, generaliter quidem significat, simul pariterque futuram in sæculo venturo, cœlestium ac terrestrium virtutum, parem vitæ rationem ac institutionem divinæque glorificationis consonam vocem, hominibus per resurrectionem immortali corpore donatis; tali scilicet, ut non amplius, qua ipsum gravitate laborat, gravet animam corruptione, sed commutata incorruptione, ad Dei suscipiendum adventum vim aptitudinemque obtineat; proprie autem, fidelium quidem cum angelis theologicum fidei certamen; eorum autem qui colunt actionem, comparem angelis, quoad homini concessum est, vitæ splendorem contentumque deitatis laudandæ studium atque ardorem; eorum vero qui sapientiam ac contemplationem, pares angelis, quantum fert humana conditio, de deitate cogitationes ac cantica, ac jugis motus agitationes.

Ἡ δὲ μακαρία τοῦ μεγάλου Θεοῦ καὶ Πατρὸς ἐπίκλησις, καὶ ἡ τοῦ, *Εἷς ἅγιος*, καὶ τῶν ἑξῆς ἐκφώνησις · καὶ ἡ τῶν ἁγίων καὶ ζωοποιῶν μυστηρίων μετάληψις, τὴν ἐπὶ πᾶσι καὶ ἐπὶ πάντων τῶν ἀξίων ἐσομένην διὰ τὴν ἀγαθότητα τοῦ Θεοῦ ἡμῶν υἱοθεσίαν, ἑνωσίν τε καὶ οἰκειότητα, καὶ ὁμοιότητα θείαν καὶ θέωσιν δηλοῖ · δι' ἧς πάντα ἐν πᾶσιν ἔσται τοῖς σῳζομένοις αὐτὸς ὁ Θεὸς, ὁμοίως · ὡς κάλλος ἀρχέτυπον κατ' αἰτίαν ἐμπρέπων τοῖς αὐτῷ δι' ἀρετῆς καὶ γνώσεως κατὰ χάριν ὁμοίως συμπρέπουσι.

Beata autem magni Dei ac Patris invocatio; illiusque, *Unus sanctus*, et quæ sequuntur, exclamatio; sanctorumque ac vivificorum mysteriorum perceptio, post omnia, inque omnibus dignis, Dei nostri benignitate futuram adoptionem, unitionemque ac conjunctionem, divinamque similitudinem ac deificationem **523** declarant; vi cujus ipse Deus omnia in omnibus similibus salute donandis erit, ceu primitivum decus secundum causæ rationem in eis per virtutem ac scientiam præstans, qui similiter cum eo præstantes erunt per gratiam.

Πιστοὺς δὲ καὶ ἐναρέτους καὶ γνωστικοὺς ἐκάλει, D τοὺς εἰσαγομένους καὶ τοὺς προκόπτοντας καὶ τοὺς τελείους, ἤγουν δούλους καὶ μισθίους καὶ υἱούς· τὰς τρεῖς τάξεις τῶν σῳζομένων. Δοῦλοι γάρ εἰσι, πιστοὶ, οἱ φόβῳ τῶν ἠπειλημένων ἐκπληροῦντες τοῦ δεσπότου τὰς ἐντολὰς, καὶ τοῖς πιστευθεῖσιν εὐνοϊκῶς ἐπεργαζόμενοι · μίσθιοι δὲ, οἱ πόθῳ τῶν ἐπηγγελμένων ἀγαθῶν βαστάζοντες μεθ' ὑπομονῆς τὸ βάρος τῆς ἡμέρας καὶ τὸν καύσωνα· τουτέστι, τὴν ἔμφυτον καὶ συνεζευγμένην τῇ παρούσῃ ζωῇ ἐκ τῆς προπατορικῆς καταδίκης θλῖψιν, καὶ τοὺς ἐπ' αὐτῇ ὑπὲρ

Porro fideles, virtuti deditos ac scientiam colentes, vocabat, qui inducuntur velutque rudimentarios, proficientes atque perfectos; id est, servos, mercenarios, filios; tres nempe ordines eorum, qui salute donantur. Servi enim sunt fideles, qui minarum metu, Domini mandata implent, et benevole ac candore animi in iis quæ fuerunt credita versantur. Mercenarii autem, qui bonorum promissorum cupiditate illecti, cum patientia pondus diei et æstum portant; eam scilicet quæ concreta est ac inolevit ei, quam agimus vitæ, exprimi parentis

VARIÆ LECTIONES.

[523] Fr. Πιστοὶ ἐνάρετοι · γνωστικοί. Εἰσαγόμενοι · προκόπτοντες · τέλειοι. Δοῦλοι · μίσθιοι · υἱοί. *Fideles, virtutis studentes, sapientia vacantes et spiritales; rudimentarii, proficientes, perfecti, servi, mercenarii filii.*

Digitized by Google

reatu, afflictionem, ac quæ inde virtutis causa tentationes obveniunt; quique vitam vita, præsenti futuram, per liberum animi propositum, sapienter commutant. Filii denique, qui neque minarum metu, nec promissorum cupiditate, sed modo illo ac habitu, quo in bonum honestumque propensa animi voluntate tendunt, a Deo nunquam separantur, velut filius ille, ad quem dictum est: *Fili, tu semper mecum es, et omnia mea tua sunt* [d]; hoc ipsum per adoptionem [*deificationem*], quæ est gratia, exsistentes, quoad ejus concessum est, quod Deus per naturam et causæ rationem tum est tum creditur esse.

A τῆς ἀρετῆς πειρασμούς· καὶ ζωῆς ζωὴν σοφῶς κατ' αὐθαίρετον γνώμην ἀνταλλάσσοντες, τῆς παρούσης τὴν μέλλουσαν. Υἱοὶ δὲ, οἱ μήτε φόβῳ τῶν ἠπειλημένων, μήτε πόθῳ τῶν ἐπηγγελμένων, ἀλλὰ τρόπῳ καὶ ἕξει τῆς πρὸς τὸ καλὸν κατὰ γνώμην τῆς ψυχῆς ῥοπῆς τε καὶ διαθέσεως, μηδέποτε τοῦ Θεοῦ χωριζόμενοι· κατ' ἐκεῖνον τὸν υἱόν, πρὸς ὃν εἴρηται, *Τέκνον, σὺ πάντοτε μετ' ἐμοῦ εἶ, καὶ τὰ ἐμὰ πάντα σά ἐστι*· τοῦτο κατὰ τὴν ἐν χάριτι θέσιν [60] ἐνδεχομένως ὑπάρχοντες, ὅπερ ὁ Θεὸς κατὰ τὴν φύσιν καὶ αἰτίαν καὶ ἔστι καὶ πιστεύεται.

Frequentanda ecclesia. — Ne ergo a sancta Dei Ecclesia abesse in animum inducamus, quæ tanta in divinorum symbolorum, quæ celebrantur, rituumque sancta ordinatione, salutis nostræ mysteria complectitur; quibus egregie quemque nostrum qui vitam virtute instituit, pro eo ac capit, consentanea Christo ratione fabricans, quod per sanctum baptisma in Spiritu sancto datum est adoptionis munus, Christianis moribus in palam producit: sed quanta facultas, omnique diligentia, dignos nos divinis muneribus exhibeamus, per bona opera placentes Deo; non conversantes *sicut gentes, quæ Deum ignorant, in passione desiderii* [e] ac libidine; sed sicut ait sanctus Apostolus: *Mortificantes membra quæ sunt super terram, fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiscentiam malam, et avaritiam, quæ est simulacrorum servitus; propter quæ venit ira Dei in filios contumaces;* **524** *omnemque iram et indignationem et turpem sermonem et mendacium* [f]: et, ut semel dicam, totum *veterem hominem, qui corrumpitur secundum desideria erroris* [g], *deponentes cum actibus suis* [h] *et desideriis, digne Deo ambulemus, qui vocavit nos in suum regnum et gloriam* [i]; *induentes nos viscera misericordiæ, benignitatem, submissionem, mansuetudinem, longanimitatem; supportantes invicem in charitate* [j], *et donantes nobismetipsis, si quis adversus aliquem habet querelam, sicut et Dominus donavit nobis. Super omnia, vinculum illud perfectionis, charitatem et pacem, in quam et vocati sumus in uno corpore* [k]: et, ut summa dicam, *novum hominem, qui renovatur in agnitionem, secundum imaginem ejus, qui creavit illum* [l]. Dum enim sic vitæ rationes componamus, poterimus utique in finem divinarum promissionum bona spe fulti venire, *et impleri agnitione voluntatis ejus, in omni sapientia et intellectu spirituali, fructificantes et crescentes in scientia Domini; in omni virtute confirmati secundum potentiam claritatis ejus, in omni patientia et longanimitate cum gaudio, gratias agentes Patri, qui idoneos nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine* [m].

Μὴ τοίνυν ἀπολειφθῶμεν τῆς ἁγίας τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίας, τοσαῦτα κατὰ τὴν τῶν τελουμένων θείων B συμβόλων ἁγίαν διάταξιν τῆς σωτηρίας ἡμῶν περιεχούσης μυστήρια, δι' ὧν ἕκαστον ἡμῶν καλῶς μάλιστα πολιτευόμενον ἀναλόγως ἑαυτῷ κατὰ Χριστὸν δημιουργοῦσα, τὸ δοθὲν διὰ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος ἐν Πνεύματι ἁγίῳ χάρισμα τῆς υἱοθεσίας, εἰς φανέρωσιν ἄγει κατὰ Χριστὸν πολιτευόμενον· ἀλλὰ πάσῃ δυνάμει τε καὶ σπουδῇ παραστήσωμεν ἑαυτοὺς ἀξίους τῶν θείων χαρισμάτων, δι' ἔργων ἀγαθῶν εὐαρεστοῦντας τῷ Θεῷ· μὴ ἀναστρεφόμενοι *κατὰ τὰ ἔθνη, τὰ μὴ εἰδότα Θεὸν, ἐν πάθει ἐπιθυμίας*· ἀλλὰ, καθὼς φησιν ὁ ἅγιος Ἀπόστολος, *Νεκρώσαντες τὰ μέλη τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, πορνείαν, ἀκαθαρσίαν, πάθος, ἐπιθυμίαν κακὴν, καὶ τὴν πλεονεξίαν, ἥτις ἐστὶν εἰδωλολατρεία· δι' ἃ ἔρχεται* C *ἡ ὀργὴ ἐπὶ τοὺς υἱοὺς τῆς ἀπειθείας· ὀργήν τε πᾶσαν, καὶ θυμὸν καὶ αἰσχρολογίαν καὶ ψεῦδος*· καὶ, συντόμως εἰπεῖν, πάντα *τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον, τὸν φθειρόμενον κατὰ τὰς ἐπιθυμίας τῆς ἀπάτης, ἀποθέμενοι σὺν ταῖς πράξεσιν αὐτοῦ καὶ ταῖς ἐπιθυμίαις, ἀξίως τοῦ Θεοῦ περιπατήσωμεν, τοῦ καλέσαντος ἡμᾶς εἰς τὴν αὐτοῦ βασιλείαν καὶ δόξαν· ἐνδυσάμενοι σπλάγχνα οἰκτιρμοῦ, χρηστότητα, ταπεινοφροσύνην, πραΰτητα* [61], *μακροθυμίαν· ἀνεχόμενοι ἀλλήλων ἐν ἀγάπῃ, καὶ χαριζόμενοι ἑαυτοῖς ἐάν τις πρός τινα ἔχῃ μομφὴν, καθὼς καὶ ὁ Κύριος* [62] *ἐχαρίσατο ἡμῖν, ἐπὶ πᾶσί τε τὸν σύνδεσμον τελειότητος, τὴν ἀγάπην καὶ τὴν εἰρήνην, εἰς ἣν καὶ ἐκλήθημεν ἐν ἑνὶ* D *σώματι*· καὶ, ἵνα συνελὼν εἴπω, *τὸν νέον ἄνθρωπον, τὸν ἀνακαινούμενον εἰς ἐπίγνωσιν κατ' εἰκόνα τοῦ κτίσαντος αὐτόν*. Οὕτω γὰρ ἂν βιοῦντες, δυνηθείημεν πρὸς τὸ τέλος ἐλθεῖν τῶν θείων ἐπαγγελιῶν, μετ' ἐλπίδος ἀγαθῆς πληρωθῆναί τε τὴν ἐπίγνωσιν τοῦ θελήματος αὐτοῦ, καὶ πάσῃ σοφίᾳ καὶ συνέσει πνευματικῇ καρποφοροῦντες, καὶ αὐξανόμενοι τῇ ἐπιγνώσει Κυρίου· ἐν πάσῃ δυνάμει δυναμούμενοι κατὰ τὸ κράτος τῆς δόξης αὐτοῦ, εἰς πᾶσαν οἰκοδομὴν [63] καὶ μακροθυμίαν μετὰ χαρᾶς, εὐχαριστοῦντες τῷ Πατρὶ, τῷ ἱκανώσαντι ἡμᾶς εἰς τὴν μερίδα τοῦ κλήρου τῶν ἁγίων ἐν τῷ φωτί.

[d] Luc xv, 31. [e] I Thess. iv, 5. [f] Coloss. iii, 5-9. [g] Ephes. iv, 22. [h] Coloss. iii, 9. [i] I Thess. ii, 12. [j] Ephes. iv, 2. [k] Coloss. iii, 12,-15. [l] ibid.-9 10. [m] Coloss. i, 9-12.

VARIÆ LECTIONES.

[60] θέωσιν A. C. et Fr. [61] Fr. πρκότητα. [62] Χριστός. C. A. [63] Græca habent ὑπομονήν.

Digitized by Google

Σαφὴς δὲ τῆς χάριτος ταύτης ἐστὶν ἀπόδειξις, ἡ πρὸς τὸ συγγενὲς δι' εὐνοίας ἑκούσιος συνδιάθεσις· ἧς ἔργον ἐστὶν, ὡς Θεὸν, οἰκειοῦσθαι κατὰ δύναμιν τὸν καθ' ὁτιοῦν τῆς ἡμῶν ἐπικουρίας δεόμενον ἄνθρωπον· καὶ μὴ ἐᾷν ἀτημέλητον καὶ ἀπρονόητον· ἀλλὰ σπουδῇ τῇ πρεπούσῃ κατ' ἐνέργειαν ἐνδείκνυσθαι ζῶσαν τὴν ἐν ἡμῖν πρός τε τὸν Θεὸν καὶ τὸν πλησίον διάθεσιν. Ἔργον γὰρ ἀπόδειξις διαθέσεως. Οὐδὲν γὰρ οὔτε πρὸς δικαιοσύνην οὕτω ῥᾴδιόν ἐστιν, οὔτε πρὸς θέωσιν (ἵν' οὕτως εἴπω) καὶ τὴν πρὸς Θεὸν ἐγγύτητα καθέστηκεν ἐπιτήδειον, ὡς ἔλεος ἐκ ψυχῆς εἰς τοὺς δεομένους μεθ' ἡδονῆς καὶ χαρᾶς προσφερόμενος. Εἰ γὰρ Θεὸν ὁ Λόγος τὸν εὖ παθεῖν δεόμενον ἔδειξεν. *Ἐφ' ὅσον γὰρ ἐποιήσατε*, φησὶν, *ἑνὶ τούτων τῶν ἐλαχίστων, ἐμοὶ ἐποιήσατε*· Θεὸς δὲ ὁ εἰπὼν, πολλῷ μᾶλλον τὸν εὖ ποιεῖν δυνάμενον καὶ ποιοῦντα, δείξει ἀληθῶς κατὰ χάριν καὶ μέθεξιν ὄντα Θεὸν, ὡς τὴν αὐτοῦ τῆς εὐεργεσίας εὐμιμήτως ἀνειλημμένον ἐνέργειάν τε καὶ ἰδιότητα. Καὶ εἰ Θεὸς ὁ πτωχὸς, διὰ τὴν τοῦ δι' ἡμᾶς πτωχεύσαντος Θεοῦ συγκατάβασιν, καὶ εἰς ἑαυτὸν ἑκάστου συμπαθῶς ἀναδεχομένου πάθη, καὶ μέχρι τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος, κατὰ τὴν ἀναλογίαν τοῦ ἐν ἑκάστῳ πάθους, ἀεὶ δι' ἀγαθότητα πάσχοντος μυστικῶς· πλέον δηλονότι [66] κατὰ τὸν εἰκότα λόγον ἔσται Θεὸς, ὁ κατὰ μίμησιν τοῦ Θεοῦ διὰ φιλανθρωπίαν τὰ τῶν παθόντων πάθη δι' ἑαυτοῦ θεοπρεπῶς· ἐξιώμενος· καὶ τὴν αὐτὴν τῷ Θεῷ, κατὰ ἀναλογίαν τῆς σωστικῆς προνοίας, κατὰ διάθεσιν ἔχων δεικνύμενος δύναμιν.

Affectus opere probandus. Beneficentiæ vis, ut deus faciat. — Hujus autem gratiæ clara probatio est, spontanea animo bene volenti erga generis necessitudine nobis conjunctos, affectio; cujus hoc opus, hoc facinus, ut quisquis hominum ulla in re nostra ope egeat, haud secus ac Deum pro virili nostra, demereri studeamus, nec neglectum ac sine cura præterire nos eum sinamus, sed, qua par est diligentia, reipsa in nobis vivere ac vigere, quo Deum proximumque prosequimur, affectum ostendamus. Affectus enim probatio est operis exhibitio. Nihil quippe ad justitiam adeo facile, sicque consequendam deitatem (ut sic loquar) expeditum, et ut cum Deo necessitudine jungamur, ac misericordia, quam ex animo cum voluptate et gaudio conferamus in eos, qui indigent. Siquidem enim Scriptura, eum qui opis eget et ut beneficio impartiatur, deum ostendit. *Quandiu* enim, inquit, *uni ex minimis meis istis fecistis, mihi fecistis* [n]: Porro Deus est qui loquitur; potiori longe ratione, eum, cui benefaciendi facultas est, exque illa benefacit, ostendat revera per gratiam Deique participatione deum esse, qui ejus beneficentiæ, præclare imitando, vim ac proprietatem inierit. Ac siquidem pauper deus est, idcirco quia Deus **525** qua se nobis demisit ac inclinavit, egenus factus est [o], inque seipsum per summam miserationem cujusque recepit mala, ac usque ad sæculi consummationem pro eo ac quisque malis afficitur, semper mystice bonitatis nutu patitur; magis utique merito deus erit, qui Dei imitatione humanitatis studio ac benignitate, laborantium mala ac ægritudines, per se ipse divine medicatur; eamdemque cum Deo pro rata sua ratione salubris providentiæ vim secundum affectum, habere monstratur.

Τίς οὖν ἄρα πρὸς ἀρετὴν οὕτω βραδύς ἐστι καὶ δυσκίνητος, ὥστε μὴ ἐφίεσθαι θεότητος, οὕτως εὐώνου τε καὶ εὐπορίστου καὶ ῥᾳδίας οὔσης τῆς κτήσεως; Ἀσφαλὴς δὲ τούτων ἐστὶ καὶ ἄσυλος φυλακὴ, καὶ εὐμαρὴς πρὸς σωτηρίαν ὁδός· ἧς, οἶμαι, χωρὶς κατ' ἀλήθειαν οὐδὲν ἔσται τῶν ἀγαθῶν ἀβλαβῶς τῷ ἔχοντι συντηρούμενον· ἡ αὐτοπραγία, εἴτουν ἰδιοπραγία, δι' ἧς τὰ καθ' ἑαυτοὺς σκοπεῖν τε καὶ διασκέπτεσθαι μόνους μανθάνοντες, τοῦ παρ' ἄλλων διακενῆς βλάβην ἔχειν ἐλευθερούμεθα. Εἰ γὰρ ἑαυτοὺς μόνους ὁρᾷν τε καὶ ἐτάζειν μάθοιμεν, οὐδέποτε τοῖς τῶν ἄλλων, ὡς δ' ἂν ἔχοντα τύχωσιν· ἐπιθησόμεθα· γινώσκοντες ἕνα μόνον κριτὴν σοφόν τε καὶ δίκαιον τὸν Θεὸν, τὸν σοφῶς τε καὶ δικαίως πάντα τὰ γινόμενα κρίνοντα· καθ' ὃν γεγένηται λόγον, ἀλλ' οὐ καθ' ὃν πεφανέρωται τρόπον· ὃν ἴσως ἂν δύναιντο καὶ ἄνθρωποι κρίνειν, ἀμυδρῶς εἰς τὸ φαινόμενον βλέποντες· περὶ ὃ οὐ πάντως ἐστὶν ἡ ἀλήθεια, οὐδὲ τῶν γινομένων ὁ λόγος. Ὁ δὲ Θεὸς, τὸ ἀφανές τε κίνημα τῆς ψυχῆς, καὶ τὴν ἀόρατον ὁρμὴν, καὶ τὸν λόγον αὐτὸν, καθ' ὃν ὥρμηται ἡ ψυχὴ, καὶ τὸν τοῦ λόγου, σκοπόν· τουτέστι, τὸ παντὸς πράγματος προεπινοούμενον [66] τέλος βλέπων, κρίνει δι-

Ἰδιοπραγία, ac, quod quis sua curet agatque donorum Dei tuta in nobis custodia. — Quis sic igitur ad virtutem tardus, sicque motu segnis ac difficilis, ut deitatis desiderio non agatur, quam facili adeo pretio coemere ac comparare queat? Tuta vero, ac inviolabilis horum custodia est, facilisque ad salutem via, sine qua (ut ego quidem existimo) nemo vere ea quæ obtinet bona, illæsa servaverit, et ut damni nihil accipiat, sui illa privata est, ac rerum suarum agendarum cura; qua, nostra duntaxat dispicere docti ac considerare, id consequimur, ut ab aliis nihil frustra damni accipiamus. Si enim nos ipsos solum intueri ac examinare noverimus, nunquam in illa quæ sunt aliorum, cujuscunque modi sint, grassari nobis indulgebimus; qui nimirum unicum judicem cum sapientem tum justum, cuncta quæ fiunt sapienter justeque judicantem Deum, non ignoremus; nempe, qua ratione illa facta sunt, non eo modo quo prodita; quo etiam forte homines judicare possint, tantisper obscure hoc contuentes quod est conspicuum, ac oculis paret; in quo non omnino sita veritas, aut eorum quæ fiunt ratio posita est. Deus autem, obscurum ipsum animi mo-

[n] Matth. xxv, 40. [o] II Cor. viii, 9.

VARIÆ LECTIONES.

[66] δὲ δῆλον ὅτι C. A [66] προεπινοουμένου C. A.

Digitized by Google

tum, inaspectabilemque appetitionem, ac ipsam rationem qua impulsus est animus, rationisque scopum ac institutum videns, id est, negotii totius præcogitatum finem, juste (uti dicebam) quæ hominum studiis aguntur, omnia judicat. Quod si præstare studuerimus, nosque nobis ipsis definierimus, his quæ sunt extra non insilientes, nec videre, nec audire, nec loqui, oculum, aurem, linguam, quæ sunt aliorum, sinamus; ut siquidem fieri possit, his penitus arceamus; sin autem, miserantis potius affectu quam libidine, in actum exseri, ac quod e nostris rationibus sit videre, audire, loqui jubeamus; idque hactenus, dum moderatrix ratio probaverit. **526** Nihil enim hisce organis ad peccatum lubricum magis, nisi ratione eorum castigetur usus; nihilque rursus ad salutem iis expeditius, ordinante ea ratione, ac componente, eoque ducente quo operæ pretium sit ac nutu velit.

A καίως, ὡς ἔφην, πάντα τὰ παρα τῶν ἀνθρώπων πραττόμενα· ὅπερ εἰ κατορθῶσαι σπουδάσομεν, καὶ ἑαυτοῖς ἑαυτοὺς περιορίσομεν τοῖς ἐκτὸς οὐκ ἐπιφυόμενοι, οὔτε ὁρᾷν, οὔτε ἀκούειν, οὔτε λαλεῖν, τὸν ὀφθαλμὸν, ἢ τὸ οὖς, ἢ τὴν γλῶσσαν τὰ τῶν ἄλλων ἀφήσομεν, εἰ μὲν οἷόν τέ ἐστι, παντελῶς· εἰ δὲ μήγε, συμπαθῶς μᾶλλον, ἀλλ' οὐ μὴ ἐμπαθῶς[66] τούτοις ἐνέργειν, καὶ εἰς κέρδος ἡμέτερον ὁρᾷν τε, καὶ ἀκούειν, καὶ λαλεῖν ἐπιτρέποντες· καὶ τοσοῦτον μόνον, ὅσον τῷ ἡνιοχοῦντι ταῦτα θείῳ λόγῳ δοκεῖ. Οὐδὲν γὰρ τούτων τῶν ὀργάνων πρὸς ἁμαρτίαν ἐστὶν εὐολισθότερον, μὴ λόγῳ παιδαγωγουμένων· καὶ οὐδὲν πάλιν πρὸς σωτηρίαν αὐτῶν ἑτοιμότερον, τάσσοντος αὐτὰ τοῦ λόγου, καὶ ῥυθμίζοντος καὶ ἐφ' ἃ δεῖ καὶ βούλεται ἄγοντος.

Ne ergo pro virili nostra Deo obsequi negligamus, qui ad æternam nos vitam ac beatum finem, divinorum ac salutarium mandatorum suorum executione vocet, quo nimirum misericordiam accipiamus, ac gratiam inveniamus in auxilio opportuno. *Gratia* enim, inquit divinus Apostolus, *cum omnibus qui diligunt Dominum nostrum Jesum Christum in incorruptione* [p]; hoc est, qui cum virtutis incorruptione, vitæque puræ, nec simulatæ quidquam speciei habentis, honestate, Dominum diligunt, faciendo ejus voluntates, nihilque e divinis illius mandatis corrumpunt.

B Μὴ τοίνυν ἀμελήσωμεν κατὰ δύναμιν τοῦ πείθεσθαι τῷ Θεῷ, καλοῦντι ἡμᾶς εἰς ζωὴν αἰώνιον καὶ μακάριον τέλος, διὰ τῆς ἐργασίας τῶν αὐτοῦ θείων τε καὶ σωτηρίων ἐντολῶν· ἵνα λάβωμεν ἔλεος, καὶ χάριν εὕρωμεν εἰς εὔκαιρον βοήθειαν· Ἡ γὰρ *χάρις*, φησὶν ὁ θεῖος Ἀπόστολος, *μετὰ πάντων τῶν ἀγαπώντων τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν ἐν ἀφθαρσίᾳ*· τουτέστι, τῶν μετὰ τῆς κατ' ἀρετὴν ἀφθαρσίας, καὶ τῆς κατὰ τὸν βίον καθαρᾶς τε καὶ ἀνυποκρίτου σεμνότητος ἀγαπώντων τὸν Κύριον, ἐν τῷ ποιεῖν αὐτοῦ τὰ θελήματα· καὶ μὴ παραφθειρόντων τι τῶν θείων αὐτοῦ προσταγμάτων.

Dionysii Areopagitæ elogia. Viduæ, ejusque duorum minutorum multiplex allegoria. — Hæc quidem ego hoc argumento sperata obedientiæ mercede inductus, pro virili mea, ita ut doctus eram, exposui, non ausus in ea manum mittere, quæ abstrusiora sunt ac sublimiora. Hæc si quis studio diligentior nosse velit, legat quæ sanctus Dionysius Areopagita his de rebus divine elaboravit, ac reipsa patefacta arcana mysteria offendet, præstante id tanti muneris humano generi, divino mentis ejus, ac linguæ instrumento, *propter eos, qui hæreditatem capient salutis* [q]. Ac siquidem haud procul a desiderio vestro dicta desciverunt, Christo gratias bonorum largitori, vobisque, qui ut dicerem, vim fecistis. Sin autem longe multumque ab spe deficiunt, quomodo afficiar quidve agam, qui humanum quid dicendo passus, imbecilliorque exstiterim? Imbecillitas enim non pœnam, sed veniam provocat; magisque laudetur, quam dignum vituperio habeatur, quod est pro facultate, ac præstare potest qui rem suscipit; cum primis autem vobis, quibus constitutum sit ut propter Deum diligatis. Nam et Deo charum acceptumque est, quidquid sincere pro facultate ex animo offertur, tametsi habita majorum ratione exile illud videbitur. Is namque viduam, quæ duo minuta obtulerat, minime repulit [r], quæ-

C Ταῦτα μὲν ἐγὼ περὶ τούτων διὰ τὸν τῆς ὑπακοῆς μισθὸν, κατὰ δύναμιν, ὡς ἐδιδάχθην, ἐξεθέμην, τῶν μυστικωτέρων τε καὶ ὑψηλοτέρων ἅψασθαι μὴ τολμήσας· ἅπερ εἴ ποθεῖ τις γνῶναι τῶν φιλομαθῶν, τοῖς περὶ τούτων τῷ ἁγίῳ Διονυσίῳ τῷ Ἀρεοπαγίτῃ ἐνθέως πονηθεῖσιν ἐντύχοι, καὶ εὑρήσει κατ' ἀλήθειαν μυστηρίων ἀῤῥήτων ἀποκάλυψιν, διὰ τῆς θείας αὐτοῦ καὶ διανοίας καὶ γλώττης χαρισθεῖσαν τῷ τῶν ἀνθρώπων γένει, διὰ τοὺς μέλλοντας κληρονομεῖν σωτηρίαν. Καὶ εἰ μὲν πολὺ τῆς ὑμῶν ἐπιθυμίας οὐκ ἀποπέπτωκε, τῷ Χριστῷ χάρις τῷ χορηγῷ τῶν καλῶν, καὶ ὑμῖν τοῖς λεχθῆναι ταῦτα βεβασανίσασι. Εἰ δὲ μακρὰν που καὶ πολὺ τῆς ἐλπίδος ἀπολείπεται· τί πάθω, ἢ τί δράσω, περὶ τὸ λέγειν ἀσθενήσας; Συγγνωστὸν γὰρ, οὐ τιμωρητὸν, ἡ ἀσθένεια· καὶ ἀποδεκτὸν μᾶλλον, ἀλλ' οὐ μεμπτὸν τὸ ἐγχωροῦν καὶ ἐνδεχόμενον· καὶ μάλιστ' ὑμῖν, τοῖς ἀγαπᾷν διὰ τὸν Θεὸν προθεμένοις. Καὶ Θεῷ δὲ φίλον D τὸ κατὰ δύναμιν ἅπαν γνησίως ἐκ ψυχῆς προσαγόμενον, κἂν μικρὸν συγκρίσει μεγάλων ὑπάρχον φανήσεται· ὃς οὐδὲ τὴν χήραν, τὰ δύο λεπτὰ προσκομίσασαν, ἀπεώσατο· ἦτις ποτὲ ἦν ἡ χήρα αὕτη, καὶ τὰ δύο λεπτά· εἴτε ψυχὴ κακίας χηρεύουσα, καὶ ὥσπερ ἄνδρα τὸν παλαιὸν μὲν ἀποβαλομένη νόμον, οὕπω δὲ τῆς πρὸς τὸν Λόγον καὶ Θεὸν ἄκρας συναφείας ἀξία· προστάγουσα δὲ ὅμως αὐτῷ ἀῤῥαβῶνος

[p] Ephes. VI, 24. [q] Hebr. I, 14. [r] Marc XII, 41 seqq.; Luc. XXI, 2 seqq.

VARIÆ LECTIONES.

[66] ἀσυμπαθῶς C. A.

Digitized by Google

λόγῳ ὥσπερ λεπτά, τὸν τέως σύμμετρον λόγον καὶ βίον· ἢ πίστιν καὶ ἀγαθὴν συνείδησιν· ἢ τὴν περὶ τῶν καλῶν[67] ἕξιν καὶ ἐνέργειαν· ἢ τὴν τούτοις πρόσφορον θεωρίαν καὶ πρᾶξιν· ἢ τὴν ἀνάλογον γνῶσιν καὶ ἀρετήν· ἢ τοὺς μικρὸν ὑπὲρ ταῦτα, φημὶ δὲ τοὺς ἐν τῷ φυσικῷ καὶ τῷ γραπτῷ νόμῳ λόγους, οὓς ἡ ψυχὴ κεκτημένη, κατ' ἕκστασιν τούτων καὶ ἄφεσιν ὡς ὅλου βίου καὶ ζωῆς, μόνῳ συναρθῆναι τῷ Λόγῳ καὶ Θεῷ βουλομένη, προσάγει· καὶ τῶν κατὰ φύσιν καὶ νόμον βιαίων τρόπων τε καὶ θεσμῶν καὶ ἐθῶν, ὥσπερ ἀνδρῶν χηρεύειν δέχεται· εἴτε τι ἄλλο τούτων πνευματικώτερον, καὶ μόνοις θεωρητὸν τοῖς καθαροῖς τὴν διάνοιαν, διὰ τοῦ καθ' ἱστορίαν πληρωθέντος γράμματος ὁ λόγος αἰνίττεται. Πάντα γὰρ τῷ κατὰ θεολογίαν ἐποπτικῷ συγκρινόμενα λόγῳ, τὰ ἐν ἀνθρώποις δοκοῦντα κατ' ἀρετὴν εἶναι μεγάλα, μικρὰ τυγχάνει. Πλήν γε ὅτι κἂν μικρὰ, καὶ ἐξ ὕλης εὐτελοῦς καὶ οὐ πολὺ τιμίας· ἀλλ' οὖν τοῖς ἐκ χρυσοῦ νομίσμασι τῆς ἐν ὕλαις τιμιωτέρας, ἃ προσφέρουσιν οἱ εὐπορώτεροι, κατὰ τὸ ἴσον τὸν βασιλικὸν χαρακτῆρα φέροντα, κατὰ [καὶ τὸ] πλέον ἴσως ἔχοντα τῆς προσαγούσης τὴν ἐξ ὕλης διαθέσεως πρόθεσιν.

A cunque tantum vidua hæc, ejusque duo minuta fuerint; sive anima vitio vidua ac quæ viri instar veteri amissa lege, nondum summa illa ac perfecta cum Verbo ac Deo conjunctione digna esset; cui tamen arrhabonis loco velut duo **527** minuta, contemperatam rationem ac vitam offerret; sive fidem ac bonam conscientiam, sive circa honestum versantem habitum et actum, sive his congruam contemplationem et actionem, sive quæ illis certa quadam ratione respondent, scientiam atque virtutem; sive quæ paulo hoc superant, in naturali ac scripta lege positas rationes, quas, quæ possidet anima, iis excedendo, veluique substantiam totam ac victum relinquendo, soli Verbo ac Deo copulari ambiens, offert, libensque habet, quod naturalibus ac legalibus violentis modis, scitis, moribus, tanquam viris, vidua est; sive aliud quidquam his spiritalius, ac cujus soli mundo corde intelligentiam assequantur, per litteram reipsa historice impletam, Scriptura occultius indicat. Quæcunque enim humana, etsi virtute magna videantur, exigua sunt, si cum divina jam inspectrice ratione conferantur. Verum licet exigua, exque vili nec pretiosa admodum materia, æque tamen ac aurea numismata (qua pretiosior nulla materia) ac quæ opulentiores offerunt, cum obsignatam regiam figuram habent, tum forte etiam offerentis ex toto affectu proposito præstant.

B

Ταύτην κἀγὼ μιμούμενος τὴν χήραν, Θεῷ τε καὶ ὑμῖν, ἠγαπημένοι, τὰ μικρὰ ταῦτα καὶ εὐτελῆ, καὶ ἐξ εὐτελοῦς καὶ πτωχῆς διανοίας καὶ γλώσσης προενηνεγμένα νοήματά τε καὶ ῥήματα ὥσπερ λεπτὰ, περὶ ὧν ἐκελεύσατε, προσενήνοχα· παρακαλῶν C τὴν εὐλογημένην ὑμῶν καὶ ἁγίαν ψυχήν· πρῶτον μὲν, μηδενὸς ἔτι τῶν παρ' ἐμοῦ λεγομένων ἔγγραφον ζητῆσαι σημείωσιν, δυοῖν ἕνεκεν· ἑνὸς μὲν, ὅτι μηδέπω τὸν φόβον ἐκτησάμην τοῦ Θεοῦ τὸν ἁγνὸν καὶ διαμένοντα, οὐδ' ἀρετῆς ἕξιν στερέμνιον καὶ δικαιοσύνης ἀληθοῦς πῆξιν σταθερὰν καὶ ἀσάλευτον, τὰ μαρτυροῦντα μάλιστα τοῖς λόγοις τὸ βέβαιον· ἑτέρου δὲ, ὅτι πολλῷ κλύδωνι παθῶν ἔτι δίκην θαλάσσης ἀγρίας περιδονούμενος, καὶ πολὺ τοῦ θείου ἀπαθείας ἀπέχων λιμένος, καὶ ἄδηλον ἔχων τοῦ βίου τὸ πέρας, οὐ βούλομαι πρὸς τοῖς ἔργοις καὶ τὸν ἐν γράμμασι λόγον ἔχειν κατήγορον. Ἔπειτα δὲ τῆς εὐπειθείας χάριν, εἰ δέον ἐστὶν, ἀποδεξάμενοι, Χριστῷ με δι' εὐχῶν παράθεσθε, τῷ μεγάλῳ καὶ μόνῳ D Θεῷ καὶ Σωτῆρι τῶν ἡμετέρων ψυχῶν· ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος, σὺν τῷ Πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

Maximi modestia scribere detrectantis. — Hanc quoque viduam ego imitatus, parva hæc atque vilia, exque vili egenaque mente ac lingua profecta prolataque sensa ac verba, velut minuta, iis de rebus de quibus jusseratis, Deo ac vobis, dilectissimi, obtuli; obsecrans enixiusque rogans benedictam vestram ac sanctam animam; primum quidem, ne amplius quæ a me dicentur scripto me consignare quæratis, duplici ex causa: altera quidem, quod necdum Dei timorem castum ac permanentem adeptus sim[a], nec virtutis robustum habitum, veræque justitiæ firmitatem ac inconcussam stabilitatem, quæ maxime his quæ scribuntur ac doctrinæ, auctoritatem conciliant; altera vero, quod cum adhuc vitiorum ac perturbationum, instar sævi maris, multis fluctibus agiter, ac quam procul a divino tranquillitatis animi, ac imperturbationis portu remotus sim, incertumque vitæ finem habeam, nolim ut ad opera, etiam scripto consignata doctrina in actoris partem accedat. Deinde eo nomine probantes, siquidem id æquum est, quod obtemperaverim, Christo me precibus commendante, magno ac soli Deo, nostrarumque animarum Salvatori, cui gloria et potestas, cum Patre et Spiritu sancto, in sæcula. Amen.

[a] Psal. XVIII, 10.

VARIÆ LECTIONES.

[67] τὸ καλὸν C. A. et Fr.

Digitized by Google

MONITUM

AD SANCTI MAXIMI SERMONES PER ELECTA

Ex sacris profanisque auctoribus collecta.

—

Produxit Gesnerus medicus semel et iterum cum Antonio Melissa; secundaque editione etiam cum Joanne Stobæo, qui eodem ipso scriptionis genere, in eo locupletissimus, usus esset. In priori editione, parum certe medice, quasi lectoris laborem levaturus, sententias Maximi, quæ eædem essent atque sententiæ Melissæ sub iisdem titulis, omnes obelisco notasse ait, seu expunxisse; quod certe plagio mihi simile; cum præsertim Maximus Antonio senior, et qui illi præiverit : ac palam est, quod is Joan. Damascenum, Photium patriarcham, Theophylactum, homines sic recentes, affatim citat; quorum nihil Maximus. Debuit ergo Maximo sui laboris laus plena constare, non ejus magna pars, per summam injuriam in eum transferri, qui illius furtis profecisset. Alia certe ineunda via ejus levandi laboris, ut scilicet amborum communes sententias esse nota aliqua indicaretur : vel si cujus expungendæ, illius potius expungendæ, qui nulla alia sua industria parasset, sed ex superiori digesta, nulla illius laude, exscripsisset; quod Græcis nimis familiare. Quanta vero hinc Maximo ablata, ipse primum nonus sermo monstrat, a quo incipit ms. Maximi codex, mihi humanissime a cl. V. ipsoque erudito D. de Ballesdens sacerdote suppeditatus, si quid inde in rem litterariam a me posset produci, cum oblitteratis initio fineque libri, neuter certus esset, eam Maximi lucubrationem illo contineri. Factum illo partim satis meis votis, ne una Gesneri fide, sic sublesta, Maximi opus hoc vulgarem, ad quod aliud nihil subsidii esset, ac quo sua Maximo reponerem. Nam Gesnerus altera sua editione, et qua e regione Græca Latinis conjuncta in Stobæo repræsentat, sic miscet omnia, ut quid cujusque sit, Maximi an Antonii, nemo plane intelligat. Ribitti, quam laudat, versio, ipsa distincte habens, quæ essent Maximi, sua obscuritate sic pene evanuit, ut nec nancisci licuerit. Mihi certe ea parte Theseus (non qua sibi venditat Gesnerus) ut ab ejus ipsius confusionis labyrintho me ipse expedirem, non ut magnum aliquid ex ejus versione reddendis Maximi sententiis juvarer. Causatur Gesnerus nec suam nec Ribitti versionem admodum elegantes esse, quod fere pendente prelo reddiderit, quodque ipsi auctores haud raro non multum elegantes sint. Mihi, quidquid sit de auctorum elegantia (quam sic antiquis theologis, philosophis, oratoribus, litteratorum, et λογιωτάτων ἀνδρῶν omni censui, nescio quo gustu abdicet, et an sano satis capite, nihil ipse theologus summumque grammaticus Germanus ἑτερόδοξος medicus) magis arcessenda fides, quæ una probum interpretem insigniat, vel si minori eloquentia nec tantis luminibus aliis dicta scriptaque reddere valeat. Tituli auctorumque nomina, quod minio scripta erant, complura legi nequiverunt, cum sententiæ ipsæ atramento scriptæ, parum aut nihil laborarent, in laudato, ipso antiquo eruditaque manu exarato codice; ex cujus pene norma, in primis quoque octo tituli ac capitibus, pauca quædam ex Melissa libuit repetere, et quæ magis visa sunt ex Maximi vena, ne ipse in illis, explicato jam furto seu plagio, jejunior abiret. Qui locos, sin omnes, at bene multos, in fontes reduceret, is vero magnus esset, magnumque aliquid in rem litterariam conferret. Eam tamen ipse provinciam mihi non impono; cui nescio an R. P. M. Fr. Nicolai nostri humeri sufficerent, qui tantus eo genere in sancto Thoma videri voluit; in quo tamen res expeditior fuit, nec ipsa prorsus ἐν ἀδυνάτοις, cum fere exstent et ad manum sint, quos auctores citavit sanctus Thomas, et quorum usus laboribus; magnam vero partem desiderentur, quorum sententias excerpsit Maximus.

Digitized by Google

ΑΒΒΑ ΜΑΞΙΜΟΥ

ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ ΚΑΙ ΜΑΡΤΥΡΟΣ

ΚΕΦΑΛΑΙΑ ΘΕΟΛΟΓΙΚΑ

ΗΤΟΙ

ΕΚΛΟΓΑΙ ΕΚ ΔΙΑΦΟΡΩΝ ΒΙΒΛΙΩΝ ΤΩΝ ΤΕ ΚΑΘ' ΗΜΑΣ ΚΑΙ ΤΩΝ ΘΥΡΑΘΕΝ.

MAXIMI ABBATIS

PHILOSOPHI ET MARTYRIS

CAPITA THEOLOGICA

ID EST

SCITE DICTA ATQUE ELECTA, EX DIVERSIS, TUM CHRISTIANORUM, TUM PROFANORUM LIBRIS.

Χάριν παράσχου, Χριστὲ, τοῖς ἐμοῖς πόνοις.

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΕΦΡΑΙΜ,

Πῶς χρὴ ἀναγινώσκειν, ἢ ἀναγινώσκοντι προσέχειν.

Ὅταν ταῖς θείαις Βίβλοις προσομιλεῖς, μὴ ἁπλῶς ἔσο κατεσπουδασμένος ἐπιτρέχων ἐξ ἐπιπολῆς καὶ διὰν παρέργως τὰ γεγραμμένα· ἀλλὰ κἂν δέοι πολλάκις, καὶ δὶς καὶ τρὶς τὸ αὐτὸ ἐπελθεῖν εἰς ἀκρίβειαν, μὴ παραιτήσῃ. Πλὴν ἀλλὰ καὶ μέλλων ἀναγινώσκειν, ἢ ἀναγινώσκοντι προσέχειν ἑτέρῳ, δεήθητι πρότερον τοῦ Θεοῦ, « Κύριε, λέγων, Ἰησοῦ Χριστὲ, διάνοιξον τὰ ὦτα καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς καρδίας μου, τοῦ ἀκοῦσαι τῶν λόγων σου καὶ συνεῖναι, καὶ τὸ θέλημά σου ποιῆσαι. *Πάροικος ἐγώ εἰμι ἐν τῇ γῇ, μὴ ἀποκρύψῃς ἀπ' ἐμοῦ τὰς ἐντολάς σου. Ἀποκάλυψον τοὺς ὀφθαλμούς μου, καὶ κατανοήσω τὰ θαυμάσια ἐκ τοῦ νόμου σου.* »

A **528** Gratiam, Christe, meis præbe laboribus.

SANCTI EPHRÆM,

Quomodo legere, vel eum qui legit audire conveniat.

Cum in divinis Libris versaris, noli hoc tantum curare ut levius percurras, et ea quæ scripta sunt, obiter persequaris; sed vel si sæpius, iterumque ac tertio eamdem rem perlegere necesse sit, ut eam plene assequaris, ne recuses laborem. Quin et cum aliquid lecturus es, aut ex altero legente auditurus, Deum prius precare in hunc fere modum: « Aures et oculos cordis mei, Domine Jesu **529** Christe, aperi, ut audiam sermones tuos et intelligam, tuamque voluntatem faciam: *Advena ego sum in terra, non abscondas a me mandata tua. Revela* B *oculos meos, et considerabo mirabilia de lege tua*[a]. »

ΛΟΓΟΣ Α'.

Περὶ βίου ἀρετῆς καὶ κακίας.

Σολομῶντος. — Ἀρετῆς μὲν σημεῖον οὐδὲν ἔχομεν δεῖξαι (a)· ἐν δὲ τῇ κακίᾳ ἡμῶν κατεδαπανήθημεν.

SERMO I.

De ea quæ virtute ac vitio transigatur, vita.

Sap. v. 13. — Virtutis quidem signum nullum valemus ostendere: in malignitate autem nostra consumpti sumus.

[a] Psal. cxviii, 19, 18.

[b] In Gesn. Stobæo 11.

NOTÆ.

(a) *Οὐκ ἔχομεν δεῖξαι.* Vulg. aliique præterito, ipseque Sixt. interpr. cum ejus Græca præsentis sint, ut et nostra: videturque aptius τὸ, *valemus*, quam quod illi, *valuimus*. Est enim ac si dicat, Nulla in nobis exstant virtutis insignia, qui in malitia nostra toti consumpti sumus.

Digitized by Google

Prov. I, 10, 15, 16. — Ne te seducant viri impii, neque ambules in via cum eis; declina autem pedem tuum a semitis eorum : pedes enim illorum in malum currunt.

Prov. XIII, 13. — Qui contemnit negotium, contemnetur ab eo.

Prov. X, 26. — Sicut uva acerba dentibus noxia est, et fumus oculis; sic improbitas, his, qui ea utuntur.

Eccli. XXVII, 30. — Qui facit mala, super eum volventur; et non cognoscet unde adveniant sibi.

Basilii. — Inter ea quæ habentur, sola virtus est cujus auferri possessio non possit.

Virtutis cultus, præclara quidem habenti possessio; sed quæ ipsa, in eum incidentibus, jucundissimum spectaculum præbeat.

Quemadmodum enim igni ultro comes est ut illuminet, et unguento ut odoris fragrantiam spargat; sic bonis actibus necessario hæret ut commodum afferant.

Ea quæ officii sunt capessendi initium est, ut a malis recedas. Ait enim : *Declina a malo, et fac bonum* (Psal. XXXVI, 27).

Theol. orat. I, *p.* 6, *et* XIV, *p.* 217. — Res natura proclivis vitium, incitatiorque in deterius cursus, quam si torrens per prona ruat, vel stipula admota scintillæ ventique flatu facile accendatur inque flammam erumpat, unaque cum sua prole consumpta intereat.

Haud facile inveniatur, quæ virtus reliquis omnibus præstet, et cui primas ac victoriæ præmia jure ascribas; quemadmodum nec in prato, vario florum ornatu convestito, eoque suavius fragrante, pulcherrimum odoratissimumque florem reperias, dum alius alio ad se olfactum aspectumque trahit, suadetque ut omnium primus ipse legatur.

Chrysost. — Rara arduaque est boni adeptio, etsi **530** non deest quod in illud gravi pondere trahat ac provocet.

Virtus mercede non agitur, ut et virtus esse pergat, quæ solam honestatem respiciat.

Nominis claritatem parit nedum egregium virtutis facinus, verum etiam excellens malitia improbam sibi famam celebris fuco laudis contrahit.

Βασιλείου. — Ὑπένεγκε τοίνυν οὐκ ἀπαθῶς οὐδ' ἀναισθήτως. Τίς γὰρ μισθὸς ἀναλγησίας; ἀλλ' ἐπιπόνως μὲν καὶ σὺν ἀλγηδόσι μυρίαις, πλὴν ὑπένεγκε, ὥσπερ τις γενναῖος ἀγωνιστής, τὴν ἰσχὺν καὶ τὴν ἀνδρείαν, οὐ μόνον ἐκ τοῦ τύπτειν τοὺς ἀντικάλους, ἀλλὰ καὶ ἐκ τοῦ φέρειν στερρῶς τὰς παρ' αὐτῶν πληγὰς ἐπιδεικνύμενος· καὶ ὥσπερ τις κυβερνήτης σοφὸς καὶ ἀτάραχος ὑπὸ τῆς ἄγαν περὶ τὸν πλοῦν ἐμπειρίας, ὀρθὴν καὶ ἀβάπτιστον καὶ παντὸς χειμῶνος ὑψηλοτέραν τὴν ψυχὴν διασώζων. B

Θεολόγου. — Θάρσος καὶ θράσος, κἂν τοῖς ὀνόμασι πλησιάζει, πλεῖστον ἀλλήλων τῇ δυνάμει κεχώρισται· ἀνδρείαν τε εἶναί φαμεν καὶ ἀνανδρείαν. Τὸ μὲν γὰρ ἐν τοῖς τολμητέοις θαρρεῖν, ἀνδρείας ἐστίν, ὥσπερ τὸ ὑφίεσθαι, δειλίας. Οὗ δὲ πλεῖον ὁ κίνδυνος, ὁμόσε χωρεῖν καὶ ὠθίζεσθαι, ἀλλὰ μὴ κατέχεσθαι, θράσεως, ὥσπερ τὸ ὑποχωρεῖν ἀσφαλείας.

Χρυσοστ. — Οὔτε παραιτεῖσθαι δεῖ τοὺς ἀγῶνας, οὔτε πρὸς τούτους ἐπιπηδᾷν. Οὕτω γὰρ καὶ ἡμῖν ἡ νίκη λαμπροτέρα ἔσται, καὶ ἡ ἧττα τῷ διαβόλῳ καταγελαστοτέρα. Ἑλκυσθέντας μὲν γὰρ γενναίως ἐκτάναι· μὴ καλουμένους δέ, ἡσυχάζειν καὶ τὸν καιρὸν ἀναμένειν, τῶν ἀγαθῶν· ἵνα καὶ τὸ ἀκενόδοξον, καὶ τὸ γενναῖον ἐπιδειξώμεθα. C

Σωκράτης. — Θεασάμενος τὰς τῶν Κορινθίων πύρτας ἰσχυρῶς κεκλεισμένας, ἔφη· Μὴ γυναῖκες ἐνθάδε κατοικοῦσιν;

Μενάνδρου. — Ἰσχὺς νοῦν οὐκ ἔχουσα, τάφῳ τοὺς ἐμπίπτοντας παραδίδωσιν.

Ἀλέξανδρ. ὁ βασιλεύς. — Οὗτος παρακαλούμενος ὑπὸ τῶν φίλων νυκτὸς ἐπιθέσθαι τοῖς πολεμίοις, εἶπεν· Οὐ βασιλικόν ἐστι κλέπτειν τὴν νίκην. D

Θεασάμενος δέ τινα ὁμώνυμον αὐτοῦ δειλὸν ὄντα, ἔφη· Νεανίσκε, ἢ τὸ ὄνομα ἄλλαξον, ἢ τὸν τρόπον.

Equus præparatur ad diem belli; sed a Domino est auxilium.

Eccli. XIII, 3. — Fortiori te ne sis socius. Quid communicabit olla cum lebete? ipsa impinget, et ipsa collidetur.

Ephes. VI, 11. — Assumite armaturam Dei, ut possitis stare adversus insidias diaboli, et quæ sequuntur.

541 *Basilii.* — Sustine igitur, non omnis doloris expers nullove sensu : quæ enim merces ejus stuporis ac indolentiæ? sed quamvis cum ærumna plurimisque molestiis ac doloribus, sustine tamen; uti scilicet strenuus certator, non solum cædendo adversarios, fortitudinem roburque spectandum præbet, verum etiam fortiter ferendo, quas ab aliis acceperit plagas : item ut gubernator doctus, longoque navigandi usu interritus, erectum, nullaque procellarum vi obrutum, ab omni tempestate excelsiorem servans animum.

Theologi. — Audacia animique præsentia et temeritas, etsi Græcarum vocum similitudine (θάρσος et θράσος) vicina sunt, rerum tamen significatu inter se plurimum distant; atque alterum quidem fortitudinem esse dicimus, alterum ignaviam. In quibus enim audendum, fiducia uti, fortitudinis est; uti contra cedere, timiditatis. Ubi autem majus est periculum, contra tamen ire et irruere, nec se continere ac retrahere, temeritatis est, uti prudentiæ justæque cautionis, se subducere.

Chrysost. — Neque detrectandum certamen, neque in id temere irruendum. Sic enim et victoria nostra futura splendidior, et victi diaboli probrum majore risu excipiendum. Cum enim trahimur, magno ac excelso animo consistere; non provocatos autem, quieti studere ac tempus exspectare, id vero eorum est, qui fortes ac strenui sint; ut et inanis gloriæ labem eluamus, ac virilis animi robur ostendamus.

Socrates. — Conspicatus Corinthiorum portas valide obseratas : Num, inquit, mulieres hic habitant?

Menandri. — Robur mentis carens judicio, in quos inciderit, sepulcro tradit.

Alexander rex. — Ilic, cum amici hortarentur ut noctu hostes aggrederetur : Non est, inquit, regium victoriam furari.

Viso autem quopiam eodem ac ipse nomine, qui tamen ignavus esset : Adolescens, ait, aut nomen, aut mores mutato.

NOTÆ.

velut ipse Ignotus illorum deus, cujus religionem ad verum Deum traxit Apostolus; nempe sic adumbrantibus viris sapientissimis nomen Dei tetragrammaton, quod Hebræorum religio efferri non finit ac legi; redduntque ipsi passim voce Κύριος, id est *Dominus*; quandoque etiam certis characteribus et notis depingitur, velut in Procopii Esaia, quas nescio an fucum facere potuerint, ut sic ἀσεβῆ pro eo legeretur τὸ πρὸς, in tanta ejus propositionis amplitudine cum accusandi casu, junctum ἀσεβῆ, aliter malim ac Nobil. ex Cassiano, ut non *apud*, sed *adversus* et *contra* significet; ut sit, *Non est viro sapientia, non est fortitudo, non est consilium adversus impium*; quo scilicet ab eo se tueatur, satisque illi cautum sit (nisi Dei auxilio) adversus eum : qui sensus optimus est; sed ex aliis Hebraicis erutus, quam habeamus, siquidem fuit is a Senioribus productus; vel nisi glossema est, et ex margine in textum irrepsit, ipsamque textus veram vocem extrusit, quod præsertim sequens versus, ejus clare sensus sit.

Digitized by Google

Idem, cum eum amici ut procreandis liberis operam daret hortarentur : Nihil, inquit, est cur sitis solliciti ; relinquam enim vobis liberos, certaminum vi partas victorias.

Παρακαλούμενος δὲ ὑπὸ τῶν φίλων τεκνοποιῆσαι, ἔφη· Μὴ ἀγωνιᾶτε· καταλείπω γὰρ ὑμῖν τέκνα, τὰς ἐκ τῶν ἀγώνων νίκας.

Idem, cum ad bellum proficiscenti Aristoteles ei diceret exspectandam esse perfectam ætatem, tumque demum bellandum : Vereor, inquit, ne dum perfectam 542 ætatem exspecto, juvenilis animi audacia abscedat.

Τοῦ αὐτοῦ ἐξιόντος ἐπὶ τὸν πόλεμον, Ἀριστοτέλης ἔφη· Περίμεινον τὸ τέλειον τῆς ἡλικίας, καὶ τότε πολέμει. Ὁ δὲ, Φοβοῦμαι, εἶπε, μὴ περιμένων τὸ τέλειον τῆς ἡλικίας, τὴν τῆς νεότητος τόλμαν ἀπολέσω.

Laco, cum ei quidam ut probrum objiceret, quod claudus cum esset ad bellum exiret : Quid tum? ait ; non fugientibus in bello opus est, sed manentibus, ac qui pro certamine manus conserant.

Λάκων ὀνειδιζόμενος ὑπό τινος, ὅτι χωλὸς ὢν ἐξεισιν ἐπὶ τὸν πόλεμον, Τί τοῦτο; ἔφη· οὐ φευγόντων ἐστὶ χρεία, ἀλλὰ μενόντων καὶ ἀγωνιζομένων.

Leonidas. — Leonidas Lacedæmonius, dum ad bellum adversus Persas parva fultus militum manu proficisceretur, dicente quodam cum paucis eum proficisci : At, inquit, cum volentibus.

Λεωνίδας. — Λεωνίδας ὁ Λακεδαιμόνιος, ὀλίγους ἔχων στρατιώτας, εἰς τὴν πρὸς τοὺς Πέρσας μάχην ἐξεπορεύετο. Εἰπόντός δέ τινος, ὅτι μετ' ὀλίγων παντελῶς ἐκπορεύεται, εἶπεν· Ἀλλὰ μετὰ βουλομένων.

Laco affecta valetudine aciei præibat. Percontantibus quibusdam, quorsum sic affecto corpore præiret, respondit · Ut morte pro patria defungar.

Λάκων ἀσθενῶς τὸ σῶμα διακείμενος ἐπὶ παράταξιν προῆγε· λεγόντων δέ τινων αὐτῷ, Ποῦ τοιοῦτος ὢν πορεύῃ; ἔφη· Ὑπὲρ τῆς πατρίδος ἀποθανεῖν.

Musonii. — Honeste moriendi occasionem arripe, dum licet ; ne paulo post moriendum tibi sit, nec honeste moriendi facultas jam suppetat.

Μουσωνίου. — Ἅρπαζε τὸ καλῶς ἀποθνήσκειν ὅτε ἔξεστι, μὴ μετὰ μικρὸν τὸ μὲν ἀποθνήσκειν σοι παρῇ, τὸ δὲ καλῶς μηκέτι ἔξῃς.

Ex Dionis Chriis. — Lacæna mulier, cum ejus filius læso crure in prælio claudus factus esset, eamque suam calamitatem ægre ferret : Noli, inquit, fili, dolere; quoties enim gradum feceris, tua illa virtus in memoriam redibit.

Ἐκ τῶν Δίωνος Χρειῶν. — Λάκαινα γυνὴ, τοῦ υἱοῦ αὐτῆς ἐν παρατάξει χωλεύοντος, καὶ δυσφοροῦντος ἐπὶ τούτῳ, Μὴ λυποῦ τέκνον, εἶπε· καθ' ἕκαστον γὰρ βῆμα τῆς ἰδίας ἀρετῆς ὑπομνησθήσῃ.

Ex Nicolai collectaneis. — Celtæ Oceani accolæ, parietis aut domus ruinam fugere turpe ducunt. Adventanti quoque refluentis Oceani æstui armati occurrunt, et eo usque exspectant donec aquis obruti demergantur, ne videlicet fuga mortis timorem in illis possit arguere.

Ἐκ τῆς Νικολάου συναγωγῆς. — Κελτοὶ οἱ τῷ Ὠκεανῷ γειτνιῶντες (r), αἰσχρὸν ἡγοῦνται τοῖχον καταπίπτοντα ἢ οἰκίαν φεύγειν· πλημμυρίδος δὲ ἐκ τῆς ἔξω θαλάττης ἐπερχομένης, μεθ' ὅπλων ἀπαντῶντες ὑπομένουσιν, ἕως καταπλύζωνται, ἵνα μὴ δοκῶσι φεύγοντες τὸν θάνατον φοβεῖσθαι.

Corisci. — Coriscus admodum senex, cum difficili quodam morbo liberatus esset : Apage, inquit, quam moleste reversus sum, jam aliquantum viæ progressus, quam incedere omnino necesse est.

Κορίσκου. — Κορίσκος εὖ μάλα γέρων ὤν, ὡς ἀπό τινος χαλεπῆς ἀῤῥωστίας ἀνέῤῥωσεν. Ἄπιγε, ἔφη, ὡς ἀηδῶς ἀνέστροφα, ἤδη τῆς ὁδοῦ προκεκοφὼς, ἣν δεῖ πάντως πορευθῆναι.

Pyrrhi. — Cum Pyrrhus, ducto in Lacedæmonios exercitu, graves illis minas intentaret, Cercyllidas unus e senatorum numero in concione surgens : Si, inquit, Deus est is qui minatur, nihil nobis metuendum, ut qui per injuriam nihil læserimus : sin autem homo, sciat se viris minitari.

Πύῤῥου[a]. — Πύῤῥου ἐπιστρατεύσαντος τοῖς Λακεδαιμονίοις, καὶ πολλὰ ἀπειλοῦντος, Κερκυλλίδας εἷς τῶν γερόντων ἀναστὰς ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ, εἶπεν· Εἰ μὲν Θεός ἐστιν ὁ ἀπειλῶν, μὴ φοβώμεθα· οὐδὲν γὰρ ἀδικοῦμεν· εἰ δ' ἄνθρωπος, γνώτω ἀνδράσιν ἀπειλῶν.

Ex Plutarc. Historiis. — Darius Persarum rex, trecentorum millium militum ducto exercitu, ad

Ἐκ τοῦ Πλουτάρχου Ἱστοριῶν. · Δαρεῖος ὁ τῶν Περσῶν βασιλεὺς μετὰ τριάκοντα μυριάδων ἐν Με-

VARIORUM NOTÆ.

[a] Seu magis Cercyllidæ in Pyrrhum.

NOTÆ.

(r) *Κελτοὶ, οἱ τῷ Ὠκεανῷ γειτνιάζοντες.* Fabulosa hæc Nicolai (quem Damascenum velim, de quo multa Suid. prosequitur, et cujus unum et alterum volumen operum memini me vidisse in mss. codd. Em. card. Mazarini, qui in Regiam gazam nuper illati sunt) aut certe sic exaggeratione dicta, ad summam gentis audaciam, et quæ fortitudinis metas prope excedat, ac temeritatis aliquid habere videatur, denotandam : qua tamen audacia, haud raro, quæ omnem excedant fidem, felicissime præstant, nec usquam crebrius, quam nostra hac ætate, vel nuper Turcarum Hungarico bello, vel paulo ante, recentissimaque memoria, Hispanico.

Digitized by Google

ραθῶνι ἐστρατοπεδεύσατο. Ἀθηναῖοι δὲ χιλίους ἔπεμψαν ἐπ' αὐτούς, στρατηγοὺς αὐτοῖς δόντες, Πολύζηλον, Καλλίμαχον, Κυναίγειρον καὶ Μιλτιάδην. Συμβληθείσης δὲ τῆς παρατάξεως, Πολύζηλος μὲν ὑπὲρ ἄνθρωπον φαντασίαν θεασάμενος, τὴν ὄρασιν ἀπέβαλεν, καὶ τυφλὸς ὢν, ἀνεῖλε τεσσαράκοντα καὶ ὀκτώ. Καλλίμαχος δὲ πολλοῖς πεπαρμένος δόρασι, καὶ νεκρὸς ἑστάθη· Κυναίγειρος δὲ Περσικὰς ἀγομένην ναῦν (s) κατέσχων, ἐχειροκοπήθη· ὅθεν καὶ εἰς αὐτοὺς ὑπὸ Παντελείου τοιάδε γεγράφθαι λέγεται·

A Marathonem consederat. Athenienses mille adversus eos miserunt, præfectis illis ducibus Polyzelo, Callimacho, Cynægiro et Miltiade. Conserta acie, Polyzelus admirabile ac supra hominem visum cum vidisset, visum amisit, cædusque effectus octo supra quadraginta occidit. Callimachus autem multis telis 543 confossus, etiam mortuus in pedes stabat. Cynægiro Persicarum navium ductricem retinenti, manus abscissa est. Unde etiam in eos hæc a Pantelio esse scripta ferunt :

Ὦ κενεοῦ καμάτου καὶ ἀπρήκτου πολέμοιο!
Ἥμετέρῳ βασιλεῖ τί λέξομεν ἀντίσαντες;
Ὦ βασιλεῦ, τί μ' ἔπεμπες ἐπ' ἀθανάτους πολε-
[μιστάς;
Βάλλομεν, οὐ πίπτουσι· τιτρώσκομεν, οὐ φοβέ-
[ονται. B
Μοῦνος ἀνὴρ σύλησεν ὅλον στρατόν· ἐν δ' ἄρα
[μέσῳ
Ἀσματόεις [Ἀσθματ.] ἕστηκε (t) σιδηρείαις
[ὑπὸ ῥίζαις,
Οὐδὲ θέλει πεσέειν· τάχα δ' ἔρχεται ἔνδοθι
[νηῶν.
Εἶπε, κυβερνῆτα, νέκυος προφύγωμεν ἀειρίδας.

O inanem laborem et infectum bellum!
Regi nostro ad eum reversi, quid dicemus?
Cur me, rex, ad immortales bellatores misisti?
Cædimus, non cadunt; vulneramus, non metuunt.
Vir unus totum spoliavit exercitum: et in medio
Anhelus stetit ferreis in radicibus,
Nec vult cadere; forsan naves ingredietur.
Dicito, gubernator, cadaveris procul minas fugiamus.

—

ΛΟΓΟΣ Ε' [10].

Περὶ δικαιοσύνης.

Matθ. ε'. — Μακάριοι οἱ πεινῶντες καὶ διψῶντες τὴν δικαιοσύνην, ὅτι αὐτοὶ χορτασθήσονται.

Levit. ιθ'. — Ζυγὰ δίκαια καὶ μέτρα δίκαια καὶ χοῦς δίκαιος ἔσται ὑμῖν.

Ἡσαΐ. ις'. — Δικαιοσύνην μάθετε, οἱ ἐνοικοῦντες C ἐπὶ τῆς γῆς.

Παροιμ. ιδ'. — Δικαιοσύνη ὑψοῖ ἔθνος, ἐλασσονοῦσι δὲ φυλὰς αἱ ἁμαρτίαι.

Παροιμ. ιβ'. — Κτῆμα τίμιον ἀνὴρ καθαρὸς πορευόμενος ἐν ὁδοῖς δικαιοσύνης.

Ὁδὸς δικαιοσύνης καὶ ἐλεημοσύνη; εὑρήσει ζωὴν καὶ δόξαν.

Παροιμ. κς'. — Ὀρύσσων βόθρον τῷ πλησίον, ἐμπεσεῖται εἰς αὐτόν· ὁ κυλίων λίθον, ἐφ' ἑαυτὸν κυλίει.

Κρεῖσσον ὀλίγη λῆψις μετὰ δικαιοσύνης, ἢ πολλὰ γεννήματα μετὰ ἀδικίας.

Σιρὰχ μ'. — Χρήματα ἀδίκων ὡς ποταμὸς ξηρανθήσεται, καὶ ὡς βροντὴ μεγάλη ἐν ὑετῷ ἐξ- D ηχήσει (u).

SERMO V.

De justitia.

Matth. v, 6. — Beati qui esuriunt et sitiunt justitiam, quoniam ipsi satūrabuntur.

Levit. xix, 36. — Stateræ justæ, et pondera justa, et congius justus erit vobis.

Isa. xxvi, 9. — Discite justitiam, qui habitatis super terram.

Prov. xiv, 34. — Justitia exaltat gentem : diminuunt autem tribus peccata.

Prov. xii. 27, 28. — Res pretiosa vir purus, ambulans in viis justitiæ.

Via justitiæ et eleemosynæ vitam inveniet ac claritatem.

Prov. xxvi, 27. — Qui fodit foveam proximo, incidet in eam : qui volvit lapidem, in seipsum volvit.

Prov. xvi, 8. — Melius est modicum quid accipere cum justitia, quam multi fructus cum injustitia

Eccli. xl, 13. — Substantia injustorum sicut fluvius exsiccabitur; et sicut tonitruum magnum in pluvia personabit.

[10] In Gesn. Stobæo 52.

VARIÆ LECTIONES.

NOTÆ.

(s) *Περσικὰς ἀγομένην ναῦν.* Prætoriam scilicet, seu quæ reliquis ductrix esset classique præiret, quam proinde morari ac impedire ad Græcorum salutem tanti interesset. Male Gesn. Περσικὴν mutat, ac si una navis Persas veheret, non immensa illa navium silva, quanta opus erat, ad militum illa præsidia et impedimenta; vel adeo præclarum facinus esset, unam quamlibet Persarum navim sic retinere, ac retinendo dexteram secandam dare, illi, qui Græcorum dux exercitus esset.

(t) *Ἀσθματόεις ἕστηκε.* Sic certe emend. quod utraque editione Gesn. ἀσμαόδης, quod esset magis *venti similis*, ἀπὸ τοῦ ᾄδω· cum et ipse bene reddat, *anhelus*. Sic non raro in bellicosissimis contingit ut ægre sternantur, stratique, ac jam mortui habiti, conviviscant, parique interitu hostem involvant. Hi nempe anhelant, ac necdum penitus effuso sanguine aut concreto, calore pugnæ, sic pene portento similia patrant.

(u) *Ἐν ὑετῷ ἐξηχήσει.* Quasi *late sonabit*; sic Greg., sic Aretas, relati in *Thesauro*, ea voce usi : nemo, ad sensum Gesneri, quasi privanter, dum reddit, *tonitru in pluvia personare desinet*. Certe etiam per pluviam mistam grandine tum fulgetro aer accenditur, tum tonitrua mugiunt feriuntque fulmina, quæ tamen omnia modico evanescant : nec aliter sæculi divitiæ, quantavis illarum pompa, brevi intercunt, inque alios commigrant. Quo sensu

Digitized by Google

Basilii. — Qui veram justitiam non prius animo repositam habet, sed aut corruptus divitiis est, aut amicitiæ indulget, aut potentia flectitur, rectum judicium proferre non potest.

Justitia est habitus, quod cuique ex merito est, tribuens. Hoc autem consequi 544 arduum est, cum alii, quo laborant defectu prudentiæ, quod cuique æquum sit invenire non possint; alii vero, quibus tenentur humanis affectibus, jus fasque aboleant.

Theol. orat. 19. — Iræ Dei fæcem (*Isa.* LI, 17) quamdam et credimus et audimus, hoc est commotionis reliquias adversus eos, qui ea digni sunt; quandoquidem Deus ultionum Dominus (*Psal.* XCIII, 1). Quamvis enim ex sua benignitate ac clementia ex severitate ad facilitatem et veniam inclinet, peccantibus tamen non omnia ignoscit, ne benignitate deteriores fiant.

Chrysost. — Deus, nec de omnibus in hac vita exigit pœnas, ne resurrectionis spem abjicias, nec judicium fore exspectes, cum hic cuncti justa animadversione rationem reddant: nec contra impune omnia abire sinit, ne rursus putaveris quidquid rerum est nulla regi providentia.

Nyssen. — Justum Dei judicium, pro eo ac dispositi sumus et affecti, ipsum componitur; ac qualia a nobis profecta fuerint, talia nobis ex similibus vicissim ipso auctore proveniunt.

Evagrii. — Judex iniquus, contaminata conscientia.

Cyrilli. — Quisquis per injuriam læditur, mœrens animo dolensque aduritur: cumque seipsum ulcisci, aut in æquum descendere non liceat, quod nimirum lædentis quandoque manus prævaleat, cœlestis in malos ODii stimulum ad opem sibi ferendam implorat.

Platonis. — Qui nemini facit injuriam, dignus is quidem est ut honori habeatur: qui vero eos qui injuriæ studeant, lædere non sinit, plusquam duplici præ illo honore dignus fuerit. Ille namque unius, iste aliorum plurium instar exsistit.

Sic enim existimo, et me et te aliosque homines in illa esse sententia, ut deterius esse ducamus injuriam facere, quam accipere; et non dare pœnas, quam dare.

Βασιλείου. — Ὁ τὴν ἀληθῆ δικαιοσύνην μὴ ἔχων προεναποκειμένην τῇ ψυχῇ, ἀλλ' ἢ χρήμασι διεφθαρμένος, ἢ φιλίᾳ χαριζόμενος, ἢ ἔχθρᾳ ἀμυνόμενος, ἢ δυναστείᾳ δυσωπούμενος, τὸ κρῖμα κατευθύνειν οὐ δύναται.

Δικαιοσύνη ἐστὶν ἕξις ἀπονεμητικὴ τοῦ κατ' ἀξίαν. Δυσθήρατον δὲ τοῦτο, τῶν μὲν διὰ τὸ περὶ τὴν φρόνησιν ἐλλιπὲς οὐχ εὑρισκόντων ἑκάστῳ διανεῖμαι τὸ ἴσον· τῶν δὲ διὰ τὸ προκατέχεσθαι ὑπὸ παθῶν ἀνθρωπίνων ἀφανιζόντων τὸ δίκαιον.

Θεολόγου. — Θεοῦ μὲν ὀργῆς τρυγίαν τινὰ (*v*) καὶ πιστεύομεν, καὶ ἀκούομεν· τὸ λεῖμμα τῆς κατὰ τῶν ἀξίων κινήσεως, ἐπειδὴ Θεὸς ἐκδικήσεων Κύριος. Εἰ γὰρ καὶ κλίνει διὰ φιλανθρωπίαν ἐκ τοῦ ἀποτόμου πρὸς τὸ ἐνδόσιμον, ἀλλ' οὐ πᾶν συγχωρεῖ τοῖς ἁμαρτάνουσιν, ἵνα μὴ τῇ χρηστότητι χείρους γίνωνται.

Χρυσοστ. — Οὔτε πάντας ἐνταῦθα ἀπαιτεῖ δίκην ὁ Θεὸς, ἵνα μὴ ἀπογνῷς τὴν ἀνάστασιν, καὶ ἀπελπίσῃς τὴν κρίσιν, πάντων ἐνταῦθα διδόντων λόγον· οὔτε πάντα ἀφίεται ἀτιμωρητὶ ἀπελθεῖν, ἵνα μὴ πάλιν ἀπρονόητα εἶναι πάντα νομίσῃς.

Τοῦ Νύσσης. — Ἡ τοῦ Θεοῦ δικαιοκρισία, ταῖς ἡμετέραις διαθέσεσιν ἐξομοιοῦται· καὶ οἷά περ ἂν τὰ παρ' ἡμῶν ᾖ, τοιαῦτα ἡμῖν ἐκ τῶν ὁμοίων ἀντιπαρέχεται.

Εὐαγρίου. — Ἄδικος δικαστὴς, μεμολυσμένη συνείδησις.

Κυρίλλου. — Πᾶς ὁ ἀδικούμενος, καταφλέγεται μὲν ὑπὸ λύπης· ἀμύνασθαι δὲ οὐκ ἔχων ἢ διὰ τῶν ἴσων ἐλθεῖν (*x*), ἔσθ' ὅτε διὰ τὸ ἡττᾶσθαι τῆς τοῦ ἀδικοῦντος χειρὸς, τῆς ἄνωθεν μισοπονηρίας τὸ κέντρον καλεῖ πρὸς ἐπικουρίαν.

Πλάτωνος. — Τίμιος μὲν δὴ καὶ ὁ μηδένα ἀδικῶν· ὁ δὲ μηδ' ἐπιτρέπων τοῖς ἀδικοῦσιν ἀδικεῖν, πλέον ἢ διπλασίας τιμῆς ἄξιος ἐκείνου. Ὁ μὲν γὰρ ἑνὸς, ὁ δὲ πολλῶν ἀντάξιος ἑτέρων.

Ἐγὼ γὰρ δὴ οἶμαι, καὶ ἐμὲ, καὶ σὲ, καὶ τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους, τὸ ἀδικεῖν τοῦ ἀδικεῖσθαι κάκιον ἡγεῖσθαι· καὶ τὸ μὴ διδόναι δίκην, τοῦ διδόναι.

NOTÆ.

affinique allegoria ait Psaltes regius: *Periit memoria eorum cum sonitu;* quasi fragore per auras dissipata, non in eis silens, sensu Gesneriano.

(*v*) *Τρυγίαν τινά.* Sic passim Scriptura exprimit iræ Dei reliquias; uti Psal. XLIV, et alibi: eoque respexit Greg. cui male conatus medicinam facere, medicinæ spiritalis rudis, medicus Gesnerus, dum eam vocem voce τραχύτητα mutavit. *Divinæ iræ asperitatem.* Τὸ, λῆμμα, in Gregorii editis est λεῖμμα, quasi *residuum*, ut est IV Reg. XIX, 4, sicque ipse ex memoria forsitan scripserit, eoque magis λῆμμα Scripturarum usu, pro divina animadversione sumatur, quod passim Vulg. *onus.* Nec necesse cum Gesn. mutare λῆμα, quod etiam inter alia iram ac justitiæ vindictam significat.

(*x*) *Ἢ διὰ τῶν ἴσων ἐλθεῖν.* Quasi, *pari marte confligere, et in æquum venire;* hostis in eum partes sustinere. Auctore namque Nonio, *Hostimentum est æquamentum, unde hostes dicti, qui ex æqua causa pugnam ineunt.* Nonii igitur mens est, *hostis* venire ab *hostio*, id est *æquo*, eo quod qui alteri se bello opponit, is minimum vel *æqualis* sit, vel talis sibi videatur. Hinc dimicaturi dicuntur *in æquum descendere.* Liv. VII, *Primo credere duces Gallorum, non descensuros in æquum Romanos.* Translate Seneca I. XI *De ben.* c. 13, *Benignissimus fuit, descenditque in æquum, et detraxit muneri suo pompam:* nec alio spectat Cyrilli phrasis, quam Gesn. nihil intellexit, dum *par pari reddere*, reddidit. Consentit locus evangelicus, de rege commissuro prælium, qui pacem rogat, nec vult bello experiri, dum non licet per facultatem, ut pares hosti copias educat.

Digitized by Google

Ἄξιον τούτους ἐπαινεῖν τῶν ἀνθρώπων, οἳ μηδεμίαν ὠφέλειαν προαιροῦνται τοῦ δικαίου· χρήματα γὰρ ἔστι κτήσασθαι, δόξαν δὲ, χρημάτων οὐ ῥᾴδιον πρίασθαι.

Μοσχίωνος. — Ἄμεινον δικαίως κρίναντα, πρὸς τοῦ καταδικασθέντος ἀδίκως μεμφθῆναι, ἢ ἀδίκως κρίναντα, παρὰ τῇ φύσει δικαίως ψέγεσθαι.

Ἐκ τῶν ἑπτὰ φιλοσόφων. — Δοκεῖ δέ μοι πόλις ἄριστα πράττειν καὶ μάλιστα σώζειν δημοκρατίαν, ἐν ᾗ τὸν ἀδικήσαντα τοῦ ἀδικηθέντος προβάλλονται (y), καὶ κολάζουσιν.

Ὑπερίδου. — Διὰ δύο προφάσεις τῶν ἀδικημάτων ἄνθρωποι ἀπέχονται, ἢ διὰ φόβον, ἢ διὰ αἰσχύνην.

Σωκράτ. — Ἃ πάσχοντες παρ' ἑτέροις ὀργίζεσθε, ταῦτα τοῖς ἄλλοις μὴ ποιεῖτε.

Ἐπικτήτου. — Ὥσπερ εὐθὺς ζυγὸς, οὔτε πρὸς ἀληθοῦς εὐθύνεται ζυγοῦ, οὔθ' ὑπὸ ψευδοῦς κρίνεται· οὕτω καὶ ὁ δίκαιος κριτὴς, οὔθ' ὑπὸ δικαίων εὐθύνεται, οὔτε παρ' ἀδίκοις δικάζεται.

Μὴ πρότερον ἑτέρῳ δικαστηρίῳ δικάσῃς, πρὶν εὐτὸς παρὰ τῇ δίκῃ κριθῇς.

Πυθαγόρου. — Κακὰ μείζω πάσχει διὰ τοῦ συνειδότος ὁ ἀδικῶν, βασανιζόμενος, ἢ ὁ τῷ σώματι καὶ ταῖς πληγαῖς μαστιγούμενος.

Ζήνωνος. — Ζήνων ὁ Στωϊκὸς φιλόσοφος, ἐρωτηθεὶς ὑπό τινος τῶν γνωρίμων, πῶς ἂν μηδὲν τῶν ἀδίκων πράττο[ι]μεν, εἶπεν· Ἐὰν διὰ παντὸς ὑπολαμβάνητέ με συμπαρεῖναι ὑμῖν.

Ὁ αὐτὸς ἐρωτηθεὶς, εἰ δύναται λανθάνειν Θεὸν ἄνθρωπος ἀδικῶν, Ἀλλ' οὐδὲ διανοούμενος, ἔφη.

Σωκράτης. — Καταδικασθεὶς ὑπὸ Ἀθηναίων κατακρημνισθῆναι, τῆς γυναικὸς Ξανθίππης κλαιούσης, καὶ λεγούσης· Ὦ Σώκρατες, ὡς ἀδίκως ἀποθνήσκεις! ἔφη· Σὺ οὖν ἐβούλου με δικαίως ἀποθανεῖν;

Μενάνδρου.

Χρηστοῦ πρὸς ἀνδρὸς μηδὲν ὑπονόει κακόν.
Δίκαιος ἀδικεῖν οὐκ ἐπίσταται τρόπος.

Ξενοφῶντι Σωκράτης. — Ἡ οὐ δοκεῖ σοι ἀξιοτεκμαρτότερον τοῦ λόγου τὸ ἔργον εἶναι; Πολύ γε, νὴ Δία, ἔφη. Δίκαια μὲν λέγοντες πολλοὶ, ἄδικα ποιοῦσι· δίκαια δὲ πραττόντων, οὐδ' ἂν εἷς ἄδικος εἴη.

A Æquum est ut eos laude afficiamus, qui nullum commodum æquitati præponant : nam pecunias comparare licet, haud vero facile pecuniis gloriam parare.

Moschionis. — Præstat recte judicantem, ab eo qui fuit condemnatus, injuste reprehendi; quam iniqua sententia, natura judice juste vituperari.

Ex dictis septem sapientum. — Videtur mihi civitas se optime habere, **545** liberumque populi regimen quam maxime incolume servare, in qua injuriæ auctore illi coram constituto, qui injuriam accepit, reum pœnis subjiciunt.

Hyperidis. — Duplici ex causa solent homines ab injustitia abstinere, aut metu scilicet, aut pudore.

B

Socrates. — Quæ ab altero passi indignantor fertis, videte ne hæc eadem aliis faciatis.

Epicteti. — Ut justa bilanx, nec a vera bilance corrigitur, nec a falsa judicatur : sic et justus judex, neque a justis ipse corrigitur, neque ab injustis judicatur.

Noli prius in altero judicio judicare, quam ipse pro justitiæ tribunali judicatus exieris.

Pythagor. — Majora mala sustinet qui injuriæ auctor est, torquente conscientia, quam qui corpore cæditur ac plagis vapulat.

Zenonis. — Zeno Stoicus philosophus, cum ex domesticis quidam quæreret, qua possent ratione injuriarum nihil facere : Si semper, inquit, existimabitis me vobis adesse.

C

Idem interrogatus an Deum latere possit, qui injuriam facit : Imo, inquit, ne qui cogitat quidem.

Socratis. — Damnatus Socrates ab Atheniensibus ut præcipitio vitam finiret, flente uxore Xantippe, atque dicente : Quam injuste, Socrates, moreris! Tu, inquit, igitur velles me juste mori?

Menandri.

Ne suspicator de bonis unquam malum;
Nam justus haud ullum nocendi scit modum.

Xenophonti Socrates. — Annon majoris tibi ad fidem opus ipsum videtur, quam sermo? Maxime vero, inquit. Eorum enim qui justa loquuntur, longe plures injusta agunt : eorum autem qui agunt justa, nec unus quidem injustus exstiterit.

D

ΛΟΓΟΣ Ϛ' [11].

Περὶ φίλων καὶ φιλαδελφίας.

Α' *Κορ.* ιγ'. — Ἐὰν ταῖς γλώσσαις τῶν ἀνθρώπων λαλῶ καὶ τῶν ἀγγέλων, ἀγάπην δὲ μὴ ἔχω, γέγονα

SERMO VI.

De amicis et fraterno amore.

I Cor. XIII, 1-3. — Si linguis hominum loquar et angelorum, charitatem autem non habeam, fa-

VARIÆ LECTIONES.

[11] In Gesn. Stobæo 213.

NOTÆ.

(y) *Τὸν ἀδικήσαντα τοῦ ἀδικηθέντος προβάλλονται.* Quasi, ἐπὶ τοῦ ἀδικηθ. Sub ejus præsentia, coram sistunt, aut etiam reum peragunt, altero accusante, altero defendente, ac tum justa ultione pœnam inferunt. Quæ ipsa summa æquitas, et qua democratia (populare regimen) optime confovetur. Nec pene aliter illæ gentes, quibus major jurisdicundi simplicitas mansit. Gesn. versio, quidquid ejus sententiæ luminis est, plane exstinxit.

Digitized by Google

etus sum velut æs sonans, aut cymbalum tinniens. *Et paulo post.* Si distribuero in cibos omnes facultates meas, et tradidero corpus meum, ut ardeam, charitatem autem non habuero, nihil sum.

Prov. XXVII, 6. — Fideliora sunt vulnera amici, quam **546** spontanea oscula inimici.

Prov. XXIX, 5. — Qui in faciem amici sui rete parat, id pedibus suis inducit.

Prov. XVIII, 1. — Excusationes prætendit vir, qui vult recedere ab amicis suis.

Prov. XV, 17. — Melius est excipi oleribus cum amicitia et gratia, quam vitulorum apparatus cum inimicitia.

Eccli. XXII, 25. — Mittens lapidem in volatilia, abigit illa : et, qui conviciatur amico, dissolvit amicitiam.

Eccli. VII, 20. — Ne amicum levi ex causa commutaveris.

Eccli. VI, 14. — Amicus fidelis, protectio valida : et qui invenit illum, invenit thesaurum.

Eccli. IX, 14. — Ne derelinquas amicum antiquum : novus enim non illi comparandus est.

Eccli. VI, 15. — Nihil est quo fidelis amicus permutari possit : nec est ponderatio bonitatis illius.

Basilii. — Ex iis qui improbi sunt ac imperiti, amicus ne unus exsistit. Neque enim amicitiæ honestas cadit in pravum animum ; quod nimirum nihil turpe ac inconcinnum transire possit in amicitiæ consensum. Malum enim nedum bono adversatur, sed et ipsum sibi contrarium est.

Quæ ab amicis sunt, etsi injuriæ conjuncta, tolerabilia exsistunt.

Theologi. — Bonos semper pluris facito quam malos.

Malorum si utaris necessitudine, prorsus et malus eris.

Cuncta, facta dictaque, amicitia prone feret ac sustinebit.

Præstat concordia vitio conjuncta exque libidine, pietatis ergo conflatum divortium.

Improborum noxiæ sunt congressiones (quod nempe ea lex sociandæ amicitiæ sit, ut eorum qui illa conjunguntur, similibus moribus coaleseat) qui videlicet alta odium mente retinentes, velut dilectione tinctam amicitiæ quamdam prætendunt speciem ; haud secus ac saxa sub aquis latentia, quorum capita exigua tecta aqua, improvisum damnum incautis afferunt.

Ab eo qui malus sit, nihil unquam boni retuleris.
Quærit enim veniam eorum, quæ in vita egit.
Corpora namque loco conjunguntur,
Animi autem spiritu cooptantur.
Inimicitiæ noscito terminos, nullos vero amicitiæ.

Nemo tamen existimet in ea me esse sententia, ut omnem pacem amplectendam **547** esse dicam (novi enim uti dissidium quoddam optimum, sic et concordiam exitiosissimam), sed eam demum quæ honeste est, reique honestæ gratia, ac quæ Deo conjungat.

A χαλκὸς ἠχῶν, ἢ κύμβαλον ἀλαλάζον. *Καὶ μετ' ὀλίγον·* Ἐὰν ψωμίσω πάντα τὰ ὑπάρχοντά μοι, καὶ παραδῶ τὸ σῶμά μου ἵνα καυθήσομαι, ἀγάπην δὲ μὴ ἔχω, οὐδέν εἰμι.

Παροιμ. κζ'. — Ἀξιοπιστότερα τραύματα φίλου, ἢ ἑκούσια, φιλήματα τοῦ ἐχθροῦ

Παροιμ. κθ'. — Ὃς παρασκευάζεται ἐπὶ πρόσωπον τοῦ ἑαυτοῦ φίλου δίκτυον, περιβαλεῖ αὐτὸ τοῖς ἑαυτοῦ ποσίν.

Παροιμ. ιη'. — Προφασίζεται ἀνὴρ βουλόμενος χωρισθῆναι ἀπὸ φίλων.

Παροιμ. ιε'. — Κρεῖσσον ξενισμὸς λαχάνων πρὸς φιλίαν καὶ χάριν, ἢ παράθεσις μόσχων μετὰ ἔχθρας.

Σιρὰχ κβ'. — Βάλλων λίθον τις ἐπὶ πετεινά, B ἐπισοβεῖ αὐτά· καὶ ὀνειδίζων φίλον, διαλύει φιλίαν.

Σιρὰχ ζ'. — Μὴ ἀλλάξῃς φίλον ἕνεκεν ἀσυμφόρου.

Σιρὰχ ς'. — Φίλος πιστὸς σκέπη κραταιά· ὁ δὲ εὑρὼν αὐτὸν, εὗρε θησαυρόν.

Σιρὰχ θ'. — Μὴ ἐγκαταλίπῃς φίλον ἀρχαῖον· ὁ γὰρ πρόσφατος οὐκ ἔστιν ἐπίσης αὐτῷ.

Σιρὰχ ς'. — Φίλου πιστοῦ οὐκ ἔστιν ἀντάλλαγμα, καὶ οὐκ ἔστιν σταθμὸς τῆς καλλονῆς αὐτοῦ.

Βασιλείου. — Οὐδεὶς πονηρῶν καὶ ἀμαθῶν φίλος. Οὐδὲ γὰρ πίπτει τὸ φιλίας καλὸν, εἰς μοχθηρὰν διάθεσιν· διότι οὐδὲν αἰσχρὸν καὶ ἀνάρμοστον εἰς συμφωνίαν δύναται χωρῆσαι φιλίας. Τὸ γὰρ κακὸν, οὐ τῷ ἀγαθῷ ἐναντίον ἐστὶ μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτὸ ἑαυτῷ. C

Τὰ παρὰ φίλων, κἂν ὕβρις ᾖ, φορητά.

Θεολόγου. — Ἀεὶ πρότιμα τοὺς καλοὺς τῶν μὴ καλῶν.

Κακοῖς δ' ὁμιλῶν, καὶ κακὸς πάντως ἔσῃ.

Πάντα οἴσει φιλία, καὶ πάσχουσα καὶ ἀκούουσα.

Κρείσσων ἐμπαθοῦς ὁμονοίας ἡ ὑπὲρ εὐσεβείας διάστασις.

Βλαβεραὶ αἱ πρὸς τοὺς κακοὺς συνουσίαι· ἐπειδὴ νόμος οὗτος φιλίας δι' ὁμοιότητος πέφυκεν τοῖς συναπτομένοις ἐγγίνεσθαι· οἱ μῖσος ἐν τῷ βάθει D κατέχοντες, ἀγάπη δεικνύουσι κατακεχρωσμένην τὴν ἐπιφάνειαν, κατὰ τὰς ὑφάλους πέτρας, αἱ βραχεῖ ὕδατι καλυπτόμεναι, κακὸν ἀπροαίρετον τοῖς ἀφυλάκτοις γίνονται.

Κακοῦ κακὸν ἀνδρὸς μή ποτε χρηστὸν πάθῃς.
Ζητεῖ γὰρ ὧν βεβίωκε συγγνώμην ἔχειν.
Τὰ μὲν γὰρ σώματα τόπῳ συνάπτεται,
Ψυχαὶ δὲ πνεύματι συναρμόζονται.
Ἔχθρας ὅρους γίνωσκε, φιλίας δὲ μή.

Μηδεὶς οἰέσθω με λέγειν, ὅτι πᾶσαν εἰρήνην ἀσπητέον (οἶδα γὰρ, ὥσπερ στάσιν τινὰ βελτίστην, οὕτω καὶ βλαβερωτάτην ὁμόνοιαν), ἀλλὰ τήν τε καλὴν καὶ ἐπὶ καλῷ, καὶ Θεῷ συνάπτουσαν.

Digitized by Google

Χρυσοστ. — Ὥσπερ ψυχὴ ἄνευ σώματος οὐ καλεῖται ἄνθρωπος, οὐδὲ ἦν σῶμα ἄνευ ψυχῆς· οὕτως οὐδὲ ἀγάπη πρὸς Θεὸν, ἐὰν μὴ ἔχῃ ἀκόλουθον καὶ τὴν πρὸς τὸν πλησίον ἀγάπην.

Οὐδὲν ὁμονοίας ἴσον. Ὁ γὰρ εἷς, πολλοστός ἐστιν οὕτως. Ἂν γὰρ ὁμόψυχοι ὦσι δύο ἢ δέκα, οὐκέτι εἷς ἐστιν ὁ εἷς, ἀλλὰ δεκαπλασίων ἕκαστος αὐτῶν γίνεται· καὶ εὑρήσεις ἐν τοῖς δέκα τὸν ἕνα, καὶ ἐν τῷ ἑνὶ τοὺς δέκα. Κἂν ἐχθροὺς ἔχωσιν ἐν τῷ ἑνὶ προσβαλὼν, ἐν τοῖς δέκα προσβαλὼν, οὕτως ἁλίσκεται. Ἠπόρησεν ὁ εἷς, ἀλλ' οὐκ ἔστιν ἐν ἀπορίᾳ· τῷ γὰρ μείζονι μέρει τὸ ἀπορεῖν συσκιάζεται. Ἕκαστος τούτων εἴκοσι χεῖρας ἔχει καὶ εἴκοσιν ὀφθαλμοὺς, καὶ πόδας τοσούτους, καὶ ψυχὰς δέκα. Οὐ γὰρ τοῖς ἑαυτοῦ μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἐκείνων ἐργάζεται πάντα. Εἰ δὲ καὶ ἑκατὸν γένοιτο, τὸ αὐτὸ ἔσται πάλιν. Ὁ αὐτὸς καὶ ἐν Περσίδι καὶ ἐν Ῥώμῃ δύναται εἶναι· καὶ ὅπερ φύσις οὐ δύναται, ἡ ἀγάπη δύναται. Ἐὰν οὖν χιλίους ἔχῃς φίλους ἢ δισχιλίους, ἐννόησον ποῦ πάλιν ὑπερβήσεται τὰ τῆς δυνάμεως. Τὸ γὰρ θαυμαστὸν τοῦτό ἐστι, τὸ χιλιοστὸν ποιῆσαι ἕνα. Βέλτιον γὰρ ἡμῖν σβεσθῆναι τὸν ἥλιον, ἢ φίλων ἀποστερηθῆναι. Πολλοὶ γὰρ τὸν ἥλιον ὁρῶντες, ἐν σκότῳ εἰσί· φίλων δὲ εὐποροῦντες, οὐδ' ἂν ἐν θλίψει γένοιντο. Οὐδὲν γὰρ, οὐδὲν τῆς ἀγάπης γλυκύτερον γένοιτο ἄν. Τί γὰρ οὐκ ἂν ἐργάσαιτο φίλος γνήσιος; πόσην μὲν οὐκ ἂν ἐμποιήσειεν ἡδονήν; πόσην δὲ ἀφέλειαν; πόσην ἀσφάλειαν; κἂν μυρίους θησαυροὺς εἴπῃς, οὐδὲν ἀντάξιον γνησίου φίλου εὕροις. Καὶ καθάπερ τὰ λαμπρὰ τῶν σωμάτων ἄνθος ἀπορρεῖ (z) πρὸς τοὺς πλησίον τόπους· οὕτω καὶ φίλοι, οἷς ἂν παραγένωνται τόποις, ἑαυτῶν χάριν ἀφιᾶσι. Κρεῖσσον γὰρ ἐν σκότῳ διάγειν, ἢ φίλων εἶναι χωρίς.

Chrysost. — Ut anima sine corpore non vocatur homo, nec vicissim corpus sine anima : sic nec charitas quidem in Deum, nisi etiam comitem habeat charitatem in proximum.

Nihil concordiæ par eique comparandum. Per eam enim qui unus est, in hunc modum in multos efficitur. Si enim duo aut decem uno animo fuerint, unus haud amplius unus est, sed quisque illorum decuplex redditur; offendesque in decem unum, atque in uno decem. Quod si hostes illis aliqui sint, qui cum uno congressus fuerit, decem ipsos impetierit, inque eum modum vincetur. Eget unus, nec tamen egestate premitur : majori enim parte et numero egestas obtegitur. Quisque illorum viginti manibus præditus est, vigintique oculis ac totidem pedibus, decemque animabus. Non enim suis tantum, sed et aliorum cuncta membris operatur ac viribus. Sin autem etiam centum fuerint, idem rursus continget. Idem cum in Perside, tum Romæ esse poterit : quodque natura non potest, id dilectio præstiterit. Si igitur millenos seu etiam bis millenos amicos nactus fueris, cogita quo demum potestatis excellentia evascrit. Hoc enim summam habet admirationem, quod unus in millenos augeatur. Præstaret exstingui nobis solem, quam amicis orbari. Etenim multi, cum solem videant, in tenebris versantur : at, qui multos habent amicos, ii ne in angustiam quidem inciderint. Nihil enim, nihil utique dilectione possit esse suavius. Quid enim non efficiat verus amicus? quam voluptatem non afferat? quam utilitatem? quam securitatem? Vel si infinitos thesauros dixeris, nihil quod cum vero amico comparari possit, inveneris. Et quemadmodum splendida corpora ornatum quemdam ad lucem diffundunt in circumfusa ac vicina loca : sic amici ubicunque versati fuerint, ex se gratiam ac suavitatem spirant. Proinde satius est in tenebris versari, quam amicis privari.

Γρηγ. Νύσσης. — Ὥσπερ τὰ εὐώδη τῶν ἀρωμάτων, τῆς ἰδίας εὐπνοίας τὸν παρακείμενον ἀέρα πλήρη ποιοῦσιν, οὕτως ἀνδρὸς ἀγαθοῦ παρουσία τοὺς πέλας ὀνίνησιν.

Εὐαγρίου. — Ἀγάπη, τὰ φλεγμαίνοντα μόρια τοῦ θυμοῦ θεραπεύει.

Φίλωνος. — Φίλον ἡγητέον, τὸν βοηθεῖν καὶ ἀντωφελεῖν ἐθέλοντα, κἂν μὴ δύνηται.

Ἐκ χρυσοῦ ποτηρίου πίνειν φάρμακον, καὶ παρὰ φίλου ἀγνώμονος συμβουλίαν λαμβάνειν, ταυτόν ἐστιν.

Σκεύη μὲν τὰ καινὰ, κρείττονα· φιλία δὲ, ἡ παλαιοτέρα.

Αἱ μὲν ἐκ τῆς γῆς καρποὶ κατ' ἐνιαυτόν· οἱ δὲ ἐκ τῆς φιλίας, κατὰ πάντα καιρὸν φύονται.

Πολλοὶ φίλους αἱροῦνται, οὐ τοὺς ἀρίστους, ἀλλὰ τοὺς πλουτοῦντας

Gregor. Nyss. — Quemadmodum odorata aromata, suavi, quam spirant, fragrantia, circumfusum aerem complent : sic viri boni præsentia vicinos commodo afficit.

548 *Evagrii.* — Dilectio inflammatas ac tumentes iræ partes curat.

Philonis. — Eum amicum existimare debemus, qui juvare vicemque rependere cupit, etsi præstare non possit.

Qui ab improbo amico consilium accipit, idem facit, ac qui ex aureo poculo venenum bibit.

Vasa quidem nova, veteribus præstantiora : amicitia vero quo vetustior, eo melior.

Terræ fruges singulis annis, at amicitiæ fructus omni nascuntur tempestate.

Multi amicos sibi deligunt, non qui optimi sint, sed qui locupletes.

NOTÆ.

(z) *Ἄνθος ἀπορρεῖ.* Quasi flos (splendor scilicet ac lux) ornatus, inde manat et defluit. Exstant hæc partim ejus Hom. 2 in 1 ad Thess. Forte Maximus ex variis locis, hunc sic floridum, amicitiæ tessera, concinnavit. Affine est illud Æschyli, initio Promethei, Τὸ σὸν γὰρ ἄνθος, παντέχνου πυρὸς σέλας. Ubi Sch. τὸν κόσμον exponit. *Flos tuus* (ornatus scilicet ac cultus) *ignis omnium artificis splendor ac fulgor.*

Digitized by Google

Multi cum videantur amici, amici non sunt; quique non videantur, amici tamen sunt : sapientis igitur partium sit, ut unumquemque noverit.

Eorum cavenda amicitia est, quorum anceps animus est ac affectus.

Isocratis. — Amicos ascisce, non omnes qui ambiant, sed eos qui ingenio tuo ac moribus congruant.

Ejusdem. — Neminem amicum adhibeas, quin prius inquisieris, qua ratione superioribus amicis usus sit. Existima enim eum talem etiam erga te futurum, qualis erga illos fuerit.

Lente amicitiam inito; ubi autem inieris, amicus perseverare studeto. Æque enim turpe est nullum amicum habere, pluresque alios ex aliis amicos ac sodales mutare.

Vera amicitia tria potissimum quærit, virtutem, ut honestum; consuetudinem seu familiaritatem, ut jucundum; ac postremo usum, ut necessarium. Æquo enim animo habendus dum judicat; gaudendum præsentia; et, si eges, utendum.

Plutarchi. — Equi bonitatem bello probamus : amici vero fidem rebus adversis.

Non decet fratres, ut lances in statera, altero humiliato, alterum extolli.

Comis omnibus esto; iis vero qui optimi sunt, utitor. Sic enim illis gravis non eris, istisque amicus efficieris.

Amicos parato, non quibuscum jucundissime, sed quibuscum optime vivas.

Ex Dionis Chriis. — Quot amicos paraveris, tot oculos habebis, quibus quæ velis videas : tot aures, quibus quæ decet, audias : tot mentes, quibus de iis quæ conducunt tecum animo deliberare ac consultare possis. Non enim aliter se habet plurium amicitia, quam si cui Deus unum corpus habenti **549** multas daret animas, quæ omnes illi providerent ac consulerent.

Aristotel. — Parandæ potius facultates amicorum causa, quam amici earum gratia.

Is, cum illi probro verteretur, quod cum improbis versaretur : Ille, inquit, optimus medicus est, qui a reliquis depositos suscipit.

Idem aiebat, placere omnibus rem summe arduam esse.

Socrates. — Qui amicitiam violant, etsi eorum qui læsi injuria sunt, ultionem vitarint, haud tamen quam Deus illaturus sit depellent pœnam.

Importuno amare perinde sit atque odisse. Verum amicum in malis ne timeas.

Idem ex Crœso percontatus, quid præstantissimum ex regno esset consecutus; illoque respondente, ut hostes ulcisceretur, et amicos beneficio afficeret : Quanto, inquit, jucundius, si et illos tibi amicos reddidisses?

Democriti. — Non posse amicis opitulari, inopiæ : malle autem, pravitatis animi certum indicium est.

A Πολλοὶ δοκοῦντες εἶναι φίλοι, οὐκ εἰσί· καὶ οὐ δοκοῦντες, εἰσί· σοφοῦ οὖν ἐστι γινώσκειν ἕκαστον.

Φεύγειν δεῖ τὴν φιλίαν, ὧντινων ἀμφίβολος ἡ διάθεσις.

Ἰσοκράτ. — Φίλους κτῶ, μὴ πάντας τοὺς βουλομένους, ἀλλὰ τοὺς τῆς σῆς φύσεως ἀξίους ὄντας.

Τοῦ αὐτοῦ. — Μηδένα φίλον ποιοῦ, πρὶν ἂν ἐξετάσῃς πῶς κέχρηται τοῖς πρότερον φίλοις. Ἔλπιζε γὰρ αὐτὸν καὶ περὶ σὲ γενέσθαι τοιοῦτον, οἷος καὶ περὶ ἐκείνους γέγονεν.

Βραδέως μὲν φίλος γίνου· γενόμενος δὲ, πειρῶ διαμένειν. Ὁμοίως γὰρ αἰσχρὸν μηδένα φίλον ἔχειν, καὶ πολλοὺς ἑταίρους μεταλλάττειν.

B Ἡ ἀληθινὴ φιλία τρία ζητεῖ μάλιστα· τὴν ἀρετὴν, ὡς καλόν· καὶ τὴν συνήθειαν, ὡς ἡδύ· καὶ τὴν χρείαν, ὡς ἀναγκαῖον. Δεῖ γὰρ ἀποδέξασθαι κρίναντα, καὶ χαίρειν συνόντα, καὶ χρῆσθαι δεόμενον.

Πλουτάρχ. — Ἵππου μὲν ἀρετὴν ἐν πολέμῳ, φίλου δὲ πίστιν ἐν ἀτυχίᾳ κρίνομεν.

Οὐ χρὴ τὸν ἀδελφὸν καθάπερ πλάστιγγα βάπτειν εἰς τοὐναντίον, ὑψουμένου ταπεινούμενον αὐτόν.

Ἡδέως μὲν ἔχε πρὸς ἅπαντας, χρῶ δὲ τοῖς βελτίστοις. Οὕτω γὰρ, τοῖς μὲν οὐκ ἀπεχθὴς ἔσῃ, τοῖς δὲ φίλος γενήσῃ.

Φίλους κτῶ, μὴ μεθ' ὧν ἥδιστα συνδιατρίψῃς, ἀλλὰ μεθ' ὧν ἄριστα.

C *Ἐκ τῶν Δίωνος Χρειῶν.* — Ὁπόσους γὰρ ἂν τις ᾖ κεκτημένος ἑταίρους, τοσούτοις μὲν ὀφθαλμοῖς ἃ βούλεται ὁρᾷ, τοσαύταις δὲ ἀκοαῖς ἃ δεῖ ἀκούει, τοσαύταις δὲ διανοίαις διανοεῖται περὶ τῶν συμφερόντων. Διαφέρει γὰρ οὐδὲν, ἢ εἷ τῳ Θεὸς ἓν σῶμα ἔχοντι, πολλὰς ψυχὰς ἔδωκεν, ἁπάσας ὑπὲρ ἐκείνου προνοουμένας.

Ἀριστοτέλ. — Χρήματα ποιεῖσθαι μᾶλλον τῶν φίλων ἕνεκα προσήκει, ἢ τοὺς φίλους τῶν χρημάτων.

Οὗτος ὀνειδιζόμενος ὅτι, πονηροῖς συνδιατρίβει, Ἐκεῖνος, ἔφη, ἄριστος ἰατρός ἐστιν, ὃς τοὺς ὑπὸ πάντων ἀπεγνωσμένους ἀναλαμβάνει.

D Ὁ αὐτὸς ἔλεγεν, ὅτι τὸ πᾶσιν ἀρέσαι δυσχερέστατόν ἐστιν.

Σωκράτης. — Οἱ φιλίαν παραθεωροῦντες, κἂν τὴν ἐκ τῶν ἠδικημένων ἐκφύγωσι τιμωρίαν· ἀλλ' οὖν γε τὴν ἐκ Θεοῦ τιμωρίαν οὐ διακρούονται.

Φιλεῖν ἀκαίρως, ἴσον ἐστὶ τοῦ μισεῖν. Φίλον γνήσιον ἐν κακοῖς μὴ φοβοῦ.

Ὁ αὐτὸς ἐπερωτῶν Κροῖσον, τί παρὰ τῆς βασιλείας ἔσχε τιμιώτατον· εἶτα ἐκείνου εἰρηκότος, Τὸ τοὺς ἐχθροὺς μετελθεῖν, καὶ φίλους εὐεργετεῖν· Πόσῳ μᾶλλον, ἔφη, χαριέστερον ἐποίησας, εἰ καὶ τούτους εἰς φιλίαν μετετρόπωσας;

Δημοκρίτ. — Τὸ μὴ δύνασθαι βοηθεῖν τοῖς φίλοις, ἀπορίας· τὸ δὲ μὴ βούλεσθαι, κακίας τεκμήριον.

Digitized by Google

Κλειτάρχου. — Σεαυτοῦ τὰ ἀτυχήματα τῶν φίλων ἡγοῦ· τῶν δὲ ἰδίων εὐτυχημάτων κοινώνει.

Τελευτησάντων τῶν φίλων, θρηνεῖν μὲν οὐκ εὐγενές· προνοεῖν δὲ τῶν οἰκείων, ἐπιμελές.

Κάτων. — Οὐ τὰ χρήματα φίλοι, ἀλλ' οἱ φίλοι χρήματα. Καὶ χρήματα μὲν, φιλίαν οὐδέποτε ἂν ἐργάσαιτο, ὥσπερ οὐδὲ ἡ γῆ Θεόν· φιλία δὲ χρήματα ῥᾳδίως κτήσαιτο [κτίσ.], καθάπερ καὶ Θεὸς γῆν.

Ὥσπερ μέλιτταν οὐ διὰ τὸ κέντρον μισεῖς, ἀλλὰ διὰ τὸν καρπὸν τημελεῖς· οὕτω καὶ φίλον, μὴ δι' ἐπίπληξιν ἀποστραφῇς, ἀλλὰ διὰ τὴν εὔνοιαν ἀγάπα.

Ὅστις φίλον λυπούμενον ἔφυγεν, οὐδὲ τοῦ χαίροντος ἀπολαύειν ἄξιος.

A

Clitarchi. — Tuas calamitates amicorum esse existima : tuas autem prosperitates eis communica.

Mortuos amicos lugere haud est generosum; providere autem domesticis, diligentiæ est.

Catonis.—Non divitiæ amici, sed amici divitiæ. Et divitiæ quidem nunquam amicitiam fecerint, uti nec terra Deum : amicitia vero facile divitias paraverit, quemadmodum et Deus terram.

Ut apem propter aculeum non odisti, sed propter fructum foves ac colis :'sic et amicum cave objurgationis acerbitate offensus averseris, sed dilige qua te benevolentia colit.

Qui rebus tristibus amicum fugerit, neque lætis ac illis gaudente dignus est potiri.

B

Μενάνδρου.

Καὶ φιλεῖν δεῖ ὡς καὶ μισήσοντας,
Καὶ μισεῖν ὡς καὶ φιλήσοντας.
Χρυσὸς μὲν οἶδε δοκιμάζεσθαι πυρί,
Ἡ πρὸς φίλους δ' εὔνοια καιρῷ κρίνεται.
Ὁ καιρῷ εὐτυχοῦντα κολακεύων φίλον,
Καιροῦ φίλος πέφυκεν, οὐχὶ τοῦ φίλου.

Menandri.

Sic decet amare, ut qui odio habituri sint,
Sicque odisse, ut qui sint amaturi.
Aurum quidem igne probari consuevit,
Benevolentiam vero erga amicos tempus explorat.
Qui amico adulatur, quo tempore faustis rebus utitur,
Is temporis amicus est, non amici.

Οὐ πρότερον ἀληθινοὺς φίλους κτῆσαι, πρὶν τοὺς ψεύδους ἀποδιώξῃς.

Οὐδέποτε ὠρέχθην τοῖς πολλοῖς ἀρέσκειν. Ἃ μὲν γὰρ ἐκείνοις ἤρεσκεν, οὐκ ἔμαθον· ἃ δ' ἤδειν ἐγὼ μακρὰν ἦν τῆς ἐκείνων διαθέσεως.

Σωκράτης. — Οἱ ἀδελφοὺς παριόντες, καὶ ἄλλους φίλους ζητοῦντες, παραπλήσιοί εἰσι τοῖς τὴν ἑαυτῶν γῆν ἐῶσι, τὴν δὲ ἀλλοτρίαν γεωργοῦσι.

Incerti. — Veros amicos ne prius parato, quam falsos fugaveris.

Nunquam vulgo placere expetii; nam **550** quæ illis placent, non didici : quæ autem novi, ab eorum longe abhorrent animis.

Socrates. — Qui posthabitis fratribus, alios sibi amicos parant, illis similes sunt, qui agro suo relicto alienum colunt.

C

Κριτίου. — Ὅστις τοῖς φίλοις πάντα πρὸς χάριν πράσσων ὁμιλεῖ, τὴν παραυτίκα ἡδονὴν ἔχθραν καθίστησιν εἰς ὕστερον χρόνον.

Critii. — Qui cum amicis ita versatur, ut omnia ad gratiam faciat, is præsentem voluptatem in posterum inimicitiam facit.

Πολυαίνου. — Ὅσῳ ἂν πλείον εὐεργετήσεις τὸν φίλον, τοσούτῳ μᾶλλον τὸ σαυτοῦ συμφέρον ποιήσεις. Ἀντεπιστρέφει γὰρ πάλιν εἰς ἡμᾶς ἡ ἐξ ἐκείνων εὔνοια.

Polyæni. — Quo plura in amicum contuleris munera, eo magis ipse tuis rationibus studueris. Vicissim enim eorum ad nos benevolentia revertitur.

Κυψέλου. — Φίλοις εὐτυχοῦσι καὶ ἀτυχοῦσιν, ὁ αὐτὸς ἴσθι.

Cypseli. — Amicis idem esto faustis rebus atque infaustis.

Ἐπικτήτου. — Φεύγειν δεῖ κακῶν φιλίαν καὶ ἀγαθῶν ἔχθραν.

Epicteti. — Fugienda malorum amicitia, bonorumque cavenda inimicitia.

Σέξτ. — Μὴ κτήσῃ φίλον, ᾧ μὴ πάντα πιστεύεις.

Sexti. — Ne amicum tibi adhibueris, cui omnia non credis.

Κύρου. — Πέμψαντος αὐτῷ τινος κόσμον πολὺν, δέδωκε τοῖς φίλοις. Ἐρωτηθεὶς δὲ, διατί οὐχ ὑπελείπετο αὐτῷ, ἔφη· Ὅτι τὸ μὲν ἐμὸν σῶμα οὐκ ἂν δύναιτο πᾶσι τούτοις κοσμεῖσθαι· φίλους δὲ κεκοσμημένους ὁρῶν, μέγιστον ἐμαυτῷ κόσμον ἀποκεῖσθαι ὀίξω.

D

Cyri. — Cum ad eum quidam ingentem mundum misisset, amicis tribuit. Cumque ex eo quæreretur, cur ejus sibi nihil reliquisset, ait : Quia corpus meum omni hoc mundo ornari non possit : amicos autem dum eo ornatos intueor, maximum mihi ornatum repositum esse existimo.

Τίμων. — Τίμων ὁ μισάνθρωπος, ἐρωτηθεὶς διατί πάντας ἀνθρώπους μισεῖ, εἶπε· Διότι τοὺς μὲν πονηροὺς εὐλόγως μισῶ· τοὺς δὲ λοιποὺς, ὅτι οὐ μισοῦσι τοὺς πονηρούς.

Timonis. — Timon ille, qui ab odio hominum Græcis dictus est Μισάνθρωπος, interrogatus cur omnes odisset homines : Quia, inquit, merito improbos odi; reliquos autem, quia improbos non oderunt.

Ῥωμύλ. — Ῥώμυλος ἐγκαλούμενος ὅτι πονηροῖς ἀνθρώποις σύνεστιν, ἔφη· Καὶ οἱ ἰατροὶ τοῖς νοσοῦσιν· ἀλλ' αὐτοὶ ὑγιαίνουσιν.

Romuli. — Romulus, cum ei crimini verteretur, quod cum improbis versaretur : Et medici, inquit, cum ægrotis; sed ipsi sani sunt.

Ἀντίγονος Βασιλεύς. — Οὗτος θύων τοῖς θεοῖς, ηὔχετο φυλάττειν αὐτὸν ἀπὸ τῶν δοκούντων εἶναι

Antigonus rex. — Hic cum diis immolaret, orabat ut se a simulatis amicis servarent. Percontante

Digitized by Google

vero aliquo, quamobrem tale quid efflagitaret : Quod, inquit, hostes cum cognosco, caveo.

Alexander. — Quodam percontante ubinam thesauros haberet, submonstrans amicos : In istis, inquit.

Libanii. — Gratulandum amicis, tum, cum bene ac prospere cum illis agitur; uti et rebus tristibus illis condolendum.

Quæ ex amicis in amicos offensæ proveniunt ac injuriæ, longe curatu difficiles sunt, majoraque quam quæ inimicorum exsistunt, conflant damna.

Pisoniani Dionis. — Quo quis amicos fortiores reddit, eo illis fortior evadit.

Quæ calamitas extra amicitiam non intolerabilis? Quæ felicitas non injucunda semotis amicis?

Facilius calamitates acerbissimas cum **551** amicis feras, quam solus prosperitates maximas.

Eum juste miserrimum judico, qui in miseriis et calamitatibus multos habet qui lætentur, rebus autem secundis qui una delectetur, neminem.

Qui amicis largitur, simul quidem, ut qui largiatur, dando delectatur; simul vero, ut qui ipse acquirat.

φίλων. Πυνθανομένου δέ τινος, διὰ ποίαν αἰτίαν τοιαύτην εὐχὴν ποιεῖται, ἔφη, Ὅτι τοὺς ἐχθροὺς γινώσκων φυλάσσομαι.

Ἀλέξανδρ. — Ἐρωτηθεὶς ὑπό τινος, Ποῦ τοὺς θησαυροὺς ἔχεις; δείξας τοὺς φίλους, ἔφη, Ἐν τούτοις.

Λιβανίου. — Συγχαίρειν χρὴ τοῖς φίλοις καλῶς πράττουσιν, ὡς καὶ συναλγεῖν λυπουμένοις.

Αἱ ἐκ φίλων εἰς φίλους γενόμεναι λύπαι, δυσθεράπευτοι λίαν τυγχάνουσι, καὶ μείζους τῶν ἐχθρῶν ἔχουσι τὰς ἐπηρείας.

Πεισωνιανοῦ Δίωνος. — Ὅσῳ δ' ἂν [12] τις τοὺς φίλους ἰσχυροτέρους ποιεῖ, οὗτος ἰσχυρότερος αὐτῶν γίνεται.

Ποῖα μὲν συμφορὰ δίχα φιλίας οὐκ ἀφόρητος; ποῖα δὲ εὐτυχία χωρὶς φίλων οὐκ ἄχαρις;

Ῥᾷον ἂν τις συμφορὰν χαλεπωτάτην φέρει μετὰ φίλων, ἢ μόνος εὐτυχίαν τὴν μεγίστην.

Ἐκεῖνον ἀθλιώτατον κρίνω δικαίως, ὃς ἐν μὲν ταῖς συμφοραῖς πλείστους ἔχει τοὺς ἐφηδομένους, ἐν δὲ ταῖς εὐτυχίαις οὐδένα τὸν συνηδόμενον.

Ὁ τοῖς φίλοις χαριζόμενος, ἅμα μὲν ὡς χαριζόμενος ἥδεται διδούς, ἅμα δὲ ὡς αὐτὸς κτώμενος.

SERMO VII.

De eleemosyna.

Matth. v, 7. — Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur.

Deut. xv, 11. — Non deerit pauper de terra. Idcirco ego præcipio tibi verbum istud dicens : Aperiens aperies manus tuas fratri tuo pauperi.

Job xxix, 15. — Oculus fui cæcorum, pes claudorum : ego eram pater invalidorum.

Prov. iii, 3. — Eleemosynæ et fides ne te deserant : alliga eas supra collum tuum, et invenies gratiam.

Dan. iv, 24. — Peccata tua eleemosynis redime, et iniquitates tuas miserationibus pauperum.

Eccli. iii, 33. — Ignem ardentem exstinguet aqua, et eleemosyna expiabit peccata.

Eccli. iv, 8. — Inclina nihil gravate pauperi aurem tuam, et responde ei in lenitate pacifica.

Eccli. xii, 4. — Da pio, et ne susceperis peccatorem : benefac humili, et ne dederis impio.

Eccli. xxix, 15. — Conclude eleemosynam in cellis tuis, et hæc eruet te ab omni malo, et super lanceam roboris adversus inimicum pro te pugnabit.

Eccli. xxxv, 26. — Speciosa misericordia in tempore afflictionis, sicut nubes pluviæ in tempore siccitatis.

ΛΟΓΟΣ Ζ' [13].

Περὶ ἐλεημοσύνης.

Ματθ. ε'. — Μακάριοι οἱ ἐλεήμονες, ὅτι αὐτοὶ ἐλεηθήσονται.

Δευτ. ιε'. — Οὐ μὴ ἐκλίπῃ ἔνδεὴς ἀπὸ τῆς γῆς. Διὰ τοῦτο ἐγώ σοι ἐντέλλομαι τὸ ῥῆμα τοῦτο, λέγων, Ἀνοίγων ἀνοίξεις τὰς χεῖράς σου τῷ ἀδελφῷ σου τῷ πένητι.

Ἰὼβ κθ'. — Ὀφθαλμὸς ἤμην τυφλῶν, ποὺς δὲ χωλῶν· ἐγὼ ἤμην πατὴρ ἀδυνάτων (a).

Παροιμ. γ'. — Ἐλεημοσύναι καὶ πίστις μὴ ἐκλειπέτωσάν σε· ἔφαψαι δὲ αὐτὰς ἐπὶ σῷ τραχήλῳ, καὶ εὑρήσεις χάριν.

Δαν. δ'. — Τὰς ἁμαρτίας ἐν ἐλεημοσύναις λύτρωσαι, καὶ τὰς ἀνομίας σου ἐν οἰκτιρμοῖς πενήτων.

Σιρὰχ γ'. — Πῦρ φλογιζόμενον κατασβέσει ὕδωρ, καὶ ἐλεημοσύνη ἐξιλάσκεται ἁμαρτίας.

Σιρὰχ δ'. Κλῖνον πτωχῷ ἀλύπως τὸ οὖς σου, καὶ ἀποκρίθητι αὐτῷ ἐν πραΰτητι εἰρηνικά.

Σιρὰχ ιβ'. Δὸς τῷ εὐσεβεῖ, καὶ μὴ ἀντιλαβοῦ τοῦ ἁμαρτωλοῦ· εὖ ποίησον ταπεινῷ, καὶ μὴ δῷς ἀσεβεῖ.

Σιρὰχ κθ'. Σύγκλεισον ἐλεημοσύνην ἐν τοῖς ταμείοις σου, καὶ αὕτη σε ἐξελεῖται ἐκ πάσης κολάσεως [κακώσεως], καὶ ὑπὲρ δόρυ ἀλκῆς κατέναντι ἐχθροῦ πολεμήσει ὑπὲρ σοῦ.

Σιρὰχ λε'. Ὡραῖον ἔλεος ἐν καιρῷ θλίψεως, ὡς νεφέλη ὑετοῦ ἐν καιρῷ ἀβροχίας.

VARIÆ LECTIONES.

[12] Ὅς δ' ἄν. [13] In Gesn. Stobæo 76, in Antonio 27.

NOTÆ.

(a) *Patrhp ἀδυνάτων.* Fodo mendo Gesn. utraque editione, πῦρ ἀδυνάτων, quod pueri exscribentis sic breviatam vocem sit. Patre certe egent infirmi, ac velut orphani, non igne.

Digitized by Google

Βασιλείου. — Πλεονεξίας εἶδος τὸ χαλεπώτατον, μήτε τῶν φθειρομένων μεταδιδόναι τοῖς ἐνδεέσιν.

Τοσούτους ἀδικεῖς, ὅσοις παρέχειν ἠδύνασο.

Θεολόγου. — Τὸ εὖ ποιεῖν, τοῦ πάσχειν τιμιώτερον, καὶ περισπουδαστότερον κέρδους ἔλεος.

Κρεῖττον μυρίων παίδων πατέρα προσαγορεύεσθαι, ἢ μυρίους στατῆρας ἔχειν ἐν βαλαντίῳ. Τὰ μὲν γὰρ χρήματα καταλείψεις ἐνταῦθα, καὶ μὴ βουλόμενος· τὴν δὲ ἐπὶ τοῖς ἀγαθοῖς ἔργοις φιλοτιμίαν ἀποκομιεῖ πρὸς τὸν Δεσπότην· ὅταν δῆμος ὅλος ἐπὶ τοῦ κοινοῦ Κριτοῦ παριστάντες σε, τροφέα καὶ εὐεργέτην, καὶ πάντα τὰ τῆς φιλανθρωπίας ἀποκαλῶσιν ὀνόματα· Θεὸς ἔσται ὁ ἀποδεχόμενος· ἄγγελοι εὐφημοῦντες· οἱ ἀπὸ κτίσεως ἄνθρωποι μακαρίζοντες· δόξα αἰώνιος, στέφανοι δικαιοσύνης, βασιλεία τῶν οὐρανῶν ἅθλός σοι ἔσται.

Σκορπιζόμενος ὁ πλοῦτος, καθ' ὃν ὁ Κύριος ἐπιτέτταται τρόπον, πέφυκε παραμένειν· συνεχόμενος δὲ, ἀλλοτριοῦσθαι. Ἐὰν φυλάσσεις, οὐκ ἔχεις· ἐὰν δὲ σκορπίσεις, οὐκ ἀπολέσεις. *Ἐσκόρπισεν, ἔδωκε τοῖς πένησι.*

Καλὸν ἐνταφιον ἡ εὐσέβεια. Πάντας περιβαλόμενος ἄπελθε. Οἰκεῖον κόσμον τὸν πλοῦτόν σου ποίησον· ἔχε αὐτὸν μετὰ σεαυτοῦ. Πείσθητι καλῶς συμβούλῳ τῷ ἀγαπήσαντί σε Χριστῷ, τῷ δι' ἡμᾶς πτωχεύσαντι, ἵν' ἡμεῖς τῇ ἐκείνου πτωχείᾳ πλουτήσωμεν.

Θεολόγου. — Ἐλεημοσύνη, ἡ πάσης ἀπηλλαγμένη ἀδικίας· αὕτη πάντα καθαρὰ ποιεῖ. Τοῦτο καὶ νηστείας βέλτιον καὶ χαμευνίας· καίτοιγε ἐκεῖνα μοχθηρότερα καὶ ἐπιπονώτερα, ἀλλ' αὕτη κερδαλεωτέρα, χρωτίζει ψυχήν, λεπτύνει, καλὴν καὶ ὡραίαν ποιεῖ.

Ἐκεῖνα μόνα κερδήσομεν, ὅσα ἂν ἐκεῖ προπέμψωμεν. Ἐκεῖνα μόνα ἐστὶν ἡμέτερα, ὅσα τῆς ψυχῆς ἐστι κατορθώματα, ἐλεημοσύνη καὶ φιλανθρωπία· οὐ γὰρ δυνατὸν χρήματα λαβόντα ἀπελθεῖν· μᾶλλον δὲ καὶ προπέμψωμεν αὐτὰ, ὥστε ἑτοιμάσαι ἡμῖν σκηνὴν ἐν ταῖς αἰωνίαις μοναῖς.

Ἐλεημοσύνης χωρὶς, ἄκαρπος ἡ ψυχή. Πάντα ἀκάθαρτα ταύτης χωρὶς, πάντα ἀνόνητα. Τοῦτό ἐστιν ᾧ ἐξισοῦσθαι δυνάμεθα τῷ Θεῷ, τὸ ἐλεεῖν καὶ οἰκτείρειν. Ὅταν οὖν τοῦτο μὴ ἔχωμεν, τοῦ παντὸς ἀπεστερήμεθα. Οὐκ εἶπεν, Ἐὰν πιστεύσητε, ὅμοιοι ἔσεσθε τῷ Πατρὶ ὑμῶν. Οὐκ εἶπεν, Ἐὰν παρθενεύσητε· ἀλλὰ τί; *Γίνεσθε οἰκτίρμονες, ὡς ὁ Πατὴρ ὑμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Ἔλεον* γὰρ, φησὶ, *θέλω, καὶ οὐ θυσίαν.*

Ὧν βουλόμεθα τυχεῖν παρὰ τοῦ Θεοῦ, τούτων πρότεροι μεταδιδόναι τοῖς πλησίον ὀφείλομεν. Ἂν δὲ τοὺς πλησίον τούτων ἀποστερῶμεν, πῶς τούτων τυχεῖν βουλόμεθα; *Μακάριοι*, φησὶν, *οἱ ἐλεήμονες*,

Basilii. — Avaritiæ genus gravissimum est, ne ea quidem quæ pereunt egenis impartiri.

Tot injuria afficis, quot largiri potuisti.

Theologi. — Nobilius est beneficium præstare, quam accipere; expetibiliorque lucro eleemosyna est.

Præstat innumerabili sobole liberorum patrem vocitari, quam numero superiores stateres in loculis habere. Nam pecunias, velis nolis, ævo hoc relinques : gloriam vero ac magnificentiam 552 bonorum operum deferes ad Dominum; tunc nimirum, cum omnis multitudo sub communis Judicis præsentia circumfusi, te ciborum aliorumque bonorum promum condum, et quæcunque propensæ humanitatis nomina sunt, compellabunt; Deus placide habebit ac suscipiet, angeli cantico celebrabunt, qui a mundi ortu exstitere homines beatum prædicabunt : claritas æterna, justitiæ corona, regnum cœlorum, tua merces erunt et præmia.

Divitiæ si dispergantur, qua ratione Dominus documento tradit, ex indole habent ut permaneant; sin autem contineantur, ut in alienum jus ac possessionem transeant. Si servas, non babebis; si disperseris, non amittes. *Dispersit, dedit pauperibus* (Pssl. cxi, 9).

Οὐ γὰρ πώποτ' ἐμὰς βοῦς ἤλασαν, οὐδὲ μὲν ἵππους· ἄλλως τε δὲ, οὐδένα στρατιωτῶν ἀρετὴν ἐπ' ὤμων ἐκφέροντα εἶδον.

Lasus. — Lasus Hermeneus interrogatus, quidnam sapientissimum esset: Experientia, inquit.

Λάσος. — Λάσος ὁ Ἑρμηνεὺς (*l*) ἐρωτηθεὶς ὑπό τινος, τί εἴη σοφώτατον, Πεῖρα, ἔφη.

Idem, dicente ei rudi artis pictore: Opere tectorio illine domum tuam, ut eam pingam: Minime ait, sed tu eam prius pinge, ut postea illinam.

Ὁ αὐτὸς, ἀφυοῦς ζωγράφου λέγοντος αὐτῷ, Κονίασόν σου τὴν οἰκίαν, ἵνα αὐτὴν ζωγραφήσω, ἔφη, Οὔμενουν, ἀλλὰ πρότερον αὐτὴν ζωγράφησον, ἵνα μετὰ ταῦτα ἐγὼ αὐτὴν κονιάσω.

Protagor. — Protagoras, nec artem sine exercitatione, nec exercitationem sine arte aliquid esse dicebat.

Πρωταγ. — Πρωταγόρας ἔλεγε, μηδὲν εἶναι, μήτε τέχνην ἄνευ μελέτης, μήτε μελέτην ἄνευ τέχνης.

Epicuri. — Non specie tenus ac simulate capessenda philosophia, sed vere. Non enim necesse habemus ut valere videamur, sed ut reipsa valeamus.

Ἐπικούρ. — Οὐ προσποιεῖσθαι δεῖ φιλοσοφεῖν, ἀλλ' ὄντως φιλοσοφεῖν. Οὐ γὰρ προσδεόμεθα τοῦ δοκεῖν ὑγιαίνειν, ἀλλὰ τοῦ κατ' ἀλήθειαν ὑγιαίνειν.

Demonact. — Idem interrogatus, quis ejus præceptor exstiterit: Atheniensium, inquit, tribunal; nempe obscure significans, rerum negotiorumque experientiam, omni sophistica disciplina esse præstantiorem.

Δημώνακτ. — Ὁ αὐτὸς ἐρωτηθεὶς, τίς αὐτοῦ διδάσκαλος γεγονὼς εἴη, Τὸ τῶν Ἀθηναίων, ἔφη, βῆμα, ἐμφαίνων ὅτι ἡ διὰ τῶν πραγμάτων ἐμπειρία, κρείττων πάσης σοφιστικῆς διδασκαλίας ἐστίν.

VARIÆ LECTIONES.

[30] Al. Δημάδης.

NOTÆ.

(*l*) *Λάσος ὁ Ἑρμηνεύς.* Sic etiam habuit Gesn. expressitque inversione *Hermeneus*, etsi ea vox illi in Græcis excidit. Emendatius Suid. Λάσος Χαβρίνου, Ἑρμιονεὺς, πόλεως τῆς Ἀχαΐας, *Lasus Chabrini F. Hermionensis ex Hermione urbe Achaiæ*; quem antiquissimum memorat circa Vel olymp. tempore Darii Hystaspis F., qui primus De musica librum scripserit, dithyrambum in certamen deduxerit, et orationum judiciale genus docuerit: unus e septem sapientibus nonnullis habitus, loco Pimandri. Sive ergo Ἑρμήνη sive Ἑρμόνη dicta est ejus civitas, patronymicum est, quod sic ex illa vel a Suida vel a Maximo vocatus est. Facit cum Suida et Stephanus, qui ipse Ἑρμόνην vocat, et rationem appellationis, sive etymum affert, ut dicatur Ἕρμιον, quasi Ὅρμιον, id est, *portus*, quod Jupiter et Juno ex Creta eo appulerint.

Digitized by Google

ΛΟΓΟΣ ΙΗ' [31].

Περὶ εὐτυχίας καὶ δυστυχίας.

Λουκ. ις'. — Ἀπέλαβες σὺ τὰ ἀγαθά σου ἐν τῇ ζωῇ σου, καὶ Λάζαρος ὁμοίως τὰ κακά· νῦν δὲ, ὧδε παρακαλεῖται, σὺ δὲ ὀδυνᾶσαι.

Α'. Κορ. δ'. — Ἄχρι τῆς ἄρτι ὥρας καὶ πεινῶμεν καὶ διψῶμεν καὶ γυμνητεύομεν, καὶ κολαφιζόμεθα, καὶ ἀστατοῦμεν ἐργαζόμενοι ταῖς ἰδίαις χερσίν.

Σιράχ ιβ'. — Ἐν ἀγαθοῖς ἀνδρὸς, οἱ ἐχθροὶ αὐτοῦ ἐν λύπῃ, καὶ ἐν κακίᾳ αὐτοῦ καὶ ὁ φίλος διαχωρισθήσεται (u).

Σιράχ ιη'. — Μνήσθητι καιρὸν λιμοῦ ἐν καιρῷ πλησμονῆς· πτωχείαν καὶ ἔνδειαν ἐν ἡμέρᾳ πλούτου. Ἀπὸ πρωΐ ἕως ἑσπέρας μεταβάλλει ὁ καιρός.

Σιράχ θ'. — Μὴ ζηλώσῃς δόξαν ἁμαρτωλῶν.

Ἐξ Ἐπιγρ.

Ὡς κε [ὡς δὲ] φέρει τὸ φέρον σε φέρειν, [φέρου [32]· εἰ δ' ἀπειθήσεις,
Καὶ σαυτὸν βλάψεις, καὶ τὸ φέρον σε φέρειν.

Θεολόγου. — Ὅταν εὐπλοεῖς, μάλιστα μέμνησο ζάλης.

Τίς οἶδεν, εἰ ὁ μὲν διὰ κακίαν κολάζεται, ὁ δὲ ὡς ἐπαιρόμενος (v) αἴρεται· ἀλλὰ μὴ τοὐναντίον, ὁ μὲν διὰ πονηρίαν ὑψοῦται, ὁ δὲ δι' ἀρετὴν δοκιμάζεται;

Χρυσοστ. — Ἓν μόνον πεισθῆναι χρὴ, ὅτι συμφερόντως ἡμῖν ἅπαντα οἰκονομεῖται παρὰ Θεοῦ. Τὸν δὲ τρόπον μηκέτι ζητεῖν, μήτε ἀγνοοῦντας ἀσχάλλειν ἢ ἀθυμεῖν. Οὔτε γὰρ δυνατὸν ταῦτα εἰδέναι, οὔτε συμφέρον· τὸ μὲν, διὰ τὸ θνητοὺς εἶναι· τὸ δὲ, διὰ τὸ ταχέως εἰς ἀπόνοιαν αἱρεσθαι.

Νεῖλου. — Οὐ χρὴ ἐπὶ παντὶ πτώματι καὶ πάσῃ ἁμαρτίᾳ ἀνθρώπου ἐπαίρεσθαι, οὐδ' ἐπιχαίρειν ποτὲ τῷ ὑποσκελισθέντι, κἂν εἰ δοκεῖ ὁ τοιοῦτος ἐχθρὸς φόνιος εἶναι.

Θρήνει τὸν ἁμαρτωλὸν εὐθηνοῦντα· τὸ ξίφος γὰρ αὐτῷ τῆς δίκης ἐπιτείνεται.

Διατί δίκαιοι ἀσθενοῦσι καὶ πένονται, ἄδικοι δὲ αἴρονται καὶ πλουτοῦσι; Φημὶ, ἵνα οἱ μὲν στεφανωθῶσιν, οἱ δὲ αἰωνίως τιμωρηθῶσιν.

Πάντων σου τῶν πραγμάτων κατευοδουμένων, ἔκδεχου μεταβολήν· καὶ πάλιν ποτὲ ὑπὸ ἀπροσδοκήτου

SERMO XVIII.

De secundis rebus atque adversis.

Luc. xvi, 25. — Recepisti tu bona tua in vita tua et Lazarus similiter mala. Nunc autem hic consolationem habet, tu vero cruciaris.

I Cor. iv, 11. — Usque in hanc horam et esurimus, et sitimus, et nudi sumus, et colaphis cædimur, et instabiles sumus operantes manibus nostris.

Eccli. xii, 9. — In bonis viri, inimici ejus in tristitia; in malis autem, etiam amicus disjungetur.

Eccli. xviii, 25. — Memento famis in tempore saturitatis; mendicitatis et egestatis in die divitiarum. A mane ad vesperam mutatur tempus.

Eccli. ix, 16. — Noli æmulari gloriam peccatorum.

Ex Epigram.

Ut te fata volunt, sic fertor: sin minus, ipse
Mœrorem quæres, fataque te rapient.

Theologi. — Cum secunda uteris navigatione, tum tempestatis maxime debes meminisse.

Quis scire possit, an hic propter vitia puniatur, ille qua præstat virtutis laude efferatur; aut econtra, hic propter improbitatem extollatur, ille propter virtutem probetur?

Chrysost. — Unum hoc certum tenere debemus; sic ut nobis utile est, cuncta Deum dispensare; nec modus quod id fiat, curiosius inquirendus; vel si ille nos lateat, ægre ferendum atque dolendum. Nam neque fieri potest ut hæc sciamus, nec vero scire ex nostris exsistit rationibus; tum quod mortales sumus, tum quod inani fastu ac insolentia facile extollimur.

Nili. — Quidquid ruinæ alicui acciderit, quidquid peccaverit, cavendum ne inde extollamur, autve ei qui supplantatus fuerit, unquam insultemus, vel si ille capitalis hostis noster exstiterit.

Peccatorem luge secundis rebus utentem; quippe cui divinæ ultionis gladius intentetur.

Quid causæ est cur justi infirmi sint rerumque egestate premantur; injusti vero honores ac divitias consequantur? Nempe ut illi coronentur, hi vero æternis suppliciis crucientur.

Cum tibi prospere cedunt omnia, tum mutationem time; ac rursus, si quando inexspectatis

VARIÆ LECTIONES.

[31] In Gesn. Stob. 248. [32] *Ἀλλ'*. Εἰ τὸ φέρον σε *φέρει*, *φέρε* καὶ *φέρου*.

NOTÆ.

(u) *Ὁ φίλος διαχωρισθήσεται.* Sic et modo Græca. Vulg. *In malitia illius amicus agnitus est*; unde liquet legisse διαγνωσθήσεται, velut etiam II, 30, *in filiis suis agnoscitur vir*, ubi Græca, ἐν τέκνοις αὐτοῦ γνωσθήσεται ἀνήρ· quo utroque loco interpret. tempus mutavit: sed parum refert. Vox quoque nihil abhorret. At quod κακίαν *malitium* reddit, parum aptum est, aut ex usu ejus vocis: liquet enim κακίαν idem hic esse ac κάκωσιν, *mala*, *afflictionem*, *ærumnam*, et si quid ejusmodi est, quæ Latine nemo dicat *malitiam*.

(v) *Ὡς ἐπαιρόμενος.* Mendum esse liquet, cui vellem fecisset medicinam Gesnerus medicus. Forsitan videar fecisse, mutando ἐπ' ἀρετῇ, quod oppositum τῷ, διὰ κακίαν. Sic certe clara Gregorii sententia, ipsa expressa in Ecclesiaste, quod omnia omnibus eveniant; nec raro tristiora justis ac probis, quam malis et sceleratis, ne quis jam terrenæ felicitatis causa virtutem colat, quidquid olim carnales Judæi. Sic tenendum judicium, quidquid boni aut mali cuiquam evenerit: cujus memorem crebrius voluissem illust. Annalium Patrem; magno onere hinc suos levaturum Annales, puriusque ex historici munere illos editurum.

Digitized by Google

calamitatibus densaque malorum procella convolutus fueris ac obseptus, mitiora cogita ac meliora.

Philonis. — Lætari malis alienis, etsi aliquando æquum, at non humanum.

Qui secundis rebus modum ac disciplinam teneat is, iisdem afflictis, mœrensque ac dolens consolari non respuat.

Maximum enim calamitosis præsidium, vicissitudinis spes, quodque melior rerum status ob oculos versetur.

Inducta plaga viro prudenti disciplina **589** sit; nec raro calamitas ærumnaque rerum prospero statu præstat.

Maxima calamitas viro, qui rebus adversis utatur, quod nec suppetat qui consolari ac relicere possit.

Magnum afflictis rebus remedium, quam ex animo miserationem inferas; quodque vere condoleas magnam partem calamitatis levat.

Evagrii. — Homini non levi, quævis levis calamitas est.

Plutarchi. — Nec ægrum aureis pedibus lectus juvet, nec stolidum insignis prosperitas.

Ægris medicos, iis autem qui rebus afflictis sint, amicos adesse decet.

In ebrietatibus, bacchantur plurimi; rebusque adversis ac malis appetiti, mente emoventur.

Infirmo onus imponere, eique qui animo indisciplinato sit, ut res prospere cedant, facere, idem prorsus exsistit.

Splendidæ fortunæ, haud secus ac ventorum turbines, magna naufragia faciunt.

Ut qui cœlo sereno navigant, in promptu habent quibus tempestatem levent: sic et sobrii catique homines rebus prosperis præpararunt, quæ adversis adjumenta exsistant.

Ægrotantis victus ratio, et insipientis prosperitas, res morosa est.

Haud abnuit fortuna a mali certaminum positoris indole, haud raro victorem coronantis, cujus nihil strenui operis est.

Fortuna sagittarii instar, quandoque quidem in nos jaculans, ut in scopum quemdam, metam attingit; quandoque vero in ea quæ nobis adjacent propiusque circumstant.

Quod rebus tristibus uteris, tege, ne gaudium inimicis feceris.

Isocratis. — Calamitatem nemini exprobraveris: communis enim fortuna, et incertum quid futurum sit.

Nihil rerum humanarum firmum putato. Sic enim nec in prosperis gaudio diffunderis, nec in adversis æquo justius tristis eris.

Etiam solers gubernator quandoque naufragium facit; utiturque rebus adversis qui fultus virtute sit.

Democriti. — Generum bonum assecutus, nactus

A των συμφορῶν κυκλούμενος, φαντάζου τὰ χρηστὰ καὶ κρείττονα.

Φίλων. — Χαίρειν ἐπὶ ταῖς ἑτέρων ἀτυχίαις, εἰ καὶ δίκαιόν ποτε, ἀλλ' οὐκ ἀνθρώπινον.

Οὐ μὴ τὸ ἀλγεῖν ἀπαραμύθητον, εἰ μήτε τὸ εὖ πράττειν ἀπαιδαγώγητον.

Μεγίστη γὰρ ἐπικουρία τοῖς ἀτυχοῦσι, μεταβολῆς ἐλπὶς, καὶ τὸ κρεῖττον ἐν ὀφθαλμοῖς κείμενον.

Πληγὴ τοῖς εὖ φρονοῦσι παίδευμα γίνεται, καὶ κρειττων εὐημερίας πολλάκις κακοπάθεια.

Μεγίστη συμφορὰ ἀνθρώπῳ δυσπραγοῦντι, καὶ ἡ ἐρημία τοῦ ἀναχτησομένου.

B

Μέγα τῷ ἀτυχοῦντι φάρμακον ἔλεος ἀπὸ ψυχῆς εἰσφερόμενος· καὶ τὸ συνάλγειν γνησίως, πολύ τι κουφίζει τῆς συμφορᾶς.

Εὐαγρίου. — Πᾶσα συμφορὰ κούφη ἐστὶν ἀνδρὶ μὴ κούφῳ.

Πλουτάρχ. — Οὔτε τὸν ἀῤῥωστοῦντα ἡ χρυσόπους ὠφελεῖ κλίνη, οὔτε τὸν ἀνόητον ἡ ἐπίσημος εὐτυχία.

Τοῖς μὲν νοσοῦσιν ἰατρούς· τοῖς δὲ ἀτυχοῦσι, φίλους δεῖ παρεῖναι.

Ἐν μὲν ταῖς μέθαις παροινοῦσιν· ἐν δὲ ταῖς ἀτυχίαις παρανοοῦσιν οἱ πλεῖστοι.

Ἀῤῥωστοῦντι φορτίον ἐπιθεῖναι, ἢ ἀπαιδεύτῳ

C ψυχῇ εὐτυχίαν, ταυτόν ἐστιν.

Αἱ ἐπιφανεῖς τύχαι, καθάπερ οἱ σφοδροὶ τῶν ἀνέμων, μεγάλα ποιοῦσι ναυάγια.

Ὥσπερ οἱ ἐν εὐδίᾳ πλέοντες, καὶ τὰ πρὸς τὸν χειμῶνα ἔχουσιν ἕτοιμα· οὕτως οἱ ἐν εὐτυχίᾳ φρονοῦντες εὖ, καὶ τὰ πρὸς τὴν ἀτυχίαν ἡτοιμάκασι βοηθήματα.

Νοσοῦντος δίαιτα, καὶ ἄφρονος εὐτυχία, τὸ δυσάρεστον.

Ἔοικεν ἡ τύχη φαύλῳ ἀγωνοθέτῃ· πολλάκις γὰρ τὸν μηδὲν πράσσοντα στεφανοῖ.

Ἡ τύχη καθάπερ τοξότης, ποτὲ μὲν ἐπιτυγχάνει βάλλουσα ἐφ' ἡμᾶς, ὥσπερ ἐπί τινα σκοπόν· ποτὲ δὲ

D ἐπὶ τὰ σύνεγγυς παρακείμενα ἡμῖν.

Ἀτυχίαν κρύπτε, ἵνα μὴ τοὺς ἐχθρούς σου εὐφράνῃς.

Ἰσοκρ. — Μηδενὶ συμφορὰν ὀνειδίσῃς· κοινὴ γὰρ ἡ τύχη, καὶ τὸ μέλλον ἄδρατον.

Νόμιζε μηδὲν εἶναι τῶν ἀνθρωπίνων βέβαιον. Οὕτω γὰρ οὔτε εὐτυχῶν ἔσῃ περιχαρὴς, οὔτε δυστυχῶν περίλυπος.

Καὶ κυβερνήτης ἀγαθὸς ἐνίοτε ναυαγεῖ· καὶ ἀνὴρ σπουδαῖος ἀτυχεῖ.

Δημοκρίτ. — Γαμβρὸν ὁ μὲν ἐπιτυχὼν, εὗρεν

Digitized by Google

υἱόν· ὁ δὲ ἀποτυχὼν, ἀπώλεσε καὶ θυγατέρα. A est filium ; in malum vero qui incidit, etiam filiam amisit.

Σωκράτ. — Καλὸν μὲν ἐπὶ τῆς ἑστίας φαίνεσθαι τὸ πῦρ λαμπρόν· ἐπὶ δὲ τῆς ἀτυχίας, τὸν νοῦν.

Socrat. — In foco ignem; adversis rebus animum splendide lucere, id vero præclarum est.

Σωκράτης. —Οἱ μὲν ἀκρατεῖς ἐν ταῖς ἀῤῥωστίαις, οἱ δὲ ἄφρονες ἐν ταῖς εὐτυχίαις εἰσὶ δυσθεράπευτοι.

590 *Socrates.* — Gulæ incontinentes, ægra valetudine ; prosperoque rerum successu stulti curatu difficiles.

Ὁ αὐτὸς ἐρωτηθείς, Τί λυπεῖ τοὺς ἀγαθούς ; ἔφη, Εὐτυχία πονηρῶν· φιλεῖ γὰρ εὐημερία παράλογος, ῥᾳδίως ἔργα προκαλεῖσθαι.

Idem interrogatus : Quidnam viros bonos mœrore afficiat, respondit : Malorum felicitas ; proclive enim, quam nulla ratio frenet prosperitas, injuriam verbis factisque provocat.

Ὃν ἡ τύχη προπηλακίζει, καὶ παρὰ τῶν πράων οὕτως μάστιγας εὑρίσκει.

Quem suggillat fortuna, is, et ab eis qui mites sunt ac probi verbera offendit.

Δημώνακτ. — Οὔτε οἱ ἄμουσοι τοῖς ὀργάνοις, οὔτε οἱ ἀπαίδευτοι ταῖς τύχαις δύνανται συναρμόσασθαι. B

Demonact. — Ut musicæ rudes organis, sic indisciplinati haud valent fortunis aptari.

Δείκνυσιν ἡ μὲν τροπὴ, τὸν κατὰ ἀλήθειαν ἀνδρεῖον· ἡ δὲ ἀτυχία, τὸν φρόνιμον.

Eum qui vere fortis sit ostendit accepta clades inque fugam versa acies ; qui vero prudens, adversa fortuna.

Ἐκ τῶν Φανωρίνου. — Εὐτυχῶν μὴ ἔσο ὑπερήφανος· ἀπορήσας, μὴ ταπεινοῦ· τὰς μεταβολὰς τῆς τύχης γενναίως ἐπίστασο φέρειν.

Ex Phavor. Comm. — Cum rebus prosperis uteris, noli superbia efferri ; cum in angustia rerumque inops exstiteris, ne animo dejiciaris : fortunæ mutationes fortiter ferre noveris.

Ἀλέξανδρ. — Ἀλέξανδρος ὁ βασιλεὺς ἰδὼν Διογένην κοιμώμενον ἐν πίθῳ, ἔφη, Ὦ πίθε μεστὲ φρενῶν· ὁ δὲ φιλόσοφος ἀναστὰς, ἔφη· Ὦ βασιλεῦ μέγιστε.

Alexander. — Alexander rex, Diogenem in dolio dormientem cernens : O dolium, inquit, sapientiæ plenum. Philosophus autem cum assurrexisset : O regum maxime, inquit.

Θέλω τύχης σταλαγμὸν, ἢ φρενῶν πίθον,
Ἧς μὴ παρούσης (x), δυστυχοῦσιν αἱ φρένες.
Πρὸς ὅν τις ἀντέφησε τῶν φιλοφρόνων,
Ἔστιν φρενῶν μοι μᾶλλον, ἢ βυθὸς τύχης, C
Ἧς μὴ παρούσης δυστυχοῦσιν αἱ φρένες.

Malo fortunæ stillam, quam sapientiæ dolium,
Cujus absentia misere cum sapientia agitur.
Cui quidam ex sapientiæ studiosis respondit,
Pluris mihi est sapientiæ gutta, quam fortunæ pelagus,
Cujus absentia misere cum animo agitur.

Ἐπικούρου. — Ἡ ταπεινὴ ψυχὴ, τοῖς μὲν εὐημερήμασιν ἐχαυνώθη· ταῖς δὲ συμφοραῖς, καθηρέθη.

Epicuri. — Humilis pusillusve animus, prosperitatibus inflatur ac tumet : adversis autem rebus fastum ponit ac dejicitur.

Δημοσθ. [33] — Τὸν μὴ βουλόμενον γενναίως φέρειν ἀτυχίαν, μηδ' εὐτυχίαν ἔφη δύνασθαι.

Demosth. — Qui sinistram fortunam ferre nequeat, eum ne dextram quoque ferre posse aiebat.

Κυψέλου Κορινθ. — Εὐτυχῶν μέτριος ἴσθι· ἀτυχῶν δὲ, φρόνιμος.

Cypsel. Cor. — In læta fortuna moderatus esto : in tristi, prudens.

Ἐκ τοῦ Ἐπικτήτου καὶ Ἰσοκράτ. — Οἱ πεπαιδευμένοι καθάπερ οἱ ἐκ παλαίστρας, κἂν πέσωσι, ταχέως καὶ ἐπιδεξίως ἐκ τῆς ἀτυχίας ἐξανίστανται.

Ex Epict. et Isocrat. — Qui sint eruditi, haud secus ac ii qui in palæstra certant : tametsi casum fecerint, cito ac sagaciter ab infortunio emergunt.

Τὸν λογισμὸν ὥσπερ ἰατρὸν ἀγαθὸν, ἐπικαλεῖσθαι δεῖ ἐν ἀτυχίᾳ βοηθόν.

Rationis opem, ceu boni medici, adversis rebus invocare convenit.

Εὐτυχίας ὥσπερ μέθης ἄφρων ἐπὶ πλεῖον ἀπολαύσας, ἀνοητότερος γίνεται. D

Demens secundis rebus quasi ebrietatis poculo uberius fruens, ipse seipso dementior redditur.

Τῶν εὐτυχούντων ἀνταγωνιστὴς ὁ φθόνος.

Eorum, qui prosperis rebus utuntur, adversarius est livor.

Ὁ μεμνημένος τί ἐστιν ἄνθρωπος, ἐπ' οὐδενὶ τῶν συμβάντων δυσχερανεῖ.

Qui meminerit quidnam sit homo, quidquid accidat, nihil moleste tulerit.

Εἰς μὲν τὸ εὐπλοῆσαι, κυβερνήτου καὶ πνεύματος· **591** Ad faustam navigationem gubernatore opus

VARIÆ LECTIONES.

[33] Gesn. Δημητρ. Φαλ.

NOTÆ.

(x) *Ἧς μὴ παρούσης.* Ita etiam, hocque ordine Ball. et quos laudat Gesn. codd. Ipse versum hunc quintum repræsentat, ac τὸ, ἧς, quod priore sensu palam τύχην referat, *sapientiæ* reddit, referendo ad ῥανίδα. Ego utrumque malim, nec nisi scribæ inscitia, alterutrum expunctum fuisse: sic enim salse dictum, quod ita, ipsis ejusdem verbis vir prudens sobriusque Diogeni regerit, non satis ex philosophi persona locuto, dum fortunam sapientiæ sanæque menti prætulit. Itaque repetere malui etsi in versione eumdem leporem et argutiam servare non licuit.

Digitized by Google

est et vento; ad vitæ vero felicitatem ratione arteque.

Prosperitate, dum adest, tanquam autumni fructibus frui decet.

A ratione alienus est, qui ea, quæ naturali necessitate contingunt, indignanter fert.

Bias. — Infortunatum eum dicebat, qui infortunium non ferret.

Idem interrogatus, quidnam difficile foret: Rerum, inquit, in deterius mutationem strenue ferre.

Zeno. — Zeno Citicus facto naufragio, suisque omnibus amissis, nihil molle aut non generosum locutus est; sed: Euge, inquit, fortuna, quod ad pallium hoc nos redegeris.

Hieron. — Idem interrogatus, quisnam felix esset ac beatus, respondit: Is qui sano corpore, qui animo dives, et qui ingenio docilis.

Thales. — Thales cum interrogaretur, quemadmodum quis calamitatem optime ferre posset: Si, inquit, hostes viderit in majori versari miseria.

Romul. — Ne facile hominem beatum prædicaveris, cujus spes in amicis jactantur, aut liberis, ullisve aliis rebus quarum salus unius diei sit. Sunt enim isthæc incerta: in se autem inniti ac sustentari, divina solum firmitas est.

Idem aiebat: Quæ nocent hominibus, ea et eorum vitam docent. Multi enim cum ratione futura prævidere non possent, ex malorum sensu res perceperunt.

Gaude si quid tibi boni acciderit; moderate dole, si quid mali evenerit.

Philistion.

Calamitates nostræ calamitatibus solvuntur,
Aliaque aliis mala solatio sunt.

Euripid.

In malis benefaciendum amicis est.
Cum enim fortuna tribuit, quid opus amico est?
Satis est Deus ipse juvare volens.

Josephi. — Quemadmodum ineptorum est secundis rebus nimium efferri: sic mollium est et effeminatorum in adversis dejici ac terreri; facilis enim in utrisque mutatio accidit.

εἰς δὲ τὸ εὐδαιμονῆσαι, λογισμοῦ δεῖ καὶ τέχνης.

εἴης εὐτυχίας ὥσπερ ὀπώρας παρούσης ἀπολαύειν δεῖ.

Ἀλόγιστός ἐστιν, ὁ ἐν τοῖς συμβαίνουσι κατὰ φυσικὴν ἀνάγκην ἀχθόμενος.

Bίας. — Ἀτυχῆ ἔφη εἶναι τὸν ἀτυχίαν μὴ φέροντα.

Ὁ αὐτὸς ἐρωτηθείς, Τί δυσχερές; Τὴν ἐπὶ τὸ χεῖρον, ἔφη, μεταβολὴν εὐγενῶς ὑπενεγκεῖν.

Ζήνων. — Ζήνων ὁ Κιτιεὺς περιπεσὼν ναυαγίῳ καὶ τὰ ὄντα ἀπολέσας, οὐδὲν ἀγεννὲς ἐφθέγξατο· ἀλλ', Εὔγε, εἶπεν, ὦ τύχη, ὅτι συνέστειλας ἡμᾶς εἰς τὸ τριβώνιον τοῦτο.

Ἱέρωνος. — Ὁ αὐτὸς ἐρωτηθείς, Τίς ὁ εὐδαίμων; ἔφη, Ὁ τὸ μὲν σῶμα ὑγιής, τὴν δὲ ψυχὴν εὔπορος, τὴν δὲ φύσιν εὐπαίδευτος.

Θαλῆς. — Ὁ Θαλῆς ἐρωτηθείς, Πῶς ἂν τις ἀτυχίαν ἄριστα φέροι; ἔφη, Εἰ τοὺς ἐχθροὺς χείρονα πράττοντας βλέποι.

Ῥωμύλ. — Ῥᾳδίως μὴ μακαρίσῃς ἄνθρωπον σαλεύοντα ἐπὶ φίλοις ἢ τέκνοις, ἢ τισι τῶν ἐφημέρων σωτηρίαν ἐχόντων. — Ἐπισφαλῆ γὰρ τοιαῦτα· τὸ δὲ ἐφ' ἑαυτοῦ ὀχεῖσθαι (*y*), τοῦ Θεοῦ μόνου βέβαιον.

Ὁ αὐτὸς ἔφη, τὰ παθήματα τοῖς ἀνθρώποις, μαθήματα εἶναι περὶ τὸν βίον. Πολλοὶ γὰρ οὐ δυνάμενοι τὸ μέλλον προορᾶν τῷ λόγῳ τῷ πάσχειν ἤσθοντο τὰ πράγματα.

Χαῖρε ἐπὶ τοῖς συμβαίνουσι τῶν ἀγαθῶν, καὶ λυποῦ μετρίως ἐπὶ τοῖς συμβαίνουσι τῶν κακῶν.

Φιλιστίων.

Λύουσιν ἡμῶν συμφοραὶ τὰς συμφοράς,
Παρηγοροῦσι τὰ κακὰ (z), δι' ἑτέρων κακῶν.

Εὐριπίδ.

Ἐν τοῖς κακοῖς δεῖ τοὺς φίλους εὐεργετεῖν.
Ὅταν γὰρ ἡ τύχη διδῷ, τί χρὴ φίλου;
Ἀρκεῖ γὰρ ὁ Θεὸς αὐτὸς ὠφελεῖν θέλων.

Ἰωσήππου. — Ὥσπερ ἀπειροκάλων τὸ λίαν ἐπαίρεσθαι ταῖς εὐπραγίαις· οὕτως ἀνάνδρων τὸ καταπτήσσειν ἐν τοῖς πταίσμασι· ὀξεῖα γὰρ ἀμφοτέρους ἡ μεταβολή.

592 SERMO XIX.

De ira et furore, seu excandescentia.

Matth. v, 22. — Omnis qui irascitur fratri suo sine causa, reus erit judicio.

ΛΟΓΟΣ ΙΘ' [34].

Περὶ ὀργῆς καὶ θυμοῦ.

Ματθ. ε'. — Πᾶς ὁ ὀργιζόμενος τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ εἰκῇ, ἔνοχος ἔσται τῇ κρίσει.

[34] In Gesn. Stobæo 99.

NOTÆ.

(*y*) *Τὸ δὲ ἐφ' ἑαυτοῦ ὀχεῖσθαι.* Audacius temereque mutatum Gesnero, quasi emendanti, ἐπ' αὐτοῦ μόνον τοῦ Θεοῦ, *solo Deo fretum esse, stabile est.* Id vero Christianus philosophus, et quem non lateat mysterium Christi gratiæ; non Romulus, quisquis tandem est, homo gentilis, vel Romæ conditor, vel alter eodem nomine; sed quod Græca ipsa nihil immutata significant, Dei solummodo firmitatem esse sibi uni inniti, a se sustentari, in nullo alio spe jactari: quam ipsi (cultu scilicet philosophiæ) nancisci existimabant, præsertim Stoici, ut quasi simulacro Deum ipsum præferrent, idque opera et studio suo suaderent, quod est illa natura; nempe αὐτάρκειες, *sibi ipsis sufficientes*, rebusque omnibus superiores, ea animi constantia, cui nulla vis inferri possit. Quæ tamen in eis superbi potius spiritus erant, quam veræ virtutis: solus Christianus divino agente Spiritu hoc enititur, partimque præstat, tum consummandus cum ipsam φύσει βέβαιον assequetur.

(*z*) *Παρηγοροῦσι τὰ κακά.* Male Gesn. intellexit, quasi aliena mala nostris solatio sint, non ipsa

Digitized by Google

Ἐφ. δ'. — Ὁ ἥλιος μὴ ἐπιδυέτω ἐπὶ τῷ παροργισμῷ ὑμῶν· μηδὲ δίδοτε τόπον τῷ διαβόλῳ. A

Πᾶσα πικρία καὶ ὀργὴ ἀρθήτω ἀφ' ὑμῶν, σὺν πάσῃ κακίᾳ.

Παροιμ. κζ'. — Βαρὺ λίθος, καὶ δυσβάστακτον ἄμμος· ὀργὴ δὲ ἄφρονος βαρυτέρα ἀμφοτέρων.

Παροιμ. ις'. — Κρεῖσσον ἀνὴρ μακρόθυμος ἰσχυροῦ· ὁ δὲ κρατῶν ὀργῆς, ὡς καταλαμβάνων πόλιν.

Θυμὸς βασιλέως, ἄγγελος θανάτου· ἀνὴρ δὲ σοφὸς ἐξιλάσεται αὐτόν.

Σιρὰχ λ'. — Ὀργὴ καὶ θυμὸς ἐλαττοῦσιν ἡμέρας.

Βασιλ. — Ἀμυνόμενος δὲ καὶ εἰς ἴσον ἀντικαθιστάμενος τῷ λοιδόρῳ, τί καὶ ἀπολογήσῃ; Ὅτι παρώξυνε κατάρξας; Καὶ ποίας τοῦτο συγγνώμης ἄξιον; Οὐδὲ γὰρ ὁ πόρνος ἐπὶ τὴν ἑταίραν μετατιθεὶς τὴν αἰτίαν, ὡς πρὸς τὴν ἁμαρτίαν διερεθίσασαν, ἧττον τῆς κατακρίσεως ἀξιοῦται. B

Τί ὀργῆς ἀφρονέστερον; Ἐὰν μείνῃς ἀόργητος, ἔσχυνας τὰ ὑβρίσαντα, ἔργῳ τὴν σωφροσύνην ἐπιδειξάμενος.

Θυμὸς ἐγείρει μάχην, μάχη δὲ γεννᾷ λοιδορίας· αἱ δὲ λοιδορίαι, πληγάς· πληγαὶ δὲ τραύματα· ἐκ δὲ τραυμάτων, πολλάκις θάνατος.

Θεολόγου. — Οὔτε στέφανοι χωρὶς ἀνταγωνιστῶν· οὔτε πτῶμα χωρὶς ἀντιπάλου.

Τυφλὸν ὁ θυμὸς καὶ ἐπίλυπον, καὶ μάλιστ' ἂν τὸ δικαίως ἀγανακτεῖν παρῇ.

Χρυσοστ. — Ὅταν σέ τις ὑβρίσῃ, ἐννόησον τὴν κόλασιν ἣν κολάζεται· καὶ οὐ μόνον οὐχ ἕξεις ὀργὴν, ἀλλὰ καὶ δάκρυα ἀφήσεις. Οὐδὲ γὰρ πρὸς πυρέττοντά τις παροξύνεται, οὔτε πρὸς τὸν φλεγμαίνοντα ἀλλ' ἐλεεῖ πάντως καὶ δακρύει. Εἰ δὲ καὶ ἀμύνασθαι βούλει, σίγησον, καὶ καιρίαν ἔδωκας αὐτῷ τὴν πληγήν. Ἂν δὲ δηχθεὶς ὑβρίσῃς, ἀναγκάζεις ἀληθῆ νομίζεσθαι τὰ λεγόμενα. Διατί γὰρ ὁ πλούσιος ἀκούων ὅτι πένης ἐστὶ, γελᾷ; ὅτι μὴ σύνοιδεν ἑαυτῷ πενίαν. Εἰ τοίνυν μέλλομεν γελᾶν ἐπὶ ταῖς ὕβρεσι, μεγίστην ἀπόδειξιν παρεξόμεθα, τὸ μὴ συνειδέναι τοῖς λεγομένοις. C

Οὐδὲν οὕτω καθαρότητα νοῦ καὶ τὸ διειδὲς θολοῖ τὸ τῶν φρενῶν, ὡς θυμὸς ἄτακτος, καὶ μετὰ πολλῆς τῆς ῥύμης φερόμενος. D

Εὐτονωτέρας ἐπὶ τῆς ὀργῆς χρῄζομεν τῆς σπουδῆς. Τυραννικὸν γὰρ τὸ πάθος, καὶ πολλάκις παρασύρει τοὺς μὴ νήφοντας, καὶ πρὸς τὸ βάραθρον αὐτὸ κατάγει τῆς ἀπωλείας.

Ὀργίλος εἶ; ἔσο κατὰ τῶν ἁμαρτημάτων τῶν σαυτοῦ τοιοῦτος· ἐπίπληττε τῇ ψυχῇ· μάστιζε τῇ συνειδήσει σου (*a*). Σφοδρὸς ἔσο κριτὴς καὶ

Ephes. iv, 26, 31. — Sol non occidat super iracundiam vestram: et nolite locum dare diabolo.

Omnis amaritudo et ira tollatur a vobis, cum omni malitia.

Prov. xxvii, 3. — Gravis est lapis, et ægre portabilis arena: sed ira stulti gravior utroque.

Prov. xvi, 32; 14. — Melior est vir lenis, forti: qui autem iræ dominatur, sicut qui urbem capit.

Ira regis, nuntius mortis: vir autem sapiens placabit eam.

Eccli. xxx, 26. — Ira et furor minuunt dies.

Basilii. — Dum porro ulcisceris, parque pari refers convitiatori, quid excusationis habebis? An quod prior ille irritaverit? Sed istud qua venia dignum est? Neque enim scortator, dum in meretricem confert culpam, quod illa ad peccatum incitaverit, damnationi suæ quidquam detrahit.

Quid ira dementius? Iram si continueris, injuriæ auctorem pudore affecisti, qui mentis sobriæ ipso opere specimen ipse ediderit.

Ira excitat rixam, rixa parit convitia; convitia ictus, ictus vulnera, nec raro vulnera mors consequitur.

Theologi. — Nec corona datur sine adversariis, nec sine colluctatore quisquam sternitur caditque.

Ira res cæca est et molestiarum plena, et maxime cum causa indignandi justa subest.

Chrysost. — Si quis in te contumeliosus exstiterit ac injuriam fecerit, cogita ejus cruciatum; ac, nedum non irasceris, sed et lacrymas fuderis. Nec enim quispiam febrem patienti irascitur, aut ei qui tumore languet ac inflammatur, sed prorsus misereatur fletuque prosequitur. Sin autem etiam ulcisci vis, sile, gravemque ei dedisti plagam. Quod si convitii sensu exasperatus injuriam regeris, tu ipse ea quæ in te dicuntur, vera existimari cogis. Nam cur, rogo, si quis virum divitem ac opulentum, pauperem dixerit, is risu, quod ita dictum est, excipit! Quod nimirum sibi ipse paupertatis minime conscius est. Sic igitur, si pro injuriis, quæ irrogantur, risum **593** reposuerimus, nihil nos eorum quæ objiciuntur conscios esse, certo admodum argumento probabimus.

Nihil æque mentis puritatem lucidumque animi oculum turbat, ac ira inordinata et quæ magno impetu erumpat.

Contentior nobis diligentia in ira adhibenda est. Violenta enim passio est; nec raro transversos agit qui minus sobrii sint, et ad ipsum perditionis barathrum detrudit.

Iracundus es? Talis esto adversus peccata tua: animum increpa: cæde conscientiæ flagello. Esto vehemens acerbusque judex atque exactor in de-

NOTÆ.

nostra alia aliis, quasi malorum quadam serie nobis conserta vita, in quorum aliis aliorum meminisse juvat: quo facit illud poetæ:

O passi graviora! dabit Deus his quoque finem.

(*a*) Quod habebat Gesn. μάστιζε τῇ συνειδήσει σου, emendabatque τὸ συνειδός σου, *flagris cæde conscientiam*, meliori puto conjectura restituo, sola articuli compositione cum suo substantivo. Inauditum sane cædi vel συνειδός, vel συνείδησιν, quod utrumque est *conscientia*, non cædere, quæ semper incorrupta judex sit, et de malo remurmuret, officiique admoneat: quo nihil communius in doctrina morum, nisi ipsa peregrina est non militanti in Ecclesiæ castris.

Digitized by Google

lictis tuis. Hoc iræ emolumentum : eam in rem nobis Deus eam indidit.

Evagrii. — Qui se a cibis potuque abstinens, extra rationem ira incitatur, similis est navi alto æquore dæmonem gubernatorem habenti.

Cyrilli. — Quæ bestia tam sæva et immanis est ut vir iracundus, ac qui effreni iræ velut tyranno paret?

Ex Patribus. — Quatuor ex rebus ira nascitur : ex dandi et accipiendi rationibus, ex eo quod quis suæ morem gerat voluntati, ex studio litium, ex ea opinione qua quis tanquam prudens sit, sibi blanditur.

Dionysii Halicarn. — Hoc apud nos termino finienda ira, donec cessent peccata. Ait enim : *Irascimini, et nolite peccare* (Psal. IV, 5; Ephes. IV, 26).

Apollonii. — Iræ passio nisi sermocinatione crumpat voceque prodatur ac deliniatur, morbus naturalis efficitur.

Plutarch. — Iræ, haud secus ac canes, cæcas pariunt criminationes.

Equi duri, frenis; at iræ acutæ atque præpetes ratione reguntur atque sedantur.

Ut aqua bene temperata inflammationes; sic oratio lenis iram diluit.

Ut enim cæcias nubes, sic improborum vita in se convicia attrahit.

Aristotel. — Ut fumus oculis immeans lædensque pupillam, quod est ante pedes prospicere non sinit: sic et ira ingruens, menti tenebras offundit, nec quid inde absurdi proveniat, animum dispicere permittit.

An non vides abesse rationem ab iis omnibus, quæ in ira aguntur; quæ videlicet furorem fugiat velut acerbum tyrannum?

Ira perturbatio est affectu animi bestiis similis, continue premens, dura res **594** ac violenta, cædium causa, calamitatis oppugnando socia, damnorum parens ac infamiæ, pecuniarum perditio; ad hæc etiam corruptionis labisque origo.

A πικρὸς δικαστὴς τοῖς οἰκείοις ἁμαρτήμασι. Τοῦτο τῆς ὀργῆς τὸ κέρδος ἐστί· διὰ τοῦτο ἡμῖν αὐτὴν ἐνέθηκεν ὁ Θεός.

Εὐαγρίου. — Βρωμάτων ἢ πομάτων ἀπεχόμενος, θυμὸν δὲ ἀλόγως κινῶν, οὗτος ἔοικε ποντοπορούσῃ νηΐ, καὶ ἐχούσῃ δαίμονα κυβερνήτην.

Κυρίλλου. — Ποῖον οὕτω θηρίον ὠμὸν καὶ ἀνήμερον, ὡς δύσοργος ἀνὴρ, καὶ ἀκράτῳ θυμῷ τυραννούμενος;

Ἐκ τῶν Πατέρων. — Διὰ τεσσάρων πραγμάτων ἡ ὀργὴ ἐγγίνεται, τοῦ δοῦναι καὶ λαβεῖν, καὶ τοῦ ποιῆσαι τὸ ἴδιον θέλημα, καὶ τοῦ ἀγαπᾷν δίκας, καὶ τοῦ νομίζειν φρόνιμον εἶναι ἑαυτόν.

Διονυσίου Ἁλικαρν. (*b*). — Τὸ ὀργίζεσθαι παρ' B ἡμῖν ἄχρι τοῦ παύειν τὰ ἁμαρτήματα περιορισθήσεται. « Ὀργίζεσθε γὰρ, φησὶ, καὶ μὴ ἁμαρτάνετε. »

Ἀπολλωνίου. — Τὸ τῆς ὀργῆς πάθος μὴ καθομιλούμενον (*c*) μηδὲ θεραπευόμενον, φυσικὴ νόσος γίνεται.

Πλουτάρχ. — Οἱ θυμοὶ, καθάπερ οἱ κύνες, τυφλὰ τίκτουσιν ἐγκλήματα.

Οἱ μὲν τραχεῖς ἵπποι τοῖς χαλινοῖς· οἱ δὲ ὀξεῖς θυμοὶ, μετάγονται τοῖς λογισμοῖς.

Τὸ μὲν εὔκρατον ὕδωρ τὰς φλεγμονάς· ὁ δὲ ἐπιεικὴς λόγος, τὰς ὁρμὰς διαλύει.

Ὡς γὰρ ὁ καικίας τὰ νέφη, καὶ ὁ φαῦλος βίος ἐφ' ἑαυτὸν ἕλκει λοιδορίας.

Ἀριστοτ. — Ὥσπερ καπνὸς ἐπιδάκνων τὰς C ὄψεις, οὐκ ἐᾷ προβλέπειν τὸ κείμενον ἐν τοῖς ποσὶν, οὕτως ὁ θυμὸς ἐπερχόμενος, τῷ λογισμῷ ἐπισκοτεῖ, καὶ τὸ συμβησόμενον ἐξ αὐτοῦ ἄτοπον οὐκ ἀφίησι τῇ διανοίᾳ προβλέπειν.

Οὐχ ὁρᾷς ὅτι τῶν ἐν ὀργῇ διαπραττομένων ἁπάντων ὁ λογισμὸς ἀποδημεῖ, φεύγων τὸν θυμὸν ὡς πικρὸν τύραννον;

Ὁ θυμός ἐστι πάθος, θηριώδες μὲν τῇ διαθέσει, συνεχὲς τῇ θλίψει, σκληρὸν δὲ καὶ βίαιον τῇ δυνάμει, φόνου αἴτιον, συμφορᾶς σύμμαχον, βλάβης συνεργὸν καὶ ἀτιμίας, καὶ χρημάτων ἀπώλεια· ἔτι δὲ καὶ φθορᾶς ἀρχηγόν.

NOTÆ.

(*b*) *Διονυσίου Ἁλικαρν.* Quod ita scriptum est, D mendi suspicione non caret. Quæ enim sententia illi tribuitur, Christiani hominis est et in Scripturis versati, quarum testimonio illam probat, cum Dionysius Halicarnasseus (unus et alter) in Christi castris non meruerint. Voluit forte Maximus et scripsit Διονυσίου Ἀλεξανδρέως. *Dionysii Alexandrini*, qui ipse scriptis suis rem Christianam locupletaverit. Nec, an ita scripserit, fugientibus miniatis litteris codicis Ballesd. deprehendere licuit. Subjungit Apollonium, qui ipse (si tamen ipse) Commodo et Severo impp. in Ecclesia floruit, et adversus Montanum et Priscillam, auctore Hieronymo, scripsit. Vel potius, cum citasset ex Patribus, duos hos subjunxit, qui in illis, sententiis hujusmodi clari fuerint, sive error aliquis in nominibus obrepsit, sive non. Aut denique pro Juliano Dionysius obrepsit. Notus Julianus Halicarnasseus, ex quo, licet hæretico, hanc Maximus sententiam habere potuerit : sicque passim in catenis exstant virorum non ecclesiasticorum sententiæ. Ut enim ex Græcis corradunt Maximus et Antonius, sic nec ex hæreticis corradere quidquam vetat : quanquam non video alios palam hæreticos in istis ab eis referri.

(*c*) *Μὴ καθομιλούμενον.* De ira loquitur, quam quis corde premat, nec verbis sinat erumpere. Hoc enim passionem auget, nec raro etiam corpori labem affert; cum alias quasi evaporante sanguinis illa circa cor accensione querulosis irati verbis, animus ei levetur, ac corpus ipsum mitius habeat. Non bene Gesn. *si sermone non deliniatur atque curetur*, quasi de alio loquatur, qui sermone iratum deliniat. Id enim accidentarium est, nec ira, non sic delinita, a se morbum labemque corpori affert; sed quam dicebam, quæ sic animo incrudescat, vocemque ipsam auferat.

Digitized by Google

Εὐήνου.

Πολλάκις ἀνθρώπων ὀργὴ νόον ἐξεκάλυψε
Κρυπτόμενον, μανίας πολὺ χεῖρον.

Φιλήμον.

Μαινόμεθα πάντες ὅταν ὀργιζόμεθα,
Τὸ γὰρ κατασχεῖν ἐπὶ τῆς ὀργῆς, πόνος μέγας.

Εὐριπίδ.

Αἰδὼς γὰρ ὀργῆς πλεῖον ὠφελεῖ βροτοῖς.
Ὥσπερ δὲ θνητὸν καὶ τὸ σῶμ' ἡμῶν ἔφυ,

Οὕτω προσήκει μηδὲ τὴν ὀργὴν ἔχειν
Ἀθάνατον, ὅστις σωφρονεῖν ἐπίσταται.

A

Eveni.

Prodidit ira viri vientem, quæ sæpe lateret.
Insano et gravior tecta furore foret.

Philemonis.

Furore incitamur omnes cum irascimur;
Ingens enim labor est in ira continere.

Euripid.

Pudor mortalibus quam ira utilior,
Quemadmodum autem et nostrum corpus mortali [origine prodiit,
Sic ne iram habere convenit immortalem,
Eum qui modestiam ac virtutem colere noverit.

Ἡροδότ. — Ὡς ἐν τοῖς ὠσὶ τῶν ἀνθρώπων οὐκ αἰεὶ ὁ θυμὸς (*d*). Χρηστὰ μὲν γὰρ ἀκούσας, τέρψεως ἐμπίπλᾳ τὸ σῶμα· ὑπεναντία δὲ τοῖς τοιούτοισιν ἀκούσας, ἀνοιδαίνει.

Herodot. — Ergo in hominum auribus non semper ira residet. Si enim jucunda audierit, voluptate corpus explet: sin vero his contraria audiat, intumescit.

Ἀρρίανοῦ. — Μεγαλόθυμοι πρᾶοι (*e*) εἰσί τινες, ἡσυχῇ καὶ οἷον ἀοργήτως πράττοντες, ὅσα καὶ οἱ σφόδρα τῷ θυμῷ φερόμενοι. Φυλακτέον οὖν καὶ τὸ τούτων ἀβλέπτημα, ὡς πολὺ χεῖρον ὂν τοῦ διατεινόμενον ὀργίζεσθαι. Οὗτοι μὲν γὰρ ταχὺ κόρον τῆς τιμωρίας λαμβάνουσιν· οἱ δὲ εἰς μακρὸν προτείνουσιν, ὡς οἱ λεπτῶς πυρέττοντες.

B

Arrian. — Sunt nonnulli leniter animosi, qui sedate ac velut remota ira et excandescentia omnia agant, quæ et ira acrius incitati. Horum itaque etiam noxa cavenda ac cæcitas, longe scilicet deterior, quam eorum qui vehementi ira aguntur. Nam hos quidem cito capit ultionis tædium; illi vero in longum protrahunt tempus, haud secus ac ii qui lenta febre tabescunt.

Ἀπολλώνιος Δημοκράτ. — Ὁ ὑπὲρ μικρῶν ἁμαρτημάτων ἀνυπερβλήτως ὀργιζόμενος, οὐκ ἐᾷ διαγνῶναι τὸν ἁμαρτάνοντα, πότε ἧττον, πότε μεῖζον ἠδίκησεν.

Apollonius ad Democr. — Qui ob levia delicta vehementius ira concitatur, non sinit discernere peccantem, utrum leviter, an graviter deliquerit.

Σωτίων ἐκ τοῦ Περὶ ὀργῆς. — Τοῖς σοφοῖς ἀντὶ ὀργῆς, Ἡρακλείτῳ μὲν, δάκρυα· Δημοκρίτῳ δὲ, γέλως ἐπῆλθε.

Sotionis ex tractatu De ira. — Viris sapientibus pro ira, Heraclito quidem, lacrymæ; Democrito vero, risus exstitere.

C

Ὥσπερ πλοῖα γενναῖα, οὐχ ὅσα ἐν εὐδίᾳ πλεῖ, ἀλλ' ὅσα πρὸς χειμῶνα ἀντέχει καὶ σώζεται· οὕτω καὶ ἄνθρωποι ὀργῇ καὶ κινήσει ἀντέχοντες, μεγάλοι καὶ ἀνδρεῖοι.

Ut naves egregiæ sunt, non quæ sereno cœlo navigant, sed quæ tempestati resistunt, evaduntque ab ea incolumes: sic homines iræ resistentes ac commotioni, magni sunt ac fortes.

Δημοκρίτ. — Θυμῷ μάχεσθαι μὲν χαλεπόν· ἀνδρὸς δὲ τὸ κρατεῖν εὐλογίστου.

Democrit. — Res ardua est iræ repugnare; vincere autem, viri est magna prudentia ac rationis vi præditi.

Πλάτων. — Ὀργιζόμενός ποτε τῷ οἰκέτῃ, ἐπιστάντος Ξενοκράτους, Λαβὼν τοῦτον, ἔφη, μαστίγωσον· ἐγὼ γὰρ ὀργίζομαι.

Platonis. — Cum aliquando Plato servo irascerentur præsente Xenocrate: Hunc, ait, sume, et verberibus cæde; ad me enim quod attinet, incessit ira.

Φασὶ δὲ αὐτὸν καὶ ἐπανατεινόμενον τῷ παιδὶ βακτηρίαν, ἑστάναι χρόνον πολὺν μετέωρον ταύτην ἔχοντα· καὶ τὴν αἰτίαν ἐρωτώμενον, φῆσαι κολάζειν τὸν ἐξ αὐτοῦ προορμήσαντα θυμόν.

Eumdem aiunt, cum servo fustem intentaret, diu stetisse suspensum tenendo elevatum; causamque rogatum, respondisse iræ se motum, qui ex ipso proruperat, castigare.

Ναυκράτ. — Ναυκράτης ὁ σοφὸς, τοὺς ὀξυθύμους ἔφη παραπλήσιον τοῖς λύχνοις πάσχειν· καὶ γὰρ τούτους πλείονι ἐλαίῳ ἐκκαίεσθαι.

D

Naucrates. — Naucrates sapiens, iis qui iræ acutioris sint, idem propemodum accidere **595** dicebat, ac lucernis: quippe has quoque præ olei copia exuri.

NOTÆ.

(*d*) *Οὐκ ἀεὶ ὁ θυμός.* Prætuli lectionem Ballesd. Cod. nec acquiescere possim Gesn. cui θυμὸς *animus* sit, non ira, seu furor, de qua totus hic sermo. Non ergo semper in auribus ira, sed tum demum cum quis audit non placentia. Quod et argutum et clarum; nihil τὸ, οἰκεῖ Gesn. quod ab eis iram prorsus excludat, contra mentem Herodoti.

(*e*) *Μεγαλόθυμοι πρᾶοι.* Quasi *magnarum irarum specie quadam lenis animi*; qui scilicet acriter ulciscantur, etsi fervorem irarum solita irascentium commotione non prodant. *Leniter* (leni scilicet specie) *animosi.* Est enim μεγαλόθυμος, poetis metri causa μεγάθυμος, idem ac θυμοειδής, tribuiturque etiam equo et apro: Nec bene Gesn. *Sunt nonnulli leniter magnanimi*; qua voce, nulla vis irarum designatur, sed animi celsitas et fortitudo, de qua non est hic sermo. Τὸ ἀβλέπτημα, Suid. *delictum*; hic *cæcitatem* sonare existimo, eorum scilicet, qui virtutis specie vitia exsequuntur. Minus est quod reddit Gesn. *inconsiderationem:* malim *stuporem*, ac si quid ejusmodi eam mentis rectæque rationis absentiam clarius exprimit.

Digitized by Google

Demonact. — Judicii severitate, non irarum impotentia, puni.

Menandri.

Vir improbus et veterator, clementiæ obrepens habitu.
Proximis quasi laqueus occultus prætenditur.
Nullum est, ut videtur, iræ remedium
Aliud, nisi modesta cataque amici oratio ac sermo.
Vel si vehementer doleas, at nihil irritatus
Temere facias. Iram enim a ratione alienam vincere,
In perturbationibus, maxime sapientem decet.

Theognidis.

Haud licet, ira, tibi credere vela omnia.
Ne in parvis ac levibus te iracundum exhibeas.

Aristippus. — Aristippus Cyrenæus philosophus, quemdam iratum conspicatus, verbisque succensentem : Ne, inquit, ex ira verba proferamus, sed verbis iram sedemus.

Pythagor. — Ab iis qui injuriam fecerunt, ne sumito pœnam ; satis est enim illos sua dejici malitia.

Prodest cum mulicre iracunda exercitationis causa socialis vitæ rationes inire. Nam et equites ferocioribus equis assuescere condecet ; quos si domuerint, aliis etiam facilius utentur.

A

B

C

D

SERMO XX.

De silentio et arcanis.

Matth. XII, 36. — Omne verbum otiosum, quod locuti fuerint homines, reddent de eo rationem in die judicii.

Jac. I, 19. — Sit omnis homo velox ad audiendum, et tardus ad loquendum.

Prov. XIII, 3. — Qui custodit os suum, conservat de tribulatione animam suam.

Eccli. XX, 32. — Sapientia absconsa, et thesaurus invisus, quæ utilitas in utrisque?

Prov. XVIII, 18. — Contradictionem lenit vir tacitus : et qui diligit vitam suam, parcit ori suo.

Basilii. — Dicenda tacendaque nosse debemus. Non enim omnia quæ Dei sunt, linguæ **596** humanæ verbis explicare licet ; ne mens, velut res se in oculo habet, cum totum solem vult contueri, ipsum hoc amittat, quo pollet luminis.

Theologi. — Sane loquere, si quid habes quod præstet silentio ; ubi autem silentium sermoni præstat, silentii magis jura cole.

Δημώναξ. [35] — Κόλαζε κρίνων, ἀλλὰ μὴ θυμούμενος.

Μενάνδρου.

Ἀνὴρ κακοῦργος πρᾶον ὑπεισελθὼν σχῆμα,
Κεκρυμμένη πρόκειται παγὶς τοῖς πλησίον.
Οὐκ ἔστιν ὀργῆς, ὡς ἔοικε, φάρμακον,
Ἀλλ' ἢ λόγος σπουδαῖος ἀνθρώπου φίλου,
Εἰ καὶ σφόδρα ἀλγεῖς, μηδὲν ἠρεθισμένος
Πράξεις προπετῶς· ὀργῆς καὶ ἀλογίστου πρα[τεῖν,]
Ἐν ταῖς ταραχαῖς μάλιστα τὸν φρονοῦντα δεῖ.

Θεόγνιδος.

Οὐ δύναμαί σοι, θυμέ, παρέχειν ἄρμενα πάντα (β).
Μὴ ἐπὶ μικροῖς αὐτὸς σαυτὸν ὀξύθυμον δείκνυε.

Ἀριστίππ.— Ἀρίστιππος ὁ Κυρηναῖος φιλόσοφος, θεασάμενός τινα ὀργιζόμενον, καὶ διὰ τῶν λόγων χαλεπαίνοντα, ἔφη, Μὴ τοὺς λόγους δι' ὀργῆς ἄγωμεν, ἀλλὰ τὴν ὀργὴν διὰ τῶν λόγων καταπαύωμεν.

Πυθαγόρ. [36] — Τοὺς ἀδικήσαντας, μὴ πράττε δίκας· ἀρκεῖ γὰρ αὐτοὺς ὑπὸ τῆς ἰδίας ταπεινοῦσθαι κακίας.

Καλόν ἐστι συζῆν γυναικὶ θυμώδει χάριν ἀσκήσεως. Καὶ γὰρ τοὺς ἱππέας ἐθίζεσθαι δεῖ τραχέσιν ἵπποις κεχρῆσθαι· τούτων γὰρ κρατήσαντες, καὶ τῶν ἄλλων ῥᾳδίως κρατήσουσιν.

ΛΟΓΟΣ Κ' [37].

Περὶ σιωπῆς καὶ ἀπορρήτων.

Ματθ. ιβ'. — Πᾶν ῥῆμα ἀργὸν, ὃ ἐὰν λαλήσωσιν οἱ ἄνθρωποι, ἀποδώσουσι περὶ αὐτοῦ λόγον ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως.

Ἰακ. α'. — Ἔστω πᾶς ἄνθρωπος ταχὺς εἰς τὸ ἀκοῦσαι, καὶ βραδὺς εἰς τὸ λαλῆσαι.

Παροιμ. κα'. — Ὃς φυλάσσει τὸ ἑαυτοῦ στόμα, διατηρεῖ ἐκ τῆς θλίψεως τὴν ψυχὴν αὐτοῦ.

Σιρὰχ κ'. — Σοφία κεκρυμμένη καὶ θησαυρὸς ἀφανὴς, τίς ὠφέλεια ἐν ἀμφοτέροις ;

Σολομ. ιη'. — Ἀντιλογίαν πραΰνει σιγηρός (γ)· ἀγαπῶν δὲ ζωὴν αὐτοῦ, φείδεται στόματος αὐτοῦ.

Βασιλείου. — Εἰδέναι ὀφείλομεν ἃ χρὴ λαλεῖν, καὶ ἃ χρὴ σιωπᾷν. Οὐ γὰρ πάντα ῥητὰ τῇ γλώσσῃ [38] τὰ τοῦ Θεοῦ, ἵνα μὴ ὁ νοῦς καθάπερ ὀφθαλμὸς ὅλον τὸν ἥλιον θέλων ἀποβλέπειν, ἀπολέσῃ καὶ ὃ ἔχει φῶς.

Θεολόγου. — Φθέγγου μὲν, εἴ τι κρεῖττον σιωπῆς ἔχεις· ἀγάπα δὲ ἡσυχίαν, ἔνθα κρεῖττον λόγου τὸ σιωπᾷν.

VARIÆ LECTIONES.

[35] Al. Δημοκρ. [36] Al. Ἀριστίππ. [37] In Gesn. Stob. 128. [38] Gesn. τῆς γλώσσης.

NOTÆ.

(β) *Παρέχειν ἄρμενα πάντα. Vela omnia pandere :* totis scilicet animis in eam incumbere, nec servato rationi judicio. Metaphora ab iis qui navigant ; sicque navim ventis credunt, cum aliquando parcius iis uti ars suadeat. Non vidit Gesn. rem sic tritam, dum reddit, *haud licet, ira, tibi concedere congrua cuncta ;* nisi *carbasa* voluit et cogitavit.

(γ) Ἀντιλογίας πραΰνει σιγηρός. Sacer textus, παύει· Vulg. *comprimit.* Pro σιγηρός, *vir taciturnus*, aliis est κλῆρος, Vulg. *sors :* nec aliter Argent Expositores quoque Rodulph. Baynus, Drus. Grot. cum Hebræis, a quibus non putem voluisse Seniores, sic nulla causa discedere, ut τὸ, חנות σιγηρὸν redderent, non κλῆρον, rem sic proclivem : sed potius antiquo mendo sic scribæ mutatum esse. Quin et δίκαιος legerit interpr. Arabicus, ipse ex Græcis sua reddens, dum *justus* ait. Altera sententiæ pars aliunde sumpta est, ut sunt innumera, sic quasi ex Salomone vel Sirach accepta, quæ jam non exstant in Vulgatis codd. vel quia exciderunt, vel quia postmodum illis inserta sunt.

Digitized by Google

Λέγε σιγῆς τι κρεῖσσον, ἢ σιγὴν ἔχε.

A Dicito quidpiam silentio melius, aut silentium tene.

Χρυσοστ. — Οἱ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων, ἐπειδὰν εἴπωσί τι τῶν ἀπορρήτων, παρακαλοῦσι τὸν ἀκούοντα καὶ ὁρκοῦσι μηδενὶ λοιπὸν εἰπεῖν ἑτέρῳ· αὐτόθεν δηλοῦντες, ὅτι πρᾶγμα ἄξιον κατηγορίας ἐποίησαν. Εἰ γὰρ ἐκεῖνον μηδενὶ εἰπεῖν ἑτέρῳ παρακαλεῖς, πολλῷ μᾶλλον σὲ πρότερον τούτῳ ταῦτα εἰπεῖν οὐκ ἐχρῆν.

Chrysost. — Plerique hominum, cum arcanum aliquid enuntiaverint, serio auditorem monent et obtestantur, adiguntque juramento, nemini ultra dicturum: hocque ipso, rem se dignam vituperio fecisse, haud obscure recludunt. Nam si illum hortaris ac rogas ut nulli alteri dicat, potiori jure nec te illi prius dicere oportebat.

Ἐκ τῶν Γερόντων. — Ἀγάπα τὸ σιγᾶν ὑπὲρ τὸ λαλεῖν· ἡ σιωπὴ γὰρ θησαυρίζει· τὸ δὲ λαλεῖν διασκορπίζει.

Seniorum. — Ama silentium magis quam loqui; horum enim alterum thesaurum accumulat, alterum dispergit.

Πρὸ πασῶν τῶν ἐντολῶν τὴν ἡσυχίαν (*h*) ἐξελέξατο ὁ Θεός· γέγραπται γάρ, *Ἐπὶ τίνα ἐπιβλέψω, ἀλλ' ἢ ἐπὶ τὸν ταπεινὸν καὶ ἡσύχιον;*

Præ omnibus præceptis Deus quieti animi silentium elegit. Scriptum enim est: *Super quem respiciam, nisi super humilem et quietum seu tacitum* B (*Isa.* LXVI, 2)?

Ὁ θέλων σωθῆναι, διωξάτω τὴν ἀκτημοσύνην καὶ τὴν σιωπήν.

Qui salvus esse desiderat, paupertatis ac silentii cultor exsistat.

Ἀπολλων. — Πολλὴν ἐπιμέλειαν ποιεῖσθαι χρὴ, περὶ τοῦ μὴ λέγειν ἃ μὴ δεῖ. Παντελῶς γὰρ ἀπαιδεύτου τινός ἐστι τὸ μὴ δύνασθαι σιωπᾶν, ἀλλ' ἐκλαλεῖν τὰ μὴ καλῶς ἔχοντα.

Apollonii. — Magna sedulo adhibenda diligentia est, ut ea minime loquaris, quæ non loqui decet. Omnino enim insulsi est et indisciplinati, silentium sibi indicere non posse, sed quæ non conveniat garrulo ore effutire.

Σοφὸς ἀνὴρ καὶ σιγῶν τὸν Θεὸν τιμᾷ, εἰδὼς καὶ διατί σιγᾷ.

Vir sapiens, etiam dum silet, Deum honorat, qui et sciat quamobrem sileat.

Πλουτάρχ. — Ἅπερ ἂν σιωπᾶσθαι βούλει, μηδενὶ εἴπῃς· ἢ πῶς παρά τινος ἀπαιτεῖς τὸ πιστὸν τῆς σιωπῆς, ὃ μὴ παρέσχες σεαυτῷ;

Plutarch. — Quæ velis silentio haberi, nemini dixeris; aut quomodo ab alio silentii fidem exigis, quam tu ipse tibi non servaveris?

Τὸ σιωπᾶν οὐ μόνον ἄδιψον, ὥς φησιν Ἱπποκράτης, ἀλλὰ καὶ ἄλυπον καὶ ἀνώδυνον.

Silere non modo sitim prohibet, ut ait Hippocrates, verum etiam nihil molestum expersque doC loris est.

Ζήνων. — Ὅτε ξένοι τινὲς ἐν συμποσίῳ παρόντες φιλοφρονούμενοι Ζήνωνα, προπιόντες αὐτῷ, ἤροντο ἡσυχίαν ἄγοντα, Περὶ σοῦ δὲ τί χρὴ λέγειν, ὦ Ζήνων, τῷ βασιλεῖ; κἀκεῖνος ἔφη, Ἄλλο μηδὲν, ἢ ὅτι πρεσβύτης ἐστὶν ἐν Ἀθήναις πρὸς πότον σιωπᾶν δυνάμενος.

Zeno. — Cum hospites quidam in convivio Zenonem hilarius accipientes, eumque poculis invitantes, tacitum interrogassent, quid de se regi nuntiari vellet: Nihil aliud, inquit, quam versari Athenis senem, qui in compotatione possit silentium tenere.

Ἀνάχαρσις. — Οὗτος ἑστιαθεὶς παρὰ Σόλωνι, καὶ κοιμώμενος ὤφθη, τὴν μὲν ἀριστερὰν χεῖρα τοῖς μορίοις, τὴν δὲ δεξιὰν τῷ στόματι προσκειμένην ἔχων. Ἐγκρατεστέρου γὰρ ᾤετο χαλινοῦ δεῖσθαι τὴν γλῶτταν.

Anacharsis. — Hic a Solone epulo acceptus, cum se cubitum recepisset, sic compositus deprehensus est, ut sinistra manus verendis, dextera ori imposita esset. Nempe fortiori freno linguam indigere putabat.

NOTÆ.

(*h*) *Τὴν ἡσυχίαν.* Hesych. etiam ἐρημίαν exponit; redditque Cicero apud Xenophantem *solitudinem*, nec mirum Christianæ philosophiæ professores, qui sibi a sæculi rebus vacationem et otium peculiarius indixerunt, ut uni Deo sibique vacent, hoc sibi nomen usurpasse, ad solitudinis illam quietem religioso cultu et silentio significandam, ex qua et Ἡσυχασταὶ dicti, qui sic solitarii agunt, eoque silentio se ipsi supra se levant, et proxime cœlestibus mentibus divina contemplatione junguntur: a quo nec ipsum monachi nomen abhorret. Sic enim soli, vel cum cœnobitæ, et Ἡσυχασταί, qui silentium unice colant, ac mundi curis vacui exsistant. Etiam Pythagorici, quod sibi silentium primo tirocinio indicebant, ἡσυχίαν vocabant. Laert. πενταετὴς ἡσυχία Πυθαγορείων. Apud Lucian. de eodem silentio: Ἡσυχίη μακρὴ καὶ ἀφωνία, καὶ πέντε ὅλων ἐτέων λαλέειν μηδέν. Sic illi primæ disciplinæ superstitioso ad annos quinque silentio: nostri ad omnem vitam et religioso, utiD liori quandoque fabulatione rumpendo, iis præsertim, qui Christi et apostolorum vitæ propius æmuli, institutum habent, nedum ut silentio contemplentur, sed ut etiam contemplata sermone tradant, præcipuoque episcopis munere adjutores exsistant, eam in rem cunctis aptiores, quo a mundi salo remotiores, ejusque securi, eo periclitantes, sæcularis militiæ viros et mulieres omnis status, propense juvant: cum mallent tacere unisque divinis impendi laudibus ac contemplationibus, nisi secus suaderet, et vero cogeret, charitas; concilia item generalia, summique antistites necessarium sibi subsidium duxissent; et vero qui onus satis intelligant, suorumque saluti, non humano fastui studeant, sedulo adhibeant; nec hinc hierarchiam solvi, sed fulciri, ut finem assequatur, probe intelligant; velut etiam divinis revelationibus in Francisco et Dominico, semel et iterum Deus ostendit.

Digitized by Google

Aristotel. — Qui tacere nescit, is nec loqui novit.

597 Idem interrogatus, quid in vita difficillimum sit : Tacere, inquit, quæ loqui non decet.

Idem interrogatus, quid causæ esset, cur qui loqui alios doceret, ipse taceret, respondit : Sane etiam cos ipsa non scindit, enses tamen et gladios scindendo acutos reddit.

Isocratis. — Duo loquendi tempora statue, ut vel de illis loquaris, quæ certo noveris, vel de quibus loqui necessarium sit. In his enim duntaxat oratio præstat silentio ; in aliis, silere præstat, quam loqui.

Al. Arist. — Hominis improbi, sicut taciti canis, non tam vox cavenda, quam silentium.

Theophrastus Peripateticus philosophus juvenem videns in convivio tacentem, dixit : Siquidem cum rudis sis ac insulsus silentium tenes, catus ac prudens es ; sin autem cum sis eruditus et catus, inscite siles.

Charetis.

Linguæ compos esse ubique maxime stude.
Cum enim seni tum juveni honorem affert
Opportuna lingua prædita silentio.

Hieronis. — Arcanum prodentes sermonem injurios esse aiebat, et in eos, quibus evulgarent. Odimus enim, non solum qui locuti sunt, sed et qui audierunt, ea quæ sciri nolumus.

Pittaci. — Facturus es? ne dixeris ; nisi enim res successerit, risum debebis.

Sophoclis.

Cum quis in furto palam deprehensus fuerit,
Sileat necesse est, etsi apprime loqui novit :
Pudor enim in malis nihil prodest :
Quod silentium loquenti auxilio sit.

Xenocrat. — Xenocrates singulas diei partes in certas actiones dividens, etiam silentio partem tribuit.

Alexandri.

Qui sermones velut deposito acceptos
Evulgavit, injustus est, aut valde incontinens.
Ob quæstum quidem, injustus ; sine quæstu autem,
Incontinens : uterque tamen peræque malus est.

Lycurgi. — Hic quodam percontante cur Lacedæmonii breviloquentiæ studerent, Quia, inquit, prope silentio est.

Philonidæ. — Præstat tenere silentium, quam loqui vane.

Democriti. — Cum quemdam animadvertisset multa disputantem, sed imperite, Hic, inquit, non dicendi peritus videtur esse, sed tacendi imperitus.

598 *Solonis.* Sermones silentio obsignato, silentium vero, dicendi opportunitate.

Simonid. — Aut tenendum oppertunum silentium, aut utilis sermo habendus est.

Demost. — Aiebat nunquam pœnituisse quod tacuisset ; sæpius vero quod locutus esset.

A *Ἀριστοτέλ.* — Ὁ μὴ εἰδὼς σιωπᾶν, οὐκ οἶδε διαλέγεσθαι.

Ὁ αὐτὸς ἐρωτηθείς, Τί δυσκολώτατόν ἐστιν ἐν τῷ βίῳ, εἶπε, Τὸ σιωπᾶν ἃ μὴ δεῖ λαλεῖν.

Ἐρωτηθείς, Διὰ ποίαν αἰτίαν τοὺς ἄλλους διδάσκων λέγειν, αὐτὸς σιωπᾷς ; ἔφη, Καὶ γὰρ ἡ ἀκόη ἡ αὐτὴ μὲν οὐ τέμνει, τὰ δὲ ξίφη ὀξέα ποιεῖ.

Ἰσοκράτ. — Δύο ποιοῦ καιροὺς τοῦ λέγειν, ἢ περὶ ὧν οἶσθα σαφῶς, ἢ περὶ ὧν ἀναγκαῖον εἰπεῖν. Ἐν τούτοις γὰρ μόνοις ὁ λόγος τῆς σιγῆς κρείττων· ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις, ἄμεινον σιγᾶν ἢ λέγειν.

Ἀλλ. Ἀριστ. — Φαύλου ἀνδρὸς, καθάπερ κυνὸς σιγηροῦ δεῖ τὴν σιγὴν, ἢ τὴν φωνὴν εὐλαβεῖσθαι.

B *Θεόφραστ.* — Θεόφραστος ὁ Περιπατητικὸς φιλόσοφος, ἐν συμποσίῳ νεανίσκον τινὰ βλέπων ἡσυχίαν ἔχοντα, εἶπεν· Εἰ μὲν ἀπαίδευτος ὢν σιωπᾷς, πεπαιδευμένος ὑπάρχεις· εἰ δὲ πεπαιδευμένος, ἀπαιδεύτως σιωπᾷς.

Χάρητ.

Γλώσσης μάλιστα παντοχοῦ πειρῶ κρατεῖν,
Ὁ γὰρ γέροντι καὶ νέῳ τιμὴν φέρει,
Ἡ γλῶσσα, σιγὴν καιρίαν κεκτημένη.

Ἱέρων. — Τοὺς ἀπόῤῥητον λόγον ἐκφέροντας ἀδικεῖν ᾤετο, καὶ πρὸς οὓς ἐκφέρουσιν. Μισοῦμεν γὰρ, οὐ μόνον τοὺς ἐκλαλήσαντας, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἀκούσαντας [B. ἀκούοντας], ἃ μὴ βουλόμεθα.

Πιττακοῦ. — Ὃ μέλλεις ποιεῖν, μὴ λέγε· ἀπατυχὼν γὰρ γελασθήσῃ.

C *Σοφοκλ.*

Κλέπτων δ' ὅταν τις ἐμφανῶς ἐφευρεθῇ,
Σιγᾶν ἀνάγκη, κἂν καλῶν φέρῃ στόμα.
Αἰδὼς γὰρ ἐν κακοῖσιν οὐδὲν ὠφελεῖ.
Ἡ γὰρ σιωπὴ τῷ λαλοῦντι σύμμαχος.

Ξενοκράτ. — Ξενοκράτης διαιρῶν ἕκαστον μέρος τῆς ἡμέρας εἰς πρᾶξίν τινα, καὶ τῇ σιωπῇ μέρος ἀπένειμεν.

Ἀλεξάνδρ. [*]

Ὅστις λόγους παρακαταθήκην λαβὼν
Ἐξεῖπεν, ἀδικός ἐστι, ἢ ἀκρατὴς ἅμα·
Ὁ μὲν διὰ κέρδος, ἀδικος· ὁ δὲ τούτου δίχα,
Ἀκρατής· ἴσως δέ γ' εἰσὶν ἀμφότεροι κακοί.

D *Λυκούργου.* — Οὗτος πρὸς τὸν εἰπόντα, Διατί Λακεδαιμόνιοι τὴν βραχυλογίαν ἀσκοῦσιν ; εἶπεν, Ὅτι ἐγγύς ἐστι τοῦ σιγᾶν.

Φιλωνίδου. — Κρεῖττον σιωπᾶν ἐστιν, ἢ λαλεῖν μάτην.

Δημοκριτ. — Θεασάμενός τινα, πολλὰ μὲν, ἀπαίδευτα δὲ διαλεγόμενον, Οὗτος, ἔφη οὐ λέγειν μοι δοκεῖ δυνατὸς, ἀλλὰ σιωπᾶν ἀδύνατος.

Σόλων. — Σφραγίζου, τοὺς μὲν λόγους, σιγῇ τὴν δὲ σιγὴν, καιρῷ.

Σιμωνίδου. — Ἡ σιγὴν καίριον ἔχειν δεῖ, ἢ λόγον ὠφέλιμον.

Δημοσθ. — Οὗτος μηδέποτε ἑαυτῷ εἶπε μεταμελῆσαι σιγήσαντι· φθεγξαμένῳ δὲ, πολλάκις.

VARIÆ LECTIONES.

[*] Al. Ἀνεξανδρίδ.

Digitized by Google

Ὀνειδίζοντος αὐτῷ τινος, ὅτι τὸ στόμα δυσῶδες A εἶχε· Πολλὰ γάρ, εἶπεν, αὐτῷ τῶν ἀποῤῥήτων ἐγκατεσάπη.

Exprobrante quodam quod ore fetido esset, Sane, ait, multa in eo secreta computruere.

ΛΟΓΟΣ ΚΑ' [40].

Περὶ πολυπραγμοσύνης καὶ ἡσυχίας.

Λουκ. ι'. — Μάρθα, Μάρθα, μεριμνᾷς καὶ τυρβάζῃ περὶ πολλά. Ἑνὸς δέ ἐστι χρεία· Μαρία δὲ τὴν ἀγαθὴν μερίδα ἐξελέξατο, ἥτις οὐκ ἀφαιρεθήσεταί ἀπ' αὐτῆς.

Α' Θεσ. δ'.—Παρακαλῶ οὖν ὑμᾶς, ἀδελφοί, περισσεύειν μᾶλλον καὶ φιλοτιμεῖσθαι ἡσυχάζειν, καὶ πράσσειν τὰ ἴδια, καὶ ἐργάζεσθαι ταῖς χερσὶν ὑμῶν.

Ἰὼβ, ια'. — Ἡσυχάσεις, καὶ οὐκ ἔσται ὁ πολε- B μῶν σε.

Ἰὼβ, λθ'. — Καταγελῶν πολυοχλίαν πόλεως, μέμψιν φορολόγου οὐκ ἀκούει.

Σιρὰχ ια'. — Τέκνον, μὴ περὶ πολλὰ ἔστωσαν αἱ πράξεις σου· ἐὰν γὰρ πληθύνῃς, οὐκ ἀθῷος ἔσῃ.

Ἕνεκεν χρημάτων μηδαμῶς Θεὸν ὀμόσῃς· μηδ' ἂν εὐορκεῖν μέλλεις· δόξεις γὰρ, τοῖς μὲν ἐπιορκεῖν, τοῖς δὲ φιλοχρημάτως ἔχειν.

Ἀμφίδος.

Ὅστις γὰρ ὀμνύοντι μηδὲν πείθεται,
Αὐτὸς ἐπιορκεῖν ῥᾳδίως ἐπίσταται.

Οἱ πολλοὶ τοῖς ἀνθρώποις τὸ εὐόρκους εἶναι παραινοῦσιν· ἐγὼ δὲ καὶ τὴν ἀρχὴν μηδ' εὐπετῶς ὀμνῦναι ὅσιον ἀποφαίνομαι.

Εὐσεβίου. — Τρόπου καλοκαγαθίαν, ὅρκου δεῖ πιστοτέραν ἔχειν.

ΛΟΓΟΣ ΛΔ' [67].

Περὶ κενοδοξίας.

Ἰωαν. ε'. — Δόξαν παρ' ἀλλήλων λαμβάνοντες, τὴν δόξαν τὴν παρὰ μόνου Θεοῦ οὐ ζητεῖτε.

Γαλ. ε'. — Μὴ γενώμεθα κενόδοξοι, ἀλλήλους προκαλούμενοι, ἀλλήλους [68] φθονοῦντες.

Παροιμ. ιβ'. — Κρείσσων ἀνὴρ ἐν ἀτιμίᾳ δουλεύων ἑαυτῷ, ἢ ὁ τιμὴν ἑαυτῷ περιθεὶς καὶ προσδεόμενος ἄρτου.

Σιρὰχ α'. — Μὴ ἐξύψου σεαυτὸν, ἵνα μὴ πέσῃς, καὶ ἐπάγῃς τῇ ψυχῇ σου ἀτιμίαν.

Σιρὰχ ε'. — Μισητὴ ἐναντίον Κυρίου καὶ ἀνθρώπων ἡ κενοδοξία [69].

Κενόδοξοί εἰσιν οἱ πλουτίζοντες ἑαυτοὺς, μηδὲν ἔχοντες.

Βασιλ. — Κενόδοξός ἐστιν, ὁ ψιλῆς ἕνεκεν τῆς ἐν κόσμῳ δόξης ποιῶν τι ἢ λέγων.

Τῷ ὄντι θεραπευόμενα τὰ ὑπερήφανα ἤθη, ἑαυτῶν ὑπεροπτικώτερα πέφυκε γίνεσθαι.

Ὁμοίως γάρ ἐστι χαλεπὸν ἔν τε δυσκολίαις πραγμάτων ἀταπείνωτον τὴν ψυχὴν διασώσασθαι, καὶ ἐν ταῖς ὑπερηφανείαις μὴ ἐπαρθῆναι.

Θεολ. — Μέγα τοῖς ἀνθρώποις ἡ κενοδοξία πρὸς ἀρετὴν ἐμπόδιον.

Theologi. — Qui verè ac sancte jurat, forte etiam quandoque erraverit; at, qui non jurat, omne perjurii periculum effugit.

Lex ait: *Non perjurabis* (*Levit.* XIX, 12); tu autem: Neque omnino jurato, quidquid minoris majorisve juramenti est (*Matth.* v, 33); quod nimirum juramentum perjurii parens ac auctor exsistit.

Chrysost. — Sycophantæ, mendacia vendunt; alii alios fallentes, juramenta insumunt; uno hoc Deum scientes, quod inter juramenta ejus meminerunt.

Socrates. — Bonos viros decet, eam exhibere morum probitatem, quæ jurejurando ad fidem firmior videatur.

Jusjurandum oblatum duplici ex causa suscipito; ut nempe te ipse a crimine absolvas, aut amicos a magnis periculis liberes.

Pecuniarum causa ne Deum juraveris, nec si verum juraturus sis; aliis enim perjurus, aliis avaritiæ morbo laborare videberis.

Amphidis.

Qui nihil fidei juranti tribuit,
Ipse pejerare facile novit.

Plerique homines hortantur suadentque ut verum jurent; ego vero ne primum quidem facile jurare, sanctum religiosumque affirmo.

Eusebii. — Morum probitatem et innocentiam, habere decet jurisjurandi religione firmiorem.

SERMO XXXIV.

De inani gloria.

Joan. v, 44. — Qui gloriam ab invicem accipitis, et gloriam, quæ a solo Deo est, non quæritis.

623 *Galat.* v, 26. — Non efficiamur inanis gloriæ cupidi, invicem provocantes, invicem invidentes.

Prov. XII, 9. — Melior est vir in vilitate serviens sibi, quam qui sibi honorem adhibens, indiget pane.

Eccli. I, 38. — Ne exaltes teipsum, ne cadas, et inducas animæ tuæ inhonorationem.

Eccli. X, 7. — Odibilis coram Domino et hominibus inanis gloria.

Inanis gloriæ vitio laborant, qui se divites jactant, cum nihil habeant.

Basilii. — Inanis gloriæ cupidus ac vanus est, qui nudæ gloriæ sæculi causa, quidpiam facit aut dicit.

Plane superbi mores obsequio deliniti, seipsis arrogantiores fieri consuevere.

Perinde enim grave ac arduum est, tum rerum angustiis iisque afflictis non animo dejici, tum illis florentibus mundique superbia, non eo exaltari.

Theologi. — Inanis gloria grande mortalibus parandæ virtutis obstaculum ponit.

VARIÆ LECTIONES.

[67] In Gesn. Stob. 163. [68] Gesn. ἀλλήλοις. [69] Bibl. ἡ ὑπερηφ *superbia.*

Digitized by Google

Quod videri velis, longe plurimam ejus partem aufert quod exsistis.

Proclivis est sui ipsius deceptio, et ut aliquid te esse existimes, cum nihil sis, inani inflatus gloria.

Turpe est, qui minorum compos exsistas, magnos animos assumere.

Noli velle videri malis melior,
Sed dole, quod sis bonis inferior.

Chrysost. — Merito igitur ab antiquis dicta est inanis gloria; inanis enim est, quæ nihil intus habeat utile: sed, sicut larvæ splendidæ quidem, et dignæ quæ amori habeantur, exterius apparent, sed intus inanes sunt; quo fit, ut licet veris vultibus elegantiores sint, neminem tamen unquam in sui amorem induxerint. Tale quid etiam, quin et miserabilius aliquid, vulgi gloria.

Greg. Nyss. — Divitiarum causa fastuosum esse, aut claris natalibus superbire, vel gloriam ambire, aut proximo clariorem videri velle (quibus rebus humani perficiuntur honores), cuncta hæc humani honoris eversionem ac dedecus continent.

Philonis. — In politicis ac republica si titulos pompamque abstuleris, præter inanem fastum, quod sani sensus sit nihil inveneris.

Evagrii. — Difficile est inanis gloriæ dæmonem vitare: quod enim feceris illius destruendæ causa, hoc tibi inanis gloriæ initium erit.

624 *Joan. Clim.* — Solem fur abominatur; superbus vero eos spernet, qui lenis sint ac modesti animi.

Socrates. — Utres vacuos ventus inflat atque distendit; stultos homines inanis sui opinio.

Diogenes. — Fastus tumor haud secus ac pastor, quo velit, vulgus hominum trahit.

Alexander. — Alexander longa conflictatus ægritudine, ubi convaluisset, nihil se pejus habere dixit. Admonuit enim nos morbus, non magnos sumere animos, qui mortales simus.

Philistion.

Si pravum ac nequam hominem altum ferri videris, Divitiarumque splendore atque fortuna superbe gloriantem,
Ac qui supercilium altius quam pro fortuna extulerit:
Hujus tu mutationem ruinamque ocius expecta.
Altius enim tollitur, ut casu graviore ruat.

Menandri. — O qui in seipsis altum tument atque sapiunt, ter omnes quaterque miseri. Non enim sciunt hominis naturam et indolem.

Aristotel. — Aristoteles, conspecto adolescente fastu nimio superbiente: Adolescens, inquit, utinam qualis tu tibi videris ipse exsistam! qualis vero reipsa exsistis, inimici mei exsistant.

Idem conspecto juvene pretiosa sibi veste placente eaque gloriante: Non desines, inquit, juvenis, de ovis tibi virtute placere?

Τὸ οἴεσθαι, τοῦ εἶναι τὸ πλεῖστον ἀφαιρεῖται.

Ῥᾷστον ἑαυτὸν ἀπατᾷν καὶ οἴεσθαι εἶναί τι, οὐδὲν ὄντα, ὑπὸ τῆς κενῆς δόξης φυσώμενον.

Αἰσχρὸν [70] μικρῶν κρατοῦντα, φυσᾶσθαι μέγα.

Μὴ φρόνει τῶν κακῶν φαίνεσθαι κρείττων·
Λυποῦ δὲ τῶν ἀγαθῶν ἠττώμενος.

Χρυσόστ. — Εἰκότως ἄρα εἴρηται παρὰ τῶν παλαιῶν κενοδοξία. Διάκενος γάρ ἐστιν, ἔνδον οὐδὲν ἔχουσά τι χρήσιμον· ἀλλ' ὥσπερ τὰ προσωπεῖα, δοκεῖ μὲν εἶναι λαμπρὰ καὶ ἐπέραστα, κενὰ δὲ ἔνδοθέν ἐστι· διὸ καὶ τῶν σωματικῶν ὄψεων εὐπρεπέστερα ὄντα, οὐδένα οὐδέποτε πρὸς τὸν ἔρωτα εἶδεν ἔπεισε τὸν ἑαυτῶν· οὕτω, μᾶλλον δὲ ἀθλιώτερον, καὶ ἡ παρὰ τῶν πολλῶν δόξα.

Γρηγ. Νύσ. — Τὸ ἐπὶ πλούτῳ κομπάζειν, ἢ γενέσει σεμνύνεσθαι, ἢ πρὸς δόξαν ὀρᾷν, ἢ δοκεῖν ὑπὲρ τὸν πέλας εἶναι, δι' ὧν αἱ ἀνθρώπιναι πληροῦνται τιμαί, ταῦτα πάντα καθαίρεσις τῆς ἀνθρωπίνης τιμῆς καὶ ὄνειδος γίνεται.

Φίλων.— Τῶν πολιτικῶν ἐὰν τὰς ὕλας ἀφέλῃς, κενὸν τύφον εὑρήσεις νοῦν οὐκ ἔχοντα.

Εὐαγρ. — Χαλεπὸν διαφυγεῖν τὸν τῆς κενοδοξίας δαίμονα· ὃ γὰρ ποιήσῃς καθαιρήσων αὐτήν, τοῦτο ἀρχή σοι κενοδοξίας γενήσεται.

Ἰω. Κλίμ. — Βδελύττεται ἥλιον κλέπτης· ὑπερήφανος δὲ, πραεῖς ἐξουδενώσει.

Σωκράτ. — Τοὺς μὲν κενοὺς ἀσκοὺς, τὸ πνεῦμα διίστησι· τοὺς δὲ ἀνοήτους ἀνθρώπους τὸ οἴημα.

Διογένης. — Ὁ τύφος ὥσπερ ποιμὴν, οὗ θέλει τοὺς πολλοὺς ἄγει.

Ἀλεξάνδρ. — Ἀλέξανδρος νοσήσας μακρὰν νόσον, ὡς ἀνέρρωσεν, οὐδὲν, ἔφη, διατιθέναι χεῖρον· ὑπέμνησε γὰρ ἡμᾶς ἡ νόσος, μὴ μέγα φρονεῖν θνητοὺς ὄντας.

Φιλιστίων.

Ἐὰν ἴδῃς πονηρὸν εἰς ὕψος αἰρόμενον,
Λαμπρῷ τε πλούτῳ καὶ τύχῃ γαυρούμενον,
Ὀφρῦν τε μείζω τῆς τύχης καθηρμόσθαι [71],
Τούτου τάχιον μεταβολὴν προσδόκα.
Ἐπαίρεται γὰρ μεῖζον, ἵνα καὶ μεῖζον πέσῃ.

Μενάνδρου. — Ὦ τρισάθλιοι ἅπαντες οἱ φυσῶντες ἐφ' ἑαυτοὺς μεγάλα· αὐτοὶ γὰρ οὐκ ἴσασιν ἀνθρώπου φύσιν.

Ἀριστοτ. — Ἀριστοτέλης θεασάμενος νεανίσκον κατωφρυωμένον, Νεανίσκε, ἔφη, οἷος μὲν δοκεῖς αὐτὸς εἶναι, ἐγὼ γενοίμην· οἷος δὲ τῇ ἀληθείᾳ ὑπάρχεις, τοιοῦτοί μου οἱ ἐχθροὶ γένοιντο.

Ὁ αὐτὸς κατανοήσας μειράκιον ἐπὶ πολυτελείᾳ τῆς χλαμύδος σεμνυνόμενον, Οὐ παύσῃ, ἔφη, μειράκιον, ἐπὶ προβάτου σεμνυνόμενος ἀρετῇ.

VARIÆ LECTIONES.

[70] Gesn. μικρόν. [71] Gesn. καθαίροντα.

Digitized by Google

Ἡρακλ. — Ἡράκλειτος ὁ φυσικὸς, οἵησιν ἔλεγεν ἐγκοπὴν προκοπῆς. A

Heraclitus. — Heraclitus, naturalis philosophus, inanem fastum suique opinionem aiebat profectus excisionem esse.

ΛΟΓΟΣ ΛΕ΄ [11].

Περὶ ἀληθείας καὶ ψεύδους.

Ἰωαν. γ΄. — Ὁ ποιῶν τὴν ἀλήθειαν, ἔρχεται πρὸς τὸ φῶς, ἵνα φανερωθῇ τὰ ἔργα αὐτοῦ, ὅτι ἐν Θεῷ εἰσιν εἰργασμένα.

Ἐφ. δ΄. — Ἀποθέμενοι ψεῦδος, λαλεῖτε ἀλήθειαν ἕκαστος μετὰ τοῦ πλησίον αὐτοῦ, ὅτι ἐσμὲν ἀλλήλων μέλη.

Παροιμ. θ΄. — Ὃς ἐρείδεται ἐπὶ ψεύδεσιν (*b*), οὗτος ποιμανεῖ ἀνέμους· ὁ δ' αὐτὸς διώξεται ὄρνεα πτερωτά.

Σιρ. κζ΄. — Πετεινὰ πρὸς τὰ ὅμοια αὐτοῖς καταλύει. Καὶ ἀλήθεια εἰς τοὺς ἐργαζομένους αὐτὴν B ἐπανήξει.

Σιρὰχ λδ΄. — Ἀπὸ ἀκαθάρτου, τί καθαρθήσεται; καὶ ἀπὸ ψεύδους, τί ἀληθεύσει;

Βασιλείου. — Οὔτε ἐν δικαστηρίοις, οὔτε ἐν ταῖς ἄλλαις πράξεσιν, ἐπιτήδειον τὸ ψεῦδος, τοῖς τὴν ὀρθὴν ὁδὸν καὶ ἀληθῆ προελομένοις τοῦ βίου.

Τοῦ Θεολόγου. — [12] Τὸ μὲν ἀληθὲς ἕν, τὸ δὲ ψεῦδος, πολυσχιδές.

Χρυσόστ. — Οὐδεμιᾶς δεῖται βοηθείας ἡ τῆς ἀληθείας ἰσχύς· ἀλλὰ κἂν μυρίους ἔχῃ τοὺς σθενοῦντας αὐτὴν, οὐ μόνον οὐκ ἀφανίζεται, ἀλλὰ καὶ

SERMO XXXV.

De veritate et mendacio.

Joan. III, 21. — Omnis qui facit veritatem, venit ad lucem, ut manifestentur opera ejus quia in Deo facta sunt.

Ephes. IV, 25. — Deponentes mendacium, loquimini veritatem unusquisque cum proximo suo; quoniam sumus invicem membra.

Prov. IX, 12. — Qui nititur mendaciis, hic pascet ventos; idem vero persequetur aves pennas habentes.

Eccli. XXVII, 10. — Volatilia ad similia sui divertunt; et veritas ad eos, qui illam operantur, revertetur.

Eccli. XXXIV, 4. — Ab immundo quis mundabitur? et a mendace, quid veri dicetur?

625 *Basilii.* — Nec in judiciis, nec in ullis aliis actionibus commodum mendacium est, iisque idoneum, qui rectam veramque vitæ viam inire statuerunt.

Theologi. — Verum quidem unum est; mendacium autem multiplex.

Chrysost. — Nullo eget mendacio veritatis vis. Quin vel si infiniti exstinguere moliantur, non modo non evanescit, verum etiam per eos qui

VARIÆ LECTIONES.

[12] Et Διονυσίου in Melissa.

NOTÆ.

(*b*) *Ὃς ἐρείδεται ἐπὶ ψεύδεσιν.* Versus hic in C vulgatis Græcis omnibus desideratur, ut et in Hebraic. Syriac. et Targum: solumque agnoscunt vulgata Latina, totidem verbis, ac hic retulit Maximus; ex quibus emendo, quod Gesn. sequentibus editum erat, οὐδ' αὐτὸς, ὁ δ' αὐτὸς, *Et idem aves pennigeras persequetur:* quod proverbii loco est de frustraneo conatu. Alio spectat illud Prov. I, 17: *Frustra jacitur rete ante oculos pennatorum;* quod Græci sic efferunt; citantque Patres, Οὐ γὰρ δίκαιως ἐκτείνεται δίκτια πτερωτοῖς. Lucif. et Sixt. *Non enim injuste retia tenduntur avibus.* Forte melius, *Num enim,* interrogate, quod et ita scripserint ol LXX, propius Hebraicis, Hellenismo non satis animadverso, etiam Græce eruditis, quod eos deßceret notitia linguæ Hebraicæ. Legerint certe, quod habent omnia Biblia, חנם non cujus nullum usquam in eis exstat vestigium, לא חנם. Certe non *frustra, ultro, gratis,* nulloque emolumento eis injici tendique retia, longe exploratissimum est: unaque hæc mea domi dum puer agerem ineunte autumno, uvisque maturis, venatio, et aucupium, gentis indole locique opportunitate frequentissimum, ut expanso e duplici quercu (seu alia proceriore arbore) eam in rem confecto reti, e vinea ad nemora crepusculo fere devolantes turdos aliasque ejusmodi aves, animi gratia indulgensque consuetudini, nec aliter quam volantes, et inter volandum, illo in eas injecto, mihi caperem: ac si hoc ipsum aucupii genus voluit hic indicare Sapiens, ut est Palæstina et ipsa clivis et collibus mire vitifera, cui non desint opposita ac aquiloni obversa nemora et silvæ, ubi volucres ipsæ uvis pinguescentes peneque ebriæ, ament cubare: qui fere situs, ejus, quo natus sum et educatus, in Nitiobrigum finibus ad Garumnam fluvium, municipii, D agrique illius, quo nihil tota late Gallia et Aquitania aut fertilius aut amœnius, Marmandam vocant, jam Albigensium tempore Vallisarnano *castrum nobilissimum:* addam ego, fidei catholicæ avitæque pietatis, per superioris ævi grassationem Calvinianorum invictum propugnaculum arcemque, ut vix una alterave sectariorum familia, cum toti fere provinciæ dominarentur, in eo sedes invenire potuerit: eorum vim omnem astusque, civium propensissima voluntate, deluserit; nec aliter quam jam Galliæ regem ipsumque catholicum Henricum IV, admiserit; Ludovicum XIII, subigendis vicinis oppidis Calviniano spiritu rebellibus, viris, annona, tormentis, mire adjuverit; nuncque reguanti Ludovico XIV, subigenda ipsa metropoli, et ad officium cogenda, per superiores tumultus, pene ὁρμητήριον fuerit, amplissimumque commeatum suffecerit; ut qua in Deum, ea in regem fide, (dum præsertim ipse re magis, dum nomine, Christianissimus, Christianæ rei totus studet) spectabile sit. Hæc mihi obiter grati animi patriæ monumento, etsi tot annos Christi amor religiosæque institutionis palæstra, me illa extorrem fecit, ejusque deinceps visendæ spem abstulit; exstincta præsertim sæculo familia, mihique pridem cœlo præeunte, nullis nuptiarum in liberis, copulis, iisque Christi causa fere repudiatis, dum eorum unus et alter generoso conatu celsa perfectionis petendo, bonus Christi odor, sanctitatis late fragrantiam sparserunt; et quod scriptioni librisque superiorum jussu, almi Galliæ cleri invitatione, meoque ipsius nutu ac propensione, si quid utilis operæ in rem Christianam et litterariam conferre possim, occupato, jam pene seniculo Lutetiæ Parisiorum brevi immoriendum sit.

Digitized by Google

labefactare conantur, illustrior celsiorque evaserit; illis, qui se frustra torqueant, risu jure exceptis.

Evagrii. — Veritatem silentio premere, aurum est humo defodere.

Isidori Pelusiotæ. — Quod primum mendacium auditur, majorem in aurem fidem habet, quam veritas, quæ postea ac secutó sermone monstratur.

Severiani. — Mendacium, dum sibi fidem quærit, non aliter invenit, quam apparentis veritatis fundamentum fixerit.

Thales. — Thales Milesius percontante quodam, quantum a vero falsum abesset: Quantum, inquit, oculi ab auribus.

Plutarchi. — Æquale quidem libra; veritas autem, philosophica ratione judicatur.

Grave est a via ac a veritate errare.

Charicleæ. — Honestum bonumque quandoque mendacium est, tunc nimirum cum illis commodum, qui loquuntur, nullum auditoribus affert detrimentum (*b*').

Gerini. — Quemadmodum debilis hebesque oculus solis lumen intueri non potest, sic (ac potiori longe ratione) nec mens infirma obtusiorque verum cernere valet.

Ex Epict. et Isocrat. — Nihil præ veritate majori in pretio habendum; nec amicitiæ delectus immunis ab affectibus est, quibus justitia confunditur ac contenebratur.

Æsop. — Æsopus rogatus quid mentientibus lucri accederet. Ut nec, si verum dicant, inquit, illis fides habeatur.

Plato. — Plato veritatem rem auditu jucundissimam aiebat; Polemon autem dicere veritatem, quam audire, multo jucundius esse asserebat.

Menandri. — Præstat mendacium, quam verum malum eligere.

SERMO XXXVI.

De morte. [78]

Joan. XI, 25. — Qui credit in me, etiamsi mortuus fuerit, vivet: et omnis qui vivit, et credit in me, non morietur in æternum.

626 *I Thess.* IV, 12. — Nolo vos ignorare, fratres, de dormientibus, ut non doleatis, sicut et cæteri qui spem non habent.

Sap. IV, 13. — Consummatus in brevi, explevit

[78] In Gesn. Stob. 261.

δι' αὐτῶν τῶν ἐπηρεάζειν ἐπιχειρούντων, φαιδροτέρα καὶ ὑψηλοτέρα ἂν εἴη, τῶν εἰκῇ κοπτόντων ἑαυτοὺς καταγελῶσα.

Εὐαγρίου. — Τὸ σιγᾷν τὴν ἀλήθειαν, χρυσόν ἐστι θάπτειν.

Ἰσιδώρου Πελουσι. — Τὸ ψευδὲς ἐν πρώτοις λεχθὲν πλείονα πίστιν ἔχει παρὰ τὴν ἐν δευτέρῳ λόγῳ δεικνυμένην ἀλήθειαν.

Σευηριανοῦ. — Τὸ ψεῦδος ὅταν θέλῃ πιστευθῆναι, ἐὰν μὴ πήξῃ θεμέλιον δοκούσης ἀληθείας, οὐ πιστεύεται.

Θάλης. — Θάλης ὁ Μελήσιος ἐρωτηθεὶς ὑπό τινος, Πόσον ἀπέχει τὸ ψεῦδος τοῦ ἀληθοῦς, Ὅσον, ἔφη, ὀφθαλμοὶ τῶν ὤτων.

Πλουτάρχου. — Τὸ μὲν ἴσον ζυγῷ· τὸ δὲ ἀληθὲς, τῷ ἐκ φιλοσοφίας λόγῳ κρίνεται.

Ὁδοῦ καὶ ἀληθείας χαλεπὸν ἀποπλανηθῆναι.

Χαρικλ. — Καλὸν γάρ ποτε καὶ τὸ ψεῦδος, ὅταν ὠφελοῦν τοὺς λέγοντας, μηδὲν καταβλάπτει τοὺς ἀκούοντας.

Γηρίνου. — Καθάπερ τὸ τοῦ ἡλίου φῶς οὐκ ἔστι θεάσασθαι ἀσθενεῖ καὶ ἀδυνάτῳ τῇ ὄψει, οὕτω, καὶ ἔτι μᾶλλον τὴν ἀλήθειαν οὐκ ἔστιν ἰδεῖν ἀσθενεῖ καὶ ἀδυνάτῳ τῇ διανοίᾳ.

Ἐκ τῶν Ἐπικτ. καὶ Ἰσοκράτους. — Μηδὲν τῆς ἀληθείας τιμιώτερον ἔστω· μηδὲ φιλίας ἐκλογὴ ἐκτὸς παθῶν διακειμένη, οἷς τὸ δίκαιον συγχέεται καὶ σκοτίζεται.

Αἰσώπ. — Αἴσωπος ἐρωτηθείς, Τί ὄφελος τοῖς ψευδομένοις ἐκ τοῦ ψεύδους, ἔφη, Τὸ κἂν ἀληθῆ λέγουσι μὴ πιστεύεσθαι.

Πλάτων. — Πλάτων μὲν ἥδιστον εἶναι τῶν ἀκουσμάτων τὴν ἀλήθειαν ἔλεγε· Πολέμων δὲ πολὺ ἥδιον τοῦ ἀκούειν τὸ λέγειν (*c*) εἶναι τ' ἀληθῆ.

Μενάνδρου. — Κρεῖττον ἑλέσθαι ψεῦδος, ἢ ἀλήθες κακόν.

ΛΟΓΟΣ Λς' [78].

Περὶ θανάτου.

Ἰωαν. ια'. — Ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, κἂν ἀποθάνῃ, ζήσεται· καὶ πᾶς ὁ ζῶν καὶ πιστεύων εἰς ἐμὲ, οὐκ ἀποθάνῃ εἰς τὸν αἰῶνα.

α' Θεσ. δ'. — Οὐ θέλω ὑμᾶς ἀγνοεῖν, ἀδελφοὶ, περὶ τῶν κεκοιμημένων, ἵνα μὴ λυπεῖσθε, καθὼς καὶ οἱ λοιποὶ οἱ μὴ ἔχοντες ἐλπίδα.

Σολομ. δ'. — Τελειωθεὶς ἐν ὀλίγῳ, ἐπλήρωσε (*d*)

NOTÆ.

(*b*') Non probat Ecclesia.

(*c*) *Τοῦ ἀκούειν τὸ λέγειν.* Sic emend. quod Ball. pariter habet, τοῦ λέγειν· secus ac putavit Gesn. τὸ ἀκούειν τοῦ λέγειν, tanquam hoc reponat Polemon Platoni, *Vera audire, quam loqui jucundius;* non contra, *vera loqui, quam audire jucundius.* Hoc certe, non illud petit ejus arguta responsio. Dicente enim illo veritatem esse auditu jucundissimam, reponit, ac si dicat: Imo certe dictu, quam auditu jucundior; qua ipsa sententia viro gratificatur, nec proclive loquatur discipulus magistro, post quem quartus academiam rexit; ut nonnisi valde juvenis aliter potuerit Platonem audire, si tamen vere audivit, et non Xenocratem, cui proxime in illa successit.

(*d*) *Τελειωθεὶς ἐν ὀλίγῳ, ἐπλήρωσε.* Ita distinguit Ball. alii fere non distinguunt, potestque τὸ, ἐν ὀλίγῳ, perinde utrique jungi, seu etiam in utroque intelligi. Brevi itaque consummatus, brevi longos annos complevit; meritis scilicet ac virtutibus longe provectus, et quasi in illis consenuisset, Argent. et Basileens. sequentibus addunt vocem κακῶν· ἀρεστὴ γὰρ κακῶν ἡ ψυχὴ αὐτοῦ, obscuro satis sensu, nisi *malis prona* ac infirma, seu obnoxia anima vitaque intelligatur; ~~quæ sit ratio~~, cur Deus festinaverit de sæculo tapere, secundum or-

Digitized by Google

χρόνους μακρούς· ἀρεστὴ γὰρ ἐν Κυρίῳ ἡ ψυχὴ αὐτοῦ, διὰ τοῦτο ἔσπευσεν ἐκ μέσου πονηρίας. A

longos annos; placita enim erat in Domino anima illius: propter hoc properavit de medio iniquitatis.

Σιρὰχ λ'. — Κρεῖσσων θάνατος ὑπὲρ ζωὴν πικρὰν, ἢ ἀῤῥώστημα ἔμμονον (*e*).

Eccli. xxx, 17. — Melior est mors quam vita amara, aut ægritudo diuturna.

Σιρὰχ μη'. — Τέκνον, ἐπὶ νεκρῷ κατάγαγε δάκρυα, καὶ ποίησον πένθος κατὰ τὴν τάξιν [74] αὐτοῦ ἡμέραν μίαν καὶ δύο, χάριν διαβολῆς, καὶ παρακλήθητι λύπης ἕνεκα. Γνῶθι γὰρ ὅτι οὐκ ἔστιν ἐπάνοδος, καὶ τοῦτον γὰρ οὐκ ὠφελήσεις, καὶ σαυτὸν κακώσεις. Ἀπὸ γὰρ λύπης ἐκβαίνει θάνατος.

Eccli. xxxviii, 16. — Fili, super mortuum deduc lacrymas; et fac luctum secundum meritum ejus, unum diem aut duos propter detractionem; et consolare propter tristitiam. Scias enim non esse reversionem. Neque enim illi proderis, et tu ipse discruciabis; ex tristitia enim mors evenit.

Βασιλείου. — Ὥσπερ γὰρ οἱ ἐν τοῖς πλοίοις καθεύδοντες, αὐτομάτως ὑπὸ τοῦ πνεύματος ἄγονται, κἂν αὐτοὶ μὴ αἰσθάνωνται· ἀλλ' ὁ δρόμος αὐτοὺς πρὸς τὸ τέλος ἐπείγει· οὕτω καὶ ὑμεῖς τοῦ χρόνου τῆς ζωῆς ἡμῶν παραῤῥέοντος, οἱονεί τινι κινήσει συνεχεῖ, καὶ ἀπαύστῳ, πρὸς τὸ οἰκεῖον ἕκαστος πέρας τῷ λανθάνοντι δρόμῳ τῆς ζωῆς ἡμῶν κατεπειγόμεθα. B

Basilii. — Quemadmodum qui in navigiis dormiunt, ultro a ventis aguntur; ac licet ipsi non sentiant, cursus tamen ad finem urget suscepti itineris: sic et nos, vitæ nostræ tempore perefluente, velut jugi quodam ac indefesso motu, ad proprium quisque finem, occulto vitæ nostræ cursu festinamus.

Ὁ μὲν ἐν τῷ βίῳ τυγχάνων, οὔπω μακαριστὸς διὰ τὸ ἄδηλον τῆς ἐκβάσεως· ὁ δὲ συμπληρώσας τὰ ἐπιβάλλοντα, καὶ ἀναντιῤῥήτῳ τέλει τὴν ζωὴν κατακλείσας, οὗτος ἤδη ἀσφαλῶς μακαρίζεται.

Qui adhuc vivit, eventus incerto, necdum beatus prædicandus est: qui vero implevit quæ eum contingebant atque perfunctus vitam indubio fine conclusit, hic jam tuto beatus dici queat.

Οὐδεὶς μετὰ τὸ λυθῆναι τὴν πανήγυριν πραγματεύεται, οὐδὲ μετὰ τοὺς ἀγῶνας παρελθὼν στεφανοῦνται· οὐδὲ μετὰ τοὺς πολέμους ἀνδραγαθεῖ.

Nemo solutis jam nundinis negotiatur; aut post certamina veniens coronatur; vel post prælia fortia facta designat.

Θεολόγου.

Παντὶ βροτῷ θνήσκοντι πᾶσα γῆ τάφος.
Πᾶν γὰρ τὸ ἐκ γῆς γῇ τε καὶ εἰς γῆν πάλιν.

Theologi.

Cuivis morienti quævis terra sepulcrum est.
Quidquid enim ex terra est, et est terra, et in terram revertitur.

Χρυσόστ. — Εἰ πόλιν ἐκ πόλεως ἀμειβοῦντες, τοῦ χειραγωγοῦντος δεόμεθα· πολλῷ μᾶλλον ἡ ψυχὴ, τῆς σαρκὸς ἀπάρασα, καὶ πρὸς τὴν μέλλουσαν μεθισταμένη ζωὴν, τῶν ὁδηγησόντων δεήσεται. C

Chrysost. — Si, qui ex una in aliam urbem commigrant, ductore indigent; potiori longe ratione anima solvens a corpore, atque ad futuram transmigrans vitam, viæ ducibus indigebit.

Καθάπερ σῶμα ψυχορῥαγοῦν καὶ ἐγγὺς ὂν τελευτῆς, μυρίας ἐπισπᾶται κακώσεις· καὶ οἰκίας μελλούσης καταπίπτειν, πολλὰ προπίπτειν εἴωθεν, καὶ ἀπὸ τῆς ὀροφῆς, καὶ ἀπὸ τῶν τοίχων· οὕτω καὶ τῆς οἰκουμένης ἐγγὺς καὶ ἐν θύραις ἐστὶν ἡ συντέλεια, καὶ διὰ τοῦτο τὰ μυρία διέσπαρται πανταχοῦ κακά.

Ut quod animam agit, jamque morti corpus vicinum est, innumeras ægritudines ac noxas contrahit; domoque ruinam minante, multa prius delabi solent, tum e tecto, tum e parietibus; sic et propinqua, jamque in januis mundi consummatione, innumera ubique sparsa mala ingruunt.

Ἀριστοτ. — Ἐκ τοῦ βίου κράτιστόν ἐστιν ὑπεξελθεῖν ὡς ἐκ συμποσίου, μήτε διψῶντα, μήτε μεθύοντα.

Aristotel. — Optimum est sic vita exire ac ex convivio, ut neque siticulosus nec temulentus exsistas.

Ὁ ἐν νόσῳ διαθήκας γράφων, παραπλήσια πάσχει, τοῖς χειμῶνι θαλαττίῳ εὐτρεπίζειν ἀρχομένοις τὰ τῆς νηὸς ὅπλα. D

Qui jam æger testamenti conscribit tabulas, haud absimilis illi est, qui orta jam tempestate ac sæviente procella, **627** navis arma incipit apparare.

Σωκράτ. — Αἰροῦ καλῶς τεθνάναι μᾶλλον, ἢ ζῆν αἰσχρῶς.

Socratis. — Honeste potius mori velis, quam turpiter vivere.

VARIÆ LECTIONES.

[74] Βλ. ἀξίαν.

NOTÆ.

dinem divinæ Providentiæ, ne secus mutaretur pro humana vertibilitate. Quid si δυσάρεστος κακῶν scripsit sacer scriptor? quadrat certe optime vulgatis Græcis. Quod tæderet cum malorum vitæ, seu etiam sæculi, ἔσπευσεν ἐκ μέσου πονηρίας· *Sedulo studuit de medio pravitatis exire, festinavit, contendit:* votis scilicet, quæ Deus in eo sic præmature rapto procliue impleverit.

(*e*) *Ἢ ἀῤῥώστημα ἔμμονον.* Indicio sunt Vulg. Syriac. Arabic. interpretes desiderari aliquid quod sit idem ac mors ipsa, more solito Scripturæ, idem aliis verbis repetendi, uno et altero membro ejusdem sententiæ Vulg. *æterna requies*, quasi legerit αἰώνιος λῆξις, Syriac. et Arabic. *descendere in foveam*, sive ipse *fovea*, et infernus; quod ipsum mori atque mors est, Scripturæ phrasi.

Digitized by Google

Clitarchi. — Satius est mori, quam incontinentia animum offuscare.

Moschionis. — Aliis aliis ingruentibus morbis peneque continuis, nec mors ipsa adesse cunctatur.

Ex Phavorini scriptis. — Aristides cognomento Justus, rogatus, quandiu liceat hominem justi rectique tenacem vivere : Quoad, inquit, existimabit præstare mori, quam vivere.

Amasis. — Amasis Ægyptiorum rex, ad amicum amisso filio consolatoriam scribens : Si, inquit, cum nondum esset non dolebas, ne nunc quidem, cum non amplius futurus est, dolere debes.

Diogen. — Diogenes Cynicus deplorante quodam, quod peregre fatis functurus esset, ait : Quid, stulte, deploras ac quereris, cum ex omni loco eadem ad infernum via sit ?

Decebat quidem, nos coacto cœtu, eum qui natus sit, quantis malis obnoxius veniat, luctu prosequi ; contra vero vivis sublatum et laborum finem adeptum, gaudio, faustis laudibus ac ominibus, domo efferre.

Epicuri. — Adversus alia quidem se tutum præstare licet ; ad mortem autem quod attinet, omnes urbem colimus nullo præsidio munitam.

Musonii. — Non potest præsentem diem honeste vivere, qui non proposuerit eum se extremum victurum.

Polyæni. — Ne doleas super his qui moriuntur ; est enim hæc necessariæ vitæ functio ; sed super his qui turpiter diem claudunt.

Democrit. — Democritus, cum ex ægritudine in lethargum incidisset, tumque emersisset : Nihil mihi, inquit, vitæ amor imponet : seque ipsum e vita eduxit.

Menandri.

Ter misera et ærumnosa natura ;
Multisque curis vita referta.

Major necessitas medendi animo, quam corpori : præstat enim mori, quam male vivere.

Sophoclis.

Fidus tibi, tumule, quis ex mortalibus ?
Heu mortuis ! quam cito fluit brevissima,
Et pristina omnes deseri inita gratia ?

Bias. — Bias, cum quis in liberorum interitum mortem invocaret: Quid est, inquit, homo, cur illam arcessas ? nunquid non veniet nisi arcesseris?

628 Idem conspecto projecto humique jacente gladio, Quem, ait, perdidisti, aut quis te?

Idem rogatus, quænam inter mortes mors mala foret, respondit : Quæ justa legum censura infligitur.

Socrat. — Socrates ab Atheniensibus præcipitii damnatus, flente ejus uxore Xantippe, atque dicente : Quam inique, o Socrates, moreris ! Velles igitur, inquit, me juste mori ?

Idem, dicente quodam Athenienses mortis sententiam in eum dixisse : Quin ante illos, inquit, natura.

Κλειτάρχου. — Κρεῖττον ἀποθανεῖν, ἢ δι' ἀκαθαρσίας ψυχὴν ἀμαυρῶσαι.

Μοσχίωνος. — Ταῖς νόσοις ὁ θάνατος ἀλλήλαις ἐπικαταλαμβανούσαις, οὐδ' αὐτὸς παρεῖναι ἀναβάλλεται.

Ἐκ τῶν Φαβωρίν. — Ἀριστείδης ὁ δίκαιος ἐρωτηθείς, Πόσον ἐστὶ χρόνον ἄνθρωπον καλὸν ζῆν, ἔφη, Ἕως ἂν ὑπολάβῃ τὸ τεθνάναι τοῦ ζῆν κρεῖττον εἶναι.

Ἄμασις. — Ἄμασις ὁ τῶν Αἰγυπτίων βασιλεὺς, φίλῳ ἀποβαλόντι υἱὸν, γράφων παραμυθητικὸν, εἶπεν, Εἰ ὅτε οὐδέπω ἦν οὐκ ἐλύπου, μηδὲ νῦν ὅτι οὐκ ἔτι ἔσται λυπηθῇς.

Διογένης. — Διογένης ὁ Κυνικὸς ὀδυρομένου τινὸς ἐπειδὴ ἐπὶ ξένης ἤμελλε τελευτᾷν, εἶπε, Τί ὀδύρῃ, ὦ μάταιε, πανταχόθεν γὰρ ὁδὸς ἡ αὐτὴ εἰς ᾅδου.

Ἐχρῆν μὲν ἡμᾶς σύλλογον ποιουμένους, τὸν φῦντα θρηνεῖν εἰς ὅσ' ἔρχεται κακά· τὸν δ' αὖ θανόντα καὶ πόνων πεπαυμένον, χαίροντας, εὐφημοῦντας, ἐκπέμπειν δόμων.

Ἐπικούρ. — Πρὸς μὲν τ' ἄλλα δυνατὸν ἀσφάλειαν πορίσασθαι· χάριν δὲ θανάτου πάντες ἄνθρωποι πόλιν ἀτείχιστον οἰκοῦμεν.

Μουσωνίου. — Οὐκ ἔστι τὴν ἐνεστηκυῖαν ἡμέραν καλῶς βιῶναι, μὴ προθέμενον αὐτὴν ὡς ἐσχάτην βιῶσαι.

Πολυαίνου. — Ἐπὶ τοῖς ἀποθνήσκουσι μὴ λυποῦ· ἀναγκαῖον γάρ· ἀλλ' ἐπὶ τοῖς αἰσχρῶς τελευτῶσιν.

Δημοκρίτ. — Οὗτος νοσήσας καὶ ληθαργῷ περιπεσὼν, ὡς ἀνένηψεν, Οὐδέν με, ἔφη, ἐξαπατήσει ἡ φιλοζωΐα· καὶ ἐξήγαγεν ἑαυτὸν τοῦ βίου.

Μενάνδρου.

Τρισάθλιόν γε καὶ ταλαίπωρον φύσει.
Πολλῶν τε μεστόν ἐστι τὸ ζῆν φροντίδων.

Ψυχὴν σώματος ἀναγκαιότερον ἰᾶσθαι. Τοῦ γὰρ κακῶς ζῆν, τὸ τεθνάναι κρεῖσσον.

Σοφοκλ.

Τύμβῳ γὰρ οὐδεὶς πιστὸς ἀνθρώπων φίλος.
Φεῦ τοῦ θανόντος, ὡς ταχεῖα τοῖς βροτοῖς
Χάρις διαῤῥεῖ, καὶ προδοῦσ' ἀλύσκεται.

Βίας. — Βίας ἐπικαλουμένου τινὸς τὸν θάνατον ἐπὶ τέκνων ἀπωλείᾳ, ἔφη, Τί αὐτὸν καλεῖς, ἄνθρωπε ; οὐκ ἂν μὴ καλέσῃς ἥξει ;

Οὗτος θεασάμενος μάχαιραν ἐῤῥιμμένην, ἔφη, Τίς σε ἀπώλεσεν, ἢ τίνα σύ.

Ὁ αὐτὸς ἐρωτηθείς, Ποῖος τῶν θανάτων κακὸς, ἔφη, Ὁ ἀπὸ τῶν νόμων ἐπαγόμενος.

Σωκράτης. — Σωκράτης καταδικασθεὶς ὑπὸ Ἀθηναίων κατακριμνησθῆναι, τῆς γυναικὸς Ξανθίππης κλαιούσης καὶ λεγούσης, Ὦ Σώκρατες, ὡς ἀδίκως ἀποθνήσκεις, εἶπε, Σὺ οὖν ἐβούλου με δικαίως ἀποθανεῖν ;

Ὁ αὐτὸς εἰπόντος αὐτῷ τινὸς, Οἱ Ἀθηναῖοί σου θάνατον ἐψηφίσαντο, ἔφη, Ἀλλ' αὐτῶν δὲ ἡ φύσις.

Digitized by Google

Ὁ αὐτὸς ἐρωτηθείς, Τίνα ἐστὶν ἐν ᾅδου; εἶπεν· Οὔτε ἐγὼ πεπόρευμαι, οὔτε τῶν ἐκεῖσέ τινι συντετύχηκα.

Σέξτου. — Οἰκείων, ζώντων μὲν, ποιοῦ ἐπιμέλειαν· ἀπογενομένων δὲ, δεῖ τὰ σώματα τῇ γῇ συμμεμίχθαι· τοῦτο γὰρ καὶ ὅσιον· οὐ γὰρ συνθάπτεται ψυχὴ τῷ σώματι. Μάτην οὖν ὁ πολὺς πόνος περὶ τὰς ταφάς.

Ἀναξαγ. — Δύο διδασκαλίας εἶναι οἶμαι θανάτου, τόν τε πρὸ τοῦ γενέσθαι χρόνον, καὶ τὸν ὕπνον.

Ἐκ τῶν Φιλιστίωνος γνωμῶν. — Καυσιανοὶ τοὺς μὲν γεννωμένους θρηνοῦσι, τοὺς δὲ τελευτήσαντας μακαρίζουσι.

ΛΟΓΟΣ ΛΖ'. [78]

Περὶ εἰρήνης καὶ πολέμου.

Λουκ. ι'. — Εἰς ἣν δ' ἂν οἰκείαν εἰσέρχησθε, πρῶτον λέγετε· Εἰρήνη τῷ οἴκῳ τούτῳ· καὶ ἐὰν ᾖ ἐκεῖ υἱὸς εἰρήνης, ἐπαναπαύσεται ἐπ' αὐτὸν ἡ εἰρήνη ὑμῶν.

Β' Κορ. ιγ'. — Εἰρηνεύετε, ἀδελφοὶ, καὶ ὁ Θεὸς τῆς εἰρήνης καὶ τῆς ἀγάπης ἔσται μεθ' ὑμῶν.

Παροιμ. ιζ'. — Κρεῖσσον ψωμὸς μεθ' ἡδονῆς ἐν εἰρήνῃ, ἢ οἶκος πολλῶν ἀγαθῶν μετὰ μάχης.

Σιρ. κε'. — Ἐν τρισὶν ὡραΐσθην καὶ ἀνέστην ὡραία ἐναντίον Κυρίου καὶ ἀνθρώπων· ὁμόνοια ἀδελφῶν, καὶ εἰρήνη τοῦ πλησίον, καὶ γυνὴ καὶ ἀνὴρ ἑαυτοῖς συμπεριφερόμενοι.

Βασιλείου. — Ὅσον ἐστὶ τὸ τῆς εἰρήνης ἀγαθὸν, τί χρὴ λέγειν πρὸς ἄνδρας υἱοὺς τῆς εἰρήνης; Οὐδὲν γὰρ οὕτως ἴδιον Χριστιανοῦ, ὡς τὸ εἰρηνοποιεῖν· διότι καὶ τὸν ἐπ' αὐτῷ μισθὸν μέγιστον ἡμῖν ὁ Κύριος ἐπηγγείλατο.

Θεολόγου. — Κρείσσων ἐπαινετὸς πόλεμος, εἰρήνης χωριζούσης Θεοῦ.

Χρυσοστ. — Ὁ ἐπευξάμενος εἰρήνην ἅπασι, τὸν πόλεμον τῶν παθῶν ἐξέβαλε, καὶ λιμένος εὐδιωτέραν τὴν ψυχὴν κατεσκεύασεν.

Νύσσης. — Ὥσπερ γὰρ ὑγείας ἐπιλαβούσης νόσος ἐξαφανίζεται, καὶ φωτὸς φανέντος οὐχ ὑπολείπεται σκότος· οὕτως καὶ τῆς εἰρήνης ἐπιφανείσης, λύεται πάντα τὰ ἐκ τοῦ ἐναντίου συνιστάμενα πάθη.

Δημοσθ. — Δεῖ τοὺς ὀρθῶς πολέμῳ χρωμένους, οὐκ ἀκολουθεῖν τοῖς πράγμασιν, ἀλλ' αὐτοὺς ἔμπροσθεν εἶναι τῶν πραγμάτων.

Πόλεμος ἔνδοξος, εἰρήνης αἰσχρᾶς αἱρετώτερος.

Ἡροδότ. — Οὐδεὶς γὰρ οὕτως ἀνόητός ἐστιν, [ἢ] ὅστις πόλεμον πρὸ εἰρήνης αἱρέεται.

Μενάνδρου.

Εἰρήνη γεωργὸν κἂν πέτραις τρέφει καλῶς.
Πόλεμος δέ, εἰ κἂν πεδίῳ, κακῶς ἔφυ.

Ἀριστοφ.

Εἰρήνη βαθύπλουτε καὶ ζευγήριον βοΐκων!
Εἰ γάρ ἐμοὶ παυσαμένῳ τοῦ πολέμου γένοιτο

[78] In Gesn. Stob. 166.

Idem interrogatus, Quænam apud inferos essent? Nec ego, inquit, unquam ivi, nec cum aliquo eorum qui illic versantur sermonem contuli.

Sext. — Necessariorum, dum vitæ superstites sunt, curam agito; morte autem sublatos, eorum humo commiscenda cadavera; quod et hoc pium sit ac justum; non enim una cum corpore sepelitur animus. Frustra igitur nimius ille funerum labor suscipitur.

Anaxagor. — Duo esse mortis documenta puto: tempus quod ante ortum fuit, et somnum.

Ex Philistionis Sent. — Causiani nascentes quidem luctu prosequuntur; qui vero diem obierunt, faustis laudibus ac ominibus beantes concelebrant.

SERMO XXXVII.

De pace et bello.

Luc. x, 5. — In quamcunque domum intraveritis, primum dicite: Pax huic domui; et si ibi fuerit filius pacis, super eum requiescet pax vestra.

II Cor. XIII, 11. — Pacem habete, fratres, et Deus pacis et dilectionis erit vobiscum.

Prov. XVII, 1. — Melior est buccella cum voluptate in pace, quam domus multorum bonorum cum jurgio.

Eccli. XXV, 1. — In tribus decora enitui, et surrexi decora coram Domino et hominibus: concordia fratrum, proximorum pax, et vir et uxor sibi bene consentientes.

Basilii. — Quantum sit pacis bonum, quid necesse loqui apud viros, qui sint filii pacis? Nihil enim est Christiano magis proprium, quam ut pacem conciliet: unde etiam Dominus eo nomine amplissimam mercedem pollicitus est.

Theologi. — Præstat bellum laudabile, ejus generis pace quæ a Deo separat.

Chrysost. — Qui pacem omnibus bene precatus est, affectuum bellum sustulit, ac portu omni tranquilliorem animum reddidit.

Nyssen. — Quemadmodum enim sanitatis adventu aboletur morbus, luceque apparente non superant tenebræ; sic et illucente pace cuncta solvuntur atque difflantur adversarii fraude conflata animorum labe vitia atque mala.

Demost. — Qui bello recte uti volunt, ii, non negotia sequantur necesse est, sed ut antevertant.

Honestum bellum turpi paci præferendum.

Herodot. — Nullus enim est tam stultus, qui pacem bello præponat.

Menandri.

Pax agricolam vel in petris alit bene,
Bellum autem vel in campo malum est.

Aristophan.

O pax profundæ divitiæ et jugum boum!
Utinam enim mihi pacem habenti liceat

Digitized by Google

Fodere incurvato, et loto trahere
Vinum, panem pinguem et raphanum ferenti!

Euripid.

Prudentia quam plurimas vincit manus;
At imperita multitudo anget malum.

SERMO XXXVIII

De spe.

Matth. VI, 26.— Respicite volatilia cœli, quoniam non serunt, neque metunt, neque congregant in horrea: et Pater vester cœlestis pascit illa.

Rom. VIII, 24. — Spes quæ videtur, non est spes. Nam quod videt quis, non sperat. Si autem quod non videmus, speramus, per patientiam exspectamus.

Sap. XVI, 29.—Ingrati spes, quasi hiberna pruina liquescet, et quasi aqua inutilis diffluet.

Sap. V, 15. — Spes impii tanquam pulvis qui a vento rapitur, et ut fumus qui a vento dissufflatur, et ut recordatio hospitis unius diei præteriit.

Eccli. II, 11. — Respicite in antiquas nationes, et videte, quis confidit in Domino, et confusus est; aut quis permansit in timore ejus, et despexit illum?

Basilii. — Qui in homine spem ponit, ullave alia sæculi re animo erigitur, non potest **630** dicere: *Iste, Domine, speravi* (*Psal.* XXX, 2; CXLV, 2.) Præceptum enim est, ne confidamus in principibus.

Laudo qui dixit, esse spes vigilantium somnia.

Theologi. — Cum magna sperantes, iis repente fuerimus potiti, opinione minora videntur, quæ nacti fuerimus.

Nec nimis confidere, nec valde desperare.

Alterum enim animum dissolvit, alterum evertit.

Quæ quis ne sibi acciderent metuit, etsi non acciderunt, ac si accidissent pertulit.

In ipso portu, prospera navigatio multis in naufragium cessit.

Multis ex dira procella felici exitu ad portum appulsa navis.

Nec dejecto tristitia animo jucundiorem despere diem: nec rerum felici statu nullam mœstitiam exspectes.

Unum in rebus firmum est ac stabile, spes in Deum; reliqua omnia suopte genio non sunt, sed putantur esse.

Chrysost. — Fieri non potest ut frustretur fine, qui toto animo in Deum sperans, quæ sua sunt confert omnia.

Greg. Nyss.— Bonorum, quæ nobis exspectantur, flos afflictio est ac ærumna. Ut igitur fructum nanciscamur, etiam florem decerpamus.

Nili.— Inexspectatum malum omnino turbat cum inciderit; exspectatum autem, quod animum ad ilerpetiendum paratum inveniat, levius quodo evadit.

A Σκάψαντ' ἀποκλάσαι, καὶ λουσαμένῳ διελκύσαι
Τῆς τρυγὸς, ἄρτον λιπαρὸν καὶ ῥάφανον φέροντι[16].

Εὐριπίδ.

Σοφὸν γὰρ εὐβούλευμα τὰς πολλὰς χέρας
Νικᾷ γάρ· σὺν ὄχλῳ δ' ἀμαθία πλέον κακόν[17].

ΛΟΓΟΣ ΛΗ'[18].

Περὶ ἐλπίδος.

Ματθ. ς'. — Ἐμβλέψατε εἰς τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ, ὅτι οὐ σπείρουσιν, οὐδὲ θερίζουσιν, οὐδὲ συνάγουσιν εἰς ἀποθήκας, καὶ ὁ Πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος τρέφει αὐτά.

Ῥωμ. η'.— Ἐλπὶς βλεπομένη, οὐκ ἔστιν ἐλπίς· ὃ γὰρ βλέπει τις, οὐκ ἐλπίζει. Εἰ δὲ ὃ οὐ βλέπομεν, ἐλπίζομεν, δι' ὑπομονῆς ἀπεκδεχόμεθα.

B *Σολ.* ις'. — Ἀχαρίστου ἐλπὶς, ὡς χειμέριος πάχνη τακήσεται, καὶ ῥυήσεται ὡς ὕδωρ ἄχρηστον.

Σολ. ε'. — Ἐλπὶς ἀσεβοῦς, ὡς φερόμενος χνοῦς ὑπὸ ἀνέμου, καὶ ὡς καπνὸς ὑπὸ ἀνέμου διαλυθεὶς[19], καὶ ὡς μνεία καταλύτου μονοημέρου διωδεύθη.

Σιρὰχ β'. — Ἐμβλέψατε εἰς τὰς ἀρχαίας γενεὰς, καὶ ἴδετε, τίς ἤλπισεν ἐπὶ Κύριον καὶ κατῃσχύνθη, ἢ τίς ἐνέμεινεν ἐν τῷ φόβῳ αὐτοῦ, καὶ ὑπερεῖδεν αὐτόν;

Βασιλείου. — Ὁ ἐπ' ἄνθρωπον ἐλπίζων, ἢ ἐπ' ἄλλο τι τῶν κατὰ τὸν βίον μετεωριζόμενος, οὐ δύναται εἰπεῖν· Ἐπὶ σὲ, *Κύριε, ἤλπισα.* Παράγγελμα γάρ ἐστι μὴ ἐλπίζειν ἐπ' ἄρχοντας.

Ἐπαινῶ τὸν εἰπόντα, τὰς ἐλπίδας εἶναι γρηγορούντων ἐνύπνια.

C *Θεολόγου.* — Ὅταν μεγάλα ἐλπίσαντες ἀθρόως τοῖς ἐλπισθεῖσιν ἐντύχωμεν, ἐλάττω τῆς δόξης ὁρᾶται τὰ φαινόμενα.

Μὴ σφόδρα θαρρεῖν, μηδ' ἀπελπίζειν ἄγαν.
Τὸ μὲν γὰρ ἐκλύει· τὸ δὲ ἀνατρέπει.

Ἅ γάρ τις ὡς πεισόμενος δέδοικε, ταῦτα πέπονθε κἂν μὴ πάθῃ.

Πολλοῖς πρὸς ὅρμοις εὐπλοοῦν ἔδυ σκάφος.

Πολλοὶ προσωρμίσθησαν ἐκ τρικυμίας.

Μήτε ἀθυμῶν ἀπελπίσῃς εὐημερίαν, μήτε καλῶς πράττων ἀθυμίαν.

D Ἔν ἐστιν ἐν τοῖς οὖσι τὸ μόνιμον, ἡ πρὸς Θεὸν ἐλπίς· τὰ δὲ ἄλλα πάντα, οὐχί ἐστι τῇ φύσει, ἀλλὰ νομίζεται.

Χρυσοστ. — Ἀμήχανον τοῦ τέλους ἐκπεσεῖν, τὸν ὅλῃ διανοίᾳ ἐπὶ τὸν Θεὸν ἐλπίζοντα, καὶ τὰ παρ' ἑαυτοῦ πάντα εἰσφέροντα.

Γρηγ. Νύσσ. — Τῶν προσδοκωμένων ἀγαθῶν ἡ θλῖψις ἄνθος ἐστί. Διὰ οὖν τὸν καρπὸν, καὶ τὸ ἄνθος δρεψώμεθα.

Νείλου. — Τὸ ἀπροσδόκητον κακὸν θορυβεῖ πάντως ἐπελθόν· τὸ δὲ προσδοκηθὲν εὐτρεπῆ πρὸς τὴν πεῖραν εὑρὸν τὸν λογισμὸν, κουφότερον ποιεῖ τὸ δεινόν.

VARIÆ LECTIONES.

[16] B. φέροντα. [17] Plura Antonius tit. 75. [18] Est in Gesn. Stob. 260. [19] Bal. διελύθη.

Digitized by Google

Προκοπίου σοφιστοῦ. — Τὸ ἐλπισθὲν ἀγαθὸν εἰς τοὐναντίον περιπεσὸν, ἀπαραμύθητον ἔχει τὸ πάθος. A

Πλουτάρχ. — Οὔτε ναῦν ἐξ ἑνὸς ἀγκυρίου, οὔτε βίον ἐκ μιᾶς ἐλπίδος ὁρμιστέον.

Στάσιμοί εἰσιν αἱ τῶν πεπαιδευμένων ἐλπίδες, ὡς ἐν λιμένι τῷ λογισμῷ ὁρμοῦσαι.

Αἱ μὲν τῆς ἀρετῆς ἐλπίδες, ἴδιαί εἰσι τῆς ψυχῆς· αἱ δὲ τῆς κακίας, νόθοι.

Ταυτόν ἐστιν ἐξ ἀσθενοῦς ἀγκυρίου σκάφος ὁρμεῖν, καὶ ἐκ φαύλης γνώμης ἐλπίδα.

Σωκράτ. — Αἱ πονηραὶ ἐλπίδες, ὥσπερ οἱ κακοὶ ὁδηγοὶ, ἐπὶ ἁμαρτήματα ἄγουσιν.

Οὔτε γυνὴ χωρὶς ἀνδρὸς, οὔτε ἐλπὶς ἀγαθὴ χωρὶς πόνου γεννᾷ τι χρήσιμον.

Λευκίππ. — Τὰ γὰρ ἡδέα, κἂν μὴ παρῇ, τέρπει B ταῖς ἐλπίσιν.

Τὸ γὰρ ἐλπισθὲν (*f*), ἅπαξ ἐξῄρηται τῆς ψυχῆς· καὶ τὸ μηδαμόθεν ἔτι προσδοκώμενον, ἀπαλλαγὴν παρασκευάζει τοῖς κάμνουσιν.

Χαρικλ. — Ἡ γὰρ εἰς τὸ μήπω λεχθὲν ἔπειξις τοῦ λόγου, τὸ ὁλόκληρον τῶν ἤδη λεχθέντων παραιρεῖται.

Λευκίππης. — Ὁ μὲν γὰρ τοῦ κινδύνου φόβος, ἐθορύβει τὰς τῆς ψυχῆς ἐλπίδας· ἡ δὲ ἐλπὶς τοῦ τυχεῖν, ἐκάλυπτεν ἡδονῇ τὸν φόβον· οὕτω καὶ ἐλπίζων [80] ἐφοβεῖτο, καὶ ἔχαιρε τὸ λυπούμενον.

ΛΟΓΟΣ ΛΘ'.

Περὶ γυναικῶν [81].

Ἰωάν. δ'. — Λέγει αὐτῇ ὁ Ἰησοῦς· Ἐγώ εἰμι ὁ λαλῶν σοι. Καὶ ἐπὶ τοῦτο ἦλθον οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, C καὶ ἐθαύμασαν ὅτι μετὰ γυναικὸς ἐλάλει.

Α' Τιμ. β'. — Γυνὴ ἐν ἡσυχίᾳ μανθανέτω ἐν πάσῃ ὑποταγῇ· γυναικὶ δὲ διδάσκειν οὐκ ἐπιτρέπω, οὐδὲ αὐθεντεῖν ἀνδρός.

Παροιμ. ε'. — Μὴ πρόσεχε φαύλῃ γυναικί· μέλι γὰρ ἀποστάζει ἀπὸ χειλέων γυναικὸς πόρνης, ἡ πρὸς καιρὸν λιπαίνει σοι φάρυγγα· ὕστερον μέντοι πικρότερον χολῆς εὑρήσεις.

Παροιμ. κδ'. — Ὥσπερ σκώληξ ἐν ξύλῳ, οὕτως ἄνδρα ἀπόλλυσι γυνὴ (*g*) κακοποιός.

Παροιμ. κα'. — Κρεῖσσον οἰκεῖν ἐν ἐρήμῳ, ἢ μετὰ γυναικὸς μαχίμου καὶ γλωσσώδους καὶ ὀργίλου.

Σιρ. κε'. — Συνοικῆσαι λέοντι καὶ δράκοντι εὐδό- D κησαι, ἢ συνοικῆσαι μετὰ γυναικὸς πονηρᾶς.

Procopii sophistæ. — Exspectati boni versæ in contrarium spes, inconsolabilem dolorem adducunt. A

Plutarchi. — Nec navis ex una anchora, nec ex una spe vita firmanda est.

Stabiles sunt eruditorum spes, ut quæ in ratione quasi in portu conquiescant.

Virtutis spes, animi propriæ sunt ac genuinæ; vitii autem, spuriæ.

Idem est ex infirma anchora navim in portu hærere, ac spem ex mala voluntate.

Socrates. — Improbæ spes, tanquam mali viæ duces, in errorem inducunt.

Nec mulier sine viro, nec bona spes sine labore utile quidquam parit.

Leucippis. — Jucunda, quanquam non præsto B sunt, spe deliniunt animum.

Cujus enim spes nulla est, semel animo sublatum est; quodque nusquam amplius exspectatur, ægros metu liberat.

Chartelei. — **631** Orationis enim ad id quod necdum dictum est, festinatio, eorum quæ jam dicta sunt integritatem tollit.

Leucippes. — Periculi metus, animi spes turbabat, spesque rei consequendæ, metum voluptate tegebat: atque in hunc modum, et qui sperabat terrebatur, et qui animo dolebat, idem ipse gaudebat.

SERMO XXXIX.

De mulieribus.

Joan. IV, 26. — Dicit ei Jesus: Ego sum, qui C loquor tecum. Et continuo venerunt discipuli ejus, et mirabantur quod cum muliere loquebatur.

I Tim. II, 11. — Mulier in silentio discat cum omni subjectione; docere autem mulieri non permitto, neque dominari in virum.

Prov. V, 2-4. — Noli attendere mulieri pravæ. Mel enim distillant labia mulieris fornicariæ; quæ ad tempus impinguant fauces tuas: postea tamen felle amariorem invenies.

Prov. XXV, 20. — Sicut in ligno vermis, sic virum suum perdit uxor maleficа.

Prov. XXI, 19. — Melius est habitare in deserto, quam cum muliere rixosa et loquaco et iracunda.

Eccli. XXV, 23. — Cum leone et dracone commorari magis placeat, quam habitare cum muliere D nequam.

[80] B. ἐλπίζων. [81] In Gesn. Stob. 181.

NOTÆ.

(*f*) *Τὸ γὰρ ἀπελπισθέν.* Ita mihi mutandum indulsi, quod vox sequens ἐξῄρηται τῆς ψυχῆς, id omnino exigat. Non enim quod speratur, sed quod non speratur, sublatum animo est: in quo jam est, atque exsistit, quod spe præsumitur, si modo illa certa et firma est. Non male igitur spes in bonis, τὸ προσδοκώμενον in malis, quorum metu liberatur, qui ea eventura non exspectat.

(*g*) *Οὕτως ἄνδρα ἀπόλλυσι γυνή.* Sic quoque Hier. l. I *Adversus Jovinianum*, pro eo quod modo Græce, οὕτω λύπη ἀνδρὸς βλάπτει καρδίαν· quod voces λύπη et γυνὴ permutatæ sint. Nec liquet, quid potius Salomon scripserit, quod Hebraica non exstent; et quæ sunt in Vulg. *Ita tristitia viri nocet cordi*, ex Græcis accepta sint. Quod autem ait Nobil. *Tota ista sententia abest in Vulg.* videtur non satis attente dictum, cum pleraque Biblia Vulg. editionis habeant, etsi Hentenius obelo configens, non exstare admonet in decem exemplaribus. Hinc in Lugdun. an. 1521 et 1523 reperi, *Alias non haberi totum hunc versum*; quod et Nobilius, uti cautius dicere potuit, sic et verius.

Digitized by Google

Basilii. — Prava mulierum studia animique, imbecilles contubernalium animas, interitu mergunt.

Theologi, in fratris Epitaph. — Mulierum insipientissimæ, quas propria pulchritudo gratiaque deficiat, ad colorum pigmenta fucosque confugiunt; honestaque velut specie (ut sic loquar) se theatro ostentant, affectato decore deformes, nativaque turpitudine effectæ turpiores.

Chrysost. — Qui malam uxorem habet, is suorum jam scelerum mercedem se reportasse noverit.

Grave paulo tenuioris fortunæ ducere uxorem; grave, et paulo opulentiorem: nam alterum quidem, substantiæ nocet; alterum vero, viri auctoritatem ac libertatem lædit.

Clementis. — Omnem ad calumniam suspicionem amolitur mulier, quæ superfluo cultu non utatur, nec ultra decoris metam ornari velit.

Sexti. — Malam mulierem sigillum decet.

Democrit. — Extremum dedecus ac injuria, virum uxori subditum esse.

Solon. — **632** Rogante quodam Solonem, num uxorem duceret, respondit: Si deformem duxeris, molestum erit; sin venustam, communem habebis.

Diogenes. — Mulieres inter se sermonem miscentes conspicatus, Aspis, inquit, a vipera venenum mutuatur.

Pulcheria. — Rogante quodam, amplo multarum matronarum consessu, Cur una reliquarum mulierum ornatum non assumeret, respondit: Quod sufficiens mulieri ornatus exsistat viri virtus.

Pythagor. — Æquale est, sive in ignem, sive in mulierem incideris.

Secundi. — Secundus ille sapiens interrogatus, Quid esset mulier, respondit: Viri naufragium, domus tempestas, quietis impedimentum, vitæ captivitas, quotidianum damnum, voluntaria pugna, sumptuosum bellum, contubernalis bestia, assidens sollicitudo, lœna sortis necessitudine conjuncta, exornata Scylla, animal nequam, malum necessarium.

Triplici malo appetitus sum; Grammatica ac paupertate, nec exitiosam uxorem evadere valui.

Philoxenus. — Philoxenus poeta, rogante quo-

A *Βασιλ.* — Αἱ πονηραὶ τῶν γυναικῶν διαθέσεις, τὰς ἀσθενεῖς ψυχὰς τῶν συνοικούντων καταβαπτίζουσιν.

Θεολόγου. — Αἱ τῶν γυναικῶν ἀφρονέσταται, ἀποροῦσαι κάλλους οἰκείου, πρὸς τὰ χρώματα (*k*) φεύγουσι· καὶ εἰσὶν, ὡς ἂν εἴποιμι, κοσμίως θεατριζόμεναι, δι' εὐσχημοσύνην ἀσχήμονες, καὶ δι' αἰσχος αἰσχρότεραι.

Χρυσοστ. — Ὁ ἔχων γυναῖκα πονηρὰν, γινωσκέτω ὅτι ἤδη τοὺς μισθοὺς τῶν ἀνομιῶν αὐτοῦ ἐκομίσατο.

Δεινὸν πενιχροτέραν λαβεῖν γυναῖκα, δεινὸν εὐπορωτέραν. Τὸ μὲν γὰρ εἰς τὴν οὐσίαν ἔβλαψε, τὸ δὲ, εἰς αὐθεντίαν καὶ ἐλευθερίαν, τὸν ἄνδρα.

B

Κλήμεντ. [61] — Ἀνύποπτον εἰς διαβολὴν δείκνυσι γυναῖκα, τὸ μὴ καλλωπίζεσθαι, μηδὲ μὴν κοσμεῖσθαι, παρὰ τοῦ πρέποντος.

Σέξτου. — Ἐπὶ γυναικὶ πονηρᾷ καλὸν σφραγίς.

Δημοκρίτ. — Ὑπὸ γυναικὸς ἄρχεσθαι, ὕβρις ἂν εἴη ἐσχάτη.

Σόλωνος. — Σόλων ἐρωτηθεὶς ὑπό τινος, εἰ γήμῃ, ἔφη· Ἐὰν μὲν αἰσχρὰν γήμῃς, ἕξεις ποινήν· εἰ δ' ὡραίαν, ἕξεις κοινήν.

Διογένης. — Κοινολογουμένας γυναῖκας θεασάμενος, ἔφη, Ἀσπὶς παρ' ἐχίδνης φάρμακον δανείζεται.

Πουλχερία. — Αὕτη ἐρωτηθεῖσα ὑπό τινος ἐν συνόδῳ πλειόνων γυναικῶν, διατί μόνη τῶν ἄλλων γυναικῶν οὐ φορεῖ κόσμον, ἔφη· Αὐτάρ ἡ κόσμος ἐστὶ γυναικὶ, ἡ τοῦ ἀνδρὸς ἀρετή.

Πυθαγόρ. — Τὸ εἰς πῦρ καὶ εἰς γυναῖκα ἐμπεσεῖν, ἴσον ὑπάρχει.

Σεκοῦνδος. — Σεκοῦνδος ὁ σοφὸς (*l*) ἐρωτηθεὶς, Τί ἐστι γυνή; εἶπεν· Ἀνδρὸς ναυάγιον, οἴκου ζάλη, ἀμεριμνίας ἐμπόδιον, βίου ἅλωσις, καθημερινὴ ζημία, αὐθαίρετος μάχη, πολυτελὴς πόλεμος, συνεσθιόμενον θηρίον, συγκαθημένη μέριμνα, συμπλεκομένη λέαινα, κεκοσμημένη σκύλλα, ζῶον πονηρὸν, ἀναγκαῖον κακόν.

D Ὁ αὐτὸς ἔφη, Τριῶν κακῶν τέτευγμαι· γραμματικῆς, πενίης, καὶ οὐλομένης γυναικὸς ἐκφυγεῖν οὐκ ἴσχυσα.

Φιλόξενος. — Φιλόξενος ὁ ποιητὴς, εἰπόντος

VARIÆ LECTIONES.

[61] Gesn. Κυρίλλου.

NOTÆ.

(*k*) *Πρὸς τὰ χρώματα.* Ut nimirum cerusa, minio genas inficiant, ac nativum colorem mentiantur. Inscite Gesn. χρήματα legit, redditque *pecunias; ad pecunias confugiunt;* quasi pecuniæ ad fucum muliebrem quidquam faciant, nisi remote et accidentario, cum pars maxima divitum mulierum pigmento omni abstineant. Omnia hic antitheta pro subtili Gregorii vena, κοσμίως θεατριζόμεναι· quasi per hoc quod mundum quærunt ei honestati studere videntur, scenicæ mulieris probum assumentes: honesto quasi cultu atque ornatu theatro personatæ; ac si quid ejusmodi his tam brevibus iis æmulo acumine reponi potest; non quod Gesn. *theatrali ornatu conspicuæ.*

(*l*) *Σεκοῦνδος ὁ σοφός.* Citat Holsten. in suo Secundo tanquam ex Antonio Melissa serm. 122; sive ita illi Rom. codd. habuerint; sive, quod humanum est, memoriæ obrepsit, ut pro Maximo, Antonium citaret, apud quem non occurrit, sed apud Maximum.

Digitized by Google

τινὸς, Διατὶ Σοφοκλῆς χρηστὰς παρεισάγει τὰς γυναῖκας, αὐτὸς δὲ φαύλας, εἶπεν, Ὅτι Σοφοκλῆς μὲν, οἵας δεῖ εἶναι τὰς γυναῖκας λέγει· ἐγὼ δὲ, οἵαι εἰσὶν. A dam, Cur Sophocles bonas mulieres inducat, ipse vero malas; quod nimirum, ait, ille quales esse debeant, dicat; ego, quales reipsa exsistant.

ΛΟΓΟΣ Μ' [83].

Περὶ ἀντιλογίας καὶ θρασύτητος καὶ ἔριδος.

Ματθ. ε'. — Ἠκούσατε ὅτι ἐρρέθη, Ὀφθαλμὸν ἀντὶ ὀφθαλμοῦ, καὶ ὀδόντα ἀντὶ ὀδόντος; Ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν· Μὴ ἀντιστῆναι τῷ πονηρῷ· ἀλλ' ὅστις σε ῥαπίσει εἰς τὴν δεξιὰν σιαγόνα, στρέψον αὐτῷ καὶ τὴν ἄλλην.

Ῥωμ. θ'. — Ὦ ἄνθρωπε, μενοῦν γε, σὺ τίς εἶ ὁ ἀνταποκρινόμενος τῷ Θεῷ; Μὴ ἐρεῖ τὸ πλάσμα τῷ πλάσαντι, Τί με ἐποίησας οὕτως; ἢ οὐκ ἔχει ἐξουσίαν ὁ κεραμεὺς τοῦ πηλοῦ ἐκ τοῦ αὐτοῦ φυράματος πλῆσαι, ὃ μὲν εἰς τιμὴν σκεῦος, ὃ δὲ εἰς ἀτιμίαν; B

Παροιμ. κζ'. — Σίδηρος σίδηρον ὀξύνει· ἀνὴρ δὲ παροξύνει (*j*) πρόσωπον ἑταίρου.

Παροιμ. κε'. — Ἄνεμος Βορρᾶς ἐξεγείρει νέφη (*k*)· πρόσωπον δὲ ἀναιδὲς, γλῶσσαν ἐρεθίζει.

Σιρὰχ δ'. — Μὴ γίνου θρασὺς ἐν τῇ γλώσσῃ σου, καὶ νωθρὸς καὶ παρειμένος ἐν τοῖς ἔργοις σου.

Σιρὰχ κβ'. — Πρὸ πυρὸς, ἀτμὶς καμίνου καὶ καπνός· οὕτω πρὸ αἱμάτων, λοιδορίαι.

Ἄνθρωπος συνεθιζόμενος λόγοις ὀνειδισμοῦ, ἐν πάσαις ταῖς ἡμέραις αὐτοῦ μὴ παιδευθῇ.

Ἔρις κατασπευδομένη ἐκκαίει πῦρ· καὶ μάχη κατασπεύδουσα ἐκχέει αἷμα.

Βασιλ. — Ἡ ἀντιλογία τὸ αὐτοκρατορικὸν καὶ ἀνυπότακτον δείκνυσι, κἂν ἐν σχήματι ταπεινώσεως γίνηται. C

Θεολόγου. — Φιλεῖ γὰρ τὰ γενναῖα φρονήματα πρὸς τὸ βίᾳ κρατοῦν αὐθαδίζεσθαι, καὶ καθάπερ φλὸξ ὑπ' ἀνέμου ῥιπιζομένη, τοσούτῳ μᾶλλον ἀνάπτεσθαι, ὅσῳπερ ἂν σφοδρότερον καταπνέηται.

Χρυσοστ. — Μὴ πρὸς τοὺς παραινοῦντας σιγᾷν ἀντίτεινε, λέγων, Οὐκ ἀνέξομαι ἵνα μου καταγελάσας ὁ δεῖνα ἀπέλθῃ. Οὐ γὰρ δὴ τότε σου καταγελᾷ, ἀλλ' ὅταν ἐπεξέλθῃς. Εἰ δὲ καὶ τότε γελάσεται, ὡς ἀνόητος καὶ τοῦτο πείσεται. Σὺ δὲ μὴ ζήτει νικῶν τὴν παρὰ τῶν ἀνοήτων μαρτυρίαν, ἀλλ' ἀποχρώσας

[83] In Gesn. Stob. 101.

SERMO XL.

De contradictione et procacia et contentione.

Matth. v, 38. — Audistis quia dictum est: Oculum pro oculo, et dentem pro dente? Ego autem dico vobis: Non resistere malo; sed quisquis tibi in dexteram maxillam incusserit alapam, verte illi et alteram.

Rom. ix, 20. — Atqui, o homo, tu quis es, qui ex adverso respondes Deo? Nunquid dicit figmentum, ei qui se finxit: Quid me fecisti sic? Annon habet potestatem figulus luti, ut ex eadem massa fingat aliud quidem vas in honorem, aliud in contumeliam?

Prov. xxvii, 17. — Ferrum acuit ferrum, et vir exacuet faciem amici.

Prov. xxv, 23. — Ventus aquilo suscitat nubes; vultus autem impudens irritat linguam.

Eccli. iv, 34. — **633** Noli esse audax in lingua tua, et segnis ac remissus in operibus tuis.

Eccli. xxii, 30. — Ante ignem, camini vapor et fumus; sic ante vulnera et cædes, convicia.

Vir assuetus probrosis verbis ac maledictis, in omnibus diebus suis non emendabitur.

Eccli. xxviii, 13. — Contentio festinata accendit ignem, et lis festinans effundit sanguinem.

Basilii. — Contradicendi ipsa libido sui juris quidpiam ostendit, ac quod subjici respuit, etsi humilitatis specie contingit.

Theologi. — Solent enim generosa fortisque animi ingenia, ei contumacius præfracteque obniti, quod vi addicit ac dominatu premit; nec aliter ac flamma ventilantibus auris, tanto magis accendi, quanto vehementius perflatur.

Chrysost. — Ne his qui silere admonent, adverseris, dicens: Non feram ut ille me risu excipiens, abeat. Non enim tunc deridet, sed si ulciscaris. Quod si etiam tunc deriserit, et ut stulto id illi contigerit. Tu vero qui victoria potiris, ne stultorum testimonium ambias; sed satis esse existimato

NOTÆ.

(*j*) *Παροξύνει.* In Hebr. eadem est vox, qua ferrum exacui ferro dicitur, et qua vir amicum exacuere: ut utrumque in bonum sonet, alterum physice, alterum per metaphoram; nec aliter voluerint oi LXX, etsi Hellenismo suo ac voce abusi sint, quæ *exasperare* sonat; redditque Gesn. et forte voluit Maximus, atque ad intentum suum aptavit: apud quem ἑτέρου est pro ἑταίρου, quod et emendavi ex sacro textu.

Hippothountis. — Homo cum sis, memor esto communis fortunæ ac sortis.

Isidori. — Mortalis cum sis, conare ut videas quæ retro sunt.

Euripid.

Nihil in mortali firmum genere consistit;
Nec enim qui vivat aliquis est, quo modo ipse velit.

Incerti. — Nemo est qui in omnibus præclare et ex virtute agat:

Sed et te unum quemdam e vulgo esse existimato.

Diogenes. — O mortale ac ærumnosum hominum genus.

Quam nihil sumus! quam quod umbris similes,
Pondus terræ inutile oberramus!

Apelles. — Apelles pictor, cum ex eo quæreretur, quid causæ esset cur fortunam sedentem pingeret; Non enim, ait, stat.

Bias. — Aiebat idem, sic vitam metiendam, ut qui et multum temporis, et pusillum victurus sis.

Πάντων σου τῶν πραγμάτων κατευοδουμένων, ἐκδέχου μεταβολήν· καὶ πάλιν ὑπὸ τῶν ἀπροσδοκήτων συμφορῶν κυκλούμενος, ἔλπιζε τὰ χρηστὰ καὶ κρείττονα.

Νεκρῶν ἀχρηστότερα τὰ λαμπρὰ τοῦ παρόντος βίου.

Ἐν τῇ εὐδίᾳ ὢν τοῦ βίου, ἐκδέχου ποτὲ καὶ χειμῶνα πραγμάτων.

Τὸ περὶ τὰ φαινόμενα τὴν σπουδὴν ἔχειν, ἴδιόν ἐστιν τοῖς μηδεμίαν τοῦ μέλλοντος αἰῶνος ἑαυτοῖς ὑποτιθεμένοις ἐλπίδα.

Νείλου. — Μὴ ἐξαπάτω ἡμᾶς ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ περιφανῆ καὶ λαμπρὰ δεικνύμενα πράγματα. Παρέρχεται γὰρ πάντως, καὶ οὐδὲν τῶν φαινομένων στάσιμον.

Πάντων σου τῶν πραγμάτων κατευοδουμένων, ἐκδέχου ζημίαν.

Δίωνος Ῥωμαίου. — Πολλοὶ μὲν ἐπὶ τοῖς ἀμείνοσιν ἀλγοῦσι, πολλοὶ δὲ καὶ ἐπὶ τοῖς χείροσι χαίρουσι. Πόσοι μὲν γὰρ πλουτοῦντες ἄχθονται! Πόσοι δὲ πενόμενοι ἥδονται! Ἄλλους κάλλος καὶ ἰσχὺς ἔβλαψεν, ἄλλους αἶσχος καὶ ἀσθένεια ὠφέλησεν. Ἕτεροι τὴν εἰρήνην πρὸ τοῦ πολέμου τιμῶσιν, ἕτεροι πολεμεῖν μᾶλλον ἢ εἰρήνην ἐθέλουσι. Τί δ' οὐχ ἁπλῶς τυραννοῦντές τινες ὀλοφύρονται; Καὶ τὸ μέγιστον, πλεῖστοι μὲν ὅσοι ἀηδῶς ζῶσιν· πλεῖστοι δὲ ἡδέως ἀποθνήσκουσιν.

Σωκράτης. — Ταυτόν ἐστιν ἐπὶ εὐτυχίᾳ μέγα φρονεῖν, καὶ ἐπὶ ὀλισθηρᾶς ὁδοῦ σταδιοδρομεῖν.

Ἀριστωνύμ. — Ἔοικεν ὁ βίος θεάτρῳ. Διὸ πολλάκις χείριστοι τὸν κάλλιστον ἐν ἑαυτοῖς κατέχουσι τόπον.

Δημοκρίτ. — Ταῖς τῶν καιρῶν μεταβολαῖς, καὶ οἱ σφόδρα δυνατοὶ τῶν ἀσθενεστέρων ἐνδεεῖς γίνονται.

Ἱπποθοούντ. — Ἄνθρωπος ὤν, μέμνησο τῆς κοινῆς τύχης.

Ἰσιδώρου. — Θνητὸς πεφυκὼς, τὰ ὀπίσω πειρῶ βλέπειν.

Εὐριπίδου.

Βέβαιον οὐδὲν ἐστιν ἐν θνητῷ γένει,
Βιοῖ γὰρ οὐδεὶς ὃν προαιρεῖται τρόπον.

Ἀνωνύμου.

Οὐκ ἔστιν ὅστις πάντ' ἀνὴρ εὐδοκιμεῖ.
Εἶναι δ' ὑπόλαβε καὶ σὲ τῶν πολλῶν ἕνα.

Διογένης.

Ὦ θνητὸν ἀνδρῶν καὶ ταλαίπωρον γένος,
Ὡς οὐδὲν ἐσμεν πλὴν σκιαῖς ὁμοιότες,
Βάρος περισσὸν γῆς ἀναστροφώμενοι!

Ὁ Ἀπελλῆς ὁ ζωγράφος ἐρωτηθεὶς, διατὶ τὴν Τύχην καθημένην ἔγραψεν, εἶπεν, Οὐχ ἕστηκε γάρ.

Βίας. — Ὁ αὐτὸς ἔλεγε, τὸν βίον οὕτω μετρεῖν, ὡς καὶ πολὺν, καὶ ὀλίγον χρόνον βιωσόμενος.

Digitized by Google

Σοφοκλ. ἐν Αἴαντι.

Ὡς ἡμέρα κλίνει τε κἀπάγει πάλιν,
Οὕτως ἅπαντα τὰ ἀνθρώπεια.

ΛΟΓΟΣ ΞΗ' [48].

Περὶ τοῦ, ὅτι δεῖ τιμᾶν ἀρετὴν καὶ κολάζειν κακίαν.

Ἰωάν. ε'. Ἐκπορεύσονται οἱ τὰ ἀγαθὰ ποιήσαντες, εἰς ἀνάστασιν ζωῆς· οἱ δὲ τὰ φαῦλα πράξαντες, εἰς ἀνάστασιν κρίσεως.

Β'. Πετρ. β'.— Οἶδεν Κύριος εὐσεβεῖς ἐκ πειρασμοῦ ῥύεσθαι· ἀδίκους δὲ εἰς ἡμέραν κρίσεως κολαζομένους τηρεῖν.

Παροιμ. κα'. — Ζημιουμένου ἀκολάστου, πανουργότερος γίνεται ἄκακος.

Παροιμ. κβ'.— Πανοῦργος ἰδὼν πονηρὸν τιμωρούμενον, κραταιῶς αὐτὸς παιδεύεται.

Σιρὰχ ι'.— Οὐ δίκαιον ἀτιμάσαι πτωχὸν συνετὸν, καὶ οὐ καθῆκον δοξάσαι ἁμαρτωλόν.

Βασιλ. — Ἐὰν οἱ σωφρονοῦντες τοὺς φαύλους ἴδωσιν ἀτιμαζομένους, πολὺ προθυμότερον τῆς ἀρετῆς ἀνθέξονται.

Ἄλλος μὲν οὖν εἴη περὶ ταῦτα τολμηρὸς καὶ γενάδας· μᾶλλον δὲ εἴη μηδείς. Ἐγὼ δὲ ὁκνῶ κακίᾳ δοῦναι πάντως τὴν ἐντεῦθεν κόλασιν, ἢ εὐσεβείᾳ τὴν ἄνεσιν. Ἀλλ' ἔστι μὲν ὅτε καὶ πρός τι χρήσιμον, ἡ κακίας ἐγκοπτομένης, δυσπάθεια τῶν πονηρῶν· ἡ ἀρετῆς ὁδοποιουμένης, εὐπάθεια τῶν βελτιόνων· οὐκ ἀεὶ δὲ, οὐδὲ πάντως· ἀλλ' εἶναι τοῦτο μόνον καιροῦ τοῦ μέλλοντος, καθ' ὃν οἱ μὲν τὰ τῆς ἀρετῆς ἆθλα, οἱ δὲ τὰ τῆς κακίας ἐπιτίμια δέξονται.

Χρυσοστ.— Δὸς τῷ δεομένῳ, καὶ μὴ δῷς τῷ ὀρχουμένῳ, ἵνα μὴ μετὰ τῶν σῶν χρημάτων καὶ τὴν ψυχὴν ἀπολέσῃς τὴν ἐκείνου· Σὺ γὰρ αἴτιος εἶ τῆς ἐκείνου ἀπωλείας, διὰ τῆς ἀκαίρου φιλοτιμίας. Εἰ γὰρ οἱ ἐπὶ τῆς ὀρχήστρας ᾔδεσαν, ὅτι τὸ ἐπιτήδευμα αὐτοῖς ἀκερδὲς ἔμελλεν ἔσεσθαι, πάλαι ἂν ἐπαύσαντο ταῦτα ἐπιτηδεύοντες.

Ἡσαΐ. γ'. — Ἀδικεῖ τοὺς ἀγαθοὺς, ὁ φειδόμενος τῶν κακῶν.

Ὅσοι τοὺς ἀδικοῦντας κολάζουσιν, οὗτοι τοὺς ἄλλους ἀδικεῖσθαι κωλύουσιν.

Ὁ ἀρετὴν τιμῶν, πρώτην ἀλήθειαν τιμᾷ, καὶ μάλιστα ὡς ἀγαθοῦ παντὸς ἡγεμονεύουσαν.

Σόλων.—Σόλων ὁ σοφὸς, ἐκείνην εἶπεν ἄριστα οἰκεῖσθαι τὴν πόλιν, ἐν ᾗ τοὺς ἀγαθοὺς συμβαίνει τιμᾶσθαι· κάκιστα δὲ οἰκεῖσθαι, ἐν ᾗ τοὺς κακούς.

Σέξτου.—Δύο ἀφορμαὶ κινοῦσιν ἄνθρωπον εἰς Θεοῦ ἐπιμέλειαν· τιμωρία δυσσεβείας, καὶ γνώμης εὐσεβοῦς ἀμοιβαί.

Ἀφόρητος γίνεται κακία ἐπαινουμένη.

Προκοπίου ῥήτορος.—Μὴ τιμωμένης ἀρετῆς, ἡ κακία παῤῥησιάζεται.

[48] In Gesn. Stob. 3.

Sophoclis in Ajace.

Qua ratione inclinat dies, ac rursum assurgit,
Sic et humanæ res omnes.

SERMO LXVIII.

Honori habendam virtutem, vitium puniendum.

Joan. v, 29. — Procedent qui bona fecerunt in resurrectionem vitæ; qui vero mala egerunt, in resurrectionem judicii.

II Petr. II, 9. — Novit Dominus pios de tentatione eripere; iniquos vero in diem judicii reservare cruciandos.

Prov. XXI, 11. — Multato pestilente, astutior fit simplex.

Prov. XXII, 3. — Callidus videns malum pœnas dantem, valde ipse eruditur.

Eccli. X, 26. — Non justum est despicere pauperem sensatum, nec decet magnificare virum peccatorem.

Basilii. — Cum viri sobrii ac prudentes, malos homines contemptos adverterint, majori longe alacritate incumbent ipsi virtuti.

685 Alius sane hisce in rebus audax præfidentiorque exstiterit; quinimo nec quisquam fuerit. Cæterum hæreo ego, nec me adduci sinor, ut præsenti ævo supplicia vitio, aut pietati remissionem ac delicias, omnino ascribam: sed est quandoque quidem, quod ita utile sit, ut nequitia inhibeatur, tum malorum calamitas, tum ut virtus prosperos successus habeat, ac provehatur ipsius cultorum felicitas, sed non semper prorsusque; verum futuro id ævo deditum, quo alii quidem virtutis præmia, alii malorum pœnas recepturi sunt.

Chrysost. — Da indigenti, nec tripudianti dederis, ne cum tuis opibus, ejus ipsius animam perdideris. Tu enim, quod sic importune munificus es, perditionis illi auctor exsistis. Si enim qui in orchestra ludunt, exploratum haberent, nullum sibi eo ex instituto lucellum fore, illo pridem jam abstinuissent.

Isaiæ. — In bonos injurius est, qui parcit malis.

Qui in eos ulciscuntur, qui injuria lædunt, hi, ne alii lædantur, impediunt.

Virtutis cultor, primam veritatem colit, eaque maxime ratione, quod omnis boni dux ac auspex exsistit.

Solon. — Solon ille sapiens, eam optime civitatem habitari aiebat, in qua bonos coli contingeret; pessimeque eam, in qua mali honores obtinerent.

Sexti. — Duo sunt quæ hominem moveant, ut Deo curam impendat; impietatis pœna, ac religiosæ mentis præmia.

Intolerabile vitium redditur, quod laudibus fulcitur.

Procopii rhetoris. — Virtute honorem non habente, effronti petulantia vitium proditur.

Digitized by Google

Philonis. — Si utrinque clarere, ac officio præclare defungi libet, eos qui se optime gerant in primis honora, ac qui vitio indulgeant, increpa ac castiga.

Socrates. — Interrogatus Socrates quænam civitas optime habitaretur, Ea, inquit, quæ legibus regitur, ac eos qui injuria lædunt, ulciscitur.

SERMO LXIX.

De cæco sui amore ac proprio.

Joan. XII, 25. — Qui amat animam suam, perdet eam; et qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam.

II Cor. X, 18. — Non qui scipsum commendat, ille probatus 686 est, sed quem Deus commendat.

Philipp. II, 21. — Omnes quæ sua quæsierunt, non quæ Jesu Christi.

Eccli. XXXVII, 30. — Fili, in vita tua tenta animam tuam, et vide quid malum sit ei, et ne dederis illi: non enim omnia omnibus conducunt.

Prov. XXI, 2. — Omnis vir videtur sibi justus; appendit vero corda Dominus.

Prov. XXVII, 2. — Laudet te proximus, et non os tuum; aliena, et non tua labia.

Basilii. — Probrum est viro, qui hac vere dignus sit appellatione, superflui cultus ac deliciarum corporis appetentiorem esse, sive cuivis alii degeneri animo, libidini studere. Omnem enim diligentiam conferre uti se corpus lautissime habeat, ejus sit qui ipse scipsum non cognoscat, nec quod ita sapienter injunctum est, intelligat.

Chrysost. — Nemo amicus, nemo frater. Unusquisque res nostras consideremus. Ea ratio est, cur et nostra accidamus, imbecillesque, ac tum hominibus, tum diabolo faciles expugnatu simus, quod una quasi contesseratione inter nos minime convenimus. Nam et in prælio instructaque acie, quisquis miles hoc unum spectat, ut fuga salutem expediat, una secum perdit et reliquos: uti vero qui strenuus est, ac pro aliis arma sumit, sibi adeo cum reliquis auctor salutis est.

Qui non suscipit, quam ipsi frater adhibet curationem, ipse a se quoque dissentit.

Theologi. — Uno hoc capite omnes pii sumus, quod reliquos impietatis insimulamus: ipsi nobis lenes judices, aliorumque duri exactique censores.

Inter nos spiritaliter versemur: fratrum potius, quam ipsi nostri amantiores simus.

Philonis. — Qui in sui duntaxat gratiam cuncta agunt, cæco sui amori, pessimo vitio studium operamque ponunt.

Critii. — Dirum vero, cum quis sanis rationibus esse sibi videatur, nec tamen sit.

Probi sumus atque acuti ut videamus aliorum malum.

Nos vero ipsi cum facimus, nescimus.

[a] In Gen. Stob. 105.

Φίλωνος. — Εἰ βούλει διττῶς εὐδοκιμεῖν, καὶ τοὺς κάλλιστα ποιοῦντας προτίμα, καὶ τοὺς τὰ χείρονα πράττοντας ἐπιτίμα.

Σωκράτης. — Ἐρωτηθεὶς ποία πόλις ἄριστα οἰκεῖται, ἔφη, Ἡ μετὰ νόμου ζῶσα, καὶ τοῖς ἀδικοῦσιν ἐπεξιοῦσα.

ΛΟΓΟΣ ΞΘ' [a].

Περὶ φιλαυτίας.

Ἰωάν. ιβ'. — Ὁ φιλῶν τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, ἀπολέσει αὐτήν· καὶ ὁ μισῶν αὐτὴν ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ, εἰς ζωὴν αἰώνιον φυλάξει αὐτήν.

β' *Κορινθ.* ι'. — Οὐχ ὁ ἑαυτὸν συνιστῶν, ἐκεῖνός ἐστι δόκιμος, ἀλλ' ὃν ὁ Κύριος συνίστησιν.

Φιλιπ. β'. — Οἱ πάντες τὰ ἑαυτῶν ζητοῦσιν, οὐ τὰ τοῦ Χριστοῦ.

Σιρὰχ λζ'. — Τέκνον, ἐν τῇ ζωῇ σου πείρασον τὴν ψυχήν σου, καὶ ἴδε τί πονηρὸν αὐτῇ, καὶ μὴ δῷς αὐτῇ· οὐ γὰρ πάντα πᾶσι συμφέρει.

Παροιμ. κα'. — Πᾶς ἀνὴρ φαίνεται ἑαυτῷ δίκαιος· κατευθύνει δὲ καρδίας Κύριος.

Παροιμ. κζ'. — Ἐγκωμιαζέτω σε ὁ πέλας, καὶ μὴ τὸ σὸν στόμα· ἀλλότρια, καὶ μὴ τὰ σὰ χείλη.

Βασιλ. — Ὄνειδος γὰρ ἀνδρὶ, τῷ γε ὡς ἀληθῶς τῆς προσηγορίας ταύτης ἀξίῳ, καλλωπιστὴν καὶ φιλοσώματον εἶναι, ἢ πρὸς ἄλλο τι τῶν παθῶν ἀγεννῶς διακεῖσθαι. Τὸ γὰρ τὴν πᾶσαν σπουδὴν εἰσφέρεσθαι, ὅπως ὡς κάλλιστα αὐτοῦ τὸ σῶμα ἕξοι, οὐ διαγινώσκοντος ἑαυτόν ἐστιν, οὐδὲ συνιέντος τοῦ σοφοῦ παραγγέλματος.

Χρυσοστ. — Οὐδεὶς φίλος, οὐδεὶς ἀδελφός. Τὰ ἑαυτῶν σκοποῦμεν ἕκαστος. Διὰ τοῦτο καὶ τὰ ἑαυτῶν κολοβοῦμεν, καὶ ἀσθενεῖς καὶ εὐκαταγώνιστοι καὶ ἀνθρώποις καὶ διαβόλῳ ἐσμὲν, ἐκ τοῦ μὴ συνασπίζειν ἀλλήλους. Καὶ γὰρ ἐν πολέμῳ καὶ παρατάξει, ὁ πρὸς τοῦτο μόνον ὁρῶν στρατιώτης, ὅπως ἑαυτὸν διασώσῃ φυγὼν, καὶ τοὺς ἄλλους μεθ' ἑαυτοῦ συναπόλλυσιν· ὥσπερ οὖν ὁ γενναῖος, καὶ ὑπὲρ τῶν ἄλλων τὰ ὅπλα τιθέμενος, μετὰ τῶν ἄλλων καὶ ἑαυτὸν διασώζει.

Ὁ μὴ καταδεχόμενος τὴν παρὰ τοῦ ἀδελφοῦ θεραπείαν προσαγομένην αὐτῷ, ἀσύμφωνός ἐστι καὶ αὐτὸς ἑαυτῷ.

Θεολόγου. — Πάντες μὲν εὐσεβεῖς ἐξ ἑνὸς τοῦ καταγινώσκειν ἀλλήλων ἀσέβειαν· τῶν μὲν ἰδίων πρᾶοι κριταὶ, τῶν δὲ ἀλλοτρίων ἀκριβεῖς ἐξεταστάι.

Συνῶμεν ἀλλήλοις πνευματικῶς· γενώμεθα φιλάδελφοι μᾶλλον ἢ φίλαυτοι.

Φίλων. — Οἱ ἑαυτῶν μόνον ἕνεκα πάντα πράττοντες, φιλαυτίας μέγιστον κακὸν ἐπιτηδεύουσιν.

Κριτίου.

Δεινὸν δ' ὅταν τις μὴ φρονῶν δοκῇ φρονεῖν·
Ἀγαθοὶ δὲ τὸ κακόν ἐσμεν ἐφ' ἑτέρων ἰδεῖν·

Αὐτοὶ δ' ὅταν ποιῶμεν, οὐ γινώσκομεν.

Digitized by Google

Μενάνδρ.

Οὐδεὶς ἐπ' αὐτοῦ τὸ κακὸν συνορᾷ. Πάμφιλε, Ἑτέρου δ' ἀσχημονοῦντος, σοφῶς ὄψεται.

Διογένης [67]. — Διογένης ἐρωτηθείς, Τί χαλεπώτατον; Τὸ γινώσκειν ἑαυτόν, ἔφη. Πολλὰ γὰρ ὑπὸ φιλαυτίας ἕκαστον ἑαυτῷ προστιθέναι.

Ὁ αὐτὸς, τῶν ἀνθρώπων ἐνίους ἔφη τὰ δέοντα λέγοντας, ἑαυτῶν οὐκ ἀκούειν· ὥσπερ καὶ τὰς λύρας καλὸν φθεγγομένας οὐκ αἰσθάνεσθαι.

Πλάτων. — Τὸ ἐξαπατᾶσθαι αὐτὸν ὑφ' αὑτοῦ πάντων χαλεπώτατον. Ὅταν γὰρ μὴ μικρὸν [μακρὸν] ἀποσταθῇ, ἀλλ' ἀεὶ παρῇ ὁ ἐξαπατήσων, πῶς οὐ δεινόν;

ΛΟΓΟΣ Ο' [68].

Περὶ τοῦ, ὅτι εὔκολος ἡ κακία, καὶ δυσπόριστος ἀρετή.

Ματθ. ζ'. — Εἰσέλθετε διὰ τῆς στενῆς πύλης, ὅτι πλατεῖα ἡ πύλη, καὶ εὐρύχωρος ἡ ὁδὸς ἡ ἀπάγουσα εἰς τὴν ἀπώλειαν.

Ἑβρ. ιβ'. — Πᾶσα παιδεία, πρὸς μὲν τὸ παρὸν οὐ δοκεῖ χαρᾶς εἶναι, ἀλλὰ λύπης· ὕστερον δὲ, καρπὸν εἰρηνικὸν τοῖς δι' αὐτῆς ἐγγεγυμνασμένοις ἀποδίδωσιν.

Παροιμ. ις'. — Ἔστιν ὁδὸς, ἡ δοκεῖ παρὰ ἀνθρώποις ὀρθὴ εἶναι, τὰ δὲ τελευταῖα αὐτῆς ἔρχεται εἰς πυθμένα ᾅδου.

Σιράχ κα'. — Ὁδὸς ἁμαρτωλῶν ὡμαλισμένη ἀπὸ λίθων, καὶ ἐπ' ἐσχάτου αὐτῆς βόθρος ᾅδου.

Βασιλείου. — Τί τῶν ἀγαθῶν εὔκολον; Τίς καθεύδων τρόπαιον ἔστησεν; Τίς τρυφῶν καὶ καταυλούμενος, τοῖς τῆς καρτερίας στεφάνοις κατεκοσμήθη; Οὐδεὶς μὴ δραμὼν ἀνέλετο βραβεῖον. Πόνοι γεννῶσι δόξαν· κάματοι ᾅδε προξενοῦσι στεφάνους.

Πολλοὶ πολλὰ συναθροίσαντες ἐκ νεότητος, περὶ τὰ μέσα τοῦ βίου γενόμενοι, ἐπαναστάντων αὐτοῖς πειρασμῶν ἐκ τῶν πνευμάτων τῆς πονηρίας, οὐκ ἤνεγκαν τοῦ χειμῶνος τὸ βάρος, διὰ τὸ τὴν κυβέρνησιν αὐτοῖς μὴ παρεῖναι· ἀλλὰ πάντων ἐκείνων τὴν ζημίαν ὑπέμειναν.

Οὔτε γὰρ πῦρ εὐκαταπρήστου ὕλης ἁψάμενον, δυνατὸν μὴ οὐχὶ ἐπὶ πᾶσαν αὐτὴν διαβῆναι, ἄλλως τε κἂν ἐπιτύχῃ πνεύματος ἐπιφόρου τὴν φλόγα διακομίζοντος· οὔτε τὴν ἁμαρτίαν ἑνὸς ἁψαμένην, μὴ οὐχὶ ἐπὶ πάντας τοὺς ἐγγίζοντας διελθεῖν, ἐξαπτόντων αὐτὴν τῶν πνευμάτων τῆς πονηρίας.

Θεολόγ. — Δυσκατόρθωτος ἡ ἀρετὴ, καὶ οὐ μικροῖς ἁλίσκεται πόνοις.

Σπάνιον ἡ τοῦ ἀγαθοῦ κτῆσις καὶ πρόσαντες, κἂν εἰ πολὺ τὸ μεθέλκον εἴη καὶ προκαλούμενον.

Πρόχειρον πρᾶγμα ἡ μοχθηρία, καὶ οὐδὲν οὕτω ῥᾴδιον ὡς τὸ γενέσθαι κακόν.

Τῆς αὐτῆς ἐστι δυσχερείας, καὶ κτήσασθαί τι τῶν ἀγαθῶν οὐχ ὑπάρχον, καὶ κτηθὲν διασώσασθαι. Πολ-

A *Menandri.* — Nemo in seipso malum intelligit, Pamphile.

Alter vero si quid ab honesto deviet, liquido perspiciet.

Diogenes. — Diogenes interrogatus, qui difficillimum esset, respondit : Nosse seipsum. Multa enim, quo quisque cæco sui amore agitur, in suas rationes transferre.

687 Aiebat idem, nonnullos hominum, ea quæ officii sint, loquentes, haud seipsos audire; uti et lyræ cum suavissimos modos resonent, nullo eorum sensu afficiuntur.

Plato. — Omnium gravissimum est, quod quis seipsum decipiat. Cum enim haud procul dissitus, sed semper præsens sit, qui seductionem ministrat,
B quomodo non immane dirumque sit.

SERMO LXX.

Vitium esse facile, non facile parari virtutem.

Matth. VII, 13. — Intrate per angustam portam : lata enim est porta, et spatiosa est via, quæ ducit ad perditionem.

Hebr. XII, 11. — Omnis castigatio, in præsenti quidem videtur non esse gaudii, sed mœroris; post ea autem fructum pacatissimum exercitatis per eam reddit.

Prov. XVI, 25. — Est via, quæ videtur apud homines recta; extrema autem ejus vadunt in profundum inferni.

Eccli. XXI, 11. — Via peccatorum complanata est
C lapidibus, et in fine illius, fovea inferni.

Basilii. — Quid eorum quæ bona sunt exque virtute, facile et expeditum? Quis dormiendo erexit tropæum? Quis indulgens deliciis tibiisque modulantibus, constantiæ fortisque animi coronis redimitus est? Nemo, qui non cursu perfunctus sit, palmam promeruit. Labores gloriam pariunt, ac certamina coronas conciliant.

Multi multis ab adolescentia congregatis, media circiter ætate, oborta illis, nequissimorum spirituum fraude, tentatione, concitæ tempestatis vim ferre non valuerunt, utpote imperiti gubernationis, sed omnium rerum suarum jacturam fecerunt.

Neque enim fieri potest ut ignis, ubi aridam na-
D ctus fuerit materiam, non totam absumat, præsertim si ventus secundus accedat, qui flammam devehat : sic peccatum, cum unum quemlibet invaserit, in vicinos omnes, succendentibus ipsum malignis spiritibus, pervadit.

Theologi. — Virtus difficile præstatur, nec parvis comparatur laboribus.

Rara est et ardua boni acquisitio, licet multa sint quæ ad ipsum provocent et alliciant.

688 Res proclivis improbitas, nihilque sic expeditum, ac ut malus quis fiat.

Perœque arduum est bonorum aliquid comparare, cum non habeas, ac cum nactus fueris, inco-

VARIÆ LECTIONES.

[67] Ἀλ. Χίλων. [68] In Gesn. Stob. ἀ.

Digitized by Google

lume servare. Sæpius enim quod industria conquisivit, negligentia perdidit; et quod ignavia pessundedit, diligentia recuperavit.

Facilius est vitio imbui, quam virtutem impartiri.

Non facile humana natura bonum concipit, uti nec ignem, quæ materia humidior exsistit; plerique vero ad malum patrandum proni et idonei.

Ejus, qui deditus vitio sit, claritas, multos lubrico trahit animo, ut se perinde æmulentur.

Proclivius improba indoles sequatur malum, quam ut virtutis adminiculo inhibeatur.

Facilius est ab initio non cedere malitiæ ac enascentem vitare, quam ejus progressum inhibere, illaque superiorem evadere; quemadmodum et lapidem ab initio capere ac tenere, quam impetu ruentem repellere.

Multum lenocinii ac voluptatis vitio, multumque laboris atque sudoris virtuti conjunctum est. Nam alioqui quæ tibi gratia deberetur, quamve mercedem acciperes, nisi res laborem haberet? Nam multos afferre licet, qui natura mulieri commisceri oderint. Hos ergo castos dicemus, aut eos coronabimus? Haudquaquam. Castitas enim continentia est, pugnaque, libidinum victorem evadere.

Greg. Nyss. — Magna ad vitium facilitas est, naturaque in id quod deterius est, proclivis delabitur.

Joan. Clim. — Labore multo atque sudore mitis in nobis ac bene composita indoles vitaque præstatur; multoque labore partæ virtutes, fieri potest ut uno temporis momento perdantur.

Diogen. — Lucerna interdiu accensa oberrabat; rogantibus autem quibusdam quid ageret, respondit se hominem quærere.

SERMO LXXI.

Non semper majorem partem esse optimam.

Luc. XXI, 1. — Respiciens autem Jesus, vidit eos qui mittebant munera sua in gazophylacium, divites. Vidit autem et quamdam viduam pauperculam, mittentem **689** æra minuta duo. Et dixit: Vere dico vobis, vidua hæc pauper, plusquam omnes misit. Nam omnes hi ex eo quod ipsis exuberat, miserunt in munera Dei: hæc autem, ex penuria sua, omnem victum suum, quem habuit, misit.

I Cor. XIV, 19. — In Ecclesia volo quinque verba sensu meo loqui, quam decem millia verborum in lingua.

A λάκις γὰρ ὁ μὲν σπουδὴ προσέλαβε ῥᾳθυμίᾳ διέφθειρεν· ὁ δὲ ὄκνος ἀπώλεσεν, ἀνεκαλέσατο ἐπιμέλεια.

Κακίας ῥᾷον μεταλαβεῖν, ἢ ἀρετῆς μεταδοῦναι.

Δύσληπτον μὲν τὸ ἀγαθὸν τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει, ὥσπερ καὶ τὸ πῦρ ὕλῃ τῇ ὑγροτέρᾳ· ἕτοιμοι δὲ πρὸς τὴν τοῦ κακοῦ ἐργασίαν οἱ πλεῖστοι καὶ ἐπιτήδειοι.

Τὸ ἐν κακίᾳ περίβλεπτον (*i*), πολλοὺς εἰς τὸν ὅμοιον ζῆλον τῶν εὐολισθήτων ἐφέλκεται.

Πρόχειρον ἡ πονηρία τῷ κακῷ μᾶλλον ἀκολουθεῖν, ἢ ὑπὸ τοῦ κρείττονος ἀνακόπτεσθαι.

Ῥᾷον γὰρ ἀπ' ἀρχῆς μὴ ἐνδοῦναι κακίᾳ καὶ προϊοῦσαν διαφυγεῖν, ἢ προβαίνουσαν ἀνακόψαι καὶ φανῆναι ταύτης ἀνώτερον· ὥσπερ καὶ πέτραν ἀπ' B ἀρχῆς αἰρῆσαι καὶ κατασχεῖν, ἢ φερομένην ἀνώσασθαι.

Πολλὴ μὲν ἡδονὴ τῇ κακίᾳ, πολὺς δὲ τῇ ἀρετῇ συνέζευκται πόνος καὶ ἱδρώς. Καὶ ποία σοι χάρις ἦν; Τίνα δ' ἂν ἔλαβες μισθὸν, εἰ μὴ ἐπίπονον τὸ πρᾶγμα ἦν; Καὶ γὰρ πολλοὺς ἔχω δεῖξαι, φύσει τὸ μίγνυσθαι γυναικὶ μισοῦντας. Τούτους οὖν σώφρονας καλέσομεν ἢ στεφανώσομεν; Οὐδαμῶς. Σωφροσύνη γάρ ἐστιν ἐγκράτεια, καὶ τὸ μαχόμενον περιγενέσθαι τῶν ἡδονῶν.

Γρηγ. Νύσσ. — Πολλὴ πρὸς τὴν κακίαν ἐστὶν ἡ εὐκολία, καὶ ὀξύῤῥοπος ἐπὶ τὸ χεῖρον ἡ φύσις.

Ἰω. Κλίμ. — Κόπῳ πολλῷ καὶ μόχθῳ καὶ ἱδρῶτι κατορθοῦται ἐν ἡμῖν ἦθος χρηστὸν καὶ εὐκατάστατον· καὶ τὰ πολλῷ μόχθῳ κατορθούμενα, δυνατὸν ἐν μιᾷ καιροῦ ῥοπῇ ἀπολέσαι. C

Διογένης. — Ἡμέρας ποτὲ λύχνον ἅψας περιῆει πυνθανομένων δέ τινων πρὸς τί τοῦτο, ἔλεγεν ἄνθρωπον ζητεῖν.

ΛΟΓΟΣ ΟΑ' [69].

Περὶ τοῦ, ὅτι οὐκ ἀεὶ τὸ πλεῖστον ἄριστον.

Λουκ. κα'. — Ἀναβλέψας δὲ ὁ Ἰησοῦς, εἶδεν τοὺς βάλλοντας τὰ δῶρα αὐτῶν εἰς τὸ γαζοφυλάκιον πλουσίους. Εἶδε δὲ καί τινα χήραν πενιχρὰν, βαλοῦσαν ἐκεῖ δύο λεπτὰ, καὶ εἶπεν, Ἀληθῶς λέγω ὑμῖν, ἡ χήρα ἡ πτωχὴ αὕτη πλεῖω πάντων ἔβαλεν. Ἅπαντες γὰρ οὗτοι ἐκ τοῦ περισσεύοντος αὐτοῖς ἔβαλον εἰς τὰ δῶρα τοῦ Θεοῦ· αὕτη δὲ ἐκ τοῦ ὑστερήματος αὐτῆς ἅπαντα τὸν βίον, ὃν εἶχεν, ἔβαλεν. D

α' Κορ. ιδ'. — Ἐν Ἐκκλησίᾳ θέλω πέντε λόγους διὰ τοῦ νοός μου λαλῆσαι, ἢ μυρίους λόγους ἐν γλώσσῃ.

[69] In Gesn. Stob. 15.

NOTÆ.

(*i*) *Τὸ ἐν κακίᾳ περίβλεπτον.* Sententia clara est; nempe fortunas et splendorem perditorum hominum plurimum obesse illis, qui minus firmi sint, vixque non cogere, ut et ipsi relicta virtute, eadem sequantur: quam et sibi incidisse tentationem, sanctus propheta David professus est: *Mei autem pene moti sunt pedes*, etc. Sed obscurat Gesn. dum ita reddit, *Celebritas malitiæ multos allicit ad similem rerum lubricarum affectionem.* Imo, πολλοὺς τῶν εὐολισθήτων, multos sic lubricos, inconstantes nec firmi satis propositi, allicit, trahit illa claritas malorum. εὐολίσθητος idem ac εὐόλισθος, et ὀλισθηρός, quod exponit Suid. εὐχερῶς μετανεύσχων. Port. *Inconstans, facile mutans sententiam.* Pusillos vocat Dominus, qui levi occasione scandalizentur, et in ruinam trahantur.

Digitized by Google

Σολομ. δ'. — Ἀγαθὸν πλήρωμα δρακὸς ἀναπαύσεως, ὑπὲρ πληρώματος δύο δρακῶν ἐν μόχθῳ.

Σιράχ ις'. — Κρεῖσσον εἷς δίκαιος, ἢ μύριοι παράνομοι· καὶ ἀποθανεῖν ἄτεκνον, ἢ ἀσεβῆ τέκνα ἔχειν.

Ἀπὸ ἑνὸς συνετοῦ συνοικισθήσεται πόλις· φυλὴ δὲ ἀνόμων ἐρημωθήσεται ἐν τάχει.

Βασιλείου. — Πολλάκις γὰρ ὁ ἐν τῷ μέσῳ μικρόν τι κατορθώσας, μείζων ἐστὶ τοῦ ἐν ἀφθονίᾳ τὸ πᾶν κατορθώσαντος.

Ψαλ. ριγ'. — Εἰ γὰρ ἄρτος τὴν καρδίαν ἀνθρώπου στηρίζει, οὐ δεῖ πλέον τοῦ ἀναγκαίου τῆς τροφῆς τὸ προσόψημα ἀλόγως προσφέρεσθαι.

Θεολόγου. — Κρείσσων ὀλιγοχρόνιος βασιλεία μακρᾶς τυραννίδος, καὶ ὀλίγη μερὶς τιμία, πολλῆς κτήσεως ἀτίμου καὶ σφαλερᾶς, καὶ πολλοῦ σκότους ὀλίγον φῶς.

Χρυσοστ. — Οὐ τῷ μέτρῳ τῶν διδομένων ἐλεημοσύνη κρίνεται, ἀλλὰ τῇ δαψιλείᾳ τῆς γνώμης.

Ἐν ἀμίλλαις πονηραῖς ἀθλιώτερος ὁ νικήσας, διότι ἀπέρχεται τὸ πλέον ἔχων τῆς ἁμαρτίας.

Πλάτωνος. — Τοῦ πλείονος βίου καὶ φαυλοτέρου, τὸν ἐλάσσω καὶ ἀμείνονα ὄντα παντὶ πάντως προαιρετέον.

Ἰσοκράτ. — Προαιρετέον μέτριον μετὰ δικαιοσύνης μᾶλλον, ἢ μέγαν πλοῦτον μετ' ἀδικίας.

Δημοσθ. — Οὗτος θεασάμενός τινα δημαγωγὸν ἀφυῆ μέγα βοῶντα, ἔφη, Ἀλλ' οὐ τὸ μέγα, εὖ ἐστι· τὸ δὲ εὖ, μέγα.

Ἐπικτήτου[80]. — Τῶν ἡδέων τὰ σπανιώτατα γινόμενα μάλιστα τέρπει.

Ἀλέξανδρ. — Ἀλέξανδρος ἀκούσας ὅτι Δαρεῖος τριάκοντα μυριάδας εἰς παράταξιν ἄγει, ἔφη· Εἷς μάγειρος οὐ φοβεῖται πολλὰ πρόβατα.

Ὁ αὐτὸς, κατασκόπου λέγοντος αὐτῷ, πλείους εἶναι τοὺς Δαρείου, ἔφη· Καὶ τὰ πρόβατα πλείονα ὄντα, ἑνὸς ἢ δευτέρου λύκου χειροῦνται.

[80] Ἀλ. Ἀνωνύμου.

Prov. xvii, 1. — Melior est manipulus unus plenus requietionis, quam pleni duo manipuli in labore.

Eccli. xvi, 3. — Melior est unus justus, quam decem millia iniquorum; præstatque mori sine liberis, quam habere filios impios.

Eccli. xvi, 5. — Ab uno sensato cohabitabitur civitas; gens autem iniquorum brevi desolabitur.

Basilii. — Haud raro enim, qui in mediocritate exiguum aliquid ex virtute gessit, eo melior est, qui in abundantia omnia implevit.

Psal. ciii, 16. — Nam si panis cor hominis corroborat, quid necesse supra necessarium cibum temere obsonium inferre?

Theologi. — Breve regnum, melius est longa tyrannide; parvaque portio cum honore, ampla sine honore fallacique substantia: multis denique tenebris, lux exigua.

Chrysost. — Eleemosyna, non ex eorum, quæ erogantur, modo æstimanda est, sed ex larga erogantium voluntate.

In malis certaminibus miserior est qui victoria potitur, quod primas peccati ferens abscedat.

Plato. — Copiosiori vitæ ac nequiori, quæ minor sit atque melior, cunctis omnino præponi debet.

Isocratis. — Præstat mediocris rerum copia cum justitia, quam ingentes divitiæ cum injustitia.

Demosth. — Is conspicatus tribunum plebis hebetem, alte vociferantem, At, inquit, non quod magnum est, bene est; sed quod bene est, magnum est.

Epicteti. — Rarissimæ voluptates maxime delectant.

Alexanaer. — Alexander audiens Darium trecenta millia in expeditionem educere, unus lanius, inquit, non timet multas oves.

Idem, cum explorator renuntiaret, plures esse Darii milites, Et oves, inquit, numerosiores ab uno aut altero lupo subiguntur.

ΕΚΘΕΣΙΣ

ΤΗΣ ΟΜΟΛΟΓΙΑΣ ΤΗΣ ΠΙΣΤΕΩΣ ΤΩΝ ΛΑΤΙΝΩΝ,

Συγγραφεῖσα καὶ ἀποσταλεῖσα παρὰ Γρηγορίου Πάπα Ῥώμης, πρὸς Γερμανὸν τὸν ἁγιώτατον πατριάρχην Κωνσταντινουπόλεως.

—

EDITIO

CONFESSIONIS FIDEI LATINORUM,

Scripta missaque a Gregorio Romano pontifice ad sanctissimum Germanum patriarcham Constantinopolitanum.

—

Πατὴρ ἐστὶ πλήρης Θεὸς ἐν ἑαυτῷ· ὁ Υἱὸς, πλήρης Θεὸς, ἀπὸ τοῦ Πατρὸς γεννητός· τὸ Πνεῦμα

690 Pater, Deus plenus est in seipso; Filius, Deus plenus ex Patre genitus; Spiritus sanctus,

Digitized by Google

deus plenus, ex Patre Filioque procedens. Ac Spiritus quidem immediate procedit a Filio; a Patre vero, mediante Filio. Quod autem Spiritus sanctus procedat a Filio, hoc habet Filius a Patre. Quamobrem, qui non credit quod Spiritus sanctus procedit a Filio, in via est perditionis. Unde sanctus Athanasius, cum in Occidentis partibus exsularet, in editione fidei, quam Latinis (*a*) verbis exposuit, sic ait : *Pater e nullo est factus, nec creatus, nec genitus; Filius a Patre solo est, non factus, nec creatus, sed genitus; Spiritus sanctus a Patre et Filio, non factus, nec creatus, nec genitus, sed procedens.* Idemque sanctus Athanasius, in editione fidei quam verbis Græcis exposuit, ad verbum ait : *Spiritus sanctus autem, Patris processio est, ferentis eum Filii, per quem adimplevit omnia.* Unde et beatus Gregorius, cui merito Thaumaturgi nomen tributum est, Neocæsareæ episcopus, in editione fidei, quam per revelationem a beato Joanne evangelista intercedente Dei Genitrice habuit, sic diserte clamavit, dicens : *unus Deus Pater Verbi viventis, vere exsistentis Sapientiæ et Virtutis, et sempiternæ Figuræ; perfectus perfecti parens; Pater Filii unigeniti. Unus Dominus, solus ex solo, Deus ex Deo, Figura* **691** *et imago deitatis; Verbum efficax*, et quæ sequuntur. Quod autem de Filio ait, *quod solus ex solo;* non igitur Spiritus sanctus ex solo : ergo ex Patre et alio, quandoquidem est ex aliquo. Quando autem dicimus, *ex Patre et alio,* non ex alio dicimus secundum substantiam (seu essentiam), sed secundum hypostasin ac personam.

Quod autem Spiritus sanctus ex Filio sit immediate, ex Patre vero mediante Filio, testatur beatus Gregorius Nyssenus, ita dicens : *Perfectam naturæ nullaque evariatione similitudinem confitentes, distinctionem quæ est penes causam, et quod ex causa est, non inficiamur : in quo solo distingui unum ab alio intelligimus; quod unum causam credamus esse* (seu auctorem), *alterum vero ex causa* (seu auctore). Ejus item quod ex causa est (seu auctore) *aliam intelligimus differentiam*, quod nimirum, quod ex primo immediate est, vel soli Filio, vel soli Spiritui sancto convenire necesse est. Dicunt autem sancti, inter Patrem et Filium nihil medium esse. Solus igitur Filius ex Patre immediate est. Ergo Spiritus sanctus non est immediate ex Patre. Est vero et communis intelligentia, quod nimirum ab aliquo est, ab aliquo esse immediate. Atqui non est a Patre immediate, uti jam probatum est : ergo est a Filio immediate.

Hos igitur sanctissimos Patres, quin et beatum

(*a*) Sic, his nondum visis, ad Calecam nostrum conjiciebam, symbolum illud Latine primo scriptum, quod ejus Græcæ omnes editiones variarent, Latina una et simplex esset : at unde Gregorio, sic Latine Athanasium scripsisse, et Latinorum potius, quam Græcorum ritu (suoque ipsius), ac expressione?

A τὸ ἅγιον, πλήρης Θεὸς, ἀπὸ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορευόμενον. Καὶ τὸ Πνεῦμα μὲν, ἀπὸ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορεύεται ἀμέσως· ἀπὸ τοῦ Πατρὸς δὲ, μεσιτεύοντος τοῦ Υἱοῦ. Τὸ δὲ, ὅτι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκπορεύεται ἀπὸ τοῦ Υἱοῦ, τοῦτο ἔχει ὁ Υἱὸς ἀπὸ τοῦ Πατρός. Διὰ τοῦτο, ὅστις πιστεύει ὅτι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον οὐκ ἐκπορεύεται ἀπὸ τοῦ Υἱοῦ, ἐν ὁδῷ ἀπωλείας ἐστίν. Ὅθεν ὁ ἅγιος Ἀθανάσιος, ὅταν ἐν τοῖς μέρεσι δυτικοῖς ἐξόριστος ἦν, ἐν τῇ ἐκθέσει τῆς πίστεως, ἣν τοῖς Λατινικοῖς ῥήμασι διεσάφησεν, οὕτως ἔφη· *Ὁ Πατὴρ ἀπ' οὐδενός ἐστι ποιητὸς, οὔτε κτιστὸς, οὔτε γεννητός. Ὁ Υἱὸς ἀπὸ τοῦ Πατρὸς μόνου ἐστὶν, οὐ ποιητὸς, οὐδὲ κτιστὸς, ἀλλὰ γεννητός. Τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἀπὸ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ,* οὐ ποιητὸν, οὐδὲ κτιστὸν, B *[οὐδὲ γεννητὸν,] ἀλλ' ἐκπορευτόν.* Καὶ ὁ αὐτὸς ἅγιος Ἀθανάσιος, ἐν τῇ ἐκθέσει τῆς πίστεως, ἣν ῥήμασι Γραικοῖς ἐξηγήσατο, κατὰ ῥῆμα οὕτως ἔφη· *Τὸ Πνεῦμα δὲ τὸ ἅγιον ἐκπόρευμα ὂν τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ φέροντος Υἱοῦ, δι' οὗ ἐπλήρωσε τὰ πάντα.* Ὅθεν καὶ ὁ μακάριος Γρηγόριος, ὅστις δικαίως Θαυματουργὸς λέγεται, τῆς Νεοκαισαρείας ἐπίσκοπος, ἐν τῇ ἐκθέσει τῆς πίστεως, ἣν δι' ἀποκαλύψεως παρὰ τοῦ μακαρίου Ἰωάννου τοῦ εὐαγγελιστοῦ, μεσιτευούσης τῆς θεογεννητρίας ἔσχεν, ἀριδήλως οὕτως κέκραγε, λέγων· *Εἷς Θεὸς, Πατὴρ τοῦ Λόγου τοῦ ζῶντος, Σοφίας ὑφεστώσης καὶ Δυνάμεως καὶ Χαρακτῆρος αἰωνίου· τέλειος τελείου γεννήτωρ· Πατὴρ Υἱοῦ μονογενοῦς. Εἷς Κύριος, μόνος ἐκ μόνου, Θεὸς ἐκ Θεοῦ, χαρακτὴρ καὶ εἰκὼν τῆς* C *θεότητος, Λόγος ἐνεργὴς*, καὶ τὰ λοιπά. Ὁ δὲ περὶ τοῦ Υἱοῦ λαλῶν λέγει, *ὅτι μόνος ἐκ μόνου*, οὐχὶ τοίνυν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ μόνου· ἐκ τοῦ Πατρὸς οὐκοῦν καὶ ἄλλου, ἐπειδή ἐστιν ἀπό τινος. Ὅταν δὲ λέγωμεν, *ἐκ τοῦ Πατρὸς καὶ ἄλλου*, οὐ λέγομεν ἐξ ἄλλου κατὰ τὴν οὐσίαν, ἀλλὰ κατὰ τὴν ὑπόστασιν.

Ὅτι δὲ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἐστιν ἀμέσως, ἀπὸ δὲ τοῦ Πατρὸς μεσιτεύοντος τοῦ Υἱοῦ, διαμαρτύρεται ὁ μακάριος Γρηγόριος ὁ Νυσσαέων, οὕτω λέγων· *Τὸ ἀπαράλλακτον τῆς φύσεως ὁμολογοῦντες, τὴν κατὰ τὸ αἴτιον καὶ αἰτιατὸν διαφορὰν οὐκ ἀρνούμεθα· ἐν ᾧ μόνῳ διακρίνεσθαι τὸ ἕτερον ἀπὸ τοῦ ἑτέρου καταλαμβάνομεν· τὸ μὲν αἴτιον πιστεύειν εἶναι· τὸ δὲ, ἐξ αἰτίου.* Καὶ τοῦ ἐξ αἰτίας ὄντος πάλιν *ἄλλην διαφορὰν ἐννοοῦμεν*, ὅτι τὸ μὲν, προσεχῶς ἐκ τοῦ πρώτου, ἢ μόνον τῷ Υἱῷ, ἢ μόνον τῷ Πνεύματι τῷ ἁγίῳ ἁρμόζειν ἀναγκαῖόν ἐστι. Λέγουσιν οἱ ἅγιοι, ὅτι μεταξὺ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ, οὐδέν ἐστι μέσον· μόνος οὐκοῦν ὁ Υἱὸς ἐκ τοῦ Πατρὸς προσεχῶς ἐστιν. Οὐκοῦν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἐκ τοῦ Πατρὸς οὐκ ἔστι προσεχῶς. Ἔστι δὲ καὶ κοινὴ ἔννοια, ὅτι ὅπερ οὐκ ἔστιν ἀπό τινος, ἀπό τινός ἐστι προσεχῶς. Ἐπειδὴ οὖν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀπό τινός ἐστι προσεχῶς· ἀλλ' οὐκ ἔστιν ἀπὸ τοῦ Πατρὸς προσεχῶς, ὡς ἤδη ἐδείχθη· οὐκοῦν ἀπὸ τοῦ Υἱοῦ προσεχῶς.

Τούτοις τοίνυν τοῖς ἁγίοις Πατράσιν, οὐ μὴν ἀλλὰ

Digitized by Google

καὶ τῷ μακαρίῳ Ἀμβροσίῳ, τῷ Μεδιολάνων ἐπισκόπῳ, καὶ τῷ μακαρίῳ Αὐγουστίνῳ τῆς τοῦ Ἱππῶνος πόλεως ἐπισκόπῳ· τῷ ἁγιωτάτῳ τε Ἱερωνύμῳ τῷ ἰσχυροτάτῳ τῆς τῶν αἱρετικῶν στρεβλότητος καταμαχητῇ, ἀκολουθήσας ὁ μακάριος Κύριλλος, καὶ σὺν αὐτῷ ὅλη ἡ ἁγία οἰκουμενικὴ τρίτη σύνοδος, γεγραμμένον ἡμῖν κατέλιπον ἐμφανῶς, τὸ Πνεῦμα εἶναι ἐκ τοῦ Υἱοῦ. Ὅθεν καὶ ὀρθόδοξος οὐκ ἔστιν, ἀλλ' ἐκ τῆς πίστεως ἐξοδεύει, ὅστις τοῖς ῥήμασιν αὐτοῦ καταμάχεται. Λέγει γὰρ φανερώτατα, ἐν τῷ ἑαυτοῦ πρὸς τὸν βασιλέα Θεοδόσιον περὶ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως *Προσφωνητικῷ*, τὸ Πνεῦμα εἶναι ἐκ τοῦ Υἱοῦ, διὰ τούτων τῶν ῥημάτων· *Καὶ μὴν ἄνδρα λέγων, τὸν ὅσον οὔπω παρεσόμενον καὶ ὀφθησόμενον, αὐτὸν ἔφη βαπτίζειν ἐν πυρὶ καὶ ἁγίῳ Πνεύματι· οὐκ ἀλλότριον τοῖς βαπτιζομένοις ἐνιέντα Πνεῦμα, δουλοπρεπῶς καὶ ὑπουργικῶς· ἀλλ' ὡς Θεὸν κατὰ φύσιν, μετ' ἐξουσίας τῆς ἀνωτάτω, τὸ ἐξ αὐτοῦ καὶ ἴδιον αὐτοῦ.* Τί ταύτης τῆς μαρτυρίας φανερώτερον; ὧδε γὰρ φανερώτατα περὶ τοῦ Υἱοῦ λέγει, ὅτι *Τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον τοῖς βαπτιζομένοις ἐνίησι, τὸ ἐξ αὐτοῦ, καὶ ἴδιον αὐτοῦ.* Καὶ τοῦτο αὐτὸ τῷ Ἑρμείᾳ γράφει ὁ αὐτὸς μακάριος Κύριλλος, ἐν τῇ ἑρμηνείᾳ τοῦ ἑνάτου ἀναθεματισμοῦ τοῦτο αὐτὸ λέγων. Ἐν τῷ ἑνάτῳ γὰρ ἀναθεματισμῷ, ἴδιον εἶναι τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα εἰπὼν, τὸν αὐτὸν ἕνατον ἀναθεματισμὸν ἑρμηνεύων, τίνι ἐννοίᾳ ἴδιον αὐτοῦ εἶναι τὸ Πνεῦμα ἀνέῳξε, λέγων· *Ἄνθρωπος γεγονὼς ὁ Μονογενὴς τοῦ Θεοῦ Λόγος, ἀπομεμένηκε καὶ οὕτω Θεός· πάντα ὑπάρχων ὅσα καὶ ὁ Πατήρ, δίχα μόνου τοῦ εἶναι Πατήρ· καὶ ἴδιον ἔχων τὸ ἐξ αὐτοῦ καὶ οὐσιωδῶς ἐμπεφυκὸς αὐτῷ ἅγιον Πνεῦμα,* καὶ τὰ λοιπά. Ὧδε πάλιν φανερώτατα τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τοῦ Υἱοῦ εἶναι λέγει ὁ ἅγιος Πατήρ. Οὐκ ὀφείλει δέ τινι εἶναι ἀμφίβολον, ὅτι τὴν ἔννοιαν ἐκείνην, ὧδε ἀνέῳξεν ὁ ἅγιος, ἡντινα εἶχεν ὅτε τὸν ἀναθεματισμὸν ἐξέθετο. Τὸν ἀναθεματισμὸν δὲ ἐκεῖνον, σὺν πᾶσι ἄλλοις ἀναθεματισμοῖς ἐδέξατο ἡ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ γ' σύνοδος, ἐν ἐκείνῃ τῇ ἐννοίᾳ, ἐν ᾗ ὁ ἅγιος ἐξέθετο. Ἀρίδηλον γάρ ἐστι, τοὺς ἁγίουςΠατέρας ἐν τῇ ἁγίᾳ προειρημένῃ συναχθέντας, ὅλην τὴν τρίτην τοῦ προειρημένου Πατρὸς ἐπιστολὴν πρὸς τὸν ἀσεβῆ Νεστόριον τὸν Κωνσταντινουπόλεως ἐπίσκοπον γεγραμμένην χωρίς τινος διαταγμοῦ ἀναξάνεως [ἀνεξετάστως] δεδέχθαι. Γινώσκομεν δὲ, ὅτι τῆς προειρημένης ἐπιστολῆς τὸ ἔσχατον μέρος, τοὺς προειρημένους περιέχει ἀναθεματισμοὺς ιβ'. Εἰ δέ τις νομίμως ἐπιχειροίη τὰ τοῦ Θεοδωρίτου ἐπισκόπου Κύρου ῥήματα τὰ ἀσεβέστατα, ἅτινα κατὰ τοῦ προειρημένου Πατρὸς διὰ ιβ' κεφαλαίων ἐξήμεσεν ἀναίδην, γινωσκέτω τὴν πέμπτην ἁγίαν καὶ οἰκουμενικὴν σύνοδον, ἀναθεματίσασαν τοὺς τοῦ προειρημένου Θεοδωρίτου βαβισμούς· ὅστις κατὰ τοῦ μακαρίου Κυρίλλου ῥήματα, ἐν οἷς καὶ αὐτῷ ἀπεκρίνατο, μόνον οἶδε κατηγορεῖν. Λέγει γὰρ ἡ πέμπτη ἁγία καὶ καθολικὴ σύνοδος ἐν πράξει ὀγδόῃ, οὕτως· *Κατακρίνομεν καὶ ἀναθεματίζομεν πρὸς τοῖς ἄλλοις ἅπασιν αἱρετικοῖς τοῖς κατακριθεῖσι καὶ ἀναθεματισθεῖσι, παρά τε τῶν εἰρημένων ἁγίων*

Ambrosium Mediolanensem episcopum, et beatum Augustinum Hipponensem item episcopum, necnon sanctissimum Hieronymum, hæreticæ pravitatis validissimum impugnatorem, secutus beatus Cyrillus, et cum eo universa sancta œcumenica tertia synodus, scriptum nobis manifeste reliquit, quod Spiritus ex Filio sit. Ait enim apertissime in suo ad Theodosium imperatorem de fide orthodoxa *Prosphonetico*, Spiritum ex Filio esse, hisce verbis : *Atqui cum hominem dicit, qui jamjam præsens futurus erat et oculis conspiciendus, ipsum dixit baptizare in igne et Spiritu sancto : non qui alienum baptizandis immitteret Spiritum, servili more ac ministerialiter, sed ut natura Deum cum superna potestate, qui ex ipso, et ejus proprius* **692** *est.* Quid hac auctoritate manifestius? Hic enim apertissime de Filio dicit : *Immittere Spiritum sanctum, his, qui baptizantur, qui ex ipso et ejus proprius est.* Atque hoc idem Hermiæ scribit idem beatus Cyrillus, in expositione noni anathematismi hoc ipsum dicens. In nono enim anathematismo, cum dixisset, *Spiritum Filii proprium esse*, eumdem anathematismum exponens, quo sensu Spiritus ejus proprius sit, aperuit, dicens : *Homo factum unigena Dei Verbum, sic quoque remansit Deus; cum sit omnia, quæque est et Pater, uno hoc dempto, quod non est Pater; et proprium habeat, qui ex ipso est, et in ipso substantialiter natura inest, Spiritus sanctus*, etc. Hic rursus clarissime, esse Spiritum sanctum ex Filio, sanctus Pater dicit. Nemini autem quidquam dubium esse debet, eamdem hic mentem sanctum aperuisse, quam habuerit, tum, cum anathematismum ederet. Hunc porro anathematismum cum reliquis omnibus anathematismis recepit tertia sancta et œcumenica synodus, quo sensu sanctus ediderat. Manifestum enim est, sanctos Patres in dicta sancta synodo congregatos, totam tertiam dicti Patris epistolam adversus impium Nestorium episcopum Constantinopolitanum, scriptam absque ulla retractationis hæsitatione recepisse. Scimus autem dictæ epistolæ extremam partem, dictos duodecim anathematismos continere. Quod si quis quasi legitima tueri aggrediatur Theodoriti Cyri episcopi impiissima verba, quæ is omni impudentia evomuit adversus dicti Patris duodecim capitula, noverit sanctam quintam ac œcumenicam synodum dicti Theodoriti nugas diris devovisse : cum is totus in eo sit, ut beati Cyrilli verba reprehendat, in quibus etiam ille ei respondit. Ait enim quinta sancta et universalis synodus, actione octava : *Damnamus et anathematizamus, cum reliquis omnibus hæreticis damnatis jam et anathemate percussis, a sanctis quatuor dictis synodis, et a sancta et catholica Ecclesia, etiam Theodorum, qui Mopsuestiæ episcopus fuit, ejusque impia monumenta; impie item conscripta a Theodorito, contra rectam fidem et duodecim capitula sancti* **693** *Cyrilli ac sanctam tertiam Ephesinam synodum. Quæcunque demum ab eo scripta sunt pro defensione Theodori et Nestorii.*

Digitized by Google

τεσσάρων συνόδων, καὶ ἀπὸ τῆς ἁγίας καὶ καθολικῆς Ἐκκλησίας, καὶ Θεόδωρον τὸν γενόμενον ἐπίσκοπον Μοψουεστίας, καὶ τὰ ἀσεβῆ αὐτοῦ συγγράμματα καὶ τὰ ἀσεβῶς συγγραφέντα περὶ Θεοδωρήτου, κατά τε τῆς ὀρθοδόξου πίστεως καὶ τῶν ιβ' κεφαλαίων τοῦ ἐν ἁγίοις Κυρίλλου, καὶ τῆς ἐν Ἐφέσῳ ἁγίας γ' συνόδου· καὶ ὅσα ὑπὲρ συνηγορίας Θεοδώρου καὶ Νεστορίου αὐτῷ γέγραπται.

Ex his plane liquet, ea quæ Theodoritus scripsit A adversus duodecim sancti Cyrilli capitula, scelestissima esse et impietatis plena; ac qui talia ut vera defendit, iisque patrocinatur, hostis est fidei. Scribit enim beatus Cyrillus ad Acacium episcopum Melitinensem post Ecclesiarum unitionem, ita dicens : *Quæ autem recte scripsimus contra Nestorii blasphemias, nulla nos ratio suadebit, ut non bene facta esse dicamus.* Ad Donatum quoque episcopum ita scribit, dicens : *Scripsimus recte, quæ scripsimus, rectæ ac immaculatæ fidei patrocinantes, nec eorum quæ nostra sunt, quidquam prorsus negamus. Non enim dixi aliquid omnino, ut ipsi insurrant, inscite ac incuriose, sed ubique quæ recta essent, et veritatis vi assecla essent.*

Ex his manifestissimum est, beatum Cyrillum nihil negasse eorum quæ dixerat; sed eodem sensu, quo ipse dixit, nulla animadversione ac emendatione vim suam obtinere. Nec ipsi soli emendare licebat, quanquam (quod absit a sancto) in animum induxisset, quod sancta synodus, absque ulla retractationis dubitatione fidenter suscepisset. Suscepit autem, eo sensu, quo ipse ediderat ac exposuerat, cum sancta synodo, et ut suscipiantur efflagitat. Hanc namque synodum omnes sancti Patres, qui in sequentibus fuerunt synodis, colunt ac reverentur, eaque credunt, quæ et illa. Sed et sancti Patres, qui illam præcessere, eadem quæ et ipsa C sensere. Hanc fidem habemus, et ita confitemur et sentimus et credimus.

Subscriptiones apocrisiariorum.

Hanc fidem, ego ex ordine FF. Prædicatorum, domini Gregorii papæ senioris Romæ episcopi apocrisiarius subscribo, et ita credo.

Hanc fidem ego Ammonius, etc.

Hanc fidem ego Radulphus, ex ordine, etc., subscribo, et ita credo.

Ἐκ τούτων ἀρίδηλόν ἐστιν, ὅτι ἐκεῖνα ἅπερ Θεοδώριτος κατὰ τῶν ιβ' τοῦ ἁγίου Κυρίλλου κεφαλαίων ἔγραψεν, ἀθέμιτά εἰσι καὶ ἀσεβείας γέμοντα, καὶ ὃς τοιαῦτα ὡς ἀληθῆ, νομικὴν ὑπερηγορίαν ἔχει, ἐχθρός ἐστι τῆς πίστεως. Γράφει γὰρ ὁ μακάριος Κύριλλος πρὸς Ἀκάκιον ἐπίσκοπον Μελιτηνῆς μετὰ τὴν ἕνωσιν τῶν Ἐκκλησιῶν, οὑτωσὶ λέγων· *Ἃ δὲ γεγράφαμεν ὀρθῶς κατὰ τῶν Νεστορίου δυσφημιῶν, οὐδεὶς ἡμᾶς ἀναπείσει λόγος, ὡς οὐκ εὖ γεγόνασιν εἰπεῖν.* Καὶ πρὸς Δονάτον ἐπίσκοπον, ὡσαύτως γράφει, λέγων· *Γεγράφαμεν ὀρθῶς ἃ γεγράφαμεν, τῇ ὀρθῇ καὶ ἀμωμήτῳ πίστει συνηγοροῦντες, καὶ οὐδὲν τοπαράπαν τῶν ἰδίων ἀρνούμεθα. Οὐ γὰρ εἰρηκά τι, καθάπερ αὐτοί φασιν,* B *ἀτημελῶς· ἀλλὰ τῆς ὀρθότητος ἐχόμενα παντεχοῦ, καὶ τῇ τῆς ἀληθείας δυνάμει συντρέχοντα.*

Ἐκ τούτων φανερώτατόν ἐστι, τὸν μακάριον Κύριλλον οὐδὲν ἐκείνων ἀρνήσασθαι, ὧν εἶπεν· ἀλλ' ἐν τῇ αὐτῇ ἐννοίᾳ, ἐν ᾗ αὐτὸς εἶπε, χωρὶς σημειώσεώς τινος καὶ διορθώσεως κεκρατηκέναι. Οὐδὲ αὐτὸς μόνος διορθώσασθαι ἠδύνατο, κἂν, ὅπερ ἀπεῖη ἀπὸ τοῦ ἁγίου, ἤθελεν, ὅπερ ἡ ἁγία σύνοδος, χωρίς τινος ἀμφιβολίας ἀναξάνσεως [ἀνεξετάστως], θαῤῥούντως ἐδέξατο. Ἐδέξατο δὲ ἐν ἐκείνῃ τῇ ἐννοίᾳ, ἐν ᾗ αὐτὸς ἐξέθετο, μετὰ τῆς ἁγίας συνόδου, καὶ δέξασθαι ἀπαιτεῖ. Ταύτην γὰρ τὴν σύνοδον πάντες οἱ ἅγιοι Πατέρες, οἱ ἐν ταῖς μετακολουθούσαις συνόδοις σέβονται. Καὶ ταῦτα πιστεύουσιν ἅπερ καὶ αὐτή. Ἀλλὰ, καὶ C οἱ ἁγῖοι Πατέρες ἐκείνην φθάσαντες, τὰ αὐτὰ ἐφρόνησαν, ἅπερ καὶ αὐτή. Ταύτην τὴν πίστιν ἔχομεν, καὶ οὕτως ὁμολογοῦμεν καὶ φρονοῦμεν καὶ πιστεύομεν.

Ὑπογραφαὶ τῶν ἀποκρισιαρίων.

Ταύτην τὴν πίστιν, ὁ ἀπὸ τῆς τάξεως τῶν ἀδελφῶν τῶν Κηρύκων, τοῦ κυρίου Πάπα Γρηγορίου τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης ἐπισκόπου ἀποκρισιάριος ὑπογράφω, καὶ οὕτως πιστεύω.

Ταύτην τὴν πίστιν, ἐγὼ Ἀμμώνιος, καὶ τὰ ἑξῆς.

Ταύτην τὴν πίστιν ἐγὼ Ῥαδοῦλφος, ἀπὸ τῆς τάξεως, καὶ τὰ ἑξῆς, ὑπογράφω, καὶ οὕτως πιστεύω*.

* Huic Gregorii papæ dogmaticæ epistolæ præmissa illa Photii argumenta, quæ exstant in epistola ad Michaelem Bulgarorum principem, sive regem ac imperatorem; sic enim βασιλέα, ut appellarent Græci consenserant, Romano seniore imperatore, quo tempore contracta cum ea 694 gente, Græcorum imperatorum nuptiarum fœdera : in quo se Montacutius minus versatum in historia Byzantina ostendit, dum ex fide sui codicis Metium carpit Baronii interpretem, quasi et ipse necessario ἄρχοντα habuerit, et regem, quam principem reddere maluerit. Malim ego habuisse βασιλέα, et sic potius Photium prænotasse, ne communiore titulo virum offenderet, quem ab Ecclesiæ Romanæ cultu abducere tantis conabatur, et suæ sedi mancipare. Nec male conjicit Montacutius, suum titulum antiquarii potius esse, quam ipsius Photii. Argumenta non male dilujit : et certe levissima sunt, ut et quæ habet in epistola ad episcopum Aquilciensem, mihi primo Græce producta in Auctario meo novissimo. Germanus etiam in responsione huic Gregorii epistolæ subjuncta, inepte ovat, et quasi Gregorii anathema ipsum Christum Dominum feriat, ac quotquot Spiritum ex Patre procedere, nulla alia majori expressione, ejus et ex Filio processionis dixere, seu scripsere. Quæ suggillatio, omnium retro œcumenicarum synodorum damnatio est. Nulla enim est, in qua non aliquid expressum, quod quasi involutum, majorum tenuerat fides. Imo ipsius Evangelii, quasi pugnet legi, dum tam multa distincte tradit, legalibus figuris obscurissime adumbrata, vel etiam consulto tacita, vixque magnis in ea viris insinuata, et ut ipsi quovis modo caperent, non vulgus docerent. Promendæ Græcis auctoritates, quibus Spiritus ex solo Patre procedere dicatur, nec aliter se habere Spiritum ad Filium, quam se Filius ad ipsum, quod nunquam efficient pugnetque palam Scripturæ ac theologiæ. Unum aliquid refert Metochites plagio ab eis relatum, evicta statim ex ipso codice fraude. Metochitæ libros quinque enixe voluerant locum habere in L. Allatii Græcia orthodoxa,

Digitized by Google

eumque in finem petenti Romam miseram; etsi graviori ætate destinatum adimplere, de re litteraria et ecclesiastica optime merito, non licuit; uti nec mea, ab ejus obitu recipere, quidquid surdis auribus obmurmurarim : etsi earum jactura, nec mihi, nec publico, omni caret remedio; si modo affulgerent mitiora tempora, et quæ Græcis litteris ecclesiasticisque Græcorum monumentis a tineis situque vindicandis, magis aliquid faverent. Servat enim regia gaza suum thesaurum, ex quo mihi exscripseram, et Roma ditata est : non potuit orbis. Unus certe mihi visus summus in hoc genere, qui tantis animis fidem Lugduni declaratam defenderit, totque annorum carcere ab ejus dimoveri constantia minime potuerit, sed eo quasi durante, stylum fortius in suorum errantium pectora strinxerit, certaque niti traditione Latinorum fidem demonstrarit : quæ una efficax ratio statuendæ fidei. Nec enim nobis nova fides, etsi ipsa se explicatior, diversorum errorum occasione, hæreticorumque molestia, per tempora evasit. Nec ista sic vexata quæstio esset, si modum suum tenentes Græci, fideque involuta, unam Patrem, Filii et Spiritus causam, seu auctorem, cum Maximo epist. ad Marinum agnoscerent; nec Photio suo antistite, tumque Cerulario, hominum vanissimis, immanis hæreseos Latinos damnassent : nam quod Filius ex Patre causa, causa est, una cum eo causa et auctor est : Pater quasi originalis fons totius Trinitatis et quo ejus in tribus constat μοναρχία. Filius a Patre cum essentia, ipsa quoque spiratione accepta, et ut per ipsum προσεχῶς (ut malunt subtiliores Græci) vere ipse οὐσιωδῶς emanet; ejus inde vere Spiritus, ut et Patris Spiritus est, non sola donorum Spiritus effusione aut distributione, quod recentiorum semismaticorum putre effugium est; vel quasi ipse a se, et sine Patre Spiritus causa intelligatur, etsi virtute ab eo accepta, sed quasi distincta et separata, quo fere sensu Græci, seu gentiles, creatrices intelligentias sub primo rerum Auctore statuere; quod esset et Spiritus dignitati detrahere, et totam theologiam convellere : nec male infert Photius, etsi ita levissime calumniatur, quod nunquam Catholicis in mentem venit.

Gregorius ipse rite traditionem urget, ac præcipue rem decisam in Cyrilli recepto nono anathematismo in tertia synodo, ejusque explicatione ac sensu, in quo constantissime hæsit, ut quem ipsa synodus amplexa esset, a quo nec resilire, post ejus judicium ei liberum foret. Latinorum auctoritates, quas secutum Cyrillum tradit, haud videtur pontifex omisisse, Ambrosii, Augustini, Hieronymi, etsi Græca hæc non habent, quod forte non ausus sit rudis interpres tentare. Iis ipsis noster Calecas Græcos suos egregie premit, quod horum Patrum próbata auctoritas ac recepta judicio sextæ synodi. Quod ita secutus Cyrillus, non aliunde forte habuit pontifex, quam ex illius in rebus fidei cum Latinis summa consensione, et quod ejus principatum in Ecclesia Romana omnino agnosceret, inque Nestorio egregie tutatus esset; non tam suo, quam Cœlestini nomine illo compresso, ipsoque ejus vicario, latamque ab eo sententiam, suo synodique suffragio exsequente. Romanæ autem fidei, non alii certiores præcones, quam ipsius probatissimi doctores.

Subscriptiones luxatæ sunt, ejusdemque Radulphi subscriptionem existimo, quæ primo, et quæ tertio loco ascripta est, quasi voluerit antiquarius Radulphi nomen supplere, quod primo exciderat. Erat vir celebris, cujus etiam exstant adversus Græcos πολεμικά· et qui unus obeundo apocrisiarii muneri idoneus esset, solumque Ammonium legationis socium haberet : qui non videtur fuisse religiosus, alioqui fratris nomen et ordinis, ut in altero semel et iterum, antiquarius expressisset. Frater ergo Radulphus, de ordine FF. Prædicatorum, ἀπὸ τῆς τάξεως τῶν ἀδελφῶν τῶν Κηρύκων · nec video quomodo sequens Germani responsio ad dictam Gregorii epistolam sic prænotetur : Τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως Γερμανοῦ, καὶ τῆς σὺν αὐτῷ συνόδου, ἀπάντησις πρὸς τὴν τοιαύτην ὁμολογίαν τοῦ Πάπα, καὶ πρὸς τοὺς ὑπ' ἐκείνου σταλέντας Φρεμενουρίους, καὶ λοιποὺς, περὶ τῆς ἐκπορεύσεως τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Uni hic expressi FF. Minores a pontifice missi, nulla Prædicatorum mentio : cum in subscriptionibus unus Radulphus prædicator, papæ apocrisiarius audiat, nullus FF. Minorum, saltem in secundis, nomen habeat.

Huc usque S. Maximi scripta ex editione Rev. Patris Franc. Combefisii.

Digitized by Google

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΜΑΞΙΜΟΥ ΤΟΥ ΟΜΟΛΟΓΗΤΟΥ

ΠΕΡΙ ΔΙΑΦΟΡΩΝ ΑΠΟΡΙΩΝ

ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ ΚΑΙ ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ

ΠΡΟΣ ΘΩΜΑΝ ΤΟΝ ΗΓΙΑΣΜΕΝΟΝ.

—

S. P. N. MAXIMI CONFESSORIS

DE VARIIS DIFFICILIBUS LOCIS

SS. PP. DIONYSII ET GREGORII

AD THOMAM V. S.

LIBRUM EX CODICE MANUSCRIPTO GUDIANO DESCRIPSIT ET IN LATINUM SERMONEM INTERPRETATUS, POST J. SCOTI ET TH. GALE TENTAMINA,

NUNC PRIMUM INTEGRUM EDIDIT

FRANC. OEHLER.

(Halis, C. E. M. Pfeffer. MDCCCLVII.)

—

PRÆFATIO.

—

Cum ante hos decem fere annos turbæ civiles per patriam finitimasque regiones grassarentur, et omnia plena essent furoris atque insaniæ, his ferrum et ignem et quævis ferocia aperte minitantibus, illis per varias factiones societatesque, quarum sibi unaquæque veram laboranti medicinam nosse videbatur, rempublicam distrahentibus, vix dicere possum quanto cum gaudio ex harum rerum terrore ac tædio ad eas me semper retulerim artes quæ pridem cultæ illis præsertim temporibus ad consolandum animum et ex communi omnium bonorum tristitia erigendum imprimis aptæ esse videbantur. Forte accidit ut a libris Gregorii Nysseni, cujus studio cum maxime tenebar, ad quædam Maximi Confessoris, philosophi gravissimi, scripta deferrer, cujus ut difficili et impedito me genere haud raro defatigatum esse non diffiteor, ita et sententiarum sublimitate et placitorum veritate, e limpido pii ac sinceri animi fonte temperata, mirabiliter erectum et auctum me esse hodie gratulor. Quod enim Photius *Myriob.* cod. CXCII. (col. 501 ed. Hœsch.) de alio Maximi opere sensit, orationem ejus refertam hyperbatis, circumductionibus verborumque translationibus laborantem, haud raro obscuritatem et difficultatem parere legentibus, sed si cui gratum sit anagogis et contemplationibus mentem implicare, nunquam eum sano reperturum esse illis aut magis varia aut diligentius elaborata, imprimis vero ubique elucere viri pietatem et purum sincerumque Christi desiderium, id judicium de majore operum Maximi parte pronuntiatum potest videri. Sed, ut ad rem revertar, sub ipsum illud tempus a Schœnemanno, bibliothecæ Guelpherbytanæ tunc præfecto, viro et gratissima et piissima memoria semper colendo, certior sum factus de præstantissimo codice Gudiano 39. Gr., qui præter alia Maximi opera, multo emendatius servat

Digitized by Google

quam essent a Combefisio edita, ineditum quoque haberet illud egregium opus Περὶ διαφόρων ἀπορίων τῶν ἁγίων Διονυσίου καὶ Γρηγορίου πρὸς Θωμᾶν τὸν ἡγιασμένον. Optanti ejus libri copiam habere humaniter annuit, codicem transmisit. Inveni opus « spissum atque arduum, » ut appellat Montefalconius Catal. bibl. Coisl., p. 311. Nec parvum erat transcribendi ejus, nec tædio vacans, sed fructuosus, ut confidebam, labor. Multa inerant perquam subtiliter disputata, multa egregie pertractata, plurima utiliter exposita, non pauca quæ abripiant animos castissimoque et mitissimo igne perfundant et quo ad sanctius vitæ genus instituendum accendamur. Sed tamen dolebam quod opus tam varium tamque copiosum, tam gravitate quam sublimitate commentationum præstans tandiu ignotum jaceret, ac statim, si quando otium foret, edere illud in animum induxi. Nec hesterna est ejus fama, si quidem Joannes jam Scotus jussu Caroli Calvi Latinum illud facere olim instituit. Cujus versionis e Cluniacensi bibliotheca a Joanne Mabillon quondam receptæ et cum Thoma Gale communicatæ reliquias (nam si non omnia, certe plura vertisse Joannem Scotum quam quæ manserunt apparet tum ex præfatione ipsius, tum ex loco *De divisione naturæ* operis, p. 210 ed. Gal., ubi capitulum quadragesimum primum de ambiguis citat in orationem Gregorii Nazianzeni de Paschate, et plura videtur etiam Combefisius habuisse, si ejus verba in *Biblioth. concionatoria* tom. I posita, indeque in Fabricii *Biblioth. Gr.* tom. IX, p. 673, ed. Harl. repetita, cum Fabricio recte interpretor) edidit vir litterarum laude florentissimus Thomas Gale ad calcem librorum quinque Joannis Scoti Περὶ φύσεως μερισμοῦ, Oxon. 1681, p. 1-45, quibus alteram operis Περὶ διαφόρων ἀπορίων particulam una cum Latina interpretatione p. 46-70 subjunxit. Postquam igitur totius et integri Διαφόρων Ἀπορίων corporis ego edendi consilium cepi, utriusque viri, et Joannis Scoti et Thomæ Galæ, versiones, licet altera, non operæ, sed auctoris sui peccatis scateret, altera certe erroribus non careret, tam antiquitatis quam piæ magnorum nominum memoriæ ergo immutatas retinere non dubitavi, cum præsertim Joannes Scotus corrigi non posset, quin sui plane dissimilis fieret. Thomas Gale in Præfatione librorum V Joannis Scoti *De divisione naturæ*, « Sanctus Maximus, inquit, scripsit expositionem ambiguorum aliquot locorum quæ in S. Dionysii et Gregorii Nazianzeni libris occurrunt. Hæc Ambigua Joannes Erigena vertit Latine. Nescio an totum Maximi opus, quoniam Græca S. Maximi integra nondum nactus sum. Quæ hic in fine legis, accepta mecum refer partim beneficio V. Cl. Emerici Bigotii, qui ex bibliotheca regis Galliarum in meos usus descripta examinavit, partim codici meo, qui complurimas ejusdem Maximi lucubrationes continet. Cæterum ut redeam ad Scotum, ejus tralationem, quam hic edo, mecum communicavit humanitate et eruditione celebris vir J. Mabillon, de quo supra commemoravi. Hæc versio absque iis quæ in libris *De divisione naturæ* facile observantur, satis ostendit Erigenam fuisse in Græcis plane alphabetarium.»

Codex Gudianus, quo usus sum, descriptus est ab Eberto in Catalogo librorum manu scriptorum bibliothecæ ducalis Guelpherbitanæ; est membranaceus sæc. XIII continens folia in quarto, quod dicunt, centum sexaginta quatuor, estque tam eleganter tamque accurate conscriptus ut non solum alii inde libri possint egregie emendari atque suppleri, sed ipse ad hoc Διαφόρων Ἀπορίων opus interpretandum alterius libri auxilium non desiderarem. Alios codices manu exaratos commemorat Fabricius, Taurinensem reg. XXIV, Venetum S. Marci CXXXVI. (Morell. Bibl. Msc. Gr. et Lat. I, p. 82), ex quo capita quædam edita habes in Gallandii *Biblioth. Patrum* Appendice, p. 153 sqq. (quæ inveniuntur in cod. Gudiani f. 229 sqq.), codicem bibl. Nanian. LXIV. Codices alios novit etiam Combefisius, quem operum S. Maximi a se editorum corpus tertio volumine complere voluisse constat, si quidem in *Biblioth. concionatoria*, tom. I (cf. Fabricii *Bibl. Gr.* tom. IX, p. 673 ed. Harl.), « S. Maximus, inquit, locos difficiles plurium Gregorii orationum ac quorumdam carminum ex regio codice (DCCCXXXVI Bibl. Reg. Catal. p. II. p. 172), collato cum altero rev. abbatis Gerasimi Blacchi, Venetiis humanissime submisso, ipsaque Joannis Erigenæ ex Cluniacensi bibliotheca versione. Colophonem dabit viri cl. Raphaelis du Fresne τοῦ μακαρίτου pulcherrimis membranis pulcherrime et manu erudita exaratus codex, si quando facultas sit et otium cum illo conferendi. » Thomæ Gale libros, tam qui ipsum Maximi opus quam qui versionem Joannis Scoti continent, suspicor recenseri in Catalogo Codd. MSS. Angliæ et Hiber-

Digitized by Google

niæ tom. II. p. 191, num. 6109, 275, et num. 6110, 276, archetypumque versionis J. Scoti Cluniacense in Catalogo de la bibliothèque de Monsieur à l'Arsenal, n. 378, apud Hænel Catal. libr. ms. p. 304.

Hæc de codicum subsidiis deque historia operis diu pene ignorati dicenda fuerunt; quod cum in publicum emitto sedulo labore digestum, recensitum, in Latinum sermonem translatum, indicibus plenissimis instructum, favori et indulgentiæ omnium quibus hæc studia non sordent etiam atque etiam commendatum esse velim.

Halis Saxonum, die S. Michaelis MDCCCLVII.

---

[1] ΜΑΞΙΜΟΥ ΠΕΡΙ ΔΙΑΦΟΡΩΝ ΑΠΟΡΙΩΝ [2]

ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ

ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ ΚΑΙ ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ

ΠΡΟΣ ΘΩΜΑΝ ΤΟΝ ΗΓΙΑΣΜΕΝΟΝ.

—

MAXIMI DE VARIIS DIFFICILIBUS LOCIS

SANCTORUM DIONYSII ET GREGORII

AD THOMAM VIRUM SANCTUM.

—

Sanctissimo Dei servo, patri spirituali et magistro, A *domino Thomæ, Maximus humilis, peccator, indignus servus et discipulus*[*].

Circa res divinas eo studii tenore semper versatus es, ut speculandi certum et minime mutabilem habitum nactus videaris, per quem, vir Deo dilectissime, non tantum sapientiam, sed sapientiæ ipsam pulchritudinem amore quodam sobrio persequeris. Est autem sapientiæ pulchritudo cum actione conjuncta cognitio, sive sapienter instituta actio. Ex his porro, tanquam ex utrisque efflorescens nascitur character, quem dixerim divinæ tum providentiæ tum judicii contemplationem. Quemadmodum tu quoque mentem sensui per spiritum indidisti, et plane docuisti rationem qua secundum suam imaginem Deus hominem condidisse intelligatur, simulque divitias ejus benignitatis manifestavisti, qui pulcherrima illa rerum sponte sua disjunctarum miscella, quæ in te cernitur, ostendisti Deum virtutibus posse incorporari,

Τῷ ἡγιασμένῳ δούλῳ τοῦ Θεοῦ, Πατρὶ πνευματικῷ [3] *καὶ διδασκάλῳ κυρίῳ Θωμᾷ, Μάξιμος ταπεινὸς καὶ ἁμαρτωλὸς, ἀνάξιος δοῦλος καὶ μαθητής.*

Ἁπλανοῦς θεωρίας ἐξ ἐμμελοῦς περὶ τὰ θεῖα σπουδῆς ἕξιν λαβὼν ἀναλλοίωτον, οὐχ ἁπλῶς σοφίας, ἀλλὰ τοῦ κάλλους αὐτῆς, Θεῷ λίαν ἠγαπημένε, γέγονας ἐραστὴς σωφρονέστατος. Σοφίας δὲ κάλλος ἐστὶ γνῶσις ἔμπρακτος, ἢ πρᾶξις ἔνσοφος, ὧν ἐστι [4] χαρακτὴρ ὡς δι' ἀμφοῖν συμπληρούμενος, ὁ τῆς θείας προνοίας καὶ κρίσεως λόγος. Καθ' ὃν αἰσθήσει τὸν νοῦν συμπλέξας διὰ τοῦ πνεύματος, ἔδειξας ὡς [5] ἀληθῶς πῶς ὁ Θεὸς κατ' εἰκόνα Θεοῦ ποιεῖν πέφυκε τὸν [6] ἄνθρωπον, τόν τε πλοῦτον τῆς ἀγαθότητος κατέστησας γνώριμον, πολυτελῶς τῇ καλῇ μίξει B τῶν ἐναντίων ἐν σεαυτῷ δεικνὺς (104 b **) τὸν Θεὸν ταῖς ἀρεταῖς σωματούμενον, οὗ τῷ ὕψει συμμετρήσας μιμήσει τὴν κίνωσιν ἕως ἐμοῦ καταλθεῖν οὐκ ἀπηξίωσας, ἐκεῖνα ζητῶν ὧν πεπονθὼς ἔχεις τὴν εἴδησιν. Εἰσὶ [7] δὲ Διονυσίου καὶ Γρηγορίου κεφάλαια τῶν ἁγίων ἐκείνων ὑπερευφήμων τε καὶ μα-

VARIÆ LECTIONES.

[1] In edit Th. Gale titulus est Ἐπιστολὴ πρώτη τοῦ αὐτοῦ, etc. Scripsit enim, inquit Gale, præter hanc primam aliam de his ipsis rebus epistolam, quam ideo non apposui, quoniam nihil fere ea continebat aliud quam hæc prima. De utraque Photius suum judicium protulit, quod vide in Myriobiblo. In cod. Gud. τοῦ αὐτοῦ περὶ δ. ἀποριῶν. cett. [2] ἀπόρων ed. Gal. [3] πνευμονικῷ ed. Gal. [4] ἐστιν ed. Gal. [5] ὡς om. ed. Gal. [6] τὸν om. ed. Gal. [7] Εἰσὶν ed. Gal.

[*] Interprete Thoma Gale.
[**] Folia codicis Gudiani.

Digitized by Google

χαρίων ἀνδρῶν, τῆς ὄντως ἐκλογῆς τῶν ἀνέκαθεν κατὰ πρόθεσιν τῶν αἰώνων τῷ[8] Θεῷ προσθεμένων, τῶν πᾶσαν ὡς ἀληθῶς[9] τὴν ἐφικτὴν τοῖς ἁγίοις χύσιν τῆς σοφίας εἰσδεξαμένων, καὶ τῇ ἀποθέσει τῆς κατὰ φύσιν ζωῆς ψυχῆς οὐσίαν πεποιημένων, καὶ διὰ τοῦτο ζῶντα μονώτατον τὸν Χριστὸν ἐσχηκότων, καὶ τὸ δὴ μεῖζον εἰπεῖν, ψυχὴν αὐτοῖς τῆς ψυχῆς γεγενημένον καὶ διὰ πάντων ἔργων τε καὶ[10] λόγων καὶ νοημάτων πᾶσιν ἐμφανιζόμενον ὡς ἐντεῦθεν ἐκείνων μὲν οὐκ εἶναι πεπεῖσθαι τὰ προτεθέντα[11], Χριστοῦ δὲ, κατὰ[12] χάριν αὐτοῖς ἑαυτὸν ὑπαλλάξαντος. Ἀλλὰ πῶς εἶπω Κύριον Ἰησοῦν, μήπω πνεῦμα λαβὼν ἁγιότητος; Πῶς λαλήσω τὰς δυναστείας τοῦ Κυρίου, ὁ μογίλαλος[13], καὶ τὸν νοῦν τῇ σχέσει προσηλώσας τῶν φθειρομένων; Πῶς ἀκουστὰς ποιήσω κἂν τινας αἰνέσεις αὐτοῦ, ὁ κωφὸς, καὶ τὸ τῆς ψυχῆς ἀκουστικὸν διὰ τὴν πρὸς τὰ πάθη φιλίαν ἔχων παντελῶς ἀπεστραμμένον[14] τοῦ λόγου τὴν μακαρίαν φωνήν; Πῶς ἐμφανὴς ὁ λόγος γενήσεταί μοι, τῷ ἠττημένῳ τῷ κόσμῳ, νικᾷν τὸν κόσμον, ἀλλ' οὐκ ἐμφανίζεσθαι τῷ κόσμῳ πεφυκὼς, εἴπερ φιλύλῳ διαθέσει κατὰ φύσιν ἐστὶν ἀνεπίγνωστος; Πῶς οὐ τολμηρὸν, τοῖς ἁγίοις τὸν ἐναγῆ[15], καὶ τοῖς καθαροῖς ἐγχειρεῖν τὸν ἀκάθαρτον; Διὸ[16] παρρησιάσομαι ἂν τὴν ἐπὶ τοῖς κεκελευσμένοις[17] ἐγχείρησιν, τὸν (**105** *a*) τῆς προπετείας ψόγον φοβούμενος, εἰ μὴ πλέον ἐδεδοίκειν τῆς ἀπειθείας τὸν κίνδυνον. Δυοῖν οὖν τούτων[18] μέσος ληφθεὶς τῆς προπετείας αἱροῦμαι μᾶλλον τὸν ψόγον ὡς ἀνεκτότερον[19], φεύγων ὡς ἀσύγγνωστον τῆς ἀπειθείας τὸν κίνδυνον. Καὶ τῇ μεσιτείᾳ τῶν ἁγίων καὶ βοηθείᾳ τῶν ὑμετέρων εὐχῶν, Χριστοῦ τοῦ μεγάλου Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν χορηγοῦντος[20] τὸ νοεῖν εὐσεβῶς καὶ λέγειν δεόντως, περὶ ἑκάστου κεφαλαίου τὴν ἀπόκρισιν ὡς οἷόν τε ποιήσομαι σύντομον (πρὸς γὰρ διδάσκαλον ὁ λόγος μικροῖς πορίζεσθαι μεγάλα δυνάμενον), ἀρχόμενος ἀπὸ Γρηγορίου τοῦ θεόφρονος, ὡς μᾶλλον ἡμῖν ὄντος τῷ χρόνῳ προσεχεστέρου.

A Dei, inquam, imitatus es non incongrue sublimitatem et humiliationem, dum non dedignaris etiam ad me descendere. Quæris utique de me ea quæ penitissime cognovisti, capitula dico, quæ ex Dionysio et Gregorio proponis. Hos ego quidem viros enumerare soleo inter sanctissimos celeberrimosque, et longe beatissimos prædico. Hos plane judico inter illos superne electos, quos Deus sibi ascivit secundum illam sæculorum præfinitionem. Hos ego credo omnem complexos esse sapientiæ abundantiam, quæ quidem in homines cadere possit. Hos existimo vita ista, quæ est secundum naturam, ad ipsam animæ essentiam pertigisse, adeoque Christum ipsum viventem propemodum nactos fuisse, vel, ut majus adhuc dicam, Christum ipsorum animæ animam exstitisse, factaque B et dicta et cogitata eorum omnia tanquam sua palam exhibuisse, ut jam non amplius credere par sit ab illis orta esse quæ proponuntur, sed potius ab ipso Christo, qui per condescensionem in ipsis loquitur. Ego interim quis sum, qui ore meo usurpem Dominum Jesum, cum necdum spiritum sanctificationis acceperim? Quomodo ego eloquar Domini virtutes qui linguæ sum impeditæ, qui mentem rebus corruptibilibus immersam gero? Quomodo ego, qui mutus sum, laudes ejus vel minimas personabo? qui aures animæ prorsus obturatas habeo, ex nimio erga affectus amore, qui fieri possit ut beatam illam vocem deprædicem? ego ut mundum vincam, qui jamdiu victus sum a C mundo? imo potius mundo inveniar plane conciliatus; in me enim nihil aliud deprehendi potest quam jugis ad materiam et naturam * propensio. Erit denique summæ audaciæ, si viros sanctos ego impurus attingam, si mundissimos immundus ego contaminem. Quapropter jussis tuis omnino denegassem obsequium, temeritatis veritus reprehensionem, si non magis abhorruissem ab inobedientiæ periculo. In medio horum duorum constitutus opto potius videri temerarius (ista enim pars placabilior est) quam inobediens, cujus culpæ veniam minus censeo impetrabilem. Fretus igitur sanctorum omnium benevolentia, tum vestrarum orationum adjutorio, de unoquoque capitulo quam fieri potest breviter respondebo, Christo auspice, qui Deus magnus est et Servator noster, quique et sapere pie et loqui opportune largietur. Nobis sane cum eo magistro res est qui etiam parvulis magna donare potest. Ordiar igitur a divinissimo Gregorio, quia nobis tempore propinquior esse existimatur.

—

Τοῦ ἁγίου Γρηγορίου τοῦ Θεολόγου, ἐκ τοῦ περὶ Υἱοῦ πρώτου λόγου εἰς τό· « Διὰ τοῦτο μονὰς ἀπ' ἀρχῆς εἰς δυάδα κινηθεῖσα μέχρι Τριάδος ἔστη. » Καὶ πάλιν τοῦ αὐτοῦ ἐκ τοῦ δευτέρου

D *Sanctus Gregorius in prima oratione de Filio, « Quocirca unitas a principio in binarium mota in Trinitate consistit. » Et iterum idem in secunda oratione de Pace: « Unitate nimirum ob divitias mota,*

VARIÆ LECTIONES.

[8] τῷ abest ab ed. Gal. [9] ἁπλῶς ed. Gal. [10] καὶ om. ed. Gal. [11] προταθέντα cod. Gudianus m. pr. et ed. Gal. προτεθέντα emendatio est in cod. Gud. ab eadem manu antiqua superscripta. [12] τοῦ κατὰ ed. Gal. [13] μογγίλαλος cod. Gud. [14] ἀπεστραμμένων cod. Gud. [15] ἐν ἄγει ed. Gal. [16] Δι' ὃ ed. Gal. [17] ἐγκεκελευσμένοις ed. Gal. [18] τούτοις ed. Gal. [19] ἀνέκτορον ed. Gal. [20] χωρηγοῦντος ed. Gal.

* Minus bene hæc, nec satis recte, convertit Galeus. Verto: *Quo modo mihi, qui ipse devictus sum sæculo, patefiet Sermo, ad devincendum sæculum, non vero ad apparendum in sæculo natus, siquidem a dispositione in materiam propensa percipi naturaliter nequit?*

Digitized by Google

binario autem superato propter materiam et formam, ex quibus corpora constant, Trinitate vero propter perfectionem definita. »

Εἰρηνικοῦ εἰς τό· « *Μονάδος μὲν κινηθείσης, διὰ τὸ* [21] *πλούσιον, δυάδος δὲ ὑπερβαθείσης ὑπὲρ γὰρ τὴν ὕλην καὶ τὸ εἶδος, ἐξ ὧν τὰ σώματα, Τριάδος δὲ ὁρισθείσης, διὰ τὸ τέλειον* (1). »

Iis in verbis, o Dei serve, speculanti tibi apparet quædam esse dissonantia : si vero diligentius quæsiveris eorum consonantiam, et vera et simplicissima secundum sententiam deprehendes. Idem enim prorsus est superari dyada et non stare in dyade, et rursus definiri triadə, et motum monadis stare in triade, siquidem monarchiam colimus non parcam et in una persona circumscriptam, aut alia ex parte confusam et in infinitum procurrentem, sed istiusmodi potius quam trinitas essentia et honore æqualis, Pater, Filius et Spiritus sanctus constituit. Horum divitiæ est ea consensio, unumque et idem splendoris eradiatio, ita ut neque divinitas se ultra hæc effundat, nec deorum populum introducamus; nec tamen infra illa se contrahit, ne inopiam in divinitate constituamus. Hæc igitur non sunt ætiologia ad causam illam explanandam, quæ rerum omnium essentias supergreditur, sed piæ opinionis de ea tantum declaratio. Est revera deitas monas, et non dyas : est etiam trinitas, sed non multitudo. Est enim sine principio, expers corporis, et omni seditione vacua. Et monas re ipsa monas est (neque enim est principium eorum quæ sunt post se, per contractionem divisionis, ac si naturaliter tenderet et diffunderet se in multitudinem, sed est illud quod unice subsistit in trinitate consubstantiali) : et Trinitas re ipsa Trinitas est, non quidem composita ex numero discreto, ac si esset unitatum collectio, quæ divisioni esset obnoxia, sed est uni-essentialis substantia unitatis, in qua tres sunt hypostases; unitas enim est Trinitas, quoniam talis est ejus essentia, et Trinitas etiam, quoniam tali modo subsistit, quandoquidem deitas in unitate essentiæ et in Trinitate subsistentiæ una est. Si vero motum audiens miratus fueris qui moveri possit deitas, quæ nullis terminis continetur, sciendum est eum affectum non ab ipsa esse deitate, sed a nobis. Ita enim primæ essentiæ ejus ratio nobis se manifestat, itaque de modo, quo ipsa subsistit, illuminamur. Prius siquidem est in cognitione τὸ esse quam hoc modo esse. Deitatis igitur motus est ejus cognitio, per quam iis qui capaces sunt et esse ejus et modus subsistendi declaratur.

Εἰ μὲν τὴν δοκοῦσαν εἶναι διαφωνίαν, δοῦλε Θεοῦ, σκοπήσας [22] τὴν ἀληθῆ συμφωνίαν ἠπόρησας, οὐκ ἔστι [23] κατ' ἔννοιαν τούτων τῶν φωνῶν ἐνικωτέραν [24] εὑρεῖν. Ταυτὸν γάρ ἐστιν ὑπερβαθῆναι δυάδα καὶ μὴ στῆναι μέχρι δυάδος, καὶ πάλιν ὁρισθῆναι Τριάδα καὶ μέχρι Τριάδος στῆναι τῆς μονάδος τὴν κίνησιν, εἴπερ μοναρχίαν [25] πρεσβεύομεν [26] οὐκ ἀφιλότιμον, ὡς ἐνὶ προσώπῳ περιγεγραμμένην, ἢ πάλιν ἄτακτον, ὡς εἰς ἄπειρον χεομένην, ἀλλ' ἣν (**105** *b*) ὁμότιμος φύσει Τριὰς Πατὴρ καὶ Υἱὸς καὶ Πνεῦμα συνίστησιν ἅγιον, ὧν πλοῦτος ἡ συμφυΐα [27] καὶ τὸ ἓν ἔξαλμα τῆς λαμπρότητος, οὔτε ὑπὲρ ταῦτα τῆς θεότητος χεομένης, ἵνα μὴ δῆμον θεῶν εἰσαγάγωμεν, οὔτε ἐντὸς τούτων ὁριζομένης, ἵνα μὴ πενίαν θεότητος κατακριθῶμεν [28]. Οὐκ ἔστιν οὖν αἰτιολογία τοῦτο τῆς ὑπερουσίου τῶν ὄντων αἰτίας, ἀλλ' εὐσεβοῦς περὶ αὐτῆς δόξης ἀπόδειξις, εἴπερ μονὰς, ἀλλ' οὐ δυάς, καὶ Τριὰς, ἀλλ' οὐ πλῆθος, ἡ θεότης, ὡς ἄναρχος, ἀσώματός τε καὶ ἀστασίαστος. Μονὰς γὰρ ἀληθῶς ἡ μονάς· οὐ γάρ ἐστιν ἀρχὴ τῶν μετ' αὐτὴν, κατὰ διαστολῆς συστολὴν, ἵνα χεῦῃ φυσικῶς εἰς πλῆθος ὀδεύουσα, ἀλλ' ἐνυπόστατος ὀντότης ὁμοουσίου [29] Τριάδος. Καὶ Τριὰς ἀληθῶς ἡ Τριὰς, οὐκ ἀριθμῷ λυομένῳ συμπληρουμένη (οὐ γάρ ἐστι [30] μονάδων σύνθεσις, ἵνα πάθῃ διαίρεσιν), ἀλλ' ἐνούσιος [31] ὕπαρξις τρισυποστάτου μονάδος. Μονὰς γὰρ ἀληθῶς ἡ Τριὰς, ὅτι οὕτως ἐστὶ [32], καὶ Τριὰς ἀληθῶς ἡ μονὰς [33], ὅτι οὕτως ὑφέστηκεν· ἐπειδὴ καὶ μία θεότης οὖσά τε μοναδικῶς, καὶ ὑφισταμένη τριαδικῶς. Εἰ δὲ κίνησιν ἀκούσας ἐθαύμασας πῶς ὑπεράπειρος κινεῖται θεότης, ἡμῶν, οὐκ ἐκείνης τὸ πάθος, πρῶτον τὸν τοῦ εἶναι λόγον αὐτῆς ἐλλαμπομένων, καὶ οὕτω τὸν τοῦ πῶς αὐτὴν ὑφεστάναι τρόπον φωτιζομένων, εἴπερ τὸ εἶναι τοῦ πῶς εἶναι πάντως προεπινοεῖται. Κίνησις οὖν θεότητος ἡ δι' ἐκφάνσεως γινομένη περί τε τοῦ εἶναι αὐτὴν καὶ τοῦ [34] πῶς αὐτὴν ὑφεστάναι τοῖς αὐτῆς δεκτικοῖς καθέστηκε γνῶσις.

Idem in prima oratione de Filio in id, « Ut rem in pauca contraham, hoc tibi faciendum est, altiores voces deitati et naturæ illi quæ passionibus et

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τοῦ αὐτοῦ [35-37] *πρώτου* (**108** *a*) *λόγου εἰς τό· « Ἐπὶ δὲ κεφαλαίῳ, τὰ μὲν ὑψηλότερα πρόσαγε τῇ θεότητι καὶ τῇ κρείττονι φύσει*

VARIÆ LECTIONES.

[21] διὰ τὴν ed. Gal. [22] σκοπίσας ed. Gal. [23] ἐστὶν ed. Gal. [24] ἐνωτικωτέραν cod. Gud. [25] εἰ μοναρχίαν ed. Gal. [26] πρεσβεύωμεν ed. Gal. [27] συμφυεία ed. Gal. [28] κατακρίνωμεν ed. Gal. — Verte : *ne deitatis inopiæ condemnemur.* [29] ἐνυπόστατον ὂν τὸ τῆς ὁμοουσίου ed. Gal. [30] ἐστιν ed. Gal. [31] ἐνούσιος ed. Gal. [32] ἔστιν ed. Gal. [33] ἡ μονὰς omissum est in edit. Gal. [34] τοῦ om. ed. Gal. [35-37] αὐτοῦ non est in ed. Gal.

(1) Gregor. Naz. Orat. 1 *de Filio*, cap. 2, p. 524 ; Opp. tom. 1 ed. Bened. ; orat. 5 *De pace* ibid. p 434.

Digitized by Google

παθῶν καὶ σώματος, τὰ δὲ ταπεινότερα τῷ A *συνθέτῳ καὶ διὰ σὲ κενωθέντι καὶ σαρκωθέντι, οὐδὲν δὲ χεῖρον εἰπεῖν καὶ ἀνθρωπισθέντι* (2). »

corpore sublimior est attribuas, humiliores autem accommodes illi qui tui gratia componi et exinaniri, incarnari et (quid enim vetat sic loqui ?) inhumanari sustinuit. »

Ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος ὅλος οὐσία πλήρης ὑπάρχων, Θεὸς γὰρ, καὶ ὑπόστασις ὅλος ἀνελλιπὴς [28], Υἱὸς γὰρ, κενωθεὶς μὲν σπορὰ γέγονε τῆς οἰκείας σαρκὸς, ἀῤῥήτῳ δὲ συλλήψει συντεθεὶς αὐτῆς ὑπόστασις γέγονε [29] τῆς προσληφθείσης σαρκός. Καὶ τούτῳ τῷ καινῷ μυστηρίῳ κατ' ἀλήθειαν ἀτρέπτως ὅλος γενόμενος ἄνθρωπος, δύο φύσεων ἀκτίστου τε καὶ κτιστῆς, ἀπαθοῦς τε καὶ παθητῆς, ὁ αὐτὸς ὑπόστασις ἦν, πάντας ἀνελλιπῶς [30] τοὺς φυσικοὺς, ὧν ὑπόστασις ἦν, λόγους ἐπιδεχόμενος. Εἰ δὲ πάντας οὐσιωδῶς ὧν ὑπόστασις ἦν τοὺς φυσικοὺς ἐπεδέχετο λόγους, αὐτῷ συνθέτῳ γενομένῳ τῇ προσλήψει [31] τῆς σαρκὸς κατὰ τὴν ὑπόστασιν πάνυ σοφῶς ὁ διδάσκαλος, ἵνα μὴ ψιλὰ νομισθῇ, τὰ τῆς οἰκείας σαρκὸς πάθη προσένειμεν, αὐτοῦ τε τῆς σαρκὸς ὑπαρχούσης καὶ κατ' αὐτὴν ἀληθῶς ὄντι Θεῷ παθητῷ κατὰ τῆς ἁμαρτίας. Οὐσίας τοίνυν, καθ' ἣν καὶ σαρκωθεὶς ἁπλοῦς ὁ Λόγος μεμένηκε [32], καὶ ὑποστάσεως, καθ' ἣν προσλήψει σαρκὸς γέγονε σύνθετος, καὶ Θεὸς παθητὸς οἰκονομικῶς ἐχρημάτισε, δεικνὺς τὴν διαφορὰν ὁ διδάσκαλος ταῦτά φησιν· « Ἵνα μὴ τὰ τῆς ὑποστάσεως κατηγοροῦντες [33] ἐξ ἀγνοίας τῆς φύσεως [34] λάθωμεν κατὰ τοὺς Ἀρειανοὺς Θεῷ φύσει παθητῷ προσκυνοῦντες. » — « Οὐδὲν δὲ χεῖρον εἰπεῖν καὶ ἀνθρωπισθέντι, » προσέθηκεν, οὐ μόνον διὰ τοὺς Ἀρειανοὺς ἀντὶ ψυχῆς (**106** *b*) τὴν θεότητα, καὶ τοὺς Ἀπολιναριστὰς ἄνουν τὴν ψυχὴν δογματίζοντας, καὶ τούτῳ τῷ τρόπῳ τὸ τέλειον τῆς καθ' ἡμᾶς τοῦ Λόγου περιτέμνοντας φύσεως, καὶ φύσει θεότητος παθητὸν αὐτὸν ποιουμένους, ἀλλ' ἵνα καὶ δειχθῇ τέλειος ἡμῖν γεγονὼς κατὰ ἀλήθειαν [35] ἄνθρωπος ὁ μονογενὴς Θεὸς, ὡς δι' ἐνεργοῦς φύσει σαρκὸς νοερῶς τε καὶ λογικῶς ἐψυχωμένης, αὐτουργῶν τὴν ἡμῶν σωτηρίαν, εἴπερ κατὰ πάντα χωρὶς μόνης ἁμαρτίας, ἧς οὐδεὶς τῇ φύσει παντελῶς ἐνέσπαρται λόγος, ἀλλ' οὐ χωρὶς φυσικῆς ἐνεργείας, ἀληθῶς γέγονεν ἄνθρωπος, ἧς ὁ λόγος, ὅρος τῆς οὐσίας ἐστὶ [36], πάντας χαρακτηρίζων φυσικῶς οἷς κατ' οὐσίαν ἐμπέφυκε. Τὸ γὰρ κοινῶς τε καὶ γενικῶς τινων κατηγορούμενον ὅρος τῆς αὐτῶν οὐσίας ἐστὶν, οὗ πάντως ἡ στέρησις φθορὰν ἐργάζεται φύσεως, εἴπερ οὐδὲν τῶν ὄντων τοῦ φύσει παφυκότος στερούμενον ὅπερ ἦν μένει σωζόμενον.

Dei Verbum totum quidem erat plenissima essentia, utpote Deus, et totum erat perfecta hypostasis, utpote Filius, cum se exinaniret, suam sibi carnem seminavit; ineffabili deinde conceptione coalescens carni quam assumpserat idem hypostasin præstitit. Atque ita, novo hoc mysterio, totum Verbum sine ulla conversione factum est homo, idemque hypostasis duarum naturarum, increatæ et creatæ, impassibilis et passibilis, ita ut omnes omnino earum naturarum rationes susciperet essentiales, quarum erat hypostasis. Jam si omnes, ut dixi, rationes naturarum, quarum est hypostasis, essentialiter suscepit in composito facto per susceptionem carnis, secundum hypostasin, sapientissime hicce magister, ne cum illis faceret qui Christum nudum hominem docent, propriæ carnis passiones attribuit, quoniam et ipsius erat caro, et per ipsam Deus vere passibilis fuit pro peccato. Cum igitur magister inter essentiam, secundum quam etiam incarnatus permansit simplex Deus Verbum, et hypostasin, secundum quam carnis assumptione compositus factus est et Deus dispensatione passibilis audiit, differentiam ostendisset, hæc dicit: « Ne quæ hypostasi propria sunt affirmantes cum Arianis Deum natura passibilem ignoranter colamus. » Illa autem verba addidit: « Nihil obstat dicere, etiam inhumanato », non solum propter Arianos, qui deitatem pro anima ponunt, vel Apollinaristas, qui animam Christo ἄνουν attribuunt (quo sane pacto perfectam juxta nos Dei verbi naturam mutilant, ipsumque in deitate passibilem conficiunt, et quidem naturaliter), verum etiam ut ostendatur nobis unigenitum Deum re ipsa factum esse hominem perfectum, nostramque per se operatum esse salutem in carne, quæ naturaliter ageret, et animam haberet mentis rationisque compotem. Quandoquidem vere factus est homo per omnia, solo peccato excepto, cujus nulla in natura radicalis ratio reperitur, non autem excepta operatione naturali; nam per eam ratio essentiæ rei cujusque, cui inest, naturaliter definitur. Quidquid enim communiter et generice de quibuslibet affirmatur, eorum essentiam definit, et proinde eorum essentia destruitur, si illo omnino careant. Nihil enim suis privatum naturalibus perfectionibus perstat id esse quod erat.

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τοῦ αὐτοῦ Λόγου εἰς τό [37] *· « Οὗτος γὰρ ὁ νῦν σοι καταφρονούμενος ἦν ὅτε καὶ*

Ejusdem ex eadem oratione in id : « Hic enim, quem nunc aspernaris, quondam supra te erat : qui nunc

VARIÆ LECTIONES.

[28] ἀνελλειπὴς ed. Gal. [29] γέγονεν ed. Gal. [30] ἀνελλειπῶς ed. Gal. [31] προλήψει ed. Gal. [32] μεμένηκεν ὁ λόγος ed. Gal. [33] καταγοροῦντες ed. Gal., mendose. [34] Verba ἐξ ἀγνοίας τῆς φύσεως desiderantur in ed. Gal. [35] κατ' ἀλήθειαν ed. Gal. [36] ἐστὶν ed. Gal. [37] εἰς τὸ non exstat in cod. Gud.

(2) Greg. Naz. Or. theol. 3, *De Filio*, cap. 18, p. 537; tom. I Opp. ed. Bened.

Digitized by Google

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΜΑΞΙΜΟΥ ΤΟΥ ΟΜΟΛΟΓΗΤΟΥ

ΠΕΡΙ ΔΙΑΦΟΡΩΝ ΑΠΟΡΙΩΝ

ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ ΚΑΙ ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ

ΠΡΟΣ ΘΩΜΑΝ ΤΟΝ ΗΓΙΑΣΜΕΝΟΝ.

—

S. P. N. MAXIMI CONFESSORIS

DE VARIIS DIFFICILIBUS LOCIS

SS. PP. DIONYSII ET GREGORII

AD THOMAM V. S.

LIBRUM EX CODICE MANUSCRIPTO GUDIANO DESCRIPSIT ET IN LATINUM SERMONEM INTERPRETATUS, POST J. SCOTI ET TH. GALE TENTAMINA,

NUNC PRIMUM INTEGRUM EDIDIT

FRANC. OEHLER.

(Halis, C. E. M. Pfeffer. MDCCCLVII.)

—

PRÆFATIO.

—

Cum ante hos decem fere annos turbæ civiles per patriam finitimasque regiones grassarentur, et omnia plena essent furoris atque insaniæ, his ferrum et ignem et quævis ferocia aperte minitantibus, illis per varias factiones societatesque, quarum sibi unaquæque veram laboranti medicinam nosse videbatur, rempublicam distrahentibus, vix dicere possum quanto cum gaudio ex harum rerum terrore ac tædio ad eas me semper retulerim artes quæ pridem cultæ illis præsertim temporibus ad consolandum animum et ex communi omnium bonorum tristitia erigendum imprimis aptæ esse videbantur. Forte accidit ut a libris Gregorii Nysseni, cujus studio cum maxime tenebar, ad quædam Maximi Confessoris, philosophi gravissimi, scripta deferrer, cujus ut difficili et impedito me genere haud raro defatigatum esse non diffiteor, ita et sententiarum sublimitate et placitorum veritate, e limpido pii ac sinceri animi fonte temperata, mirabiliter erectum et auctum me esse hodie gratulor. Quod enim Photius *Myriob.* cod. CXCII. (col. 501 ed. Hœsch.) de alio Maximi opere sensit, orationem ejus refertam hyperbatis, circumductionibus verborumque translationibus laborantem, haud raro obscuritatem et difficultatem parere legentibus, sed si cui gratum sit anagogis et contemplationibus mentem implicare, nunquam eum sano reperturum esse illis aut magis varia aut diligentius elaborata, imprimis vero ubique elucere viri pietatem et purum sincerumque Christi desiderium, id judicium de majore operum Maximi parte pronuntiatum potest videri. Sed, ut ad rem revertar, sub ipsum illud tempus a Schœnemanno, bibliothecæ Guelpherbytanæ tunc præfecto, viro et gratissima et piissima memoria semper colendo, certior sum factus de præstantissimo codice Gudiano 39. Gr., qui præter alia Maximi opera, multo emendatius servata

Digitized by Google

quam essent a Combefisio edita, ineditum quoque haberet illud egregium opus Περὶ διαφόρων ἀπορίων τῶν ἁγίων Διονυσίου καὶ Γρηγορίου πρὸς Θωμᾶν τὸν ἡγιασμένον. Optanti ejus libri copiam habere humaniter annuit, codicem transmisit. Inveni opus « spissum atque arduum, » ut appellat Montefalconius Catal. bibl. Coisl., p. 311. Nec parvum erat transcribendi ejus, nec tædio vacans, sed fructuosus, ut confidebam, labor. Multa inerant perquam subtiliter disputata, multa egregie pertractata, plurima utiliter exposita, non pauca quæ abripiant animos castissimoque et mitissimo igne perfundant et quo ad sanctius vitæ genus instituendum accendamur. Sed tamen dolebam quod opus tam varium tamque copiosum, tam gravitate quam sublimitate commentationum præstans tandiu ignotum jaceret, ac statim, si quando otium foret, edere illud in animum induxi. Nec hesterna est ejus fama, si quidem Joannes jam Scotus jussu Caroli Calvi Latinum illud facere olim instituit. Cujus versionis e Cluniacensi bibliotheca a Joanne Mabillon quondam receptæ et cum Thoma Gale communicatæ reliquias (nam si non omnia, certe plura vertisse Joannem Scotum quam quæ manserunt apparet tum ex præfatione ipsius, tum ex loco *De divisione naturæ* operis, p. 210 ed. Gal., ubi capitulum quadragesimum primum de ambiguis citat in orationem Gregorii Nazianzeni de Paschate, et plura videtur etiam Combefisius habuisse, si ejus verba in *Biblioth. concionatoria* tom. I posita, indeque in Fabricii *Biblioth. Gr.* tom. IX, p. 673, ed. Harl. repetita, cum Fabricio recte interpretor) edidit vir litterarum laude florentissimus Thomas Gale ad calcem librorum quinque Joannis Scoti Περὶ φύσεως μερισμοῦ, Oxon. 1681, p. 1-45, quibus alteram operis Περὶ διαφόρων ἀπορίων particulam una cum Latina interpretatione p. 46-70 subjunxit. Postquam igitur totius et integri Διαφόρων Ἀπορίων corporis ego edendi consilium cepi, utriusque viri, et Joannis Scoti et Thomæ Galæ, versiones, licet altera, non operæ, sed auctoris sui peccatis scateret, altera certe erroribus non careret, tam antiquitatis quam piæ magnorum nominum memoriæ ergo immutatas retinere non dubitavi, cum præsertim Joannes Scotus corrigi non posset, quin sui plane dissimilis fieret. Thomas Gale in Præfatione librorum V Joannis Scoti *De divisione naturæ*, « Sanctus Maximus, inquit, scripsit expositionem ambiguorum aliquot locorum quæ in S. Dionysii et Gregorii Nazianzeni libris occurrunt. Hæc Ambigua Joannes Erigena vertit Latine. Nescio an totum Maximi opus, quoniam Græca S. Maximi integra nondum nactus sum. Quæ hic in fine legis, accepta mecum refer partim beneficio V. Cl. Emerici Bigotii, qui ex bibliotheca regis Galliarum in meos usus descripta examinavit, partim codici meo, qui complurimas ejusdem Maximi lucubrationes continet. Cæterum ut redeam ad Scotum, ejus tralationem, quam hic edo, mecum communicavit humanitate et eruditione celebris vir J. Mabillon, de quo supra commemoravi. Hæc versio absque iis quæ in libris *De divisione naturæ* facile observantur, satis ostendit Erigenam fuisse in Græcis plane alphabetarium. »

Codex Gudianus, quo usus sum, descriptus est ab Eberto in Catalogo librorum manu scriptorum bibliothecæ ducalis Guelpherbitanæ; est membranaceus sæc. XIII continens folia in quarto, quod dicunt, centum sexaginta quatuor, estque tam eleganter tamque accurate conscriptus ut non solum alii inde libri possint egregie emendari atque suppleri, sed ipse ad hoc Διαφόρων Ἀπορίων opus interpretandum alterius libri auxilium non desiderarem. Alios codices manu exaratos commemorat Fabricius, Taurinensem reg. XXIV, Venetum S. Marci CXXXVI. (Morell. Bibl. Msc. Gr. et Lat. I, p. 82), ex quo capita quædam edita habes in Gallandii *Biblioth. Patrum* Appendice, p. 153 sqq. (quæ inveniuntur in cod. Gudiani f. 229 sqq.), codicem bibl. Nanian. LXIV. Codices alios novit etiam Combefisius, quem operum S. Maximi a se editorum corpus tertio volumine complere voluisse constat, si quidem in *Biblioth. concionatoria*, tom. I (cf. Fabricii *Bibl. Gr.* tom. IX, p. 673 ed. Harl.), « S. Maximus, inquit, locos difficiles plurium Gregorii orationum ac quorumdam carminum ex regio codice (DCCCXXXVI Bibl. Reg. Catal. p. II. p. 172), collato cum altero rev. abbatis Gerasimi Blacchi, Venetiis humanissime submisso, ipsaque Joannis Erigenæ ex Cluniacensi bibliotheca versione. Colophonem dabit viri cl. Raphaelis du Fresne τοῦ μακαρίτου pulcherrimis membranis pulcherrime et manu erudita exaratus codex, si quando facultas sit et otium cum illo conferendi. » Thomæ Gale libros, tam qui ipsum Maximi opus quam qui versionem Joannis Scoti continent, suspicor recenseri in Catalogo Codd. MSS. Angliæ et Hiber-

Digitized by Google

niæ tom. II. p. 191, num. 6109, 275, et num. 6110, 276, archetypumque versionis J. Scoti Cluniacense in Catalogo de la bibliothèque de Monsieur à l'Arsenal, n. 378, apud Hænel Catal. libr. ms. p. 304.

Hæc de codicum subsidiis deque historia operis diu pene ignorati dicenda fuerunt; quod cum in publicum emitto sedulo labore digestum, recensitum, in Latinum sermonem translatum, indicibus plenissimis instructum, favori et indulgentiæ omnium quibus hæc studia non sordent etiam atque etiam commendatum esse velim.

Halis Saxonum, die S. Michaelis MDCCCLVII.

---

[1] ΜΑΞΙΜΟΥ ΠΕΡΙ ΔΙΑΦΟΡΩΝ ΑΠΟΡΙΩΝ [2]

ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ

ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ ΚΑΙ ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ

ΠΡΟΣ ΘΩΜΑΝ ΤΟΝ ΗΓΙΑΣΜΕΝΟΝ.

—

MAXIMI DE VARIIS DIFFICILIBUS LOCIS

SANCTORUM DIONYSII ET GREGORII

AD THOMAM VIRUM SANCTUM.

—

Sanctissimo Dei servo, patri spirituali et magistro, domino Thomæ, Maximus humilis, peccator, indignus servus et discipulus[*].

A Τῷ ἡγιασμένῳ δούλῳ τοῦ Θεοῦ, Πατρὶ πνευματικῷ [3] καὶ διδασκάλῳ κυρίῳ Θωμᾷ, Μάξιμος ταπεινὸς καὶ ἁμαρτωλὸς, ἀνάξιος δοῦλος καὶ μαθητής.

Circa res divinas eo studii tenore semper versatus es, ut speculandi certum et minime mutabilem habitum nactus videaris, per quem, vir Deo dilectissime, non tantum sapientiam, sed sapientiæ ipsam pulchritudinem amore quodam sobrio persequeris. Est autem sapientiæ pulchritudo cum actione conjuncta cognitio, sive sapienter instituta actio. Ex his porro, tanquam ex utrisque efflorescens nascitur character, quem dixerim divinæ tum providentiæ tum judicii contemplationem. Quemadmodum tu quoque mentem sensui per spiritum indidisti, et plane docuisti rationem qua secundum suam imaginem Deus hominem condidisse intelligatur, simulque divitias ejus benignitatis manifestavisti, qui pulcherrima illa rerum sponte sua disjunctarum miscella, quæ in te cernitur, ostendisti Deum virtutibus posse incorporari,

Ἁπλανοῦς θεωρίας ἐξ ἐμμελοῦς περὶ τὰ θεῖα σπουδῆς ἕξιν λαβὼν ἀναλλοίωτον, οὐχ ἁπλῶς σοφίας, ἀλλὰ τοῦ κάλλους αὐτῆς, Θεῷ λίαν ἠγαπημένε, γέγονας ἐραστὴς σωφρονέστατος. Σοφίας δὲ κάλλος ἐστὶ γνῶσις ἔμπρακτος, ἡ πρᾶξις ἔνσφος, ὧν ἐστι [4] χαρακτὴρ ὡς δι' ἀμφοῖν συμπληρούμενος, ὁ τῆς θείας προνοίας καὶ κρίσεως λόγος. Καθ' ὃν αἰσθήσει τὸν νοῦν συμπλέξας διὰ τοῦ πνεύματος, ἐδείξας ὡς [5] ἀληθῶς πῶς ὁ Θεὸς κατ' εἰκόνα Θεοῦ ποιεῖν πέφυκε τὸν [6] ἄνθρωπον, τόν τε πλοῦτον τῆς ἀγαθότητος κατέστησας γνώριμον, πολυτελῶς τῇ καλῇ μίξει B τῶν ἐναντίων ἐν σεαυτῷ δεικνὺς (104 b **) τὸν Θεὸν ταῖς ἀρεταῖς σωματούμενον, οὗ τῷ ὕψει συμμετρήσας μιμήσει τὴν κένωσιν ἕως ἐμοῦ κατελθεῖν οὐκ ἀπηξίωσας, ἐκεῖνα ζητῶν ὧν πεπονθὼς ἔχεις τὴν εἴδησιν. Εἰσὶ [7] δὲ Διονυσίου καὶ Γρηγορίου κεφάλαια τῶν ἁγίων ἐκείνων ὑπερευφήμων τε καὶ μα-

VARIÆ LECTIONES.

[1] In edit Th. Gale titulus est Ἐπιστολὴ πρώτη τοῦ αὐτοῦ, etc. Scripsit enim, inquit Gale, præter hanc primam aliam de his ipsis rebus epistolam, quam ideo non apposui, quoniam nihil fere ea continebat aliud quam hæc prima. De utraque Photius suum judicium protulit, quod vide in Myriobiblo. In cod. Gud. τοῦ αὐτοῦ περὶ δ. ἀποριῶν. cett. [2] ἀπόρων ed. Gal. [3] πνευμοντικῷ ed. Gal. [4] ἐστιν ed. Gal. [5] ὡς om. ed. Gal. [6] τὸν om. ed. Gal. [7] Εἰσὶν ed. Gal.

[*] Interprete Thoma Gale.

[**] Folia codicis Gudiani.

Digitized by Google

καρίων ἀνδρῶν, τῆς ὄντως ἐκλογῆς τῶν ἀνέκαθεν κατὰ πρόθεσιν τῶν αἰώνων τῷ[8] Θεῷ προσθεμένων, τῶν πᾶσαν ὡς ἀληθῶς[9] τὴν ἐφικτὴν τοῖς ἁγίοις χύσιν τῆς σοφίας εἰσδεξαμένων, καὶ τῇ ἀποθέσει τῆς κατὰ φύσιν ζωῆς ψυχῆς οὐσίαν πεποιημένων, καὶ διὰ τοῦτο ζῶντα μονώτατον τὸν Χριστὸν ἐσχηκότων, καὶ τὸ δὴ μεῖζον εἰπεῖν, ψυχὴν αὐτοῖς τῆς ψυχῆς γεγενημένον καὶ διὰ πάντων ἔργων τε καὶ[10] λόγων καὶ νοημάτων πᾶσιν ἐμφανιζόμενον ὡς ἐντεῦθεν ἐκείνων μὲν οὐκ εἶναι πεπεῖσθαι τὰ προτεθέντα[11], Χριστοῦ δὲ, κατὰ[12] χάριν αὐτοῖς ἑαυτὸν ὑπαλλάξαντος. Ἀλλὰ πῶς εἶπω Κύριον Ἰησοῦν, μήπω πνεῦμα λαβὼν ἁγιότητος; Πῶς λαλήσω τὰς δυναστείας τοῦ Κυρίου, ὁ μογίλαλος[13], καὶ τὸν νοῦν τῇ σχέσει προσηλώσας τῶν φθειρομένων; Πῶς ἀκουστὰς ποιήσω κἂν τινας αἰνέσεις αὐτοῦ, ὁ κωφὸς, καὶ τὸ τῆς ψυχῆς ἀκουστικὸν διὰ τὴν πρὸς τὰ πάθη φιλίαν ἔχων παντελῶς ἀπεστραμμένον[14] τοῦ λόγου τὴν μακαρίαν φωνήν; Πῶς ἐμφανὴς ὁ λόγος γενήσεταί μοι, τῷ ἠττημένῳ τῷ κόσμῳ, νικᾷν τὸν κόσμον, ἀλλ' οὐκ ἐμφανίζεσθαι τῷ κόσμῳ πεφυκὼς, εἴπερ φιλύλῳ διαθέσει κατὰ φύσιν ἐστὶν ἀνεπίγνωστος; Πῶς οὐ τολμηρὸν, τοῖς ἁγίοις τὸν ἐναγῆ[15], καὶ τοῖς καθαροῖς ἐγχειρεῖν τὸν ἀκάθαρτον; Διὸ[16] παρῃτησάμην ἂν τὴν ἐπὶ τοῖς κεκελευσμένοις[17] ἐγχείρησιν, τὸν (**105** *a*) τῆς προπετείας ψόγον φοβούμενος, εἰ μὴ πλέον ἐδεδοίκειν τῆς ἀπειθείας τὸν κίνδυνον. Δυοῖν οὖν τούτων[18] μέσος ληφθεὶς τῆς προπετείας αἱροῦμαι μᾶλλον τὸν ψόγον ὡς ἀνεκτότερον[19], φεύγων ὡς ἀσύγγνωστον τῆς ἀπειθείας τὸν κίνδυνον. Καὶ τῇ μεσιτείᾳ τῶν ἁγίων καὶ βοηθείᾳ τῶν ὑμετέρων εὐχῶν, Χριστοῦ τοῦ μεγάλου Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν χορηγοῦντος[20] τὸ νοεῖν εὐσεβῶς καὶ λέγειν δεόντως, περὶ ἑκάστου κεφαλαίου τὴν ἀπόκρισιν ὡς οἷόν τε ποιήσομαι σύντομον (πρὸς γὰρ διδάσκαλον ὁ λόγος μικροῖς πορίζεσθαι μεγάλα δυνάμενον), ἀρχόμενος ἀπὸ Γρηγορίου τοῦ θεόφρονος, ὡς μᾶλλον ἡμῖν ὄντος τῷ χρόνῳ προσεχεστέρου.

A Dei, inquam, imitatus es non incongrue sublimitatem et humiliationem, dum non dedignaris etiam ad me descendere. Quæris utique de me ea quæ penitissime cognovisti, capitula dico, quæ ex Dionysio et Gregorio proponis. Hos ego quidem viros enumerare soleo inter sanctissimos celeberrimosque, et longe beatissimos prædico. Hos plane judico inter illos superne electos, quos Deus sibi ascivit secundum illam sæculorum præfinitionem. Hos ego credo omnem complexos esse sapientiæ abundantiam, quæ quidem in homines cadere possit. Hos existimo vita ista, quæ est secundum naturam, ad ipsam animæ essentiam pertigisse, adeoque Christum ipsum viventem propemodum nactos fuisse, vel, ut majus adhuc dicam, Christum ipsorum animæ animam exstitisse, factaque B et dicta et cogitata eorum omnia tanquam sua palam exhibuisse, ut jam non amplius credere par sit ab illis orta esse quæ proponuntur, sed potius ab ipso Christo, qui per condescensionem in ipsis loquitur. Ego interim quis sum, qui ore meo usurpem Dominum Jesum, cum necdum spiritum sanctificationis acceperim? Quomodo ego eloquar Domini virtutes qui linguæ sum impeditæ, qui mentem rebus corruptibilibus immersam gero? Quomodo ego, qui mutus sum, laudes ejus vel minimas personabo? qui aures animæ prorsus obturatas habeo, ex nimio erga affectus amore, qui fieri possit ut beatam illam vocem deprædicem? C ego ut mundum vincam, qui jamdiu victus sum a mundo? imo potius mundo inveniar plane conciliatus; in me enim nihil aliud deprehendi potest quam jugis ad materiam et naturam * propensio. Erit denique summæ audaciæ, si viros sanctos ego impurus attingam, si mundissimos immundus ego contaminem. Quapropter jussis tuis omnino dencgassem obsequium, temeritatis veritus reprehensionem, si non magis abhorruissem ab inobedientiæ periculo. In medio horum duorum constitutus optu potius videri temerarius (ista enim pars placabilior est) quam inobediens, cujus culpæ veniam minus censeo impetrabilem. Fretus igitur sanctorum omnium benevolentia, tum vestrarum orationum adjutorio, de unoquoque capitulo quam fieri potest breviter respondebo, Christo auspice, qui Deus magnus est et Servator noster, quique et sapere pie et loqui opportune largietur. Nobis sane cum eo magistro res est qui etiam parvulis magna donare potest. Ordiar igitur a divinissimo Gregorio, quia nobis tempore propinquior esse existimatur.

Τοῦ ἁγίου Γρηγορίου τοῦ Θεολόγου, ἐκ τοῦ περὶ Υἱοῦ πρώτου λόγου εἰς τό· « Διὰ τοῦτο μονὰς ἀπ' ἀρχῆς εἰς δυάδα κινηθεῖσα μέχρι Τριάδος ἔστη. » Καὶ πάλιν τοῦ αὐτοῦ ἐκ τοῦ δευτέρου

D *Sanctus Gregorius in prima oratione de Filio, « Quocirca unitas a principio in binarium mota in Trinitate consistit. » Et iterum idem in secunda oratione de Pace: « Unitate nimirum ob divitias mota,*

VARIÆ LECTIONES.

[8] τῷ abest ab ed. Gal. [9] ἁπλῶς ed. Gal. [10] καὶ om. ed. Gal. [11] προταθέντα cod. Gudianus m. pr. et ed. Gal. προτεθέντα emendatio est in cod. Gud. ab eadem manu antiqua superscripta. [12] τοῦ κατὰ ed. Gal. [13] μογγίλαλος cod. Gud. [14] ἀπεστραμμένων cod. Gud. [15] ἐν ἄγει ed. Gal. [16] Δι' ὃ ed. Gal. [17] ἐγκεκελευσμένοις ed. Gal. [18] τούτοις ed. Gal. [19] ἀνέκτορον ed. Gal. [20] χωρηγοῦντος ed. Gal.

* Minus bene hæc, nec satis recte, convertit Galeus. Verto: *Quo modo mihi, qui ipse devictus sum sæculo, patefiet Sermo, ad devincendum sæculum, non vero ad apparendum in sæculo natus, siquidem a dispositione in materiam propensa percipi naturaliter nequit?*

Digitized by Google

binario autem superato propter materiam et formam, ex quibus corpora constant, Trinitate vero propter perfectionem definita. »

Εἰρηνικοῦ εἰς τό· « *Μονάδος μὲν κινηθείσης, διὰ τὸ* [31] *πλούσιον, δυάδος δὲ ὑπερβαθείσης ὑπὲρ γὰρ τὴν ὕλην καὶ τὸ εἶδος, ἐξ ὧν τὰ σώματα, Τριάδος δὲ ὁρισθείσης, διὰ τὸ τέλειον* (1). »

Iis in verbis, o Dei serve, speculanti tibi appareat quædam esse dissonantia : si vero diligentius quæsiveris eorum consonantiam, et vera et simplicissima secundum sententiam deprehendes. Idem enim prorsus est superari dyada et non stare in dyade, et rursus definiri triada, et motum monadis stare in triade, siquidem monarchiam colimus non parcam et in unâ persona circumscriptam, aut alia ex parte confusam et in infinitum procurrentem, sed istiusmodi potius quam trinitas essentia et honore æqualis, Pater, Filius et Spiritus sanctus constituit. Horum divitiæ est ea consensio, unumque et idem splendoris eradiatio, ita ut neque divinitas se ultra hæc effundat, nec deorum populum introducamus; nec tamen infra illa se contrahit, ne inopiam in divinitate constituamus. Hæc igitur non sunt ætiologia ad causam illam explanandam, quæ rerum omnium essentias supergreditur, sed piæ opinionis de ea tantum declaratio. Est revera deitas monas, et non dyas : est etiam trinitas, sed non multitudo. Est enim sine principio, expers corporis, et omni seditione vacua. Et monas re ipsa monas est (neque enim est principium eorum quæ sunt post se, per contractionem divisionis, ac si naturaliter tenderet et diffunderet se in multitudinem, sed est illud quod unice subsistit in trinitate consubstantiali) : et Trinitas re ipsa Trinitas est, non quidem composita ex numero discreto, ac si esset unitatum collectio, quæ divisioni esset obnoxia, sed est uni-essentialis substantia unitatis, in qua tres sunt hypostases; unitas enim est Trinitas, quoniam talis est ejus essentia, et Trinitas etiam, quoniam tali modo subsistit, quandoquidem deitas in unitate essentiæ et in Trinitate subsistentiæ una est. Si vero motum audiens miratus fueris qui moveri possit deitas, quæ nullis terminis continetur, sciendum est eum affectum non ab ipsa esse deitate, sed a nobis. Ita enim primæ essentiæ ejus ratio nobis se manifestat, itaque de modo, quo ipsa subsistit, illuminamur. Prius siquidem est in cognitione τὸ esse quam hoc modo esse. Deitatis igitur motus est ejus cognitio, per quam iis qui capaces sunt et esse ejus et modus subsistendi declaratur.

Εἰ μὲν τὴν δοκοῦσαν εἶναι διαφωνίαν, δοῦλε Θεοῦ, σκοπήσας [32] τὴν ἀληθῆ συμφωνίαν ἠπόρηκας, οὐκ ἔστι [33] κατ' ἔννοιαν τούτων τῶν φωνῶν ἐνικωτέραν [34] εὑρεῖν. Ταυτὸν γάρ ἐστιν ὑπερβαθῆναι δυάδα καὶ μὴ στῆναι μέχρι δυάδος, καὶ πάλιν ὁρισθῆναι Τριάδα καὶ μέχρι Τριάδος στῆναι τῆς μονάδος τὴν κίνησιν, εἴπερ μοναρχίαν [35] πρεσβεύομεν [36] οὐκ ἀφιλότιμον, ὡς ἐνὶ προσώπῳ περιγεγραμμένην, ἢ πάλιν ἄτακτον, ὡς εἰς ἄπειρον χεομένην, ἀλλ' ἐν (**105** *b*) ὁμότιμος φύσει Τριὰς Πατὴρ καὶ Υἱὸς καὶ Πνεῦμα συνίστησιν ἅγιον, ὧν πλοῦτος ἡ συμφυΐα [37] καὶ τὸ ἓν ἔξαλμα τῆς λαμπρότητος, οὔτε ὑπὲρ ταῦτα τῆς θεότητος χεομένης, ἵνα μὴ δῆμον θεῶν εἰσαγάγωμεν, οὔτε ἐντὸς τούτων ὁριζομένης, ἵνα μὴ πενίαν θεότητος κατακριθῶμεν [38]. Οὐκ ἔστιν οὖν αἰτιολογία τοῦτο τῆς ὑπερουσίου τῶν ὄντων αἰτίας, ἀλλ' εὐσεβοῦς περὶ αὐτῆς δόξης ἀπόδειξις, εἴπερ μονάς, ἀλλ' οὐ δυάς, καὶ Τριάς, ἀλλ' οὐ πλῆθος, ἡ θεότης, ὡς ἄναρχος, ἀσώματός τε καὶ ἀστασίαστος. Μονὰς γὰρ ἀληθῶς ἡ μονάς· οὐ γάρ ἐστιν ἀρχὴ τῶν μετ' αὐτὴν, κατὰ διαστολῆς συστολὴν, ἵνα χεθῇ φυσικῶς εἰς πλῆθος ὀδεύουσα, ἀλλ' ἐνυπόστατος ὀντότης ὁμοουσίου [39] Τριάδος. Καὶ Τριὰς ἀληθῶς ἡ Τριὰς, οὐκ ἀριθμῷ λυομένῳ συμπληρουμένη (οὐ γάρ ἐστι [40] μονάδων σύνθεσις, ἵνα πάθῃ διαίρεσιν), ἀλλ' ἑνώσιος [41] ὕπαρξις τρισυποστάτου μονάδος. Μονὰς γὰρ ἀληθῶς ἡ Τριὰς, ὅτι οὕτως ἐστὶ [42], καὶ Τριὰς ἀληθῶς ἡ μονὰς [43], ὅτι οὕτως ὑφέστηκεν· ἐπειδὴ καὶ μία θεότης οὖσά τε μοναδικῶς, καὶ ὑφισταμένη τριαδικῶς. Εἰ δὲ κίνησιν ἀκούσας ἐθαύμασας πῶς ὑπεράπειρος κινεῖται θεότης, ἡμῶν, οὐκ ἐκείνης τὸ πάθος, πρῶτον τὸν τοῦ εἶναι λόγον αὐτῆς ἐλλαμπομένων, καὶ οὕτω τὸν τοῦ πῶς αὐτὴν ὑφεστάναι τρόπον φωτιζομένων, εἴπερ τὸ εἶναι τοῦ πῶς εἶναι πάντως προεπινοεῖται. Κίνησις οὖν θεότητος ἡ ἀ ἐκφάνσεως γινομένη περί τε τοῦ εἶναι αὐτὴν καὶ τοῦ [44] πῶς αὐτὴν ὑφεστάναι τοῖς αὐτῆς δεκτικοῖς καθέστηκε γνῶσις.

Idem in prima oratione de Filio in id, « *Ut rem in pauca contraham, hoc tibi faciendum est, altiores voces deitati et naturæ illi quæ passionibus et*

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τοῦ αὐτοῦ [45-47] *πρώτου* (**106** *a*) *λόγου* εἰς τό· « *Ἐπὶ δὲ κεφαλαίῳ, τὰ μὲν ὑψηλότερα πρόσαγε τῇ θεότητι καὶ τῇ κρείττονι φύσει*

VARIÆ LECTIONES.

[31] διὰ τὴν ed. Gal. [32] σκοπίσας ed. Gal. [33] ἐστὶν ed. Gal. [34] ἑνωτικωτέραν cod. Gud. [35] εἰ μοναρχίαν ed. Gal. [36] πρεσβεύωμεν ed. Gal. [37] συμφυεία ed. Gal. [38] κατακρίνωμεν ed. Gal. — Verte : *ne deitatis inopiæ condemnemur.* [39] ἐνυπόστατον δν τὸ τῆς ὁμοουσίου ed. Gal. [40] ἐστιν ed. Gal. [41] ἑνούσιος ed. Gal. [42] ἐστιν ed. Gal. [43] ἡ μονὰς omissum est in edit. Gal. [44] τοῦ om. ed. Gal. [45-47] αὐτοῦ non est in ed. Gal.

(1) Gregor. Naz. Orat. 1 *de Filio*, cap. 2, p. 524 ; Opp. tom. 1 ed. Bened.; Orat. 5 *De pace* ibid. p 45.

Digitized by Google

παθῶν καὶ σώματος, τὰ δὲ ταπεινότερα τῷ συνθέτῳ καὶ διὰ σὲ κενωθέντι καὶ σαρκωθέντι, οὐδὲν δὲ χεῖρον εἰπεῖν καὶ ἀνθρωπισθέντι (2). »

corpore sublimior est attribuas, humiliores autem accommodes illi qui tui gratia componi et exinaniri, incarnari et (quid enim vetat sic loqui ?) inhumanari sustinuit. »

Ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος ὅλος οὐσία πλήρης ὑπάρχων, Θεὸς γὰρ, καὶ ὑπόστασις ὅλος ἀνελλιπὴς [28], Υἱὸς γὰρ, κενωθεὶς μὲν σπορὰ γέγονε τῆς οἰκείας σαρκὸς, ἀῤῥήτῳ δὲ συλλήψει συντεθεὶς αὐτῆς ὑπόστασις γέγονε [29] τῆς προσληφθείσης σαρκός. Καὶ τούτῳ τῷ καινῷ μυστηρίῳ κατ' ἀλήθειαν ἀτρέπτως ὅλος γενόμενος ἄνθρωπος, δύο φύσεων ἀκτίστου τε καὶ κτιστῆς, ἀπαθοῦς τε καὶ παθητῆς, ὁ αὐτὸς ὑπόστασις ἦν, πάντας ἀνελλιπῶς [30] τοὺς φυσικοὺς, ὧν ὑπόστασις ἦν, λόγους ἐπιδεχόμενος. Εἰ δὲ πάντας οὐσιωδῶς ὧν ὑπόστασις ἦν τοὺς φυσικοὺς ἐπεδέχετο λόγους, αὐτῷ συνθέτῳ γενομένῳ τῇ προσλήψει [31] τῆς σαρκὸς κατὰ τὴν ὑπόστασιν πάνυ σοφῶς ὁ διδάσκαλος, ἵνα μὴ ψιλὰ νομισθῇ, τὰ τῆς οἰκείας σαρκὸς πάθη προσένειμεν, αὐτοῦ τε τῆς σαρκὸς ὑπαρχούσης καὶ κατ' αὐτὴν ἀληθῶς ὄντι Θεῷ παθητῷ κατὰ τῆς ἁμαρτίας. Οὐσίας τοίνυν, καθ' ἣν καὶ σαρκωθεὶς ἁπλοῦς ὁ Λόγος μεμένηκε [32], καὶ ὑποστάσεως, καθ' ἣν προσλήψει σαρκὸς γέγονε σύνθετος, καὶ Θεὸς παθητὸς οἰκονομικῶς ἐχρημάτισε, δεικνὺς τὴν διαφορὰν ὁ διδάσκαλος ταῦτά φησιν· « Ἵνα μὴ τὰ τῆς ὑποστάσεως κατηγοροῦντες [33] ἐξ ἀγνοίας τῆς φύσεως [34] λάθωμεν κατὰ τοὺς Ἀρειανοὺς Θεῷ φύσει παθητῷ προσκυνοῦντες. » — « Οὐδὲν δὲ χεῖρον εἰπεῖν καὶ ἀνθρωπισθέντι, » προσέθηκεν, οὐ μόνον διὰ τοὺς Ἀρειανοὺς ἀντὶ ψυχῆς (**106** *b*) τὴν θεότητα, καὶ τοὺς Ἀπολιναριστὰς ἄνουν τὴν ψυχὴν δογματίζοντας, καὶ τούτῳ τῷ τρόπῳ τὸ τέλειον τῆς καθ' ἡμᾶς τοῦ Λόγου περιτέμνοντας φύσεως, καὶ φύσει θεότητος παθητὸν αὐτὸν ποιουμένους, ἀλλ' ἵνα καὶ δειχθῇ τέλειος ἡμῖν γεγονὼς κατὰ ἀλήθειαν [35] ἄνθρωπος ὁ μονογενὴς Θεὸς, ὡς δι' ἐνεργοῦς φύσει σαρκὸς νοερῶς τε καὶ λογικῶς ἐψυχωμένης, αὐτουργῶν τὴν ἡμῶν σωτηρίαν, εἴπερ κατὰ πάντα χωρὶς μόνης ἁμαρτίας, ἧς οὐδεὶς τῇ φύσει παντελῶς ἐνέσπαρται λόγος, ἀλλ' οὐ χωρὶς φυσικῆς ἐνεργείας, ἀληθῶς γέγονεν ἄνθρωπος, ἧς ὁ λόγος, ὅρος τῆς οὐσίας ἐστὶ [36], πάντας χαρακτηρίζων φυσικῶς οἷς κατ' οὐσίαν ἐμπέφυκε. Τὸ γὰρ κοινῶς τε καὶ γενικῶς τινων κατηγορούμενον ὅρος τῆς αὐτῶν οὐσίας ἐστὶν, οὗ πάντως ἡ στέρησις φθορὰν ἐργάζεται φύσεως, εἴπερ οὐδὲν τῶν ὄντων τοῦ φύσει πεφυκότος στερούμενον ὅπερ ἦν μένει σωζόμενον.

Dei Verbum totum quidem erat plenissima essentia, utpote Deus, et totum erat perfecta hypostasis, utpote Filius, cum se exinaniret, suam sibi carnem seminavit; ineffabili deinde conceptione coalescens carni quam assumpserat idem hypostasin præstitit. Atque ita, novo hoc mysterio, totum Verbum sine ulla conversione factum est homo, idemque hypostasis duarum naturarum, increatæ et creatæ, impassibilis et passibilis, ita ut omnes omnino earum naturarum rationes susciperet essentiales, quarum erat hypostasis. Jam si omnes, ut dixi, rationes naturarum, quarum est hypostasis, essentialiter suscepit in composito facto per susceptionem carnis, secundum hypostasin, sapientissime hicce magister, ne cum illis faceret qui Christum nudum hominem docent, propriæ carnis passiones attribuit, quoniam et ipsius erat caro, et per ipsam Deus vere passibilis fuit pro peccato. Cum igitur magister inter essentiam, secundum quam etiam incarnatus permansit simplex Deus Verbum, et hypostasin, secundum quam carnis assumptione compositus factus est et Deus dispensatione passibilis audiit, differentiam ostendisset, hæc dicit : « Ne quæ hypostasi propria sunt affirmantes cum Arianis Deum natura passibilem ignoranter colamus. » Illa autem verba addidit : « Nihil obstat dicere, etiam inhumanato », non solum propter Arianos, qui deitatem pro anima ponunt, vel Apollinaristas, qui animam Christo ἄνουν attribuunt (quo sane pacto perfectam juxta nos Dei verbi naturam mutilant, ipsumque in deitate passibilem conficiunt, et quidem naturaliter), verum etiam ut ostendatur nobis unigenitum Deum re ipsa factum esse hominem perfectum, nostramque per se operatum esse salutem in carne, quæ naturaliter ageret, et animam haberet mentis rationisque compotem. Quandoquidem vere factus est homo per omnia, solo peccato excepto, cujus nulla in natura radicalis ratio reperitur, non autem excepta operatione naturali; nam per eam ratio essentiæ rei cujusque, cui inest, naturaliter definitur. Quidquid enim communiter et generice de quibuslibet affirmatur, eorum essentiam definit, et proinde eorum essentia destruitur, si illo omnino careant. Nihil enim suis privatum naturalibus perfectionibus perstat id esse quod erat.

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τοῦ αὐτοῦ Λόγου εἰς τό [37] *· « Οὗτος γὰρ ὁ νῦν σοι καταφρονούμενος ἦν ὅτε καὶ*

Ejusdem ex eadem oratione in id : « Hic enim, quem nunc aspernaris, quondam supra te erat : qui nunc

VARIÆ LECTIONES.

[28] ἀνελλειπὴς ed. Gal. [29] γέγονεν ed. Gal. [30] ἀνελλειπῶς ed. Gal. [31] προλήψει ed. Gal. [32] μεμένηκεν ὁ λόγος ed. Gal. [33] κατηγοροῦντες ed. Gal., mendose. [34] Verba ἐξ ἀγνοίας τῆς φύσεως desiderantur in ed. Gal. [35] κατ' ἀλήθειαν ed. Gal. [36] ἐστὶν ed. Gal. [37] εἰς τὸ non exstat in cod. Gud.

(2) Greg. Naz. Or. theol. 3, *De Filio*, cap. 18, p. 537; tom. I Opp. ed. Bened.

Digitized by Google

homo est, compositionis expers erat: quod erat permansit, quod non erat assumpsit: in principio sine causa erat (quæ enim Dei causa afferri queat?) at postea quoque certa de causa natus est; nimirum ut tu, contumeliose, salutem consequaris, qui deitatem idcirco contemnis, quia crassitiem tuam suscepit, per intermediam mentem cum carne conjunctus, atque inferior homo Deus effectus postquam cum Deo coaluit, præstantiorique parte superante unus factus est, ut ipse quoque tantum Deus efficiar quantum ille homo. »

quam carnalem vitam exuti erant, per actionum sensualium mutationem qua eos spiritus affecit, demptis intellectualis in eis facultatis passionum velaminibus, ex quo sensibus tam animæ quam corporis purgati spirituales rationes mysteriorum eis monstratorum docentur. Atque radiantem illam faciei omnibeantem splendorem, ut omnem oculorum aciem superantem, deitatis ejus quæ mentem et sensum et essentiam et cognitionem excedit symbolum esse mystice instituebantur, inde quod nec speciem ejus nec formam nec Sermonem carne vestitum cognoscere possent eo deducti ut eum tempestivum præ filiis hominum [u], et in principio esse, et apud Deum esse et Deum esse [v], intelligerent, et ad Filii gloriam de Patre plenam gratia et veritate [x], utpote Unigeniti, per theologicam negationem, quæ eum omnibus omnino imperceptibilem prædicat, gnostice aucti : candidas autem vestes sacræ Scripturæ dictorum ferre symbolum, ut quæ tum eis sunt claræ et perspicuæ et dilucidæ factæ, et omni ænigmate difficiliore et symbolica umbra exutæ et intellectæ, rationem aperientes quæ velata ipsis inesset, cum proclivem et sinceram Dei cognitionem exercerent, et a studio sæculi et carnis liberati essent : vel etiam ipsius conditionis ferre symbolum, post destructam sordidam, quæ interim repræsentari in ipsa videbatur, deceptorum solique sensui mancipatorum opinionem, per sapientem diversarum specierum quæ implent eam varietatem, similiter ac vestis, dignitatem ejus qui rationis procreatricis gestat virtutem indicantis. Utrumque enim rationi consentanee est dictum, siquidem etiam utrobique latet obscuritate, propter nos, ne eis quæ inperceptibilia sunt indigne impingere audeamus, in sacræ quidem Scripturæ voce, ut Ratio, in creatura vero, ut creator et factor et artifex. Unde cum utroque necessario indigere dico qui sine vituperio ad Deum recta via pergere voluerit, et Scripturæ in spiritu cognitione, et naturali secundum spiritum rerum contemplatione : adeo ut duæ leges pari ornatæ dignitate et eamdem doctrinam tradentes, tam naturalis quam scripta, ac neutra superior altera aut inferior, demonstrare, ut par est, possint perfectæ sapientiæ amatorem fieri cum qui sapientiæ perfecte concupierit.

σαρκὸς εἰς τὸ πνεῦμα μετέβησαν, πρὶν τὴν διὰ σαρκὸς ἀποθέσθαι ζωὴν, τῇ ἐναλλαγῇ τῶν κατ' αἴσθησιν ἐνεργειῶν ἣν αὐτοὺς τὸ πνεῦμα ἐνήργησε, περιελὸν τῆς ἐν αὐτοῖς νοερᾶς δυνάμεως τῶν παθῶν τὰ καλύμματα, δι' οὗ καθαρθέντες τὰ τῆς ψυχῆς καὶ σώματος αἰσθητήρια τῶν παραδειχθέντων αὐτοῖς μυστηρίων τοὺς πνευματικοὺς ἐκπαιδεύονται λόγους. Τὴν μὲν ἀκτινοφανῶς ἐκλάμπουσαν τοῦ προσώπου παναλβιον αἴγλην, ὡς πᾶσαν ὀφθαλμῶν νικῶσαν ἐνέργειαν, τῆς ὑπὲρ νοῦν καὶ αἴσθησιν καὶ οὐσίαν καὶ γνῶσιν θεότητος αὐτοῦ σύμβολον εἶναι μυστικῶς ἐδιδάσκοντο, ἀπὸ τοῦ μὴ ἔχειν αὐτοῦ [11] εἶδος μήτε κάλλος καὶ τοῦ σάρκα τὸν λόγον γεγενημένον γινώσκειν ἐπὶ τὸν ὡραῖον κάλλει παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων καὶ τὴν ἐν ἀρχῇ αὐτὸν εἶναι καὶ πρὸς τὸν Θεὸν εἶναι καὶ Θεὸν εἶναι, ἔννοιαν χειραγωγούμενοι, καὶ πρὸς τὴν ὡς Μονογενοῦς παρὰ Πατρὸς πλήρη χάριτος καὶ ἀληθείας δόξαν διὰ τῆς παντελῶς πᾶσιν ἀχώρητον αὐτὸν ἀνυμνούσης θεολογικῆς ἀποφάσεως γνωστικῶς ἀναγόμενοι· τὰ δὲ λευκανθέντα ἱμάτια τῶν ῥημάτων τῆς ἁγίας Γραφῆς φέρειν (145 *b*) σύμβολον, ὡς τηνικαῦτα λαμπρῶν καὶ τρανῶν καὶ σαφῶν αὐτοῖς γενομένων, καὶ παντὸς γριφώδους αἰνίγματος καὶ συμβολικοῦ σκιάσματος χωρὶς νοουμένων, καὶ τὸν ἐν αὐτοῖς ὄντα τε καὶ καλυπτόμενον παραδηλούντων λόγον, ὁπηνίκα τήν τε λείαν καὶ ὀρθὴν περὶ Θεοῦ γνῶσιν ἔλαυνον, καὶ τῆς πρὸς τὸν κόσμον καὶ τὴν σάρκα προσπαθείας ἠλευθερώθησαν ἢ τῆς κτίσεως αὐτῆς κατὰ περιαίρεσιν τῆς δοκούσης τέως ἐμφαίνεσθαι αὐτῇ τῶν ἠπατημένων καὶ μόνῃ αἰσθήσει προσδεδεμένων ῥυπαρᾶς ὑπολήψεως, διὰ τῆς τῶν αὐτὴν συμπληρούντων διαφόρων εἰδῶν σοφῆς ποικιλίας, ἀναλόγως ἱματίου τρόπον τὴν ἀξίαν τοῦ φοροῦντος τὴν τοῦ γενεσιουργοῦ λόγου δύναμιν μηνυούσης. Ἀμφω γὰρ ἐπὶ τοῦ λόγου ἁρμόσει τὰ λεγόμενα, ἐπεὶ καὶ ἀμφοῖν δι' ἀσαφείας κεκάλυπται δι' ἡμᾶς εἰκότως, πρὸς τὸ μὴ τολμᾶν τοῖς ἀχωρήτοις ἀναξίως προσβάλλειν, τῷ μὲν ῥητῷ τῆς ἁγίας Γραφῆς, ὡς λόγος, τῇ δὲ κτίσει, ὡς κτίστης καὶ ποιητὴς καὶ τεχνίτης. Ὅθεν ἀναγκαίως ἀμφοτέρων ἐπιδεῖσθαί φημι τὸν πρὸς Θεὸν ἀμέμπτως εὐθυπορεῖν βουλόμενον, τῆς τε γραφικῆς ἐν πνεύματι γνώσεως, καὶ τῆς τῶν ὄντων κατὰ πνεῦμα φυσικῆς θεωρίας· ὥστε ἰσοτίμους καὶ τὰ αὐτὰ ἀλλήλοις παιδεύοντας τοὺς δύο νόμους, τόν τε φυσικὸν καὶ τὸν γραπτὸν, καὶ μηδέτερον θατέρου ἔχοντα πλέον ἢ ἔλαττον, δύνασθαι δεῖξαι, ὡς εἰκὸς, τὸν τελείας ἐραστὴν γενέσθαι τῆς σοφίας τέλειον ἐπιθυμοῦντα.

Contemplatio naturalis et scriptæ legis earumque secundum nexum inter se congruentiæ.

Intelligo unam quidem legem æquabiliter esse ad rationem quam maxime potest dirigentem per spectacula in eo unita, cum congruentem universi

(146 *a*) *Θεωρία τοῦ τε φυσικοῦ καὶ τοῦ γραπτοῦ νόμου, καὶ τῆς αὐτῶν κατ' ἐπαλλαγὴν εἰς ἀλλήλους συνδρομῆς.*

Νοῶ [12] τὸν μὲν ὁμαλῶς ὅτι μάλιστα κατὰ λόγον διευθυνόμενον διὰ τῶν ἐν αὐτῷ συμφυῶν θεαμάτων βίβλου τρόπον τὸ ἐναρμόνιον τοῦ παντὸς ὕφασμα

[u] Psal. XLIV, 3. [v] Joan. I, 1. [x] ibid. 14.

VARIÆ LECTIONES.

[11] αὐτὸν cod. Gud. [12] Apographum τῷ.

Digitized by Google

ἔχοντα, γράμματα μὲν καὶ συλλαβὰς ἐχούσης, τὰ πρὸς ἡμᾶς πρῶτα, προσεχῆ τε καὶ μερικὰ, καὶ πολλαῖς παχυνόμενα κατὰ σύνοδον ποιότησι σώματα, ῥήματα δὲ, τὰ τούτων καθολικώτερα, πέρρω τε ὄντα καὶ λεπτότερα, ἐξ ὧν σοφῶς ὁ διαχαράξας καὶ ἀῤῥήτως αὐτοῖς ἐγκεχαραγμένος λόγος ἀναγινωσκόμενος ἀπαρτίζεται, τὴν ὅτι μόνον ἐστὶν, οὐχ ὅτι ποτὲ δέ ἐστιν οἱανοῦν παρεχόμενος ἔννοιαν, καὶ διὰ τῆς εὐσεβοῦς τῶν διαφόρων φαντασιῶν συλλογῆς εἰς μίαν τοῦ ἀληθοῦς εἰκασίαν ἐνάγων, ἀναλόγως ἑαυτὸν διὰ τῶν ὁρατῶν ὡς γενεσιουργὸς ἐνορᾶσθαι διδούς· τὸν δὲ μαθήσει κατορθούμενον, διὰ τῶν αὐτῷ σοφῶς ὑπηγορευμένων ὥσπερ κόσμον ἄλλον ἐξ οὐρανοῦ καὶ γῆς καὶ τῶν ἐν μέσῳ, τῆς ἠθικῆς φημι καὶ φυσικῆς καὶ θεολογικῆς φιλοσοφίας συνιστάμενον, τὴν ἄφατον καταμηνύειν τοῦ ὑπαγορεύσαντος δύναμιν, καὶ ταὐτὸν ἀλλήλοις κατ' ἐπαλλαγὴν ὄντας δεικνύοντα τὸν μὲν γραπτὸν τῷ φυσικῷ κατὰ τὴν δύναμιν, τὸν δὲ φυσικὸν ἐμπαλιν τῷ γραπτῷ κατὰ τὴν ἕξιν, καὶ τὸν αὐτὸν μηνύοντας καὶ καλύπτοντας λόγον, τὸν μὲν τῇ λέξει καὶ τῷ φαινομένῳ, τὸ δὲ τῇ νοήσει καὶ τῷ κρυπτομένῳ. Ὡ γὰρ τῆς ἁγίας Γραφῆς τὰ μὲν ῥήματα ἱμάτια (**146** *b*) λέγοντες, τὰ δὲ νοήματα σάρκας τοῦ λόγου νοοῦντες, τοῖς μὲν καλύπτομεν, τοῖς δὲ ἀποκαλύπτομεν, οὕτω καὶ τῶν γεγονότων τὰ πρὸς τὸ ὁρᾶσθαι προβεβλημένα εἴδη τε καὶ σχήματα ἱμάτια λέγοντες, τοὺς δὲ καθ' οὓς ἔκτισται ταῦτα λόγους σάρκας νοοῦντας, ὡσαύτως τοῖς μὲν καλύπτομεν, τοῖς δὲ ἀποκαλύπτομεν. Κρύπτεται γὰρ φαινόμενος ὁ τοῦ παντὸς δημιουργὸς καὶ νομοθέτης λόγος, κατὰ φύσιν ὑπάρχων ἀόρατος, καὶ ἐκφαίνεται κρυπτόμενος, μὴ λεπτὸς εἶναι φύσει τοῖς σοφοῖς πιστευόμενος. Εἴη δὲ ἡμῖν τοῦτο δι' ἀποφάσεως ἐκφαίνειν κρυπτόμενον, καὶ πᾶσαν σχημάτων τε καὶ αἰνιγμάτων τὴν ἀληθῆς εἰκονίζουσαν δύναμιν παρελθεῖν μᾶλλον καὶ πρὸς αὐτὸν τὸν λόγον ἀπὸ τοῦ γράμματος καὶ τῶν φαινομένων κατὰ τὴν τοῦ πνεύματος δύναμιν ἀῤῥήτως ἀναβιβάζεσθαι, ἢ τοῦτο φαινόμενον κρύπτειν διὰ τῆς θέσεως γίνεσθαι, ἵνα μὴ καὶ ἡμεῖς φονευταὶ τοῦ λόγου γενόμενοι Ἑλληνικῶς τῇ κτίσει λατρεύσωμεν παρὰ τὸν κτίσαντα, μηδὲν ἀνώτερον τῶν ὁρωμένων εἶναι πιστεύοντες καὶ τῶν αἰσθητῶν μεγαλοπρεπέστερον, ἢ μέχρι μόνου τοῦ γράμματος διαβλέποντες τὸ σῶμα μόνον Ἰουδαϊκῶς περὶ πολλοῦ ποιησώμεθα, τὴν κοιλίαν θεοποιήσαντες, καὶ τὴν αἰσχύνην ἡγησάμενοι δόξαν, τὸν αὐτὸν τοῖς θεοκτόνοις κλῆρον ἀπενεγκώμεθα, ὡς τὸν καθ' ἡμᾶς δι' ἡμᾶς πρὸς ἡμᾶς γενόμενον διὰ σώματος καὶ συλλαβαῖς καὶ γράμμασι παχυθέντα διὰ τὴν αἴσθησιν, (**147** *a*) ὅλην τοῦ ἐν ἡμῖν νοεροῦ τὴν δύναμιν πρὸς ἑαυτὴν ἐπικλίναντα, οὐ διαγινώσκοντες λόγον. Φησὶ γὰρ ὁ θεῖος ἀπόστολος, *Τὸ γράμμα ἀποκτείνει, τὸ δὲ πνεῦμα ζωοποιεῖ*. Καὶ γὰρ καθ' αὑτὸ μόνον τὸ γράμμα στεργόμενον τὸν ἐν αὐτῷ ἀποκτείνειν λόγον τοῖς στέργουσιν εἴωθεν, ὥσπερ καὶ τὸ κάλλος τῶν κτισμάτων μὴ πρὸς δόξαν τοῦ ποιητικότος

texturam habeat ad libri instar, qui litteras primum et syllabas habet, quæ prima nobis elementa sunt, proxima atque particularia, et multis qualitatibus per congregationem coagmentata corpora, verba deinde, his generaliora, quæ magis distant et subtiliora sunt, unde sapienter describens et ineffabiliter eis inscripta ratio vel sermo legendo consummatur, quod solummodo est, non vero quid tandem sit utcunque significans, et per piam variarum imaginum collectionem in unam veri deliberationem introducens, convenienter sese per visibilia tanquam procreatorem conspiciendum offerens : alteram contra quæ doctrina regitur, iis quæ per ipsam prudenter declarantur, veluti alterum mundum ex cœlo et terra et eis quæ media sunt, ex morali, inquam, et naturali et theologica philosophia, compositum ineffabilem patefacere ejus qui declaravit virtutem, et docere pro mutua inter se nexu nec distare scriptam legem ab naturali, quoad facultatem, neque naturalem rursus a scripta, quoad habitum, sed ambas eamdem et prodere et velare rationem, unam quidem oratione et eo quod patefit, alteram intellectu et eo quod velatur. Quemadmodum enim sacræ Scripturæ dicta quidem vestimenta dicentes, sententias autem rationis carnes intelligentes, illis quidem velamus, his revelamus, ita etiam eorum quæ facta sunt conspectui objectas species et formas vestimenta dicentes, rationes contra secundum quas condita sunt carnes intelligentes, perinde illis velamus, his revelamus. Latet enim dum apparet universi conditor et legislator ratio, ex natura invisibilis, et apparet dum latet, quem haud tenuem esse natura sapientes pro certo habeant. Sed liceat nobis hoc per negationem manifestare occultum universamque figurarum et ænigmatum facultatem veritatis imitatricem prætergredi potius, et ad ipsam rationem a littera et apparentibus per spiritus potestatem ineffabiliter sursum evehi, quam hoc quod apparet per positionem fieri occultare, ne nos quoque rationis interfectores facti gentiliter creaturam colamus præ Creatore, nihil eis quæ oculis videntur quæve sensibus percipiuntur magnificentius esse persuasi, aut ultra litteram non prospicientes corpus solum ad Judæorum modum plurimi faciamus, et ventrem pro Deo habentes [y] turpitudinemque pro laude ducentes parem cum Dei interfectoribus mercedem feramus, utpote eam quæ secundum nos propter nos apud nos corpus assumpsit, atque syllabis et litteris propter sensum concrevit, qui sensus omnem in nobis intellectus vim in se convertit, Sermonem rationem non perspicientes. Ait enim divinus Apostolus : *Littera interficit, sed spiritus vivificat* [z]. Etenim littera quoque per se solam dilecta rationem sibi inhabitantem diligentibus interficere consuevit, sicuti etiam eorum quæ creata

[y] Philipp. III, 19. [z] II Cor. III, 6.

VARIÆ LECTIONES.

[a] συλλαβὰς cod. Gud. m. pr.

Digitized by Google

sunt pulchritudo, si non in ejus qui condidit gloriam spectatur, rationali verecundia privare spectatores solet. Ac rursus Evangelium : *Si non mutilati essent dies illi*, hoc est nequitiæ, *omnis caro non salvaretur* [a], hoc est omnis de Deo pia cogitatio. Mutilantur enim nequitiæ dies, cum errabundum quod cos facit sensualiter judicium a ratione circumscriptum sit, atque post piam per hanc justificationem retrocesserit. Ab Antichristo enim carnis lex nihil differt, semper antiquans spiritu et divinæ ipsius legi opposita, usquedum præsens vita eis qui ab ea devinci se passi sunt grata atque jucunda est, et ratio nondum oborta verbo potestatis sustulerit, dividendo mortale ab immortali et gravem ex libertate expellendo servitutem, et veritatem ipsam per ipsam mendacio puram efficiendo, et a divinis atque æternis materialia atque temporalia secernendo, quo mens per sensualem cum iis familiaritatem errabunda declinare irrationalique affectione mortificari solet. Ad hanc autem præsertim et principaliter fit descensus rationis divinæ, ut de ignorantiæ morte eam resuscitet, et ab affectione et studio materialium revocet, atque ad id quod natura amabile est appetitum ejus reducat. Quapropter necessarium esse arbitror, ut corporis, quod indumentis multo præstat, hoc est divinarum et sublimium cogitationum, sacrarumque Scripturarum ac conditionis spectaculorum, curam habeant qui rationales sunt, quique per rationem ad rationem properant (quemadmodum ipsa Ratio : *Nonne*, inquit, *anima pluris est quam cibus, et corpus quam indumentum* [b] ? ne qua convincamur aliquando quod his prehensis nihil tenemus rationem quæ produxit omnia et producit, non amplexi, ut Ægyptia illa, quæ solis vestimentis Josephi comprehensis concubitus spe qua flagrabat plane excidit [c]. Ita enim tam rationis vestimenta, Scripturæ, inquam, verba, quam quæ apparent creaturas immutatione doctrinarum illius comitum splendidas atque illustres, ac divinam rationem sublimi contemplatione condecorantes, nos quoque mente divinæ transfigurationis ascenso spectaverimus, non a beato rationis tactu persuasibiliter prohibiti, ut Magdalena Maria quæ Dominum Jesum pro hortulano habuerat [d], solarum quæ sub generationem atque interitum cadunt rerum factitatorem nihil dum supra sensum esse arbitrata, sed videbimus et adorabimus vivum ex mortuis per clausas januas ad nos intrantem [e], post exstinctam prorsus in nobis actionem sensualem, rationemque ipsam et Deum cognoscemus, qui omnis in omnibus est, quique omnia sua de bonitate intellectualia corpus, sensualia indumentum, confecit. De quibus fortasse dictum esse putare non ineptum est illud : *Omnes ut vestimentum vetustescent* [f], propter interitum re-

A ὁρώμενον τῆς κατὰ λόγον εὐσεβείας ἀποστερεῖν τοὺς θεωμένους πέφυκε. Καὶ πάλιν τὸ Εὐαγγέλιον, *Εἰ μὴ ἐκολοβώθησαν αἱ ἡμέραι ἐκεῖναι*, δηλαδὴ τῆς κακίας, *οὐκ ἂν ἐσώθη πᾶσα σὰρξ*, τουτέστι πᾶσα περὶ Θεοῦ εὐσεβὴς ἔννοια. Κολοβοῦνται γὰρ κακίας ἡμέραι, τῆς κατ' αἴσθησιν δημιουργούσης αὐτῇ ἐσφαλμένης κρίσεως τῷ λόγῳ περιγραφείσης, καὶ τοῦ κατ' αὐτὸν εὐσεβοῦς δικαιώματος κατόπιν γεγενημένης. Ἀντιχρίστου γὰρ οὐδὲν διενήνοχεν ὁ τῆς σαρκὸς νόμος, ἀεὶ παλαίων τῷ πνεύματι καὶ τῷ αὐτοῦ θείῳ νόμῳ ἀντιτασσόμενος, ἕως ἡ παροῦσα ζωὴ τοῖς ἠττημένοις αὐτῇ προσφιλής ἐστι καὶ ἐράσμιος, καὶ οὔπω φανεὶς ὁ λόγος τῷ ῥήματι τῆς δυνάμεως ἀνεῖλε, διακρίνας τοῦ ἀθανάτου τὸ θνητὸν, καὶ τῆς ἐλευθερίας τὴν διοχλοῦσαν ἔξω ποιησάμενος δουλείαν, καὶ τὴν ἀλήθειαν αὐτὴν καθ' ἑαυτὴν ψεύδους καθαρὰν ἀποδείξας, καὶ τῶν θείων καὶ αἰωνίων τὰ ὑλικὰ καὶ πρόσκαιρα ἀποδιορίσας, πρὸς ἃ πέφυκεν ὁ νοῦς διὰ τῆς κατ' αἴσθησιν πρὸς αὐτὰ οἰκειότητος πλανώμενος ἐπικλίνεσθαι καὶ τῇ ἀλόγῳ θανατοῦσθαι στοργῇ· πρὸς ὃν μάλιστα προηγουμένως (**147** *b*) ἡ θεωρεπὴς τοῦ λόγου κατάβασις γίνεται, τοῦ θανάτου τῆς ἀγνοίας αὐτὸν ἀνεγείρουσα, καὶ τῆς πρὸς τὰ ὑλικὰ ἐμπαθοῦς διαθέσεως ἀναστέλλουσα καὶ πρὸς τὸ κατὰ φύσιν ἐραστὸν τὴν ἕξιν αὐτοῦ ἐπανάγουσα. Διὸ ἀναγκαίως οἶμαι δεῖν τοῦ ὑπὲρ τὰ ἐνδύματα μακρῷ κρείσσονος σώματος, τουτέστι τῶν θείων καὶ ὑψηλῶν νοημάτων, τῆς τε ἁγίας Γραφῆς καὶ τῶν κατὰ τὴν κτίσιν θεαμάτων, φροντίζειν λογικοὺς ὄντας, καὶ διὰ λόγου πρὸς λόγον σπεύδοντας (καθώς φησιν ὁ Λόγος αὐτὸς, *Οὐχὶ πλέον ἐστὶν ἡ ψυχὴ τῆς τροφῆς, καὶ τὸ σῶμα τοῦ ἐνδύματος ;*) μήπως ἐν καιρῷ διελεγχθῶμεν μηδὲν ἔχοντες τούτων ἐπειλημμένοι, τοῦ ὑφεστῶτος καὶ ὑφιστῶντος τὰ πάντα λόγου οὐ περιδραξάμενοι, κατὰ τὴν Αἰγυπτίαν ἐκείνην, ἥτις μόνων τῶν ἱματίων τοῦ Ἰωσὴφ ἐπιλαβομένη τῆς τοῦ ἐραστοῦ παντελῶς διήμαρτεν ὁμιλίας. Οὕτω γὰρ ἂν τά τε ἐνδύματα τοῦ λόγου, φημὶ δὴ τὰ ῥήματα τῆς Γραφῆς, καὶ τὰ φαινόμενα κτίσματα, λαμπρά τε καὶ ἐπίδοξα τῇ ἐναλλαγῇ τῶν περὶ αὐτὸν δογμάτων, καὶ τῷ θείῳ λόγῳ ἐμπρέποντα διὰ τῆς ὑψηλῆς θεωρίας, καὶ ἡμεῖς ἐπὶ τὸ ὄρος ἀναβάντες τῆς θείας μεταμορφώσεως θεασόμεθα, οὐδαμῶς πληκτικῶς εἰργόμενοι τῆς μακαρίας τοῦ λόγου ἁφῆς κατὰ τὴν Μαγδαληνὴν Μαρίαν, κηποροὸν εἶναι δόξασαν τὸν Κύριον Ἰησοῦν, καὶ μόνων τῶν ὑπὸ γένεσιν καὶ φθορὰν δημιουργῶν οὔπω μηδὲν ὑπὲρ τὴν αἴσθησιν εἶναι νομίζουσαν, ἀλλὰ καὶ ὀψόμεθα καὶ προσκυνήσομεν ζῶντα (**148** *a*) ἐκ νεκρῶν πρὸς ἡμᾶς τῶν θυρῶν κεκλεισμένων, γενόμενον, τῆς κατ' αἴσθησιν, παντελῶς ἐν ἡμῖν ἐνεργείας ἀποσβεσθείσης, τόν τε λόγον αὐτὸν καὶ Θεὸν πάντα ἐν πᾶσιν ὄντα, καὶ πάντα ἑαυτοῦ δι' ἀγαθότητα τὰ μὲν νοητὰ σῶμα, τὰ δὲ αἰσθητὰ ἱμάτιον πεποιηκότα γνωσόμεθα. Περὶ ὧν ἴσως εἰρῆσθαι δοκεῖν οὐκ ἀπεικὸς τὸ,

[a] Matth. xxiv, 22. [b] Matth. vi, 25. [c] Gen. xxxix, 12. [d] Joan. xx, 15. [e] ibid. 26. [f] Hebr. i, 11.

VARIÆ LECTIONES.

[*] ἀποστερεῖν cod. Gud.

Digitized by Google

Πάντες ὡς ἱμάτιον παλαιωθήσονται, διὰ τὴν ἐπικρατοῦσαν νοῦ τῶν ὁρωμένων φθοράν, *καὶ ὡσεὶ περιβόλαιον ἑλίξεις αὐτούς, καὶ ἀλλαγήσονται*, διὰ τὴν προσδοκωμένην τῆς ἀφθαρσίας χάριν.

A rum quæ videntur intellectu superiorem, *et ut amictum veries eos, et mutabuntur*[8], propter exspectatam immortalitatis gratiam.

Περὶ τῶν πέντε τρόπων τῆς φυσικῆς θεωρίας σύντομος ἐξήγησις.

De quinque modis contemplationis naturalis brevis expositio.

Πρὸς τούτοις δὲ καὶ τοὺς λόγους εἰσόμεθα, τοὺς τελευταίους δηλαδὴ καὶ ἡμῖν ἐφικτοὺς, ὧν προβέβληται ἡ κτίσις διδάσκαλος, καὶ τοὺς αὐτοῖς συνημμένους πέντε τῆς θεωρίας τρόπους[18], οἷς διαιροῦντες τὴν κτίσιν οἱ ἅγιοι τοὺς ἐπ' αὐτῇ μυστικοὺς μετ' εὐσεβείας συνελέξαντο λόγους, εἰς οὐσίαν, καὶ κίνησιν, καὶ διαφοράν, κρᾶσίν τε καὶ θέσιν, αὐτὴν ἐπιμερίσαντες. Ὧν τρεῖς μὲν ἔφασαν εἶναί τε πρὸς ἐπίγνωσιν τοῦ Θεοῦ προηγουμένως καὶ προβεβλῆσθαι χειραγωγικοὺς, τὸν κατ' οὐσίαν, τὸν κατὰ κίνησιν, τὸν κατὰ διαφοράν, δι' ὧν ὁ Θεὸς γνωστὸς τοῖς ἀνθρώποις γίνεται ἐκ τῶν ὄντων τὰς περὶ αὐτοῦ ἐμφάσεις συλλεγομένοις ὡς δημιουργοῦ καὶ προνοητοῦ καὶ κριτοῦ· δύο δὲ παιδαγωγικοὺς πρὸς ἀρετὴν καὶ τὴν πρὸς Θεὸν οἰκείωσιν, τὸν κατὰ κρᾶσιν καὶ τὸν κατὰ θέσιν, δι' ὧν τυπούμενος ὁ ἄνθρωπος Θεὸς γίνηται, (**148** *b*) τὸ Θεὸς εἶναι παθὼν ἐκ τῶν ὄντων, ὅλην τοῦ Θεοῦ τὴν κατ' ἀγαθότητα ἔμφασιν κατὰ νοῦν ὥσπερ ὁρῶν, καὶ ἑαυτῷ κατὰ λόγον ταύτην εἰλικρινεστάτην μορφούμενος. Ὁ γὰρ δι' εὐσεβοῦς γνώσεως, φασὶν, ὁ καθαρὸς ὁρᾷν πέφυκε νοῦς, τοῦτο καὶ παθεῖν δύναται, αὐτὸ ἐκεῖνο κατὰ τὴν ἕξιν δι' ἀρετῆς γινόμενος. Οἷον, τὴν μὲν οὐσίαν θεολογίας εἶναι διδάσκαλον, δι' ἧς τῶν ὄντων τὸ αἴτιον ἐπιζητοῦντες δι' αὐτῶν ὅτι ἔστι διδασκόμεθα, τὸ τίποτε εἶναι τοῦτο κατ' οὐσίαν γνῶναι μὴ ἐπιχειροῦντες, ὅτι μηδὲ ἔστιν ἐμφάσεως ἐν τοῖς οὖσι τούτου προβολή, δι' ἧς κἂν ποσῶς ὡς δι' αἰτιατοῦ πρὸς τὸ αἴτιον ἀνανεύσωμεν· τὴν δὲ κίνησιν τῆς τῶν ὄντων προνοίας εἶναι ἐμφαντικὴν, δι' ἧς τῶν γεγονότων τὴν κατ' οὐσίαν ἑκάστου κατ' εἶδος ἀπαράλλακτον ταυτότητα καὶ ὡσαύτως ἀπαρεγχείρητον διεξαγωγὴν θεωροῦντες, τὸν συνέχοντα καὶ φυλάττοντα καθ' ἕνωσιν ἄῤῥητον ἀλλήλων εὐκρινῶς ἀφωρισμένα τὰ πάντα καθ' οὓς ὑπέστησαν ἕκαστα λόγους· ἐννοοῦμεν· τὴν διαφορὰν δὲ τῆς κρίσεως εἶναι μηνυτικὴν, καθ' ἣν διανομέα σοφὸν ἐκ τῆς ἐν ἑκάστῳ τῶν ὄντων συμμέτρου τῷ ὑποκειμένῳ τῆς οὐσίας φυσικῆς δυνάμεως τῶν καθ' ἕκαστα λόγων εἶναι τὸν Θεὸν παιδευόμεθα· πρόνοιαν δέ φημι νοῦ, οὐ τὴν ἐπιστρεπτικὴν, καὶ οἷον οἰκονομικὴν τῆς τῶν προνοουμένων ἀφ' ὧν οὐ δεῖ ἐφ' ἃ δεῖ ἐπαναγωγῆς, ἀλλὰ τὴν συνεκτικὴν τοῦ παντὸς, καὶ καθ' οὓς τὸ πᾶν προηγουμένως ὑπέστη λόγους συντηρητικήν· **149** *a*) καὶ κρίσιν, οὐ τὴν παιδευτικὴν καὶ οἷον κολαστικὴν τῶν ἁμαρτανόντων, ἀλλὰ τὴν σωστικὴν καὶ ἀφοριστικὴν τῶν ὄντων διανομὴν, καθ' ἣν τῶν γεγονότων ἕκαστα τοῖς καθ' οὓς γεγένηται συνημμένα λόγοις ἀπραβάτων ἔχει

Ad hæc vero etiam rationes cognoscemus, extremas videlicet nostroque captui apertas, quarum data est quasi magistra conditio, et quinque cum iis cohærentes contemplationis modos, quibus distinguentes conditionem sancti cum pietate mysticas in ea sibi collegerunt rationes, in essentiam, et motum, et differentiam, mistionem atque positionem dispartiti. Quorum modorum tres principaliter esse ad cognitionem Dei aptos et quasi manuductorios prolatos dixerunt, unum primum essentiæ, alterum motus, tertium differentiæ, per quod Deus hominum notioni se offert ex rebus quæ sunt indicia ejus colligentium, ut artificis et provisoris et judicis : duos vero prolatos esse quibus institueremur ad virtutem et familiaritatem cum Deo, mistionis et positionis, per quos formatus homo Deus fiat, Deum fieri passus ex iis quæ sunt, dum omne Dei de bonitate simulacrum mente quasi videt, et sincerissimum sibi ipsi rationaliter id effingit. Quod enim pia cognitione, aiunt, pura mens percipit, hoc etiam pati potest, ipsum illud secundum habitum per virtutem evadit. Veluti, essentiam esse theologiæ magistram, per quam rerum quæ sunt causam quærentes per ipsas quod sint docemur, quid tandem sint secundum essentiam cognoscere haud tentantes, quia nec proditum est in rebus quæ sunt indicium, per quod vel aliquatenus tanquam per causatum ad causam emergamus ; motionem vero significare rerum quæ sunt providentiam, qua eorum quæ facta sunt essentialem cujusque ad speciem immutabilem identitatem pariterque intaminatam, exitum contemplantes, ineffabilem illum qui arcano unitatis vinculo continet atque servat universa inter se bene discreta secundum rationes quibus singula quæque subsistunt cognoscimus : differentiam autem esse judicii indicem, qua ex naturali in quovis eorum quæ sunt ad id quod essentiæ subjacet temperata potestate rationum ad singula quæque pertinentium dispensatorem sapientem Deum esse edocemur; providentiam vero attribuo intellectui, non conversivam illam et quasi œconomicam removendi eos quibus providetur ab eis quæ non opus sunt ad ea quæ sunt, sed eam quæ universum hoc continet et rationum quibus in principio productum est conservatricem : et judicium, non illud quod instruit atque coercet peccantes, sed quod salvat et definit rerum quæ sunt distributionem, quo eorum quæ

[8] Hebr. I, 12.

VARIÆ LECTIONES.

[18] συνημμένοις —— τρόποις cod. Cud.

Digitized by Google

facta sunt quæque cum iis secundum quas facta sunt rationibus cohærentia inviolatam habent in naturali immutabilem identitate æquabilitatem, prout a principio rerum Artifex de essentia et substantia et modo et qualitate judicavit et disposuit; quippe nimirum quæ alias dicatur providentia et judicium voluntatis nostræ appetitibus annexa sunt, quæ a pravis nos multifariam retinent, ad bona sapienter nos advertunt atque ea quæ nobis non adversentur contra atque ea quæ adversentur administrando tam præsentem quam futuram et peractam malitiam excidunt. Neque differre tamen hanc ab illa propterea dixerim providentiam et hoc ab illo judicium. Unam enim eamdemque eas novi de potestate, sed diversam quasi in nostris rebus et multifariam efficacitatem exercentem. Mistionem vero rerum, vel compositionem, sententiæ nostræ esse symbolum. Hæc enim virtutibus admista sibique ipsi eas admiscens mundum etiam ipsa intellectualem Deo dignissimum componit. Positionem vero morum secundum voluntatem et consilium temperandorum magistram, ut qui circa id quod placuit ei quod æquabilitati adversetur firmiter obsistere debent, nequaquam de rationali fundamento depelli aut immutari capiens. Conjunctam vero rursus cum motione positionem, et mistionem cum differentia, in essentiam et differentiam et motionem universitatis substantiam individuo quodam modo discriminaverunt, denique cogitationis via in causatis diverse aspici causam perite intelligunt, et esse hanc, et sapere et vivere pie perceperunt. Etiam de Patre deque Filio et Spiritu sancto rationem in Deo perfectam ac salutarem didicerunt, qui non simpliciter de exsistendi solum ratione causæ mystice sunt illuminati, sed etiam exsistentiæ modo pie sunt initiati. Et rursus secundum solam positionem tota conditione perlustrata quinque illos quos divi modos in tres contraxere contemplationis modos, ut de cœlo et terræ et eorum quæ media interjacent moralis et naturalis et theologicæ philosophiæ magistram conditionem de sua ipsius ratione esse agnoscentes. Rursus autem ex sola differentia contemplati conditionem, hoc est ex eis quæ circumdant et circumdantur, cœlo, inquam, et eis quæ circumplectitur, in duos redeperunt istos tres modos, in sapientiam dico et philosophiam, alteram quidem ut comprehensivam, cunctosque ita ut dignum est Deo modos pios qui ipsius censentur recipientem, et intra sese mysticas et naturales de reliquis rationes includentem : alteram ut quæ mores et voluntatem, actionem et contemplationem, et virtutem et cognitionem comprehensas familiaritate relativa ad sapientiam tanquam ad causam deducit. Atque rursus juxta solam mistionem, hoc est æqualiem universitatis compositionem, conditionem spectantes, ac per hæc om-

A τὴν ἐν τῇ φυσικῇ ταυτότητι ἀναλλοίωτον νομιμότητα, καθὼς ἐξ ἀρχῆς ὁ δημιουργὸς περὶ τοῦ εἶναι καὶ τί εἶναι καὶ πῶς καὶ ὁποῖον ἕκαστον ἔκρινέ τε καὶ ὑπεστήσατο· ἐπεί τοί γε ἡ ἄλλως λεγομένη πρόνοια καὶ κρίσις ταῖς ἡμῶν προαιρετικαῖς ὁρμαῖς παραπεπήγασι, τῶν μὲν φαύλων πολυτρόπως ἀπείργουσαι, πρὸς δὲ τὰ καλὰ σοφῶς ἐπιστρέφουσαι, καὶ τῷ διευθύνειν τὰ οὐκ ἐφ' ἡμῖν ἐναντίως τοῖς ἐφ' ἡμῖν καὶ παροῦσαν καὶ μέλλουσαν καὶ παρελθοῦσαν κακίαν ἐκτέμνουσαι. Οὐκ ἄλλην δὲ καὶ ἄλλην πρόνοιαν διὰ τούτων εἶναι λέγω καὶ κρίσιν. Μίαν γὰρ καὶ τὴν αὐτὴν οἶδα κατὰ τὴν δύναμιν, διάφορον δὲ ὡς πρὸς ἡμᾶς καὶ πολύτροπον τὴν ἐνέργειαν ἔχουσαν. Τὴν δὲ κρᾶσιν τῶν ὄντων ἤτοι σύνθεσιν τῆς ἡμετέρας γνώμης εἶναι

B σύμβολον. Κραθεῖσα γὰρ αὕτη ταῖς ἀρεταῖς, καὶ ἑαυτῇ ταύτας κεράσασα, τὸν κατὰ διάνοιαν θεοπρεπέστατον καὶ αὐτὴ συνίστησι κόσμον. Τὴν δὲ θέσιν τοῦ κατὰ γνώμην ἤθους εἶναι διδάσκαλον, ὡς παγίως ἔχειν περὶ τὸ [76] εὖ δόξαν τῷ ῥυθμίζειν ἀντιλόγῳ ὀφείλοντος, ἥκιστα τοῖς συμπίπτουσιν ἐκ τῆς κατὰ λόγον βάσεως ἀλλοίωσιν τὴν οἱανοῦν δεχομένου. Συνάψαντες δὲ πάλιν τῇ κινήσει τὴν θέσιν, καὶ τὴν κρᾶσιν τῇ διαφορᾷ, εἰς οὐσίαν καὶ διαφορὰν καὶ κίνησιν τὴν τοῦ παντὸς ἀδιαιρέτως (149 *b*) διέκριναν ὑπόστασιν, καὶ τῷ κατ' ἐπίνοιαν λόγῳ τεχνικῶς ἐνθεωρεῖσθαι τοῖς αἰτιατοῖς διαφόρως τὸ αἴτιον κατανοήσαντες καὶ εἶναι καὶ σοφὸν εἶναι καὶ ζῶν εἶναι εὐσεβῶς τοῦτο κατέλαβον. Καὶ τὸν περὶ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος θεοτελῆ καὶ σωτήριον ἐντεῦθεν ἐδιδάχθησαν λόγον, καθ' ὃν οὐ τὸν τοῦ

C εἶναι μόνον ἁπλῶς τοῦ αἰτίου [77] λόγον μυστικῶς ἐφωτίσθησαν, ἀλλὰ καὶ τὸν τῆς ὑπάρξεως τρόπον εὐσεβῶς ἐμυήθησαν. Καὶ πάλιν κατὰ μόνην τὴν θέσιν πᾶσαν τὴν κτίσιν περιαθρήσαντες τοὺς εἰρημένους πέντε εἰς τρεῖς συνέστειλαν θεωρίας τρόπους, ἐξ οὐρανοῦ καὶ γῆς καὶ τῶν ἐν μέσῳ ἠθικῆς καὶ φυσικῆς καὶ θεολογικῆς φιλοσοφίας διδάσκαλον τὴν κτίσιν εἶναι τῷ καθ' ἑαυτὴν λόγῳ ἐπιγνωκότες. Πάλιν δὲ ἐκ μόνης τῆς διαφορᾶς τὴν κτίσιν θεωρήσαντες, τουτέστιν ἐκ τῶν περιεχόντων καὶ περι-

D εχομένων, λέγω δὲ τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῶν ἐντὸς, εἰς δύο τοὺς τρεῖς συνήγαγον τρόπους, σοφίαν φημὶ καὶ φιλοσοφίαν, τὴν μὲν ὡς περιεκτικὴν καὶ πάντας θεοπρεπῶς τοὺς εὐσεβεῖς ἐπ' αὐτῆς λεγομένους ἐπιδεχομένην τρόπους, καὶ τοὺς περὶ τῶν ἄλλων ἐντὸς ἑαυτῆς μυστικούς τε καὶ φυσικοὺς περικλείουσαν λόγους, τὴν δὲ ὡς ἤθους καὶ γνώμης, πράξεώς τε καὶ θεωρίας, καὶ ἀρετῆς καὶ γνώσεως συνεκτικὴν, καὶ οἰκειότητι σχετικῇ πρὸς τὴν σοφίαν ὡς αἰτίαν ἀναφερομένην. Καὶ πάλιν κατὰ μόνην τὴν κρᾶσιν ἤτοι τὴν ἁρμονίαν τοῦ παντὸς σύνθεσιν, τὴν κτίσιν κατανοήσαντες, καὶ διὰ πάντων τῶν ἀλλήλοις (150 *a*) ἀῤῥήτως εἰς ἑνὸς συμπλήρωσιν κόσμου συνδεδεμένων μόνον τὸν συνδέοντα καὶ ἐπισφίγγοντα τῷ ὅλῳ τὰ μέρη καὶ ἀλλήλοις δημιουργὸν

VARIÆ LECTIONES.

[76] εὐδόξαν τῷ ῥυθμίζον cod. Gud. In marg. ab eadem manu adscriptum legitur δόξαντος. [77] Apographum habet λόγου.

Digitized by Google

ἐννοήσαντες λόγον τοὺς δύο εἰς ἕνα Θεωρίας συν- A
ἑλεῖσαν τρόπον, καθ' ὃν ἁπλῇ προσβολῇ διὰ τῶν
ἐν τοῖς οὖσι λόγων πρὸς τὸ αἴτιον νοῦν διαπορθμεύ-
σαντες, καὶ μόνῳ αὐτῷ ὡς συναγωγῷ τῶν ἐξ αὐτοῦ
πάντων καὶ ἑλκτικῷ προσδήσαντες, τοῖς καθ'
ἕκαστα τῶν ὅλων τῷ ὑπερβαθῆναι οὐκέτι διεχόμε-
νοι λόγοις, διὰ τοῦ πεπεῖσθαι σαφῶς μόνον τὸν Θεὸν
κυρίως εἶναι λοιπὸν ἐκ τῆς πρὸς τὰ ὄντα ἀκρι-
βοῦς ἐνατενίσεως, καὶ οὐσίαν τῶν ὄντων καὶ κίνη-
σιν καὶ τῶν διαφερόντων εὐκρίνειαν, καὶ συνοχὴν
ἀδιάλυτον τῶν κεκραμένων, καὶ ἕδρυσιν ἀμετάθε-
τον τῶν τεθειμένων, καὶ πάσης ἁπλῶς τῆς ὁπωσοῦν
νοουμένης οὐσίας, καὶ κινήσεως καὶ διαφορᾶς, κρά-
σεώς τε καὶ θέσεως αἴτιον, σοφῶς δι' ἐμφεροῦς
ὁμοιότητος τὴν κατὰ τὸν αἰσθητὸν αἰῶνα μυστικὴν
θεωρίαν ἐπὶ τὴν κατὰ διάνοιαν ἐν πνεύματι διὰ τῶν B
ἀρετῶν συμπληρούμενον κόσμον μετήνεγκαν· καθ'
ἣν τοὺς εἰρημένους τρόπους εἰς ἕνα συναγαγόντες
τὸν διαφόροις ἀρετῶν εἴδεσι τὴν τοῦ κατὰ διάνοιαν
γνωμικοῦ κόσμου οὐσίαν ἐκπληροῦντα δι' ὅλου λό-
γον ἡνιώτατον ἑαυτοῖς, ὡς ἐφικτὸν, ἐναπωμόρξαντο,
πάντας δηλαδὴ περάσαντες τοὺς τῶν ὄντων καὶ αὐ-
τοὺς τοὺς τῶν ἀρετῶν λόγους, μᾶλλον δὲ μετὰ τού-
των πρὸς τὸν ὑπὲρ τούτους, καὶ εἰς ὃν οὗτοι καὶ ἐξ
οὗ τὸ εἶναι τοῖς τοιούτοις ἐστὶν ὑπερούσιον καὶ ὑπεράγαθον
λόγον ἀγνώστως ἀναδραμόντες· καὶ ὅλοι ὅλῳ κατὰ
τὸ ἐφικτὸν (150 *b*) τῆς ἐνούσης αὐτοῖς φυσικῆς
δυνάμεως [78] ἐνωθέντες τοσοῦτον ἐνδεχομένως ὑπ'
αὐτοῦ ἐποιώθησαν, ὥστε καὶ ἀπὸ μόνου γνωρίζε-
σθαι, οἷον ἔσοπτρα διειδέστατα, ὅλου τοῦ ἑνορῶντος C
Θεοῦ λόγου τὸ εἶδος ἀπαραλείπτως διὰ τῶν θείων
αὐτοῦ γνωρισμάτων φαινόμενον ἔχοντες, τῷ ἐλλει-
φθῆναι μηδένα τῶν παλαιῶν χαρακτήρων, οἷς μηνύε-
σθαι πέφυκε τὸ ἀνθρώπινον, πάντων εἰξάντων τοῖς
ἀμείνοσιν, οἷον ἀὴρ ἀφεγγὴς φωτὶ δι' ὅλου μετεγ-
κραθείς.

nia, quæ mutuo inter se vinculo in unius mundi completionem ineffabili quodam modo cohærent, solum cum qui ea colligat, cumque universitate partes singulas hasque ipsas inter seipsas invicem constringit, Opificem rationem cogitabundi, duos istos in unum contemplationis modum eluserunt, secundum quem uno appulsu per rationes rerum quæ sunt mentem ad causam transmittentes, eique uni tanquam conciliatrici eorum quæ ex ea sunt omnium, ac secum trahenti, adjungentes, universorum rationibus per singula quæque superatorum non jam diffusi, cum eis plane persuasum esset solum Deum proprie relinqui ex accurata rerum quæ sunt intuitione, et essentiam earum et motionem, et ordinem bene distinctum eorum quæ distant, et eorum quæ mista sunt insolubile vinculum, et immutabilem eorum quæ posita sunt collocationem, et omnis simpliciter essentiæ quaqua menti perceptæ, et motionis et discretionis, mistionis atque positionis causam, hinc, inquam, per similitudinem congruentem sapienter mysticam hoc sensuali ævo contemplationem in mundum intellectualem in spiritu per virtutes completum transtulerunt, secundum quam contemplationem modos quos dixi in unum conflantes rationem variis virtutum speciebus voluntatis consiliique mundi essentiam omnino explentem, solum sibi quatenus poterant, ipsis impresserunt, superatis videlicet eorum quæ sunt ipsisque virtutum rationibus, vel potius cum his ad eam quæ ultra has est, et in quam hæ et unde quod sunt habent, superessentialem rationem, et quæ bonitatem excedit, incomprehensibiliter evecti : et omnes omni quantum ex insita eis naturali potestate licuit, aduniti tantum quoad ejus fieri potuit ab ea qualificati sunt, ut etiam a solo insignirentur, velut specularia lucidissima : totius Dei inspectantis rationis speciem plene per divina ejus insignia apparentem habentes, eo quod nullum de pristinis signaculis, quibus humanum indicaretur, reliquum erat, iis quæ meliora sunt cedentibus omnibus, ad instar acris illumini luce plenissima transfusi.

Θεωρία εἰς τὸν Μελχισεδέκ.

Ὅπερ, οἶμαι, γνοὺς καὶ παθὼν ὁ θαυμαστὸς
ἐκεῖνος καὶ μέγας Μελχισεδὲκ, περὶ ὃν τὰ μεγάλα
καὶ θαυμαστὰ παρὰ τῇ Γραφῇ ὁ θεῖος διεξέρχεται
λόγος, χρόνου καὶ φύσεως ὑπεράνω γενέσθαι, καὶ D
ὁμοιωθῆναι τῷ Υἱῷ τοῦ Θεοῦ κατηξιώθη, τοιοῦτος
ἕξει δηλαδὴ κατὰ τὴν χάριν ὡς ἐφικτὸν γενόμενος,
οἷος αὐτὸς ὁ δοτὴρ τῆς χάριτος κατὰ τὴν οὐσίαν
ὑπάρχων πιστεύεται. Τὸ γὰρ *Ἀπάτωρ καὶ ἀμήτωρ
καὶ ἀγενεαλόγητος* περὶ αὐτοῦ λεγόμενον, οὐκ
ἄλλο μηνύειν ὑπονοῶ ἢ τὴν ἐγγενομένην αὐτῷ ἐκ
τῆς κατ' ἀρετὴν ἀκροτάτης χάριτος τελείαν τῶν
φυσικῶν γνωρισμάτων ἀπόθεσιν· τὸ δὲ *μήτε ἀρ-
χὴν ἡμερῶν, μήτε ζωῆς τέλος* ἔχειν, τὴν χρόνου
παντὸς καὶ αἰῶνος ἰδιότητα περιγράφουσα γνῶσιν,

Contemplatio in Melchisedec.

Quod, puto, novit et passus est admirabilis ille et magnus Melchisedec, de quo magna et admirabilia in Scripturis divinus sermo enarrat, quod tempus ac naturam superavit, Deique Filio similari dignus habitus est, talis videlicet habitu secundum gratiam quoad potuit factus, qualis ipse gratiæ dator secundum essentiam esse creditur. Quod enim sine patre et matre et sine genere censetur [h], nihil aliud significare puto quam quæ contigit ei ex summa propter virtutem gratia naturalium insignium perfectam depositionem : illud vero, quod *neque dierum initium neque vitæ finem habeat* [i], cognitionem temporis omne et ævum circumscribentem, et contemplationem omnis materialis et immaterialis substantiæ

[h] Hebr. VII, 3. [i] Ibid.

VARIÆ LECTIONES.

[78] ἐνωθέντος habet apographum.

Digitized by Google

existentiam superantem testatur · quod vero *Filio Dei assimilatus sacerdos maneat in perpetuum* [i], id fortasse manifestat eum ad usque finem habitu immutato posse virtutis Deo simillimæ ac divinæ et in Deum intuitionis intellectualem oculum servare apertum. Cum natura enim confligit virtus, cum tempore et ævo vera contemplatio, altera ut invicta a cæteris maneat quæcunque post Deum esse creduntur, et insuperata, ut solum Deum sciens genitorem, altera vero incircumscripta, in nullo eorum quæ initium aut finem habent immorans, utpote Dei per se imaginem referens, qui omne initium et finem definit omnemque intellectionem intelligentium ineffabili ecstasi ad se trahit. Ex quibus divina apparet similitudo, cognitionis, inquam, et virtutis, et per quas inturbatus Dei solius amor dignis servatur, secundum quem adoptionis dignatio, ut Deum decet, data perpetuo adire Deum et adesse gratificatur, quæ dignatio ad exorationem ipsam adeuntis divinam similitudinem exhibet. Unde probabiliter arbitror non per tempus et naturam, sub quibus naturaliter finiit magnus Melchisedec, quæque vita et ratione jam superavit et prorsus dereliquit, dici debere : *Divina eum cum justificavit ratio;* sed ex quibus et per quæ animum ac voluntatem suam regeneravit, id est virtute et cognitione, debere vocari. In quibus enim voluntas gnaviter per virtutes cum lege naturæ, cum qua bellum perquam difficile, decertavit, atque temporis ævique proprietatem per cognitionem intemeratæ mentis transvolat motio, his non fas est attribuere relictorum tanquam insigne proprietatem, sed potius assumptorum magnificentiam, ex quibus et in quibus solum sunt atque agnoscuntur. Si quidem etiam nos naturaliter eis quæ videntur incidentes ex coloribus corpora et signamus et appellamus, veluti lumen aerem luce perfusum, et ignem qualemcunque incensam materiam, et candidum corpus candidatum, quæque alia sunt hujus generis. Quod si secundum animi ac voluntatis virtutem pluris æstimavit quam naturam et quæcunque eam sequuntur, propter pulchram nostræ dignitatis electionem, et omne tempus atque ævum cognitione superavit, quæcunque post Deum sunt a tergo sibi esse gnostices secundum contemplationem æstimans, et nulli eorum quæ exsistunt in quo qualiscunque ille terminus observatur, immoratus, divinus Melchisedec, et si ad divinas Dei, quæ principio carent et immortales sunt, essentias per rationem secundum gratiam in Spiritu generatus est, et salvam in se et veram fert Dei genitoris similitudinem (si quidem vel quælibet generatio generatoris simile repræsentat generatum : *Nam quod generatum est*, inquit, *de carne, caro est, quod vero de spiritu est generatum, spiritus est* [k]), sequitur ut non ex naturalibus et temporalibus proprietatibus, quibus pater et mater et genea-

καὶ πάσης ὑλικῆς καὶ ἀΰλου οὐσίας τὴν ὕπαρξιν ὑπερβαίνουσαν θεωρίαν μαρτυρεῖ · τὸ δὲ *Ἀφωμοιωμένος τῷ Υἱῷ τοῦ Θεοῦ μένει εἰς τὸ διηνεκὲς ἱερεύς*, τάχα μέχρι τέλους καθ' ἕξιν ἄτρεπτον τῆς θεοειδεστάτης ἀρετῆς καὶ τῆς θείας καὶ πρὸς τὸν Θεὸν (**151** *a*) ἐνατενίσεως τὸ νοερὸν ὄμμα ἀνεπιμυστον δυνηθῆναι φυλάξαι παραδηλοῖ. Τῇ φύσει γὰρ ἡ ἀρετὴ μάχεσθαι πέφυκε, καὶ χρόνῳ καὶ αἰῶνι ἡ ἀληθὴς θεωρία, ἵνα ἡ μὲν ἀδούλωτος μένοι τοῖς ἄλλοις ὅσα μετὰ Θεὸν εἶναι πιστεύεται, καὶ ἀκράτητος, ὡς Θεὸν μόνον εἰδυῖα γεννήτορα, ἡ δὲ ἀπερίγραφος, οὐδενὶ τῶν ἀρχὴν ἢ τέλος ἐχόντων ἐναπομένουσα, ὡς Θεὸν δι' ἑαυτῆς εἰκονίζουσα, τὸν πάσης ἀρχῆς καὶ τέλους ὁριστικὸν, καὶ πᾶσαν νόησιν τῶν νοούντων κατ' ἔκστασιν ἄῤῥητον πρὸς ἑαυτὸν ἕλκουσα. Ἐξ ὧν ἡ θεία ὁμοίωσις δείκνυται, γνώσεώς τέ φημι καὶ ἀρετῆς, καὶ δι' ὧν ἡ εἰς μόνον τὸν Θεὸν ἀκλόνητος ἀγάπη τοῖς ἀξίοις φυλάττεται, καθ' ἣν τὸ τῆς υἱοθεσίας ἀξίωμα θεοπρεπῶς διδόμενον διηνεκῶς ἐντυγχάνειν Θεῷ καὶ παρεστάναι χαρίζεται, πρὸς δυσώπησιν αὐτὴν τοῦ ἐντυγχάνοντος τὴν θείαν ὁμοίωσιν παρεχόμενον. Ὅθεν εἰκότως ὑπολαμβάνω μὴ διὰ χρόνου καὶ φύσεως, ὑφ' ἃ φυσικῶς ἐτέλειό μέγας Μελχισεδὲκ, βίῳ καὶ λόγῳ ὑπερβαθέντων ἤδη καὶ παντελῶς καταλελειμμένων προσαγορευθῆναι δεῖν, *Ὁ θεῖος αὐτὸν ἐδικαίωσε λόγος*, ἀλλ' ἐξ ὧν καὶ δι' ὧν ἑαυτὸν μετεποίησε γνωμικῶς, ἀρετῆς λέγω καὶ γνώσεως, ὀνομασθῆναι. Ἐφ' ὧν γὰρ ἡ γνώμη γενναίως διὰ τῶν ἀρετῶν τὸν δυσμαχώτατον τῆς φύσεως κατηγωνίσατο νόμον, καὶ τὴν χρόνου καὶ αἰῶνος ἰδιότητα διὰ γνώσεως ἀχράντως ἡ τοῦ νοῦ ὑπερίπταται κίνησις, τούτοις οὐκ ἔστιν ἐπιφημίσαι δίκαιον τῶν ἀπολειφθέντων ὡς γνώρισμα τὴν ἰδιότητα, (**151** *b*) ἀλλὰ μᾶλλον τὴν τῶν προσληφθέντων μεγαλοπρέπειαν, ἐξ ὧν καὶ ἐν οἷς μόνον εἰσὶ λοιπὸν καὶ ἐπιγινώσκονται. Ἐπεὶ καὶ ἡμεῖς φυσικῶς τοῖς ὁρατοῖς ἐπιβάλλοντες ἐκ τῶν χρωμάτων τὰ σώματα καὶ γνωρίζομεν καὶ ὀνομάζομεν, οἷον ὡς φῶς τὸν πεφωτισμένον ἀέρα, καὶ πῦρ τὴν οἱανοῦν πυρὸς ἐξημμένην ὕλην, καὶ λευκὸν τὸ λελευκασμένον σῶμα, καὶ ὅσα ἄλλα τοιουτότροπα. Εἰ τοίνυν γνωμικῶς τὴν ἀρετὴν τῆς φύσεως καὶ τῶν κατ' αὐτὴν ἁπάντων προετίμησε, διὰ τὴν καλὴν τοῦ ἐφ' ἡμῖν ἀξιώματος αἵρεσιν, καὶ πάντα χρόνον καὶ αἰῶνα κατὰ τὴν γνῶσιν ὑπερηκόντισε, πάντα ὅσα μετὰ Θεὸν κατόπιν ἑαυτοῦ γνωστικῶς κατὰ τὴν θεωρίαν ποιησάμενος, οὐδενὶ τῶν ὄντων ἐμμείνας ᾧ ἐπιθεωρεῖται τὸ οἱονοῦν πέρας, ὁ θεῖος Μελχισεδὲκ, πρὸς δὲ τὰς θείας καὶ ἀνάρχους καὶ ἀθανάτους [οὐσίας [79]] τοῦ Θεοῦ διὰ τοῦ λόγου κατὰ χάριν ἐν πνεύματι γεγέννηται, καὶ σῶαν καὶ ἀληθῆ ἐν ἑαυτῷ φέρει τοῦ γεννήσαντος Θεοῦ τὴν ὁμοίωσιν (ἐπεὶ καὶ πᾶσα γέννησις ταὐτὸν τῷ γεννῶντι πέφυκεν ἀποτελεῖν τὸ γεννώμενον · *Τὸ γὰρ γεγεννημένον*, φησὶν, *ἐκ τῆς σαρκὸς, σάρξ ἐστι, τὸ δὲ γεγεννημένον ἐκ τοῦ πνεύματος πνεῦμά ἐστιν*), εἰκότως

[i] Hebr. VII, 3. [k] Joan. III, 6.

VARIÆ LECTIONES.

[79] Vocabulum οὐσίας supplevi de meo.

οὐκ ἐκ τῶν φυσικῶν καὶ χρονικῶν ἰδιωμάτων, οἷς πατήρ τε καὶ μήτηρ καὶ γενεαλογία, ἀρχή τε καὶ τέλος ἡμερῶν περιέχεται, ἅπερ φθάσας ἑαυτοῦ παντελῶς ἐπελύσατο, ἀλλ' ἐκ τῶν θείων καὶ μακαρίων γνωρισμάτων, οἷς τὸ εἶδος ἑαυτῷ μετεποίησεν, ὠνομάσθη, (**152** *a*) ὧν οὐκ ἐφικνεῖται οὐ χρόνος, οὐ φύσις, οὐ λόγος, οὐ νοῦς, οὐδ' ἄλλο τι κατὰ περιγραφὴν φάναι τῶν ὄντων οὐδέν. Ἀπάτωρ οὖν *καὶ ἀμήτωρ καὶ ἀγενεαλόγητος, μήτε ἀρχὴν ἡμερῶν, μήτε τέλος ζωῆς ἔχων*, ἀναγέγραπται ὁ μέγας Μελχισεδὲκ, ὡς ὁ ἀληθὴς τῶν Θεοφόρων ἀνδρῶν τὰ περὶ αὐτοῦ διεσάφησε λόγος, οὐ διὰ τὴν φύσιν τὴν κτιστὴν καὶ ἐξ οὐκ ὄντων, καθ' ἣν τοῦ εἶναι ἤρξατό τε καὶ ἔληξεν, ἀλλὰ διὰ τὴν χάριν τὴν θείαν καὶ ἄκτιστον, καὶ ἀεὶ οὖσαν ὑπὲρ πᾶσαν φύσιν καὶ πάντα χρόνον, ἐκ τοῦ ἀεὶ ὄντος Θεοῦ, καθ' ἣν δι' ὅλου μόνην ὅλος γνωμικῶς γεννηθεὶς ἐπιγινώσκεται. Μόνος δὲ τοῦτο ὧν τῇ Γραφῇ τετήρηται, ὡς πρῶτος ἴσως ὑπὲρ τὴν ὕλην καὶ τὸ εἶδος κατὰ τὴν ἀρετὴν γενόμενος, ἅπερ διὰ τοῦ *ἀπάτωρ καὶ ἀμήτωρ καὶ ἀγενεαλόγητος* δηλοῦσθαι δύναται, καὶ ὡς πάντα τὰ ὑπὸ χρόνον καὶ αἰῶνα κατὰ τὴν γνῶσιν παρελθὼν, ὧν τὸ εἶναι χρονικῶς τῆς γενέσεως ἤρξατο τὸ ποτὲ εἶναι οὐκ ἠρνημένης, οὐδ' ὁτιοῦν τῷ κατὰ διάνοιαν Θείῳ δρόμῳ ἐνσκάσας ὅπερ σημαίνει τυχὸν τὸ μήτε ἀρχὴν ἡμερῶν μήτε τέλος ζωῆς ἔχειν· καὶ ὡς ἐξῃρημένως, κρυφίως τε καὶ σεσιγημένως, καὶ συνελόντα εἰπεῖν, ἀγνώστως, μετὰ πᾶσαν τῶν ὄντων πάντων ἀφαίρεσιν κατὰ νοῦν εἰς αὐτὸν εἰσοῦς τὸν Θεὸν, καὶ ὅλος ὅλῳ ποιωθεὶς τε καὶ μεταποιωθεὶς, ὅπερ τὸ, *Ἀφωμοιωμένος δὲ τῷ Υἱῷ τοῦ Θεοῦ μένει ἱερεὺς εἰς τὸ διηνεκὲς* ὕπεμφαίνειν δύναται. Πᾶς γάρ τις τῶν ἁγίων, οὗτινος κατ' ἐξαίρετον ἁπήρξατο καλοῦ, κατ' αὐτὸ καὶ τύπος εἶναι τοῦ (**152** *b*) δοτῆρος Θεοῦ ἀνηγόρευται. Καθ' ὃ σημαινόμενον καὶ οὗτος ὁ μέγας Μελχισεδὲκ διὰ τὴν ἐμποιηθεῖσαν αὐτῷ θείαν ἀρετὴν εἰκὼν εἶναι κατηξίωται Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ, καὶ τῶν ἀπορρήτων αὐτοῦ μυστηρίων, εἰς ὃν πάντες μὲν οἱ ἅγιοι συνάγονται ὡς ἀρχέτυπον καὶ τῆς ἐν ἑκάστῳ αὐτῶν τοῦ καλοῦ ἐμφάσεως αἴτιον, μάλιστα δὲ οὗτος, ὡς τῶν ἄλλων ἁπάντων πλείους ἐν ἑαυτῷ φέρων τοῦ Χριστοῦ τὰς ὑποτυπώσεις.

A logia, initium et finis comprehenduntur dierum, quæ ille antevertens omnino exuit, sed ex divinis ac beatis insignibus, quibus sibi speciem transformavit, sit appellatus, quæ non attaminat tempus nec natura, neque ratio, neque mens, nec aliud quidpiam, ut breviter dicam, quæcunque sunt. Sine patre igitur et matre, et sine genere, initio dierum et fine vitæ carens, perscriptus est magnus Melchisedec, quemadmodum verax Deiferorum virorum sermo res ejus enarravit, non propter naturam quæ creata est, et de nihilo creata est, secundum quam ille vivere et cœpit et desiit, sed propter gratiam divinam, non creatam et sempiternam, quæ omnem tam naturam quam tempus superat, ex æterno Deo, secundum quam gratiam solam omnis omnino B voluntate et animo generatus agnoscitur. Solus autem ejus generis in Scriptura servatus est, quippe qui primus fortassis materiam et formam virtute superavit, id quod per illud, *Sine patre et matre et sine genere* [1] significari potest, quique omnia temporis et ævo subjecta cognitione transgressus est, quorum existentia temporaliter de nativitate inchoata est quæ in tempus aliquod incidere fierique voluerit, neque in divino unquam intellectus curriculo claudicans, id quod fortasse significat illud quod neque principium dierum neque finem habere narratur : et ut singulari plane et non communi modo, clam et tecte, et ut breviter dicam, modo incognito, rebus quæ sunt amputatis plane atque relictis mente in ipsam Deum immergens sese, et totus toti qualificatus et transqualificatus, id quod illud : *Similatus autem Dei Filio manet sacerdos in perpetuum* [m], subindicare potest. Sanctorum enim quilibet quo præcipue inchoavit pulchro, secundum id etiam simulacrum Dei datoris declaratus est. Qua sententia hic quoque magnus Melchisedec propter divinam virtutem ei insitam simulacrum Christi Dei esse dignus habitus est, ejusque ineffabilium mysteriorum, in quem universi sancti congreganter tanquam in archetypum ac pulchri in quovis eorum imaginis causam, præsertim vero hic, utpote qui plures quam reliqui in sese Christi deformationes ferebat.

Ἐξήγησις εἰς τὸν Κύριον, περὶ τῶν λεγομένων εἰς τὸν Μελχισεδέκ.

Μονώτατος γὰρ ὁ Κύριος ἡμῶν καὶ Θεὸς Ἰησοῦς Χριστὸς φύσει καὶ ἀληθείᾳ ἀπάτωρ ἐστὶ καὶ ἀμήτωρ καὶ ἀγενεαλόγητος, καὶ μήτε ἀρχὴν ἡμερῶν μήτε ζωῆς τέλος ἔχων· ἀμήτωρ μὲν διὰ τὸ ἄϋλον καὶ ἀσώματον καὶ παντελῶς ἄγνωστον τῆς ἄνω ἐκ τοῦ Πατρὸς προαιωνίου γεννήσεως· ἀπάτωρ δὲ κατὰ τὴν κάτω καὶ χρονικὴν ἐκ τῆς μητρὸς καὶ ἐνσώματον γέννησιν, ἧς κατὰ τὴν σύλληψιν τὸ διὰ σπορᾶς εἶδος οὐ κατεστήσατο· ἀγενεαλόγητος δὲ ὡς

D *Enarratio in Dominum de iis quæ in Melchisedec dicta sunt.*

Unus enim Dominus noster et Deus Jesus Christus natura ac veritate sine patre est et sine matre et sine genere, et initio dierum et vitæ fine caret. Sine matre, propter immateriale et incorporale et plane incognitum nativitatis ejus ex Patre æterno; sine patre, propter ejus in hac terra temporalem ac corporalem ex matre generationem, cujus secundum conceptionem et semen instituendæ genus non secutus est; sine genere denique, ut utriusquo

[1] Hebr. VII, 3. [m] Ibid.

VARIÆ LECTIONES.

[a] κατεξαίρετον cod. Gud.

Digitized by Google

generationis suæ modo omnibus plane invio et incomprehensibili usus. Quod autem principio dierum et vitæ fine careat, hoc quia sine initio ac fine est, ac prorsus infinitus, utpote natura Deus; manet vero sacerdos in æternum, quia nulla morte malitiæ naturæve exsistere desinit, utpote Deus omnisque de natura ac virtute vitæ largitor. Noli autem hujus quemquam gratiæ expertem esse putare eo quod de magno uno Melchisedec eam sermo definiit. Omnibus enim æqualiter Deus salutis adipiscendæ de natura insevit facultatem, ut quicunque voluerit divina gratia impertiri possit, nec si Melchisedec fieri, et Abraam, ac Moysis et simpliciter cunctos in se transferre sanctos cupiverit prolibeatur, non nomina et loca mutando, sed modos et conversationem imitando.

A ἀμφοῖν αὐτοῦ τῶν γεννήσεων τὸν τρόπον ἔχων ἀβέβαιον τοῖς πᾶσιν ἄβατον καὶ ἀκατάληπτον. Τὸ δὲ μήτε ἀρχὴν ἡμερῶν μήτε ζωῆς τέλος ἔχων, ὡς ἄναρχος καὶ ἀτελεύτητος καὶ παντελῶς ἄπειρος, οἷα φύσει Θεός· μένει δὲ ἱερεὺς εἰς τὸν αἰῶνα, ὡς μηδενὶ θανάτῳ κακίας ἢ φύσεως τοῦ εἶναι παυόμενος, ὅτι Θεὸς καὶ πάσης τῆς κατὰ φύσιν καὶ ἀρετὴν ζωῆς χορηγός. Μὴ νόμιζε δὲ ταύτης τινὰ ἀμοιρεῖν τῆς χάριτος, ἐπειδὴ περὶ μόνου τοῦ μεγάλου Μελχισεδὲκ ὁ λόγος αὐτὴν εἶναι διωρίσατο (153 a) Πᾶσι γὰρ ἴσως ὁ Θεὸς τὴν πρὸς σωτηρίαν φυσικῶς ἐνέθηκα δύναμιν, ἵνα ἕκαστος βουλόμενος τῆς θείας μεταποιεῖσθαι χάριτος δύνηται· καὶ θέλων Μελχισεδὲκ γενέσθαι, καὶ Ἀβραάμ, καὶ Μωϋσῆς, καὶ ἁπλῶς πάντας μεταφέρειν εἰς ἑαυτὸν τοὺς ἁγίους, μὴ κωλύηται, οὐκ ὀνόματα καὶ τόπους ἀμείβων, ἀλλὰ τρόπους καὶ πολιτείαν μιμούμενος.

B

Contemplatio alia in Melchisedec.

Quicunque igitur membra mortificavit in terra, atque totum carnis suæ prudentiam exstinxit, totamque ad eam relationem excussit per quam ea quæ soli Deo a nobis debetur charitas dividitur, atque omnia carnis et mundi ob divinam gratiam negavit signacula, adeo ut cum beato apostolo Paulo dicere quoque possit: *Quis nos a charitate Christi separabit* [n]? et reliqua, talis sine patre ac matre et sine genere ad magni Melchisedec instar factus est, nec sub carne aut natura ullo modo potest teneri, cum spiritu copulationem adeptus.

Θεωρία ἄλλη εἰς τὸν Μελχισεδέκ.

Πᾶς τοιγαροῦν τὰ μέλη νεκρώσας τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ ὅλον ἑαυτοῦ τῆς σαρκὸς ἀποσθέσας τὸ φρόνημα, καὶ τὴν πρὸς αὐτὴν δι' ὅλου σχέσιν ἀποσεσάμενος, δι' ἧς ἡ τῷ Θεῷ μόνῳ χρεωστουμένη παρ' ἡμῶν ἀγάπη μερίζεται, καὶ ἀρνησάμενος πάντα τὰ τῆς σαρκὸς καὶ τοῦ κόσμου γνωρίσματα, τῆς θείας ἕνεκεν χάριτος, ὥστε καὶ λέγειν δύνασθαι μετὰ τοῦ μακαρίου Παύλου τοῦ ἀποστόλου, *Τίς ἡμᾶς χωρίσει ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ Χριστοῦ;* καὶ τὰ ἑξῆς, ὁ τοιοῦτος ἀπάτωρ καὶ ἀμήτωρ καὶ ἀγενεαλόγητος κατὰ τὸν μέγαν Μελχισεδὲκ γέγονεν, οὐκ ἔχων ὅπως ὑπὸ σαρκὸς κρατηθῇ καὶ φύσεως, διὰ τὴν γεγενημένην πρὸς τὸ πνεῦμα συνάφειαν.

Contemplatio in id quod neque initium dierum neque finem vitæ habuit.

Si vero etiam sese ipsum insuper negavit et animam suam mea gratia perdidit, inveniet eam [o], hoc est præsente vita cum suis studiis quo rem longe meliorem lucrifaceret abjecta vivum et efficacem solam Dei rationem possidet, quæ virtute et cognitione ad animæ usque et spiritus divisionem penetret, neque ullum omnino quod præsentiæ illius expers sit habet, factus est et sine principio ac sine fine, temporalem in se non amplius mobilem vitam ferens, quæ initium habeat ac finem multisque affectionibus turbetur, sed solam inhabitantis rationis divinam vitam atque perennem, nullique morti terminatam.

C *Θεωρία εἰς τὸ μήτε ἀρχὴν ἡμερῶν ἔχειν, μήτε τέλος ζωῆς.*

Εἰ δὲ καὶ ἑαυτὸν πρὸς τούτοις ἠρνήσατο, τὴν ἰδίαν ἀπολέσας ψυχὴν αὐτοῦ ἕνεκεν ἐμοῦ, εὑρήσει αὐτήν, τουτέστι τὴν παροῦσαν ζωὴν μετὰ τῶν αὐτῆς θελημάτων τῆς κρείττονος ἕνεκεν προϊέμενος· ζῶντά τε [81] ἐνεργοῦντα μονώτατον τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον κέκτηται, διικνούμενον κατ' ἀρετὴν καὶ γνῶσιν ἄχρι μερισμοῦ ψυχῆς καὶ πνεύματος, (153 b) καὶ μηδὲν τὸ παράπαν τῆς αὐτοῦ παρουσίας ἄμοιρον ἔχει, γέγονε καὶ ἄναρχος καὶ ἀτελεύτητος, τὴν χρονικὴν μηκέτι φέρων ἐν ἑαυτῷ κινουμένην ζωήν, τὴν ἀρχὴν καὶ τέλος ἔχουσαν, καὶ πολλοῖς δονουμένην παθήμασι, μόνην δὲ τὴν θείαν τοῦ ἐνοικήσαντος λόγου καὶ ἀΐδιον καὶ μηδενὶ θανάτῳ περατουμένην.

Contemplatio in illud: « Manet sacerdos in æternum [p]. »

Si vero etiam summa cum intentione proprio gratiæ donativo invigilare novit, perque actionem contemplationem curam habuit bonorum quæ

D *Θεωρία εἰς τὸ, « Μένει ἱερεὺς εἰς τὸν αἰῶνα. »*

Εἰ δὲ καὶ προσοχῇ πολλῇ τῷ ἰδίῳ ἐπαγρυπνῆν οἶδε χαρίσματι, διὰ πράξεως καὶ θεωρίας τῶν ὑπὲρ φύσιν καὶ χρόνον ἐπιμελόμενος ἀγαθῶν, γέγονε καὶ

[n] Rom. VIII, 35. [o] Luc. IX, 24. [p] Hebr. VII, 3.

VARIÆ LECTIONES.

[81] cod. Gud.

Digitized by Google

ἱερεὺς διηνεκὴς καὶ αἰώνιος, νοερῶς ἀεὶ τῆς θείας ἀπολαύων ὁμιλίας, καὶ διὰ τὸ μιμεῖσθαι τῇ περὶ τὸ καλὸν κατὰ τὴν γνώμην ἀτρεψίᾳ τὸ [88] κατὰ φύσιν ἄτρεπτον μὴ κωλυόμενος Ἰουδαϊκῶς ἁμαρτίᾳ θανάτῳ εἰς τὸ διηνεκὲς παρσμένειν, καὶ Θυσίαν προσφέρειν αἰνέσεως καὶ ἐξομολογήσεως, ἐνδόξως Θεολογῶν ὡς δημιουργὸν τῶν ἁπάντων, καὶ εὐγνωμόνως εὐχαριστῶν ὡς προνοητῇ καὶ κριτῇ τῶν ὅλων δικαίῳ, ἐν τῷ κατὰ διάνοιαν θείῳ Θυσιαστηρίῳ, ἐξ οὗ φαγεῖν οὐκ ἔχουσι ἐξουσίαν οἱ τῇ σκηνῇ λατρεύοντες. Οὐ γὰρ οἷόν τε μυστικῶν Θείας γνώσεως ἄρτων καὶ κρατῆρος ζωτικοῦ σοφίας μεταλαχεῖν τοὺς μονοστοιχοῦντας τῷ γράμματι, καὶ ἀλόγων Θυσίαις παθῶν πρὸς σωτηρίαν ἀρκουμένους, καὶ τὸν μὲν Θάνατον τοῦ Ἰησοῦ, διὰ τῆς καθ' ἁμαρτίαν ἀργίας καταγγέλλοντας, τὴν δὲ ἀνάστασιν αὐτοῦ, ὑπὲρ ἧς καὶ δι' ἣν ὁ Θάνατος γέγονε, διὰ τῆς κατὰ νοῦν Θεωρίας, τῆς ἐν δικαιοσύνῃ ἔργων ἀγαθῶν πεφωτισμένης, οὐχ ὁμολογοῦντας, καὶ τὸ μὲν θανατωθῆναι σαρκὶ εὖ μάλα προθύμως (**154** *a*) ἑλομένους, τὸ δὲ ζωοποιηθῆναι καὶ πνεύματι οὐδ' ὁπωσοῦν ἀναρχομένους, ἔτι τῆς κατ' αὐτοὺς σκηνῆς ἐχούσης στάσιν διὰ τὸ μήπω πεφανερῶσθαι αὐτοῖς τὴν διὰ λόγου καὶ γνώσεως τῶν ἁγίων ὁδὸν, ἥτις ἐστὶν ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ ὁ εἰπών, *Ἐγώ εἰμι ἡ ὁδὸς*, καὶ ἀπὸ τοῦ σάρκα λόγον εἰδῆναι διὰ πρακτικῆς τὸν Κύριον ἐπὶ τὴν ὡς μονογενοῦς παρὰ Πατρὸς δόξαν, τὴν πλήρη χάριτος καὶ ἀληθείας, διὰ Θεωρίας ἐλθεῖν οὐκ ἐφιεμένους.

A naturam atque tempus superant, factus est etiam sacerdos perpetuus atque æternus, intellectualiter semper Dei consuetudine fruens, et sua circa pulchrum voluntatis constantia naturalem constantiam cum æmuletur, non prohibitus Judaice in morte peccati, perpetuo perseverare, sacrificiumque offerre laudis et confessionis, clare Deum prædicans ut omnium conditorem, et pio animo gratias agens ei ut provido atque judici universorum æquo, in intellectuali ara divina, unde eis qui tabernaculum venerantur edere non licet. Fieri enim non potest ut mysticorum divinæ cognitionis panum ac poculorum vitalis sapientiæ ii participes fiant qui sola in littera incedunt, irrationaliumque ad suam salutem sacrificiis passionum contenti. Jesuque mortem per peccandi cessationem pronuntiantes, resurrectionem vero ejus, de qua et propter quam mors facta est, per intellectualem contemplationem, quæ in bonarum actionum justitia collustratur, diffitentes, et carnaliter mortificari paratissimi, at vivificari quoque in spiritu nequaquam denuo inchoantes, tabernaculo ipsorum adhuc stante, quando nondum eis per rationem et cognitionem sanctorum via est monstrata quæ Dei sermo est, dicens : *Ego sum via* [p], — et postquam Dominum Sermonem carnem per philosophiam activam cognorunt, ad gloriam, quæ Unigeniti est apud Patrem, gratiæ et veritatis plenam [r], per contemplationem venisse non cupientes.

B

C

Θεωρία εἰς τὸν Ἀβραάμ.

Ἀβραὰμ πάλιν πνευματικὸς γίνεται τῆς γῆς καὶ τῆς συγγενείας καὶ τοῦ οἴκου τοῦ πατρὸς ἐξερχόμενος καὶ εἰς τὴν ὑπὸ Θεοῦ δεικνυμένην ἐρχόμενος γῆν, ὁ τῆς σαρκὸς κατὰ διάθεσιν ἀπορρήξας, καὶ ἐκτὸς αὐτῆς γενόμενος τῷ χωρισμῷ τῶν παθῶν, καὶ τὰς αἰσθήσεις ἀπολιπὼν, καὶ μηδεμίαν δι' αὐτῶν ἁμαρτίας ἔτι παραδεχόμενος πλάνην, καὶ τὰ αἰσθητὰ πάντα παρελθὼν, ἐξ ὧν τῇ ψυχῇ διὰ τῶν αἰσθήσεων τὸ ἀπατᾶσθαι καὶ παίειν προσγίνεται, καὶ μόνῳ τῷ νῷ παντὸς ὑλικοῦ ἐλευθέρῳ δεσμοῦ εἰς τὴν Θείαν καὶ μακαρίαν τῆς γνώσεως ἐρχόμενος γῆν, καὶ εἰς μῆκος καὶ πλάτος αὐτὴν μυστικῶς διοδεύων, ἐν ᾗ τὸν Κύριον ἡμῶν εὑρήσει καὶ Θεὸν Ἰησοῦν Χριστὸν, τὴν ἀγαθὴν τῶν φοβουμένων αὐτὸν κληρονομίαν, εἰς μῆκος μὲν ἀνείκαστον δι' ἑαυτὸν ὑπὸ τῶν ἀξίων κατὰ τὸ ἐφικτὸν ἀνθρώποις Θεολογούμενον, δι' ἡμᾶς δὲ εἰς πλάτος δοξολογούμενον, διὰ τῆς συνεκτικῆς τοῦ παντὸς σοφωτάτης αὐτοῦ προνοίας, καὶ τῆς ὑπὲρ ἡμῶν μάλιστα θαυμαστῆς καὶ ὑπεραρρήτου οἰκονομίας, καὶ μέτοχος τῶν οἷς χαίρειν τὸν Κύριον **154** *b*) ἐξεπαιδεύθη τρόπων κατὰ πρᾶξιν ἕως καὶ Θεωρίαν γενόμενος, δι' ὧν ἡ πρὸς Θεὸν βεβαίως κεκρῶσθαι πέφυκε φιλία τε καὶ ἀφομοίωσις. Καὶ συντόμως περὶ τούτων εἰπεῖν, ὁ σάρκα καὶ αἴσθησιν καὶ κόσμον, περὶ ἃ τοῦ νοῦ ἡ πρὸς τὰ νοητὰ κατὰ

Contemplatio in Abraham.

Abraham rursus spiritualis fit de terra, de propinquitate deque patris domo discedens in terram quam Deus monstravit [s], qui a carne sese secundum habitum abrumpens, et extra eam factus passionum divortio, sensibusque relictis nullum amplius per eos peccati errorem recipiens, sensibilia-que omnia prætergressus, ex quibus animæ per sensus fraus fit atque illusio, solaque mente omni materiali vinculo libera in divinam atque beatam cognitionis terram profectus longe lateque eam mystice peragrat, ubi Dominum nostrum inveniet atque Deum Jesum Christum, bonam illam eorum qui ipsum verentur hæreditatem, Christum, in longitudinem quidem incomparabilem sui causa a dignis quoad fieri potest apud homines, prædicatum, nostri causa vero in latitudinem glorificatum de sapientissima ejus quæ omnia complectitur providentia deque admirabili illa præsertim et plus quam ineffabili pro nobis œconomia, eorum quoque quibus honorare Dominum didicit modorum active interim et contemplative factus particeps, quibus modis firmiter sancitur Dei amor atque assimilatio. Et, ut breviter de his dicam, is qui carnem et sensum et mundum, circa quos mentis ad intelligibilia fit relativa solutio, active debellavit,

[p] Joan. XIV, 6. [r] Joan. I, 14. [s] Gen. XII, 1.

VARIÆ LECTIONES.

[88] τὸν cod. Gud.

Digitized by Google

s usque intellectu per dilectionem ad Deum cognitione accessit, ejusmodi alter est Abraham, et de pari gratia pari cum patriarcha virtutis et cognitionis charactere instructus apparet.

A τὴν σχέσιν διάλυσις γίνεται, πρακτικῶς καταπαλεύσας, καὶ μόνῃ διανοίᾳ δι' ἀγάπης Θεῷ γνωστικῶς προσχωρήσας, ὁ τοιοῦτος ἄλλος Ἀβραὰμ ὑπάρχει, διὰ τῆς ἴσης χάριτος τὸν αὐτὸν τῷ πατριάρχῃ τῆς ἀρετῆς καὶ τῆς γνώσεως ἔχων χαρακτῆρα δεικνύμενος.

Contemplatio in Moysen.

Etiam Moyses rursus alter apparet qui regni passionum tempore, cum diabolo inteligibili Pharaone dominante melius in ditionem pejoris cogeretur, et carnale exsurgeret contra spirituale, et omnis pia cogitatio tolleretur secundum Deum de voluntate atque animo natus, inque loculo veræ exercitationis impositus, moralibus extra carnaliter modis et intra animaliter stabilitus consiliis, et usque ad legem receptionis naturalium contemplationum sub sensu esse patiens, id est sub intelligibili Pharaonis filia, studio autem bonorum divinorum sincero carnis, quæ Ægyptum refert, prudentiam interficiens, et in arena, malorum sterilem dico habitum, expositus, in quo, etiamsi ab inimico malitiæ spargatur, lolium crescere nequit, ob intimam spiritus inopiam, quæ statum ab affectibus liberum gignit et alit, per quam divino imperio nequitiæ spiritus grassantur, quæque tentationum fluctibus assiduis tanquam silva inhorresceit, amaræ ac revera salsuginosæ nequitiæ mare limitans, ut scriptum est : *Qui disposuit arenam mari, et dicit ei : Hucusque penetrabis, et ultra non transgredieris, et in te conflictabuntur tui fluctus* [t] ; — cogitationes vero adhuc in terram inclinantes et frui hac terra cupientes, pro qua thymicon, sive concupiscentivum, decertat, et cognitionis, sive diagnosticam, rationem dominatur atque propulsat, ovium instar per desertam regionem passionibus et materiis voluptatumque concilio privatam agens, tanquam gnarus opilio, ad montem cognitionis Dei quod in sublimitate sensus videtur : in quo studiose versatus per aptas spirituales contemplationes, relicta mentis ad sensualia relatione (hoc enim significari puto per transitum annorum quadraginta annorum), ineffabilis quoque et horrendi, qui velut in arbusto in rerum essentia inest, ignis divini spectator cogitatu et auditor fieri merebitur, Dei, inquam, Sermonis, qui de sanctæ Virginis rubro in novissimis diebus eluxit et carnaliter nobis conversatus est [u] ; nudum intellectus vestigium tali mysterio propinquans, humanarumque cogitationum, ut mortuarum, calceamentis plane liberum, et ad investigandam velut faciem mentis aciem avertens, solaque fide ad recipiendam mysterii, ad aurium instar, animæ obsequium patefaciens, ex quo, validam et invictam contra malas potestates habente potestatem, ab eis quæ contra naturam ea quæ secundum naturam, a carnalibus animalia, a materialibus sensibilibusque intelligibilia et imma-

Θεωρία εἰς τὸν Μωϋσῆν.

Καὶ Μωϋσῆς πάλιν ἄλλος ἐκφαίνεται, ὁ ἐν τῷ καιρῷ τῆς τῶν παθῶν δυναστείας, ὑπηνίκα τοῦ διαβόλου τοῦ νοητοῦ Φαραὼ τυραννοῦντος τὸ χεῖρον ἐπικρατεῖν τοῦ ἀμείνονος, καὶ τοῦ πνευματικοῦ τὸ σαρκικὸν ἐπανίστασθαι, καὶ πᾶς εὐσεβὴς ἀναιρεῖσθαι πέφυκε λογισμός, κατὰ Θεὸν γνωμικῶς γεννώμενος, καὶ θήκῃ ἀσκήσεως ἀληθοῦς ἐμβληθείς, ἠθικοῖς ἔξωθεν κατὰ
B σάρκα τρόποις καὶ ἔσωθεν κατὰ ψυχῆς θείοις ἠσφαλισμένος νοήμασι, καὶ μέχρι νόμου τῆς ἀναλήψεως τῶν φυσικῶν θεωρημάτων ἀνεχόμενος εἶναι ὑπὸ τὴν αἴσθησιν, τὴν τοῦ νοητοῦ Φαραὼ θυγατέρα, ζήλῳ δὲ γνησίῳ τῶν θείων ἀγαθῶν τὸ Αἰγυπτιάζον τῆς σαρκὸς ἀποκτείνας φρόνημα, καὶ ὑπὸ τὴν ψάμμον, τὴν τῶν κακῶν ἄγονον ἕξιν φημί, καταθέμενος, ἐν ᾗ κἂν ὑπὸ τοῦ ἐχθροῦ σπαρῇ τὸ τῆς κακίας ζιζάνιον, οὐ πέφυκε φύεσθαι διὰ τὴν ἐνοῦσαν ἐνδεῶς πτωχείαν τοῦ πνεύματος, τὴν τὸ ἀπαθὲς γεννῶσάν τε καὶ φυλάττουσαν (**155** *a*) καὶ θείῳ προστάγματι τὴν ἀγριουμένην τοῖς πνεύμασι τῆς πονηρίας καὶ τοῖς ἀλλεπαλλήλοις τῶν πειρασμῶν κύμασι δενδρουμένην, τῆς πικρᾶς καὶ ὄντως ἁλμώδους κακίας
C ὁρίζουσαν θάλασσαν, καθὼς γέγραπται, *Ὁ τιθεὶς ἄμμον ὅριον τῇ θαλάσσῃ, καὶ λέγων αὐτῇ, Μέχρι τούτου διελεύσῃ, καὶ οὐχ ὑπερβήσῃ, καὶ ἐν σοὶ συντριβήσονται σου τὰ κύματα·* τοὺς δὲ εἰς γῆν ἔτι κατανεύοντας λογισμοὺς καὶ τὴν ἐξ αὐτῆς ἐπιζητοῦντας ἀπόλαυσιν, ὑπὲρ ἧς τὸ θυμικὸν διαμάχεσθαι καὶ τὸν διαγνωστικὸν τυραννεῖν καὶ ἀπωθεῖσθαι πέφυκε λόγον, προβάτων δίκην διὰ τῆς ἐρήμου παθῶν καὶ ὑλῶν ἐστερημένης καὶ ἡδονῶν καταστάσεως ἄγων ὡς ἐπιστήμων ποιμὴν πρὸς τὸ ὄρος τῆς γνώσεως τοῦ Θεοῦ τὸ ἐν τῷ ὕψει τῆς διανοίας ὁριώμενον. Ἧ φιλοπόνως ἐνδιατρίβων διὰ τῶν προσφυῶν κατὰ πνεῦμα θεωρημάτων μετὰ τὴν ἀπόλειψιν τῆς κατὰ νοῦν πρὸς τὰ αἰσθητὰ σχέσεως (τοῦτο γὰρ οἶμαι δηλοῦν τὴν τοῦ τεσσαρακονταετοῦς χρόνου πάροδον),
D καὶ τοῦ ἀῤῥήτου καὶ ὑπερφυοῦς ὥσπερ θάμνῳ τῇ οὐσίᾳ τῶν ὄντων ἐνυπάρχοντος θείου πυρὸς κατ' ἔννοιαν θεατὴς γενέσθαι καὶ ἀκροατὴς ἀξιωθήσεται, τοῦ ἐκ τῆς βάτου τῆς ἁγίας Παρθένου φημὶ ἐπ' ἐσχάτων τῶν χρόνων ἐκλάμψαντος καὶ διὰ σαρκὸς ἡμῖν ὁμιλήσαντος Θεοῦ Λόγου, γυμνὸν τὸ τῆς διανοίας ἴχνος τῷ τοιούτῳ μυστηρίῳ προσάγων, καὶ λογισμῶν ἀνθρωπίνων ὡς νεκρῶν ὑποδημάτων παντελῶς ἐλεύθερον, καὶ πρὸς μὲν ζήτησιν, ὥσπερ πρόσωπον, τὸ τῆς διανοίας ὀπτικὸν ἀποστρέφων, πίστει δὲ μόνῃ πρὸς ὑποδοχὴν τοῦ (**155** *b*) μυστηρίου, ἀκοῆς τρόπον, τὸ τῆς ψυχῆς εὐπειθὲς διανοίγων, παρ' οὗ τὴν ἰσχυρὰν καὶ ἀήττητον κατὰ τῶν πονηρῶν δυνάμεων

[t] Jer. v, 22; Job. xxvm, 11 [u] Baruch m, 38.

Digitized by Google

κομίσαντος δύναμιν τῶν παρὰ φύσιν τὰ κατὰ φύσιν, καὶ τῶν σαρκικῶν τὰ ψυχικὰ, καὶ τῶν ὑλικῶν τε καὶ αἰσθητῶν τὰ νοητὰ καὶ ἄϋλα κατὰ πολλὴν ἀφορίζει ἐξουσίαν, τῆς δοῦλον ποιεῖν τὸ ἐλεύθερον πειρωμένης πολὺ ὑπερέχων δυνάμεως.

A terialia, eam quæ libertatem fortiter segregat, famulare studet longe superans potestatem.

—

Ἄλλη θεωρία εἰς τὸν αὐτὸν σύντομος.

Καὶ ἵνα συνελὼν εἴπω, ὁ μὴ ὑπελθὼν τὸν τῆς ἁμαρτίας ζυγὸν, μήτε τῷ θολερῷ τῶν παθῶν ῥεύματι διὰ τῆς κακῆς ἐπιθυμίας ἑαυτὸν ἐμπνίξας, καὶ αἰσθήσει τρέφεσθαι τῇ πηγῇ τῶν ἡδονῶν ἀνασχόμενος, ἀποκτείνας δὲ μᾶλλον τὸ φρόνημα τῆς σαρκὸς, τὸ τυραννοῦν τῆς ψυχῆς τὴν εὐγένειαν, καὶ πάντων τῶν φθειρομένων ὑπεράνω γενόμενος τὸν πλάνον τοῦτον κόσμον ὥσπερ Αἴγυπτόν τινα φυγὼν, τὸν ἐκθλίβοντα ταῖς σωματικαῖς φροντίσι τὸν διορατικώτατον νοῦν, καὶ καθ' ἡσυχίαν ἑαυτῷ συγγενόμενος καὶ φιλοπόνῳ σχολῇ τῆς διεπούσης θείως τὸ πᾶν θείας προνοίας τὴν σοφὴν οἰκονομίαν διὰ τῆς ἐπιστημονικῆς τῶν ὄντων θεωρίας ἀῤῥήτως διδαχθεὶς, κἀντεῦθεν διὰ μυστικῆς θεολογίας, ἣν κατ' ἔκστασιν ἄῤῥητον νοῦς καθαρὸς διὰ προσευχῆς πιστεύεται μόνος, ὡς ἐν γνόφῳ τῇ ἀγνωσίᾳ ἀφθέγκτως Θεῷ συγγενόμενος, καὶ ἑαυτὸν ἔσωθεν κατὰ νοῦν εὐσεβείας δόγμασι, καὶ ἔξωθεν, ὡς τὰς πλάκας ὁ Μωϋσῆς, ἀρετῶν χάρισι δακτύλῳ Θεοῦ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι ἐγχαράξας, ἢ γραφικῶς εἰπεῖν, ὁ ἑλόμενος συγκακουχεῖσθαι τῷ λαῷ τοῦ Θεοῦ μᾶλλον ἢ πρόσκαιρον ἔχειν ἁμαρτίας (**156** *a*) ἀπόλαυσιν, καὶ τῶν ἐν Αἰγύπτῳ θησαυρῶν τὸν ὀνειδισμὸν τοῦ Χριστοῦ τιμιώτερον κρίνας, τουτέστι πλούτου καὶ δόξης, τῶν προσκαίρων καὶ φθειρομένων, τοὺς ὑπὲρ ἀρετῆς ἑκουσίως ἀνθαιρούμενος πόνους, οὗτος Μωϋσῆς πνευματικὸς γέγονεν, οὐχ ὁρατῷ διαλεγόμενος Φαραὼ, ἀλλὰ ἀοράτῳ τυράννῳ καὶ ψυχῶν φονευτῇ καὶ κακίας ἀρχηγῷ τῷ διαβόλῳ καὶ ταῖς ἀμφ' αὐτὸν πονηραῖς δυνάμεσι μεθ' ἧς διὰ χειρὸς ἐπιφέρεται ῥάβδου, τῆς κατὰ τὸ πρακτικὸν φημι τοῦ λόγου δυνάμεως, νοητῶς παρατασσόμενος.

Alia contemplatio brevis in eumdem.

Atque ut paucis absolvam, is qui peccati jugum non subiit, neque cœnoso passionum flumine per malam cupidinem sese suffocavit ac sensu voluptatum fonte ali se passus est, imo potius prudentiam carnis, quæ in nobilitatem animæ exercet dominatum, interfecit et eorum quæ intereunt superior factus hunc mundum erroris plenum veluti Ægyptum aliquam fugit, quæ perspicacissimam mentem corporalibus curis vexat, qui quiete secum conversatus otioque studiis ac laboribus dedito de sapiente B divinæ providentiæ, quæ divine universum moderatur et curat, dispensatione per gnaram rerum contemplationem ineffabili modo edoctus est, indeque per mysticam theologiam, quæ castæ solum menti per orationem creditur, ignorantiæ tanquam in nimbo, ineffabiliter congressus cum Deo intus sibi in mente pietatis præcepta et extrinsecus, quemadmodum tabulis Moyses, virtutum gratias Dei digito qui sanctus Spiritus est, inscripsit, vel, ut expresse dicam, qui cum populo Dei afflictari quam temporalem fructum peccati percipere et thesauris Ægypti contumeliam Christi prætulit, hoc est divitiis atque gloriæ, quæ sunt temporalia atque interitui obnoxia, labores pro virtute sponte ac lubenter susci- C pere maluit, is Moyses spiritualis factus est, non cum visibili colloquens Pharaoni, sed cum invisibili tyranno animarumque interfectori et nequitiæ principi diabolo, quæque cum comitantur malis potestatibus virga, quam manu fert, actuali, inquam, rationis potestate intellectualiter congrediens.

—

Θεωρία περὶ τοῦ, Πῶς τοὺς πρὸ νόμου καὶ μετὰ νόμον ἁγίους τις μιμήσασθαι δύναται, καὶ τίς ἡ τοῦ φυσικοῦ νόμου καὶ τοῦ γραπτοῦ κατὰ τὴν εἰς ἀλλήλους μεταχώρησιν ταυτότης.

Ὡσαύτως δὲ καὶ πάντας τοὺς ἁγίους ἕκαστος ἡμῶν θέλων εἰς ἑαυτὸν μεταθεῖναι δύναται, πρὸς ἕκαστον πνευματικῶς ἐκ τῶν περὶ αὐτοῦ καθ' ἱστορίαν τυπικῶς γεγραμμένων μορφούμενος (*Συνέβαινε γὰρ ἐκείνοις τυπικῶς*, φησὶν ὁ θεῖος Ἀπόστολος, *ἐγράφη δὲ πρὸς νουθεσίαν ἡμῶν, εἰς οὓς τὰ τέλη τῶν αἰώνων κατήντησε*), πρὸς μὲν τοὺς πάλαι πρὸ νόμου ἁγίους, ἀπὸ μὲν κτίσεως κόσμου τὴν περὶ Θεοῦ γνῶσιν εὐσεβῶς ποριζόμενος, ἀπὸ δὲ τῆς τὸ πᾶν σοφῶς διοικούσης Προνοίας τὰς ἀρετὰς κατορθοῦν διδασκόμενος, κατ' αὐτοὺς ἐκείνους τοὺς πρὸ τοῦ νόμου ἁγίους, οἳ διὰ πάντων φυσικῶς ἐν ἑαυτοῖς τὸν γραπτὸν ἐν πνεύματι προχαράξαντες νόμον εὐ-

Contemplatio in illud : Quomodo quis possit sanctos tam qui ante legem quam qui post legem exstiterunt æmulari possit, et quænam sit naturalis legis atque scriptæ secundum mutuam in se transitionem ac vicissitudinem identitas.

Similiter vere item quicunque nostrum volet omnes sanctos in se transferre potest, dum ad D quemque spiritualiter sese format ex iis quæ typice de eo memoriæ mandata sunt (*Evenerunt enim illis in imaginem*, divinus ait Apostolus, *sunt vero ad nos commonendos conscripta, in quos fines ævorum decurrerunt* [r]), ad veteres quæ legem antecesserunt, a condito mundo Dei cognitionem pie acquirendo, a Providentia vero universum sapienter administrante virtutes exercere discendo, in modum ipsorum illorum qui ante legem vixerunt sanctorum, qui per omnia naturaliter in semetipsis scriptam spiritu legem ante expresserunt et pietatis ac

[r] I Cor. x, 11.

Digitized by Google

virtutis veluti exemplarium legalibus merito sunt propositi (nam, *Intuemini*, inquit, *in Abrahamum patrem vestrum, et in Saram, quæ peperit vos* [x]) : ad eos vero qui secundum legem vixerunt, dum per præcepta in agnitionem Dei, prædicati in illis, pia mente promovetur, et convenientibus virtutum modis per nobilem actionem ornatur, eamdemque cum scripta naturalem legem esse instruitur, quando sapienter per symbola actualiter variatur, et rursus nec differre a naturali scriptam, quando unius speciei ac simplex inque dignis tam de virtute quam de cognitione per rationem et contemplationem symbolis liber fit, ad ipsorum illorum imaginem sanctorum in Libris sacris recensitorum, qui, littera tanquam velamento a spiritu sublata naturali lege usi spiritualiter apparuerunt.

A σεβείας καὶ ἀρετῆς τοῖς κατὰ νόμον εἰκότως πρ κξατ-θησαν ἐξεμπλάριον (Ἐμβλέψατε γὰρ, φησὶ, πρ ς Ἀβραὰμ τὸν πατέρα ὑμῶν, καὶ (156b) Σάρραν τὴν ὠδίνουσαν ὑμᾶς) · πρὸς δὲ τοὺς κατὰ νόμον διὰ τῶν ἐντολῶν εἰς ἐπίγνωσιν τοῦ ἐν αὐταῖς ὑπηγορευμένου Θεοῦ δι' εὐσεβοῦς ἐννοίας ἀναγόμενος, καὶ τοῖς καθήκουσι τῶν ἀρετῶν τρόποις δι' εὐγενοῦς πράξεως καλλωπιζόμενος, καὶ ταὐτὸν τῷ γραπτῷ νόμῳ τὸν φυσικὸν ὄντα παιδευόμενος, ὅταν σοφῶς διὰ συμβόλων κατὰ τὴν πρᾶξιν ποικίλληται, καὶ ἔμπαλιν τῷ φυσικῷ τὸν γραπτὸν, ὅταν ἐνοειδῆς καὶ ἁπλοῦς καὶ συμβόλων ἐν τοῖς ἁγίοις κατ' ἀρετήν τε καὶ γνῶσιν διὰ λόγου καὶ θεωρίας ἐλεύθερος γένηται, κατ' αὐτοὺς ἐκείνους τοὺς ἐν νόμῳ ἁγίους, οἳ τὸ γράμμα ὥσπερ κάλυμμα περιελόντος τοῦ πνεύματος τὸν φυσικὸν B νόμον ἔχοντος πνευματικῶς διεδείχθησαν.

Quod etiam legales sancti spiritualiter legem accipientes gratiam per eam manifestatam providebant.

Omnes enim diserte alium præter legalem cultum prospicientes vitæ Deo convenientissimæ secundum eum consummationem apparituram prædixerunt naturæque commodam atque maxime propriam, cum externorum nihil ad perfectionem opus haberent; quemadmodum universis liquido constat qui legis atque prophetarum divina oracula non ignorant. Id quod præcipue David atque Ezechias et sua uterque cum aliis conversandi agendique ratione significarunt, alter dum pro peccato legaliter Deum placat et veniam impetrat [y], alter dum alio præter legem præcepto vitæ additamento C a Deo augetur [z].

Ὅτι καὶ οἱ κατὰ νόμον ἅγιοι πνευματικῶς τὸν νόμον ἐκδεχόμενοι τὴν δι' αὐτοῦ μηνυομένην χάριν προέβλεπον.

Πάντες γὰρ διαρρήδην ἑτέραν παρὰ τὴν νομικὴν ἔσεσθαι λατρείαν προθεωρήσαντες τὸ κατ' αὐτὴν φανησόμενον τῆς θεοπρεπεστάτης ζωῆς τέλειον προεκήρυξαν, καὶ τῇ φύσει πρόσφορόν τε καὶ οἰκειότατον, ὡς μηδενὸς τῶν ἐκτὸς πρὸς τελείωσιν ἐπιδεόμενοι, καθὼς πᾶσι δῆλον καθέστηκε τοῖς μὴ ἀγνοοῦσι τὰ διὰ τοῦ νόμου καὶ τῶν προφητῶν θεῖα θεσπίσματα. Ὅπερ μάλιστα Δαβὶδ καὶ Ἐζεκίας καὶ τῷ καθ' ἑαυτὸν πρὸς τοῖς ἄλλοις ἑκάτερος δράματι παρηνίττετο, ὁ μὲν ὑπὲρ τῆς ἁμαρτίας νομικῶς τὸν Θεὸν ἐξιλεούμενος, (157a) ὁ δὲ προσθήκῃ ζωῆς ἑτέρῳ παρὰ τὸν νόμον θεσμῷ παρὰ τοῦ Θεοῦ σεμνυνόμενος.

Quod is qui sincero animi studio Christum per virtutes sectatur etiam superet legem tam scriptam quam naturalem.

Nihil autem impedit, ut arbitror, quominus is qui his legibus, naturali, inquam, ac scripta, Dei amorem mereri vel probationem institutus est, atque extra has per sinceram fidem solam rationem ad summum bonum deducentem fideliter secutus est, nullumque mente omnino facinus aut consilium aut cogitatum concepit, quibus natura ac cognitio qualitercunque exsistens omnis qualitercunque cogitati succidit atque apparet, ut eum decet qui Jesum, cœlos transgressum, sincere sectandi consilium cœpit, divina luce ostensa veram quoque eadem rerum naturæ, quantum quidem id homini licet, cognitione possit imbui.

Ὅτι καὶ ὑπὲρ τὸν γραπτὸν καὶ ὑπὲρ τὸν φυσικὸν νόμον γίνεται ὁ τῷ Χριστῷ γνησίως διὰ τῶν ἀρετῶν κατὰ διάθεσιν ἀκολουθῶν.

Οὐδὲν δὲ τὸ κωλύον, ὡς οἶμαι, ἐστὶ τὸν ἐν τούτοις προπαιδευθέντα τοῖς νόμοις, τῷ φυσικῷ τέ φημι καὶ τῷ γραπτῷ, θεοφιλῶς [aa], ἥπερ τούτοις γενέσθαι θεοπρεπῶς, καὶ τούτων χωρὶς δι' εἰλικρινοῦς πίστεως μόνῃ τῷ ἐπὶ τὸ ἀκρότατον ἀγαθὸν ἄγοντι λόγῳ γνησίως ἀκολουθήσαντα, καὶ μηδενὸς κατ' ἔννοιαν τὸ παράπαν ἁπτόμενον πράγματος ἢ λογισμοῦ ἢ νοήματος οἷς ἡ ὁπωσοῦν οὖσα παντὸς τοῦ ὁπωσοῦν νοουμένου τε καὶ ὄντος φύσις τε καὶ D γνῶσις ὑποπίπτει καὶ ἐμφαίνεται, ὥσπερ εἰκὸς [ab] τὸν ἕπεσθαι γνησίως προθέμενον τῷ διελθόντι τοὺς οὐρανοὺς Ἰησοῦ, καὶ τῇ παραδείξει τῶν θείου φωτὸς δυνηθῆναι τὴν ἀληθῆ τῶν ὄντων, ὡς ἔστιν ἀνθρώπῳ δυνατὸν, συνεκδοχικῶς ὑποδέξασθαι [ac] γνῶσιν.

[x] Isa. LI, 2. [y] II Reg. XXIV, 10. seqq. [z] IV Reg. XX, 2 seqq.

VARIÆ LECTIONES.

[aa] Θεοσεβῶς (sic) εἴπερ τούτους cod. Gud. [ab] ὡς παρ' εἰκὸς habet apographum. [ac] Apographum habet ὑποδέξασθαι.

Digitized by Google

Θεωρία τοῦ τρόπου καθ' ὃν ὑπὲρ τὸν φυσικὸν καὶ τὸν γραπτὸν νόμον γίνεται ὁ διὰ πάντων τῷ Θεῷ τελούμενος εὐπειθής.

Εἰ γὰρ πᾶσα ἡ τῶν ὄντων φύσις εἰς τὰ νοητὰ καὶ τὰ αἰσθητὰ διῄρηται, καὶ τὰ μὲν λέγεται καὶ ἔστιν αἰώνια, ὡς ἐν αἰῶνι τοῦ εἶναι λαβόντων ἀρχήν, τὰ δὲ χρονικά, ὡς ἐν χρόνῳ πεποιημένα, καὶ τὰ μὲν ὑποπίπτει νοήσει, τὰ δὲ αἰσθήσει, διὰ τὴν ταῦτα ἀλλήλοις ἐπισφίγγουσαν τοῦ κατὰ φύσιν σχετικοῦ ἰδιώματος ἄλυτον δύναμιν (πολλὴ γὰρ ἡ πρὸς τὰ νοούμενα τῶν νοούντων καὶ πρὸς τὰ αἰσθητὰ τῶν αἰσθανομένων ἡ σχέσις, ὁ δὲ ἄνθρωπος ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος τυγχάνων αἰσθητικοῦ διὰ τῆς κατ' ἐπαλλαγὴν πρὸς ἑκάτερα τὰ τῆς κτίσεως τμήματα φυσικῆς σχέσεώς τε καὶ ἰδιότητος καὶ περιγράφεται καὶ περιγράφει, τὸ μὲν τῇ οὐσίᾳ, τὸ δὲ τῇ δυνάμει, **(157** *b*) ὡς τοῖς ἑαυτοῦ πρὸς ταῦτα διαιρούμενος μέρεσι, καὶ ταῦτα διὰ τῶν οἰκείων μερῶν ἑαυτῷ καθ' ἕνωσιν ἐπισπώμενος· περιγράφεσθαι γὰρ τοῖς νοητοῖς καὶ αἰσθητοῖς, ὡς ψυχὴ τυγχάνων καὶ σῶμα, καὶ περιγράφειν ταῦτα κατὰ δύναμιν πέφυκεν, ὡς νοῶν καὶ αἰσθανόμενος· ὁ δὲ Θεὸς ἁπλῶς καὶ ἀορίστως ὑπὲρ πάντα τὰ ὄντα ἐστί, τὰ περιέχοντά τε καὶ περιεχόμενα καὶ τὴν, ὧν οὐκ ἄνευ ταῦτα, χρόνου φημὶ καὶ αἰῶνος καὶ τόπου φύσιν, οἷς τὸ πᾶν περικλείεται, ὡς πᾶσι παντελῶς ἄσχετος ὤν), ἆρα σωφρόνως ὁ διαγνοὺς πῶς ἐρᾷν τοῦ Θεοῦ δεῖ, τοῦ ὑπὲρ λόγον καὶ γνῶσιν καὶ πάσῃ ἁπλῶς τῆς οἱασδήποτε παντάπασι σχέσεως, ἐξῃρημένου καὶ φύσεως, πάντα τὰ αἰσθητὰ καὶ νοητὰ καὶ πάντα χρόνον καὶ αἰῶνα καὶ τόπον [a] ἀσχέτως παρελεύσεται, καὶ πάσης τελευταῖον ὅλης τῆς κατ' αἴσθησιν καὶ λόγον καὶ νοῦν ἐνεργείας ἑαυτὸν ὑπερφυῶς ἀπογυμνώσας ἀῤῥήτως τε καὶ ἀγνώστως τῆς ὑπὲρ λόγον καὶ νοῦν θείας τερπνότητος ἐπιτεύξεται, καθ' ὃν οἶδε τρόπον τε καὶ λόγον ὁ τὴν τοιαύτην δωρούμενος χάριν Θεὸς καὶ οἱ ταύτην παρὰ Θεοῦ λαβεῖν ἀξιωθέντες, οὐκέτι οὐδὲν φυσικὸν ἢ γραπτὸν ἑαυτῷ συνεπικομιζόμενος, πάντων αὐτῷ τῶν λεχθῆναι ἢ γνωσθῆναι δυναμένων παντελῶς ὑπερβαθέντων καὶ κατασιγασθέντων.

Contemplatio modi quo is qui Deo per omnia obtemperaverit tam naturalem quam scriptam legem superet.

Etenim si omnis rerum natura in intelligibilia ac sensibilia dividitur, et altera et dicuntur et sunt æterna, ut qui in æternitate exsistentiæ initium ceperunt, altera vero temporalia, utpote in tempore facta, si illa porro intellectui succidunt, hæc sensui, propter inseparabilem vim, hæc inter se sibi copulantem, proprietatis naturaliter relativæ (multa enim ad intellecta intelligentium est et ad sensibilia sentientium relatio, homo autem ex anima et corpore sensibili constans naturali et mutua ad utramque conditionis partem relatione atque proprietate tam circumscribitur quam circumscribit, alterum essentia, alterum potestate, utpote sui ipsius partibus in hæc separatus, et hæc per proprias partes coadunans et attrahens : circumscribitur enim intelligibilibus ac sensibilibus, quippe anima est et corpus, et circumscribit hæc de potestate, quippe intelligens et sentiens : Deus vero simpliciter et infinite super omnem rerum naturam est, tam super ea quæ circumdant quam quæ circumdantur superque naturam eorum sine quibus hæc non sunt, temporis dico et æternitatis et loci, quibus universitas circumcluditur, utpote omni ad quidquam relatione carens); ergo qui prudenter cognovit quomodo Deum amare deberet, qui rationem et cognitionem superat et qualicunque omnino omni relatione et natura liber est, is omnia sensibilia atque intelligibilia et omne tempus et æternitatem et locum sine relatione transgredietur, et omni demum ac tota et sensuali et rationali et intellectuali actione plane denudatus ineffabiliter et incomprehensibiliter divinam, quæ verbum et intellectum superat [a], voluptatem consequetur, ratione et modo quem norunt qui dat ejusmodi gratiam Deus et illi qui eam a Deo accipere meruerunt, nec naturale quid amplius nec scriptum secum ferens, postquam universa quæ dici ei aut cognosci potuerunt, superata sunt atque silentio obsignata.

Θεωρία εἰς τὸ περὶ τοῦ ἐμπεσόντος εἰς τοὺς λῃστὰς ῥητὸν τοῦ Εὐαγγελίου.

Καὶ τάχα τοῦτό ἐστι τὸ τοῖς δοθεῖσιν ἐπὶ θεραπείᾳ τοῦ λῃσταῖς περιπεσόντος δυσὶ δηναρίοις ἐν τῷ πανδοχείῳ παρὰ τοῦ Κυρίου τῷ ἐπιμελεῖσθαι κελευομένῳ προσδαπανώμενον, ὅπερ καὶ **(158** *a*) ἑκουσίως ἐπανερχόμενος ὁ Κύριος δώσειν ὑπέσχετο, ἡ διὰ πίστεως γινομένη παντελὴς τῶν ὄντων ἐν τοῖς τελείοις ἀφαίρεσις (φησὶ γὰρ ὁ Κύριος· *Ὅστις οὐκ ἀποτάσσεται πᾶσι τοῖς ὑπάρχουσιν αὐτοῦ, οὐ δύναταί μου εἶναι μαθητής*), καθ' ἣν πάνθ' ἑαυτοῦ ἢ ἑαυτὸν πάντων ἀφαιρούμενος εἰκότως οἰκειότερον, ὁ τῆς σοφίας ἑαυτὸν ἐραστὴν κα-

Contemplatio in Evangelii dictum de eo qui in latrones incidit [b].

Ac fortasse hec quod datis in curationem ejus qui in latrones inciderat duobus denariis in diversorio a Domino ei cui cura hominis injungebatur impensum est, quod etiam se daturum esse in reditu Dominus liberaliter pollicitus est, rerum quæ sunt absoluta per fidem in perfectis abdicatio est (ait enim Dominus : *Qui non renuntiat universæ suæ possessioni, non potest esse meus discipulus* [c]), secundum quam omnia sese aut, quod dicere magis usitatum, sese omnibus mundo qui sapientiæ amori se dedidit cum solo Deo conversari merebi-

[a] Philipp. IV, 7. [b] Luc. X, 30. [c] Luc. XIV, 33.

VARIÆ LECTIONES.

[a] εἰς τόπον cod. Gud.

Digitized by Google

tur et adoptivi filii dignitatem Evangelio prædicatam accipiet, ad exemplar sanctorum et beatorum apostolorum, qui quæ possidebant omnibus omnino sese spoliarunt soliqne plane Deo et Verbo adhæserunt, dicentes : *Ecce omnia abjecimus teque sumus secuti* [d], naturæ quoque Creatorem ac datorem legalis auxilii, quemque, Dominum videlicet, tanquam veritatis lucem unicum consecuti loco legis atque naturæ omnium merito quæ post Deum censentur certam cognitionem acceperunt. Simul enim cum eo apparet proprie cognitio eorum quæ ab eo facta sunt. Quemadmodum enim simul cum sole oriente universa clare corpora apparent, ita etiam Deus intellectualis justitiæ Sol, ubi primum menti ortus est, prout capi a conditione ipse novit, omnium una secum et intellectualium et sensualium veras rationes vult apparere. Quod significat Domini in monte transfigurati vestium quæ facici ejus splendore lucebant conjuncta ostensio, cum Dei eorum etiam quæ post eum sunt, ut puto, et circa eum, cognitionem concilians. Neque enim sine luce oculus sensualia, neque mens sine cognitione Dei, contemplationem spiritualem capere potest. Illic enim visui lux visibilium perceptionem præbet, atque hic menti intellectualium cognitionem Dei scientia donat.

A ταστήσας μόνῳ Θεῷ συνεῖναι καταξιοῦται, τὴν εὐαγγελικῶς ὑποδειχθεῖσαν υἱοθεσίαν δεξάμενος, κατὰ τοὺς ἁγίους καὶ μακαρίους ἀποστόλους, οἳ τὸ πᾶν ἑαυτῶν ὁλοσχερῶς περιελόμενοι καὶ μόνῳ δι' ὅλου τῷ Θεῷ καὶ Λόγῳ προσφύντες, *Ἰδοὺ πάντα*, ἔφασαν, *ἀφήκαμεν καὶ ἠκολουθήσαμέν σοι*, τῷ καὶ τῆς φύσεως Ποιητῇ καὶ δοτῆρι τῆς κατὰ νόμον βοηθείας, καὶ ὄν, Κύριον δηλονότι, ὥσπερ ἀληθείας φῶς μονώτατον κτησάμενοι ἀντὶ νόμου καὶ φύσεως πάντων εἰκότως τῶν μετὰ Θεὸν ἅπταιστον τὴν γνῶσιν παρέλαβον. Αὐτῷ γὰρ πέφυκε συνεκφαίνεσθαι κυρίως ἡ τῶν ὑπ' αὐτοῦ γεγενημένων γνῶσις. Ὡς γὰρ τῷ αἰσθητῷ ἡλίῳ ἀνατέλλοντι πάντα καθαρῶς συνεκφαίνονται τὰ σώματα, οὕτω καὶ Θεὸς ὁ νοητὸς τῆς δικαιοσύνης ἥλιος ἀνατέλλων τῷ νῷ, καθὼς B χωρεῖσθαι ὑπὸ τῆς κτίσεως οἶδεν αὐτὸς, πάντων ἑαυτῷ νοητῶν τε καὶ αἰσθητῶν τοὺς ἀληθεῖς βούλεται συνεκφανίζεσθαι λόγους. Καὶ δηλοῖ τοῦτο τῆς ἐπὶ τοῦ ὄρους μεταμορφώσεως τοῦ Κυρίου ἡ λαμπρὰ τῶν ἐσθημάτων τῷ φωτὶ τοῦ προσώπου αὐτοῦ γενομένη συνένδειξις, τῷ Θεῷ τὴν τῶν μετ' αὐτὸν, ὡς σῖμαι, καὶ περὶ αὐτὸν συνάγουσα γνῶσιν. Οὔτε γὰρ δίχα φωτὸς τῶν αἰσθητῶν ὀφθαλμὸς ἀντιλαμβάνεσθαι (**158** *b*) δύναται, οὔτε νοῦς χωρὶς γνώσεως Θεοῦ θεωρίαν δέξασθαι πνευματικήν. Ἐκεῖ τε γὰρ τῇ ὄψει τὸ φῶς τῶν ὁρατῶν τὴν ἀντιληψὶν δίδωσι, καὶ ἐνταῦθα τῷ νῷ τὴν γνῶσιν τῶν νοητῶν ἡ τοῦ Θεοῦ ἐπιστήμη χαρίζεται.

Contemplatio modi quo Adami transgressio facta sit.

C *Θεωρία τοῦ τρόπου καθ' ὃν γέγονε τοῦ Ἀδὰμ ἡ παράβασις.*

Nimirum in divinam hanc lucem oculum animæ Adam proavus non figens sane in modum cæci in ignorantiæ tenebris ambabus manibus materiæ purgamentum sponte contrectans soli sensui sese totum inclinavit et tradidit, per quem acerbissimæ bestiæ veneno letali recepto, nec ipsius, ut voluit, sensus fructum habuit, dum extra Deum, et præ Deo, et non secundum Deum, quod fieri non potuit, Dei rebus illicite potiri studet. Nam cum sensum, qui serpentem magis quam Deum in consilium vocavit, recepisset, ac de vetito ligno, cujus etiam fructum mortiferum esse didicerat, degustavisset [e], similem fructui vitam transmutavit, et vivam sibi mortem in omne præsentis ævi tempus effecit. Nam si interitus genituræ mors est, semper autem ciborum affluentia conflatum naturaliter corrumpitur corpus fluxu evaporans, semper igitur per quæ vitam esse confidit vigentem sibi et nobis mortem Adamus conservavit. Quod si modo Deo magis quam contubernali obtemperans ligno vitæ se aluisset, immortalitatem sibi largitam non deposuisset, vitæ communicatione semper nutriendam, siquidem omnis vita proprio et idoneo nutrimento conservatur. Nutrimentum autem beatæ illius vitæ

Ἀμέλει τούτῳ μὴ ἐπερείσας τῷ Θεῷ φωτὶ τὸν τῆς ψυχῆς ὀφθαλμὸν ὁ προπάτωρ Ἀδὰμ τυφλοῦ δίκην εἰκότως ἐν σκότει τῆς ἀγνωσίας ἄμφω τὼ χεῖρε τὸν τῆς ὕλης φορυτὸν ἑκουσίως ἀφάσσων μόνῃ αἰσθήσει ἑαυτὸν ὅλον ἐπικλίνας ἐκδέδωκε, δι' ἧς τοῦ πικροτάτου θηρὸς τὸν φθαρτικὸν ἰὸν εἰσδεξάμενος οὐδ' αὐτῆς, ὡς ἠβουλήθη, ἀπήλαυσε τῆς αἰσθήσεως, δίχα Θεοῦ, καὶ πρὸ Θεοῦ, καὶ οὐ κατὰ Θεὸν, ὡς οὐκ ἔδει, ὅπερ ἀμήχανον ἦν, τὰ τοῦ Θεοῦ ἔχειν ἐπιτηδεύσας. Τὴν γὰρ σύμβουλον παραδεξαμένην τὸν ὄφιν Θεοῦ πλέον παραδεξάμενος αἴσθησιν καὶ τοῦ ἀπηγορευμένου ξύλου, ᾧ καὶ θάνατον συνεῖναι D προεδιδάχθη τὸν καρπὸν ὀρέγουσαν, βρώσεως ἀπαρχὴν ποιησάμενος πρόσφορον τῷ καρπῷ τὴν ζωὴν μετηλλάξατο, ζῶντα τὸν θάνατον ἑαυτῷ κατὰ πάντα τὸν χρόνον τοῦ παρόντος καιροῦ δημιουργήσας. Εἰ γὰρ φθορὰ γενέσεως ὑπάρχει ὁ θάνατος, ἀεὶ δὲ τὸ δι' ἐπιῤῥοῆς [87] τροφῶν γινόμενον φυσικῶς φθείρεται σῶμα τῇ ῥοῇ διαπνεόμενον, ἀεὶ ἄρα δι' ὧν εἶναι τὴν ζωὴν ἐπίστευσεν ἀκμάζοντα ἑαυτῷ τε καὶ ἡμῖν τὸν θάνατον ὁ Ἀδὰμ συνετήρησεν. Ὡς εἴγε τῷ Θεῷ μᾶλλον ἢ τῇ συνοίκῳ πεισθεὶς τῷ ξύλῳ τῆς ζωῆς διετράφη, οὐκ ἂν τὴν δοθεῖσαν ἀπέθετο ἀθανασίαν (**159** *a*) ἀεὶ συντηρουμένην τῇ μετοχῇ τῆς ζωῆς,

[d] Matth. xix, 27. [e] Gen. III, 1, passim.

VARIÆ LECTIONES.

[87] διεπιῤῥοῆς cod. Gud., pro more.

Digitized by Google

ἐπειδὴ πᾶσα ζωὴ οἰκεία τε καὶ κατάλληλῳ πέφυκε συντηρεῖσθαι τροφῇ. Τροφὴ δὲ τῆς μακαρίας ἐκείνης ζωῆς ἐστιν ὁ ἄρτος ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβὰς καὶ ζωὴν διδοὺς τῷ κόσμῳ, καθὼς αὐτὸς περὶ ἑαυτοῦ ἐν τοῖς εὐαγγελίοις ὁ ἀψευδὴς ἀπεφήνατο λόγος, ᾧ διατραφῆναι μὴ βουληθεὶς ὁ πρῶτος ἄνθρωπος τῆς μὲν θείας εἰκότως ἀπεγένετο ζωῆς, ἄλλης δὲ θανάτου γεννήτορος ἐπελάβετο, καθ' ἣν τὴν μὲν ἄλογον ἑαυτῷ μορφὴν ἐπιθέμενος, τῆς θείας δὲ τὸ ἀμήχανον ἀμαυρώσας κάλλος, βορὰν τῷ θανάτῳ τὴν ἅπασαν φύσιν παρέδωκε. Δι' ἧς ὁ μὲν θάνατος ζῇ δι' ὅλου τοῦ χρονικοῦ τούτου διαστήματος, ἡμᾶς βρῶσιν ὑπ' αὐτοῦ κατεσθιόμενοι.

A panis est de cœlo devectus vitamque mundo largiens [f], quemadmodum ipse de se ipso in Evangeliis verax significavit Sermo, quo ali primus homo cum nollet, divina merito vita excidit, alteram nactus genitoris mortis, secundum quam irrationabilem sibi formam imponens, divinæ vero inenarrabilem pulchritudinem obscurans, morti escam tradidit totam naturam. Per quam mors vivit per totum hoc temporis spatium, et nos sibi escam parat, nos vero nunquam vivimus, et semper per interitum ab eo devoramur.

ποιούμενος, ἡμεῖς δὲ ζῶμεν οὐδέποτε, ἀεὶ διὰ φθορᾶς

Ὅτι ἐκ τῆς ἀστάτου περιφορᾶς τῆς παρούσης ζωῆς ἄλλην εἶναι τὴν ἀληθῆ καὶ θείαν καὶ ὡσαύτως ἔχουσαν ζωὴν ἐπαιδεύθησαν οἱ ἅγιοι.

Quod ex instabili cursu præsentis vitæ alteram esse veram ac divinam et parem vitam sancti didicerint.

Ἧς τὸ ἀδρανὲς καὶ ἀλλεπάλληλον σοφῶς κατανοήσαντες οἱ ἅγιοι τὴν ἀνθρώποις προηγουμένως ἐκ Θεοῦ δεδωρημένην ταύτην μὴ εἶναι τὴν ζωήν, ὡς εἰκὸς, ἐπαιδεύθησαν, ἄλλην δὲ θείαν καὶ ὡσαύτως ἔχουσαν, ἣν μάλιστα δεῖν ὑπέλαβον ἑαυτῷ πρεπόντως ἀγαθὸν ὄντα τὸν Θεὸν προηγουμένως δημιουργῆσαι, μυστικῶς ἐδιδάχθησαν, πρὸς ἣν διὰ σοφίας κατὰ τὴν χάριν τοῦ Πνεύματος, ὡς ἐφικτὸν ἀνθρώποις τοῖς ὑπὸ θάνατον, τὸ ὄμμα τῆς ψυχῆς ἀνανεύσαντες, καὶ ἐνδιαθέτως τὸν αὐτῆς θεσμὸν ὑποδεξάμενοι πόθον, ἀποθέσθαι δεῖν ταύτην τὴν παροῦσαν ζωὴν εἰκότως ὠήθησαν, εἰ μέλλοιεν καθαρῶς ἐκείνης κατὰ τὸν δέοντα λόγον ἐπιλήψεσθαι. (**159** *b*) Καὶ ἐπειδὴ ζωῆς ἀπόθεσις θανάτου χωρὶς οὐ γίνεται, θάνατον αὐτῆς ἐπενόησαν τὴν ἀποβολὴν τῆς κατὰ σάρκα στοργῆς, δι' ἧς εἰς τὸν βίον ἡ τοῦ θανάτου γέγονεν εἴσοδος, ἵνα θανάτῳ θάνατον ἐπινοήσαντες τοῦ ζῆν τῷ θανάτῳ παύσωνται, τὸν τίμιον ἐναντίον Κυρίου θάνατον ἀποθανόντες, τὸν ὄντως θανάτου θάνατον, τὸν τὴν φθορὰν μὲν φθείρειν δυνάμενον, τῇ δὲ μακαρίᾳ ζωῇ καὶ ἀφθαρσίᾳ παρεχόμενον ἐν τοῖς ἁξίοις εἴσοδον. Τὸ γὰρ πέρας τῆς παρούσης ταύτης ζωῆς οὐδὲ θάνατον οἶμαι δίκαιον ὀνομάζειν, ἀλλὰ θανάτου ἀπαλλαγὴν, καὶ φθορᾶς χωρισμὸν, καὶ δουλείας ἐλευθερίαν, καὶ ταραχῆς παῦλαν, καὶ πολέμων ἀναίρεσιν, καὶ συγχύσεως πάροδον, καὶ σκότους ὑποχώρησιν, καὶ πόνων ἄνεσιν, καὶ βομβήσεως ἀσήμου σιγὴν, καὶ βράσματος ἠρεμίαν, καὶ αἰσχύνης συγκάλυμμα, καὶ παθῶν ἀποφυγὴν, καὶ ἁμαρτίας ἀφανισμὸν, καὶ πάντων, ἵνα συνελὼν εἴπω, τῶν κακῶν περιγραφήν· ἅπερ δι' ἑκουσίου νεκρώσεως οἱ ἅγιοι κατορθώσαντες ξένους ἑαυτοὺς τοῦ βίου καὶ παρεπιδήμους παρέστησαν. Κόσμῳ τε γὰρ καὶ σώματι καὶ ταῖς ἐξ αὐτῶν ἐπαναστάσεσι γενναίως μαχόμενοι, καὶ τὴν ἐξ ἀμφοῖν κατὰ τὴν τῶν αἰσθήσεων πρὸς τὰ αἰσθητὰ συμπλοκὴν παραγενομένην ἀπάτην ἀποπνίξαντες, ἀδούλωτον ἑαυτοῖς ἐφύλαξαν τῆς ψυχῆς τὸ ἀξίωμα· μᾶλα γε εἰκότως, ἔννομον κρίναντες εἶναι καὶ δίκαιον τὸ ἧττον ἄγεσθαι

Cujus cum sancti futile atque turbatum cognovissent, vitam hominibus principio datam non hanc esse nimirum sunt edocti, sed alteram divinam et parem, quam maxime oportere sibi convenienter Deum, qui bonus est, principio creasse suspicabantur, mystice didicerunt : quo per sapientiam pro gratia Spiritus, quantum id licet hominibus semel morti subjectis, animæ oculum reflectentes, atque intime divinum ejus suscipientes desiderium, deponendam hanc esse præsentem vitam merito existimaverunt, si pure illam vellent, et ut ratio postulat, consequi. Atque cum vitæ depositio sine morte non fit, mortem ejus censuerunt esse abjectionem carnalis amoris, per quem morti factus est in vitam introitus ut morti mortem machinando vitam morte finirent, honorabilem coram Domino mortem subeuntes, mortem veræ mortis veram, qui interitum quidem perdere posset, sed beatæ simul vitæ et immortalitatis aditum aperire. Quod enim ultra hanc et præsentem vitam non jure mihi mortem videor appellare, sed potius mortis solutionem, interitus discessum, servitutis liberationem, perturbationis sedationem, bellorum sublationem, confusionis transitum, tenebrarum recessum, laborum remissionem, strepitus confusi silentium, fervoris quietem, pudoris velamentum, passionum fugam, peccati abolitionem, omnium, ut uno verbo comprehendam, malorum circumscriptionem et exterminationem : quæ quidem per voluntariam mortificationem sancti impetraverunt, seque vitæ hospites atque peregrinos exhibuerunt. Cum mundo enim et corpore et seditionibus inde natis gnaviter colluctati, fraudem illam ex ambobus secundum sensuum cum sensualibus complexum obortam suffocarunt, animæque sibi liberam servarunt auctoritatem ac dignitatem, ut par erat omnino; quandoquidem consentaneum esse et justum, potius ut pejus a meliori profligaretur censebant quam ut melius a pejori

[f] Joan. VI, 33.

Digitized by Google

la vincula conjiceretur. Quæ utique lex est divina atque eis insita qui vitæ genus elegerunt ab rationalibus principaliter adamari, quod vitæ genus per frugalitatem suam angelorum æmulantur sufficientiam atque otium.

μᾶλλον τῷ κρείττονι, ἢ τὸ κρεῖττον τῷ χείρονι συμποδίζεσθαι. Ὅσπερ δὴ νόμος θεῖος καὶ τοὺς προαιρουμένους τὴν λογικοῖς προηγουμένως πρέπουσαν (160 a) ἀσπάζεσθαι ζωὴν ἐμπεφυκώς, τὴν ἐμφερῶς δι' ὀλιγαρκείας τὸ ἀπροσδεὲς τῶν ἀγγέλων μιμουμένην καὶ ἄνετον.

Quod sancti non ut nos, neque naturali contemplatione neque per sacras Litteras initiationi utebuntur.

Sed reversi ordine ad ea quæ antea examinavimus reliqua transformationis pro virili parte deliberata adjiciamus, ut sanctorum in universis perfectio et sincera affectus in carnem et materiam proclivis libertas spectetur, et quod non in nostrum morem ipsi quoque vel conditionem, vel sacram Scripturam materialiter atque humiliter contemplabantur, modo sensu et speciebus et figuris ad acquirendam beatam Dei cognitionem, et litteris syllabisque utendo, unde titubare circa veritatis judicium ac faili contingit, sed mente sola purissima omnique materiali caligine liberata. Quod si religioso uti judicio voluemus in sensualium intellectualiter examinandis rationibus, in firmam Dei ac divinorum eos cognitionem recta via procedentes rite spectaverimus.

Ὅτι μὴ καθ' ἡμᾶς ἡ τὴν φυσικὴν θεωρίαν, ἢ τὴν γραφικὴν μυσταγωγίαν ἐποίουν οἱ ἅγιοι.

Ἀλλ' ἐπανελθόντες καθ' εἱρμὸν τὰ λείποντα τῆς μεταμορφώσεως τοῖς προθεωρηθεῖσι κατὰ δύναμιν διασκοπήσαντες προσαρμόσωμεν, ἵνα θεωρηθῇ τῶν ἁγίων ἡ ἐν πᾶσιν ἀκρότης καὶ ἡ γνησία πρὸς τὴν σάρκα καὶ τὴν ὕλην ἀποδιάθεσις, καὶ ὅτι μὴ καθ' ἡμᾶς καὶ αὐτοὶ ἢ τὴν κτίσιν ἢ τὴν ἁγίαν Γραφὴν ὑλικῶς τε καὶ χαμερπῶς ἐθεώρουν, αἰσθήσει μόνον καὶ ἐπιφανείαις καὶ σχήμασι πρὸς ἀνάληψιν τῆς μακαρίας γνώσεως τοῦ Θεοῦ, γράμμασί τε καὶ συλλαβαῖς χρώμενοι, ἐξ ὧν τὸ πταίειν ἔστι περὶ τὴν κρίσιν τῆς ἀληθείας καὶ σφάλλεσθαι, ἀλλὰ νῷ μόνῳ καθαρωτάτῳ καὶ πάσης ὑλικῆς ἀπηλλαγμένῳ ἀχλύος. Εἴπερ οὖν εὐσεβῶς κρίνειν βουλόμεθα τοὺς τῶν αἰσθητῶν νοητῶς διασκοποῦντες λόγους, εἰς τὴν περὶ Θεοῦ καὶ τῶν θείων αὐτοὺς ἁπταιστον γνῶσιν ὀρθῶς δι' εὐθείας τρίβου βαίνοντας κατίδοιμεν.

Contemplatio in transformationem amplior.

Dictum erat igitur supra, per Domini in monte facici splendorem et claritudinem [5] ter beati apostoli ineffabili et incognito modo ad Dei quam omnia omnino quæcunque exsistunt percipere nequeunt potestatem atque gloriam mystice deduci erat, dum lucem quod sensibus eorum apparuit mysterii obscuritate tecti symbolum esse docentur. Nam quemadmodum hic lucis quæ effulsit radius oculorum aciem superat et imperceptibilis eis permanet, ita etiam illic Deus omnem mentis superat vim et aciem, neque ullam dum videtur ei qui periculum videndi facit qualemcunque imaginem concedit. Per candidas vero vestes magnificentiam creaturarum, rationibus secundum quas factæ sunt æqualem, atque significatum in verbis sacræ Scripturæ mysterium eadem et una Deo convenienter didicere, quippe quia Dei agnitione tam Litterarum simul revelatur secundum Spiritum vis, quam rerum conditarum secundum eum sapientia et cognitio, quibus rursus ipse congruenter manifestatur. Per Moysen vero et Eliam qui utrinque aderant ei — nam hoc contemplationis ad disquirendum superest, — multos juxta multa cogitata de eis quorum imagines propositæ erant mysteriis per veram contemplationem gnosticos receperunt modos.

Θεωρία εἰς τὴν μεταμόρφωσιν πλατυτέρα.

Εἴρηται τοίνυν ἀνωτέρω ὅτι διὰ μὲν τῆς γενομένης ἐπὶ τοῦ ὄρους τοῦ προσώπου τοῦ Κυρίου φωτοειδοῦς λαμπρότητος πρὸς τὴν πᾶσι καθόλου τοῖς οὖσιν ἄληπτον τοῦ Θεοῦ μυστικῶς εἰ τρισμακάριοι ἀπόστολοι κατὰ τὸ ἄῤῥητόν τε καὶ ἄγνωστον ἐχειραγωγοῦντο δύναμίν τε καὶ δόξαν, τῆς ἀφανοῦς κρυφιότητος τὸ φανὲν αὐτοῖς πρὸς τὴν αἴσθησιν φῶς σύμβολον εἶναι μανθάνοντες. Ὡς γὰρ ἐνταῦθα τοῦ γενομένου φωτὸς τὴν τῶν ὀφθαλμῶν νικᾷ ἐνέργειαν ἡ ἀκτὶς, ἀχώρητος αὐτοῖς διαμένουσα, οὕτω κἀκεῖ Θεὸς πᾶσαν νοὸς δύναμιν ὑπερβαίνει καὶ ἐνέργειαν, (160 b) οὐδ' ὅλως [88] ἐν τῷ νοεῖσθαι τῷ νοοῦντι πειρωμένῳ τὸν οἱονοῦν τύπον ἀφεὶς. Διὰ δὲ τῶν λευκῶν ἱματίων τήν τε ἐν τοῖς κτίσμασιν ἀναλόγως τοῖς καθ' οὓς γεγένηνται λόγοις μεγαλουργίαν καὶ τὴν ἐν τοῖς ῥήμασι τῆς ἁγίας Γραφῆς κατὰ τὸ νοούμενον μυσταγωγίαν ἐν ταὐτῷ καὶ ἅμα θεοπρεπῶς ἐδιδάσκοντο, οἷα τῇ ἐπιγνώσει τοῦ Θεοῦ συναναφαινομένης τῆς τε γραφικῆς κατὰ τὸ Πνεῦμα δυνάμεως καὶ τῆς ἐν τοῖς κτίσμασι κατ' αὐτὸ σοφίας καὶ γνώσεως, δι' ὧν πάλιν αὐτὸς ἀναλόγως ἐκφαίνεται. Διὰ δὲ Μωϋσέως καὶ Ἠλίου τῶν ἑκατέρωθεν αὐτῷ συνόντων (τοῦτο γὰρ εἰς τὴν ἐξέτασιν τῆς θεωρίας λείπεται), πολλοὺς κατὰ πολλὰς ἐπινοίας ὧν τύποι προεβέβλητο μυστηρίων δι' ἀληθοῦς θεωρίας γνωστικοὺς ὑπεδέχοντο τρόπους.

[5] Matth. xvii, 2.

VARIÆ LECTIONES.

[88] οὐδόλως cod. Gud. ubique.

Digitized by Google

Θεωρία εἰς τὸν Μωϋσῆν καὶ τὸν Ἠλίαν.

Α'. Καὶ πρῶτον μὲν τὴν περὶ τοῦ δεῖν πάντως συνεῖναι τῷ Λόγῳ καὶ Θεῷ τόν τε [99] νομικὸν καὶ τὸν προφητικὸν λόγον διὰ Μωϋσέως καὶ Ἠλίου εὐσεβεστάτην ἐλάμβανον ἔννοιαν, ὡς ἐξ αὐτοῦ καὶ περὶ αὐτοῦ καὶ ὄντας καὶ ἀπαγγέλλοντας, καὶ περὶ αὐτὸν ἱδρυμένους.

Β'. Εἶτα σοφίαν καὶ χρηστότητα συνοῦσαν αὐτῷ διὰ τῶν αὐτῶν ἐπαιδεύοντο, τὴν μὲν ὅτι κατ' αὐτὴν διαγορευτικός ἐστι τῶν ποιητέων ὁ λόγος, καὶ ἀπαγορευτικὸς τῶν οὐ ποιητέων, ἧς τύπος ὑπῆρχε Μωϋσῆς (σοφίας γὰρ τὴν τῆς νομοθεσίας εἶναι πιστεύομεν χάριν), τὴν δὲ ὅτι κατ' αὐτὴν προτρεπτικός ἐστι καὶ ἐπιστρεπτικὸς πρὸς τὴν θείαν ζωήν, τῶν αὐτῆς ἀπολισθησάντων, ἧς τύπος ὑπῆρχεν Ἠλίας, δι' ἑαυτοῦ ὅλον τὸ προφητικὸν δηλῶν χάρισμα. (**161** *a*) Χρηστότητος γὰρ θείας ἴδιον γνώρισμα, τῶν πεπλανημένων ἡ μετὰ φιλανθρωπίας ἐπιστροφή, ἧς κήρυκας τοὺς προφήτας γινώσκομεν.

Γ'. Ἡ γνῶσιν καὶ παιδείαν, τὴν μὲν ὅτι καλοῦ τε καὶ κακοῦ τῆς εἰδήσεως τοῖς ἀνθρώποις ὑπάρχει παρεκτικός. *Δέδωκα γάρ*, φησὶ, *πρὸ προσώπου σου τὴν ζωὴν καὶ τὸν θάνατον*, ἐφ' ᾧ τὴν μὲν ἑλεῖν αἱρεῖσθαι, τὸν δὲ φυγεῖν, καὶ μὴ ὡς καλῷ περιπεσεῖν ἐξ ἀγνοίας τῷ χείρονι, ὅπερ Μωϋσῆς πεπραχὼς ἀνηγόρευται, προτυπῶν ἐν ἑαυτῷ τῆς ἀληθείας τὰ σύμβολα· τὴν δὲ ὅτι τῶν τοῖς ἐναντίοις ἀνέδην χρωμένων κατὰ τὸν Ἰσραὴλ, οὗ παιδευτὴς Ἠλίας ὁ μέγας ἐγένετο, καὶ μιγνύντων ἀδιακρίτως τὰ ἄμικτα, τῆς ἀδιαφορίας ἐστὶ κολαστικὸς, καὶ τῶν παντελῶς τῷ κακῷ προστεθειμένων τὴν ἄνοιαν καὶ τὴν πώρωσιν εἰς ἔννοιαν ἄγων, ὡς λόγος, καὶ αἴσθησιν [99].

Δ'. Ἡ πρᾶξιν καὶ θεωρίαν, τὴν μὲν ὡς κακίας ἀναιρετικὴν, καὶ κόσμου δι' ἐπιδείξεως ἀρετῶν τοὺς δι' αὐτῆς ἀγομένους παντελῶς κατὰ διάθεσιν τέμνουσαν, ὡς Μωϋσῆς τῆς Αἰγύπτου τὸν Ἰσραὴλ, καὶ θείοις νόμοις τοῦ Πνεύματος εὐπειθῶς παιδεύουσαν ἄγεσθαι· τὴν δὲ ὡς ὕλης καὶ εἴδους ἁρπάζουσαν, ὡς τὸν Ἠλίαν τὸ ἐκ πυρὸς ἅρμα, καὶ Θεῷ διὰ γνώσεως προσάγουσάν τε καὶ συνάπτουσαν ὑπὸ σαρκὸς μηδ' ὁτιοῦν βαρουμένους, διὰ τὴν τοῦ κατ' αὐτὴν νόμου ἀθέτησιν, ἢ ἐπάρσει καθ' ὁτιοῦν ἐπὶ τοῖς κατορθώμασι φλεγομένους, διὰ τὴν συνημμένην ταῖς ὄντως ἀρεταῖς δρόσον τῆς πτωχείας τοῦ πνεύματος.

Ε'. Ἡ πάλιν τὰ (**161** *b*) κατὰ τὸν γάμον καὶ τὴν ἀγαμίαν μυστήρια παρὰ τῷ Λόγῳ εἶναι μανθάνοντες διὰ Μωϋσέως, τοῦ διὰ γάμον τῆς θείας ἐραστοῦ γενέσθαι δόξης μὴ κωλυθέντος, καὶ διὰ Ἠλίου, τοῦ παντελῶς γαμικῆς συναφείας καθαροῦ διαμείναντος, οἷα τοῦ Λόγου καὶ Θεοῦ τοὺς λόγῳ ταῦτα ἰθύνοντας, κατὰ τοὺς θειωδῶς περὶ αὐτῶν κειμένους νόμους, ἑαυτῷ μυστικῶς εἰσποιεῖσθαι κηρύττοντος.

Ϛ'. Ἡ ζωῆς καὶ θανάτου διὰ τῶν αὐτῶν κύριον πιστῶς ὄντα τὸν Λόγον πληροφορούμενοι.

Contemplatio in Moysen et Eliam.

A

I. Atque primum quidem de eo quod Sermoni ac Deo ratio tam legalis quam prophetica deberet adesse per Moysen atque Eliam piissimam ceperunt notionem, ut quæ, ex eo et de eo tam exsisterent quam denuntiarent, et circa eum collocatæ essent.

II. Deinde sapientiam atque clementiam ei adesse per eosdem discebant, alteram quia per hanc eorum quæ facienda imperativa est ratio, et prohibitiva eorum quæ non sunt facienda, cujus imago Moyses erat (nam sapientiæ esse legislationis gratiam credimus), alteram vero invitare atque adhortari ad divinam vitam eos qui ea exciderint, cujus imago erat Elias, propheticam omne per se significans gratiam. Clementiæ enim divinæ proprium insigne est adhortatio quæ fit cum humanitate et indulgentia, cujus præcones prophetas novimus.

B

III. Vel cognitionem et eruditionem, alteram quidem quod boni ac mali scientiam hominibus præstat : *Dedi enim*, inquit, *coram facie tua vitam et mortem* [h], alteram ad eligendum, alteram ad devitandum, et ne ex ignorantia pro bono pejori se quis induat, id quod Moyses fecisse renuntiatus est, veritatis symbola in se præformans; alteram vero quod eorum in Israel, cujus præceptor magnus Elias erat, qui palam et impudenter contrariorum usum sequebantur separandaque indifferenter confundebant, C coercet indifferentiam, et quod eorum qui malo prorsus se addixerunt amentiam et duritiem ad sapientiam, ut ratio, et sensum deducit.

IV. Vel actionem et contemplationem, alteram quod malitiam tollit et virtutibus propositis eos qui illa aguntur secundum affectum prorsus a mundo resecat, ut Moyses Israelem ab Ægypto, divinisque præceptis in Spiritus obsequio vivere instituit; alteram vero ut ab materia atque forma abripientem, quemadmodum currus ignitus Eliam [i], perque cognitionem Deo adducentem et copulantem carne nihil gravatos propter reprobatam istius legem, aut ulla de recte factis superbia flagrantes, propter rorem spiritus indigentiæ, veris virtutibus conjunctum.

D

V. Vel rursus matrimonii et cælibatus mysteria comitari Sermonem edocti per Moysen sunt, quem matrimonium non prohibuit quominus in amorem divinæ gloriæ veniret, et per Eliam, qui omni prorsus matrimoniali nexu semper abstinuit : quippe Sermo ac Deus eos qui ratione hæc dirigunt secundum leges de eis rebus divinitus statutas, mystice sibi adoptari annuntiat.

VI. Vel vitæ et mortis Dominum revera esse Sermonem per eadem persuasionem tulerunt.

[h] Deut. xxx, 19. [i] IV Reg. II, 11.

VARIÆ LECTIONES.

[99] δὲ habet apographum. [99] Manus antiqua correxit αἴσθησις in cod. Gud.

Digitized by Google

VII. Vel etiam omnes Deo vivere, nec quemquam omnino apud eum mortuum esse per eadem didicerunt, præter eum qui peccato se ipse morti auctorasset, seque voluntaria ad passiones et vitia proclivitate a Verbo abscidisset.

VIII. Vel etiam ad Sermonem, ut qui veritas est [j], referri et esse mysteriorum imagines, et in eum cogi et redire tam legalis quam prophetici operis tanquam in principium et finem eruditi sunt.

IX. Vel quæ post Deum sunt omnia et ex Deo procreata, hoc est rerum naturam et tempus, una cum Deo, ut causa et factore, apparere exsistentia, qui ipse, quoad fieri ejus potest, vere apparet. Quorum quidem temporis imago Moyses videatur esse, non solum ut temporis ac numerandi secundum hoc doctor (hic enim primus tempora a condito mundo numeravit), et temporalis cultus deductor, sed etiam quod non una cum illis in carnalem requiem introivit de quibus ante adventum divini Evangelii narravit; ejusmodi enim etiam tempus est, neque antevertens neque conveniens motu illis quos ad divinam futuri ævi vitam transmittit. Jesum enim qui universi tam temporis est quam æternitatis, habet successorem; quanquam alias temporis rationes in Deo permanent, quemadmodum lex a Moyse in deserto data [k] una cum eis qui terram possessionis ceperunt ingressa mystice manifestat. Æternitas enim tempus est postquam motum stitit, et tempus est æternitas, quando mensura distinguitur motu agitata, adeo ut æternitas, ut definite loquar, tempus motu privatum, tempus vero æternitas motu mensurata. Naturæ autem Elias videatur imago esse, non solum quod inviolatas sibi custodivit rationes et voluntatis consiliique prudentiam in illis, ab omni passionis vicissitudine liberam, sed etiam quod in judicio, quemadmodum naturalis aliqua lex, castigat eos qui natura præter naturam utuntur. Tale enim etiam natura, quæ se ipsam corrumpere conantes eatenus castigat, quatenus innaturali vivendi generi operam dant, eo quod non plenam ipsius naturæ facultatem naturaliter amplius exercere eos sinit, imminutos jam integritate et per hoc castigatos, quippe qui sibi ipsis inconsulto et imprudenter adeid quod non est inclinando exsistentiæ defectum præstant.

X. Intellectualem vero quoque ac sensualem conditionem opificis Sermonis si quis per Moysen et Eliam contineri dixerit, is fortasse a vero non aberrabit. Ex quibus sensualis Moyses rationem tenet, ut generationi ac interitui subjectus, quemadmodum historia ejus narrat, generationem ac mortem ejus commemorans. Tale enim sensualis quoque conditio, cujus initium generationis no-

Ζ'. Ἢ καὶ τὸ πάντας ζῆν τῷ Θεῷ καὶ μηδένα παντελῶς παρ' αὐτῷ νεκρὸν εἶναι διὰ τῶν αὐτῶν μανθάνοντες, πλὴν τοῦ ἑαυτὸν τῇ ἁμαρτίᾳ νεκρώσαντος, καὶ τῇ ἑκουσίῳ πρὸς τὰ πάθη ῥοπῇ τοῦ Λόγου ἑαυτὸν ἀποκόψαντος.

Η'. Ἢ πάλιν πρὸς τὸν Λόγον ὡς ἀληθειαν ὄντα κατ' ἀναφορὰν εἶναί τε καὶ ὑπάρχειν τοὺς τύπους τῶν μυστηρίων, καὶ εἰς αὐτὸν συνάγεσθαι, τῆς τε νομικῆς καὶ τῆς προφητικῆς πραγματείας ὡς ἀρχὴν καὶ τέλος, ἐφωταγωγοῦντο.

Θ'. Ἢ τὰ μετὰ Θεὸν πάντα καὶ ἐκ Θεοῦ γεγονότα, τουτέστι τὴν φύσιν τῶν ὄντων καὶ τὸν χρόνον, παρὰ τῷ Θεῷ ὄντα συνεκφαίνεσθαι ἀληθῶς φαινομένῳ, κατὰ τὸ ἐφικτὸν, ὡς αἰτίῳ καὶ ποιητῇ. Ὧν τοῦ μὲν χρόνου τύπος ἂν εἴη Μωϋσῆς, οὐ μόνον ὡς χρόνου καὶ τοῦ κατ' αὐτὸν ἀριθμοῦ διδάσκαλος (οὗτος γὰρ πρῶτος τὸν κατὰ τὴν γένεσιν τοῦ κόσμου χρόνον ἠρίθμησε), καὶ ὡς χρονικῆς γενόμενος λατρείας καθηγητὴς, ἀλλὰ καὶ ὡς μὴ συνεισερχόμενος [a] ἐκείνοις σωματικῶς εἰς τὴν κατάπαυσιν ὧν πρὸ τῆς θείας καθηγήσατο (**162** *a*) εὐαγγελίας· τοιοῦτον γὰρ καὶ ὁ χρόνος· οὐ φθάνων ἢ συνερχόμενος κατὰ τὴν κίνησιν ἐκείνοις οὓς πρὸς τὴν θείαν τοῦ μέλλοντος αἰῶνος ζωὴν πέφυκε παραπέμπειν. Ἰησοῦν γὰρ ἔχει τὸν παντὸς ὄντα καὶ χρόνου καὶ αἰῶνος διάδοχον· κἂν εἰ ἄλλως οἱ λόγοι τοῦ χρόνου ἐν τῷ Θεῷ διαμένωσιν, ὡς δηλοῖ μυστικῶς ἡ τοῦ ἐν ἐρήμῳ δοθέντος νόμου διὰ Μωϋσέως τοῖς τὴν γῆν λαβοῦσι τῆς κατασχέσεως συνείσοδος. Αἰὼν γάρ ἐστιν ὁ χρόνος, ὅταν στῇ τῆς κινήσεως, καὶ χρόνος ἐστὶν ὁ αἰὼν, ὅταν μετρῆται κινήσει φερόμενος, ὡς εἶναι τὸν μὲν αἰῶνα, ἵνα ὡς ἐν ὅρῳ περιλαβὼν εἴπω, χρόνον ἑστερημένον κινήσεως, τὸν δὲ χρόνον αἰῶνα κινήσει μετρούμενον. Τῆς δὲ φύσεως Ἠλίας, οὐ μόνον ὡς τοὺς καθ' ἑαυτὸν ἀλωβήτους φυλάξας λόγους, καὶ τὸ ἐπ' αὐτοῖς κατὰ γνώμην φρόνημα τροπῆς τῆς ἐκ πάθους ἐλεύθερον, ἀλλὰ καὶ ὡς ἐν κρίσει παιδεύων, οἷόν τις φυσικὸς νόμος, τοὺς παρὰ φύσιν τῇ φύσει χρωμένους. Τοιοῦτον γὰρ καὶ ἡ φύσις, τοὺς αὐτὴν παραφθείρειν ἐπιχειροῦντας τοσοῦτον κολάζουσα, ὅσον τοῦ παρὰ φύσιν ζῆν ἐπιτηδεύουσι, τῷ μὴ ὅλην αὐτῆς φυσικῶς ἔτι κεκτῆσθαι τῆς φύσεως τὴν δύναμιν, μειωθέντας ἤδη τῆς κατ' αὐτὴν ἀρτιότητος καὶ διὰ τοῦτο κολαζομένους, ὡς ἑαυτοῖς ἀβούλως τε καὶ ἀφρόνως διὰ τῆς πρὸς τὸ μὴ ὂν νεύσεως τοῦ εἶναι παρεχομένους τὴν ἔλλειψιν.

Ι'. Ἴσως δὲ καὶ τὴν νοητὴν καὶ τὴν αἰσθητὴν κτίσιν ἔχεσθαι τοῦ Δημιουργοῦ Λόγου τις εἰπὼν διὰ Μωϋσέως καὶ Ἠλίου, τῆς ἀληθείας οὐ διαμαρτάνει. Ὧν τῆς μὲν αἰσθητῆς (**162** *b*) Μωϋσῆς λόγον ἐπέχει, ὡς ὑπὸ γένεσιν καὶ φθορὰν γενόμενος, καθὼς ἡ περὶ αὐτοῦ ἱστορία δηλοῖ, τὴν γένεσιν καὶ τὸν θάνατον αὐτοῦ καταγγέλλουσα. Τοιοῦτον γὰρ καὶ αἰσθητὴ κτίσις, ἀρχὴν ἐγνωσμένην γενέσεως ἔχουσα

[j] Joan. XIV, 6. [k] Deut. I, 5.

VARIÆ LECTIONES.

[a] συνερχόμενος a m. pr. habet cod. Gud.

Digitized by Google

καὶ διαφθορᾶς ὡρισμένον τέλος ἐλπίζουσα. Τῆς δὲ A tum est, et quæ interitus definitam consummationem sperat. Intellectualis contra Elias, cujus nec nativitatem proditi historia, etiamsi generatus fuerit, nec utique mortis eum sibi sperare interitum definit, etiamsi mortem subierit. Tale enim intellectualis quoque conditio, quæ non initium nativitatis hominibus manifestum habet, etiamsi facta fuerit et initium ceperit, et de nihilo in exsistentiam pervenerit, nec finem exsistentiæ per interlium definitum exspectat. A Deo enim, qui eam ita creasse volebat, hoc accepit, ut naturaliter exitio careret.

canibus, neve projicite margaritas porcis, sacrum, ni fallor, vocans intellectuale in nobis, ut divinæ gloriæ imaginem, quod ne improbe ab indignationis motibus allatrari ac perturbari sineremus vetuit, margaritas vero divinas ejus et splendidas cogitationes, quibus omne dignum ornatur et nobile, quas cogitationes intaminatas et ab impuris materialis concupiscentiæ passionibus liberas servandas præcepit: partim ubi ad sanctos suos discipulos ad prædicandum emissos, dum ut succincti omnique supervacaneo liberi essent informat inter alia hoc quoque dicit: *Ne autem peram tollite in viam, aut baculum, aut calceos in pedes vestros*, cum nimirum sit necesse ut qui sese ad sublimem cognitionis iter accinxerit omni materiali pondere vacet, et omni patibili de concupiscentia et indignatione affectione liberetur, quemadmodum demonstrat pera et baculus, quorum altera concupiscentiam, alter indignationem significat, in primis vero ut nudus sit hypocriseos improbitate, quæ calceamenti instar vitæ vestigium obtegit et animæ patibile æquitatis figmento obscurat; quam hypocrisin Pharisæi induti, speciem pietatis, non ipsam pietatem habentes, etiamsi latere sibi videbantur, tamen a ratione confutati esse didicerunt.

A ἅγιον τοῖς κυσί, μηδὲ βάλλετε τοὺς μαργαρίτας ἔμπροσθεν τῶν χοίρων, ἅγιον ἴσως καλῶν τὸ ἐν ἡμῖν νοερὸν, ὡς θείας ἀπεικόνισμα δόξης, ὅπερ μὴ κακῶς ἐᾷν ὑπὸ τῶν θυμικῶν κινημάτων καθυλακτούμενον ἐκταράσσεσθαι παρηγγύησε, μαργαρίτας δὲ τὰ θεῖα καὶ λαμπρὰ τούτου νοήματα, οἷς τίμιον ἅπαν κοσμεῖσθαι πέφυκεν, ἅπερ διαφυλάττειν ἀμόλυντα καὶ τῶν ἀκαθάρτων τῆς ὑλικῆς ἐπιθυμίας παθῶν ἐλεύθερα δεῖν παρεκελεύσατο· τοῦτο δὲ ἐν οἷς πρὸς τοὺς ἁγίους αὐτοῦ μαθητὰς ἀποστελλομένους ἐπὶ τὸ κήρυγμα περὶ τοῦ πῶς εὐστάλεῖς αὐτοὺς εἶναι καὶ ἀπερίττους διατυπῶν καὶ τοῦτο πρὸς τοῖς ἄλλοις φησὶ, *Μὴ δὲ πήραν αἴρετε εἰς τὴν ὁδὸν, μήτε ῥάβδον, μήτε ὑποδήματα εἰς τοὺς πόδας ὑμῶν*, ὡς δέον τὸν τῆς ὑψηλῆς κατὰ τὴν γνῶσιν πορείας ἐπειλημμένον παντὸς μὲν ὑλικοῦ βάρους ἐλεύθερον εἶναι, πάσης δὲ τῆς κατ' ἐπιθυμίαν καὶ θυμὸν ἐμπαθοῦς διαθέσεως καθαρὸν, ὡς δηλοῖ ἥ τε πήρα καὶ ἡ ῥάβδος, ἡ μὲν τὴν ἐπιθυμίαν, ἡ δὲ τὸν θυμὸν ἐπισημαίνουσα, μάλιστα δὲ τῆς καθ' ὑπόκρισιν γυμνὸν κακουργίας, τῆς οἷον ὑποδήματος δεῖσθαι τοῦ βίου τὸ ἴχνος ἐπικαλυπτούσης, καὶ τὸ ἐμπαθὲς τῆς ψυχῆς ἐπικρυπτούσης (179 *b*) ἐπιεικείας πλάσματι· ἣν ὑποδησάμενοι ἀφρόνως οἱ Φαρισαῖοι, μόρφωσιν εὐσεβείας, ἀλλ' οὐκ εὐσέβειαν ἔχοντες, καίτοι εἰ λαθεῖν ἐνόμιζον, ὑπὸ τοῦ λόγου ἐλεγχθέντες ἐδιδάχθησαν [19].

B

Contemplatio de lunatico.

Qua materiali dyade, indignationis, inquam, et concupiscentiæ, rursus Dominus, ni fallor, lunaticum liberavit [x], vel potius, cum malus dæmon igni indignatione et aqua concupiscentia eum perdere vellet, coercuit, atque sustulit rabiem furiosam (lunæ enim increscendo decrescendoque habitus nihil differt ab hominibus materia superatis); qua abusus dæmon concitator passionum tanquam in aquam et ignem in concupiscentiam et indignationem injicere mentem et suffocare non desinit, usquedum Dei Verbum et ratio advenerit et materialem atque malum dæmonem expulerit (per quem vetus et terrenus homo exprimitur), vexatum vero illum a mala dominatione asseruerit, dum naturalem ei moderationem gratia sua reddit, per quam novus et ad Dei imaginem creatus homo designatur. Sic igitur omnes sancti hanc divinam et non fallacem rationem rite aggressi hoc sæculum transiverunt, in nulla earum quas habet voluptatum vestigium animæ imprimentes. In summas enim earum quas homini assequi licet de Deo rationes, bonitatis, inquam, et charitatis, oculos rectissime figentes, quibus Deum commotum eis quæ sunt exsistentiam eamque bonam gratia sua largiri didicerunt (siquidem moveri Deum qui solus immobilis est dicere fas est, et non potius

C

Θεωρία περὶ τοῦ σεληνιαζομένου.

Ταύτης τῆς ὑλικῆς δυάδος, τῆς κατὰ θυμὸν λέγω καὶ ἐπιθυμίαν, πάλιν ὁ Κύριος ἠλευθέρωσεν, ὡς οἶμαι, τὸν σεληνιαζόμενον, μᾶλλον δὲ τοῦ πυρὶ τῷ θυμῷ καὶ ὕδατι τῇ ἐπιθυμίᾳ αὐτὸν βουληθέντος ἀπολέσαι πονηροῦ δαίμονος, ἐπέσχε τε καὶ κατήργησε τὴν μανιώδη λύσσαν (σελήνης γὰρ οὐδὲν διενήνοχεν ἡ πρὸς τὰ γινόμενα καὶ ἀπογινόμενα σχέσις τῶν ἡττημένων τοῖς ὑλικοῖς ἀνθρώπων)· ἧς ἐπειλαβόμενος ὁ τὰ πάθη διεγείρων δαίμων ὥσπερ ὕδατι καὶ πυρὶ τῇ ἐπιθυμίᾳ καὶ τῷ θυμῷ ἐμβάλλων τὸν νοῦν καὶ ἐναποπνίγων οὐ παύεται, ἕως τοῦ Θεοῦ Λόγος παραγενόμενος τὸ μὲν ὑλικὸν καὶ πονηρὸν ἀπελάσει πνεῦμα (δι' οὗ ὁ παλαιός τε καὶ χοϊκὸς χαρακτηρίζεται ἄνθρωπος), τὸν δὲ ἐνεργούμενον τῆς πονηρᾶς ἐλευθερώσει τυραννίδος, τὴν φυσικὴν αὐτῷ σωφροσύνην ἀποδοὺς καὶ χαρισάμενος, δι' ἧς ὁ νέος καὶ κατὰ Θεὸν κτιζόμενος ἄνθρωπος διαδείκνυται. Οὕτω μὲν οὖν πάντες οἱ ἅγιοι τοῦ θείου καὶ ἀπλανοῦς λόγου γνησίως ἐπειλημμένοι τὸν αἰῶνα τοῦτον διέθεσαν, οὐδενὶ τῶν ἐν αὐτῷ τερπνῶν τὸ τῆς ψυχῆς ἴχνος ἐναπερείσαντες. Πρὸς γὰρ τοὺς ἄκρους τῶν ἀνθρώποις ἐφικτῶν περὶ Θεοῦ λόγους, τῆς ἀγαθότητός τέ φημι καὶ τῆς ἀγάπης, μάλα γε εἰκότως ἐνατενίσαντες, οἷς κινηθέντα τὸν Θεὸν τὸ εἶναί τε δοῦναι τοῖς οὖσι καὶ τὸ εὖ εἶναι χαρίσασθαι ἐπαιδεύθησαν (εἴπερ κίνησιν ἐπὶ Θεοῦ τοῦ μόνου ἀκινήτου

D

[x] Matth. xvii, 14.

[19] An διεδείχθησαν?

VARIÆ LECTIONES.

Digitized by Google

(180 a) θέμις εἰπεῖν, ἀλλὰ μὴ μᾶλλον βούλησιν, A
τὴν πάντα κινοῦσάν τε καὶ εἰς τὸ εἶναι καὶ παρ-
άγουσαν καὶ συνέχουσαν, κινουμένην δὲ οὐδαμῶς οὐ-
δέποτε), τούτοις καὶ αὐτοὶ σοφῶς ἑαυτοὺς ἀπετύπω-
σαν, τοῦ ἀφανοῦς καὶ ἀοράτου κάλλους τῆς θείας
μεγαλοπρεπείας εὐμιμήτως φέροντες φαινομένην
διὰ τῶν ἀρετῶν τὴν ἰδιότητα. Διὰ τοῦτο ἀγαθοὶ καὶ
φιλόθεοι καὶ φιλάνθρωποι, εὔσπλαγχνοί τε καὶ οἰ-
κτίρμονες γεγόνασι, καὶ μίαν πρὸς ἅπαν τὸ γένος
διάθεσιν ἔχοντες ἀγάπης ἐδείχθησαν, ὑφ' ἧς τὸ πάν-
των ἐξαίρετον εἶδος τῶν ἀρετῶν, τὴν ταπείνωσιν
λέγω, διὰ πάσης αὐτῶν τῆς ζωῆς βεβαίαν κατασχόν-
τες τὴν φυλακτικὴν μὲν τῶν ἀγαθῶν, φθαρτικὴν δὲ
τῶν ἐναντίων, οὐδενὶ τὸ παράπαν ἀλώσιμοι τῶν δι-
οχλούντων γεγόνασι πειρασμῶν, τῶν τε ἑκουσίων καὶ
τοῦ ἐφ' ἡμῖν λόγου, καὶ τῶν ἀκουσίων καὶ οὐκ ἐφ' B
ἡμῖν, τῷ τοῖς μὲν δι' ἐγκρατείας ἀπομαραίνειν τὰς
ἐπαναστάσεις, τῶν δὲ δι' ὑπομονῆς τὰς προσβολὰς
ἀποσείεσθαι. Διχόθεν γὰρ βαλλόμενοι, ὑπό τε δόξης
καὶ ἀτιμίας, διέμενον ἀσείστοι, πρὸς ἄμφω ἀκινή-
τως ἔχοντες, μήτε ὕβρεσι τιτρωσκόμενοι διὰ τὴν
ἐκουσίαν ὕφεσιν, μήτε δόξαν προσιέμενοι, δι' ὑπερ-
βάλλουσαν πτωχείας οἰκείωσιν, ὅθεν οὐ θυμός, οὐ
φθόνος, οὐκ ἔρις, οὐχ ὑπόκρισις, οὐ δόλος, οὐκ εἰ-
ρωνευτική τις καὶ ἐπίκλοπος τῷ φαινομένῳ πλά-
σματι δι' ἀπάτης ὑποσύρουσα πρὸς ἄλλο στοργή, τὸ
πάντων παθῶν ἐλεθριώτατον, οὐκ ἐπιθυμία τῶν
κατὰ τὸν βίον δοκούντων εἶναι λαμπρῶν, οὔτε τι
ἕτερον τῆς πονηρᾶς τῶν παθῶν πληθύος, οὐκ ἀπει-
λαὶ παρ' ἐχθρῶν ἐπινατεινόμεναι, οὐδέ τις (180 b) C
θανάτου τρόπος αὐτῶν ἐκυρίευσε. Διὸ καὶ μακάριοι
δικαίως παρά τε Θεῷ καὶ ἀνθρώποις ἐκρίθησαν, ὅτι
τῆς φανησομένης ἀῤῥήτου καὶ περιφανοῦς δόξης
κατὰ τὴν χάριν τοῦ μεγάλου δώρου Θεοῦ ἐμφανεῖς
εἰκόνας ἑαυτοὺς κατέστησαν, ἵνα χαίροντες ὡς γνω-
ρίμοις τοῖς λόγοις τῶν ἀρετῶν, μᾶλλον δὲ Θεῷ, ὑπὲρ
οὗ καὶ καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἀποθνήσκοντες διεκαρ-
τέρησαν, ἑνωθῶσιν, ἐν ᾧ πάντων οἱ λόγοι τῶν ἀγα-
θῶν, ὥσπερ πηγῇ ἀειβλύστῳ, προϋφεστήκασί τε
κατὰ μίαν, ἁπλῆν καὶ ἑνιαίαν τῶν πάντων περιοχήν,
καὶ πρὸς ὃν ἕλκουσι πάντας τοὺς καλῶς καὶ κατὰ
φύσιν ταῖς ἐπὶ τούτῳ δοθείσαις χρωμένους δυνά-
μεσι.

velle, cujus voluntate omnia et moventur et in exsistentiam ducuntur, inque ea continentur, dum ipsa nimirum non ullo unquam modo movetur [y]), his etiam ipsi sapienter sese reformarunt, invisibilis ac nos latentis pulchritudinis divinæ magnificentiæ proprietatem quæ per virtutes se manifestat feliciter æmulatam ferentes. Ideoque boni et Dei amantes et benevoli erga homines, et misericordes facti sunt, unamque ad universum genus affectionem charitatis habere visi sunt; a qua omnium virtutum exquisitissimum genus, humilitatem dico, quæ bona servat, inimica perimit, per totam suam vitam firmiter tuentes, molestarum tentationum nulli omnino succubuerunt, tam voluntariarum quæque nostræ sunt rationis, quam involuntariarum quæque non nostræ sunt, dum harum eruptiones continentia reprimimus, illarum contra impetus fortitudine excutimus. Utrinque enim petiti, a gloria et ab ignobilitate, inconcussi perseveraverunt, et immobiles contra utramque steterunt, neque injuriis vulnerati, propter voluntariam submissionem, neque gloriam admittentes, propter exsuperantem paupertatis familiaritatem, unde nec indignatio, nec livor, nec dissensio, nec hypocrisis, nec dolus, nec cavillatorius et subdolus qui specioso figmento fraudulenter ad aliud pelliciat amor, quæ omnium passionum exitiosissima est, nec concupiscentia earum rerum quæ lautissimæ videntur in vita esse, nec aliud quidquam de iniquo passionum grege, neque minæ ab inimicis intentatæ, neque ullum mortis genus eos devicit. Ideo etiam beati tam apud Deum quam apud homines merito sunt judicati, quod apparituræ ineffabilis et splendidissimæ gloriæ per gratiam magni Dei manifestas imagines sese effecerunt, ut gaudentes tanquam notis et familiaribus virtutum rationibus, vel potius Deo, pro quo etiam quotidie mori perseverassent, unirentur, in quo omnium bonorum rationes, tanquam in fonte perenni, præexstiterunt per unam, simplicem et singularem rerum universarum complexionem, et ad quem omnes attrahunt quicunque bene et secundum naturam facultatibus ad hoc datis utuntur.

Ἐκ τοῦ μβ' λόγου τοῦ Θεολόγου περὶ ὧν ἐμνήσθη τοῦ μακαρίου Ἰὼβ, εἰς τό, « Τὰ δὲ ἑξῆς μικρὰ, καὶ μικρῶν ἕνεκεν οἰκονομηθέντα (6). »

Ex quadragesimo secundo Theologi sermone de iis quæ de beato Jobo commemoravit in illud : « Quæ autem deinde secuta sunt, parva, et parvorum gratia constituta [z]. »

Τῇ γενομένῃ παρὰ τοῦ Θεοῦ τῷ Ἰὼβ ἀναῤῥήσει, ὡς οἶμαι, συγκρίνων τὰ μετὰ τοὺς ἀγῶνας τῶν πειρασμῶν δοθέντα σωματικὰ μικρὰ προσηγόρευσεν, ὡς κατ' οὐδένα τρόπον τοῖς αἰωνίοις δυνάμενα παραβάλλεσθαι. *Μικρῶν δὲ ἕνεκεν οἰκονομηθέντα* φησὶ, τῶν περὶ διάνοιαν γνωστικὴν δηλονότι μικρῶν, τῶν εὐχερῶς ἐν τοῖς περὶ προνοίας καὶ κρίσεως λόγοις σκανδαλιζομένων, καὶ περὶ αὐτὴν τὴν εὐσέ-

Dei in Jobum pronuntiato, ut puto, temporalia ea quæ post certamina tentationum concessa sunt comparans parva appellavit, quæ nimirum nullo modo cum æternis conferri possent. *Parvorum gratia constituta* autem dicit parvorum videlicet circa gnosticum mentis statum, qui facile in providentia et judicio considerandis offenduntur, et circa ipsam pietatem fluctuant. De quibus Dominum in Evange-

[y] Act. xvii, 28. [z] Job viii, 7.

(6) Greg. Naz. Or. in laudem S. Athanasii cap. 18, p. 597, tom. I, Opp. ed. Bened.

Digitized by Google

liis dixisse arbitror : *Qui offendit unum ex parvulis his* [a]. Qui quotiescunque justum vident infirmum vel pauperem, vel alio modo laborantem (atque hi infirmiores plenam fere peccatorum omnium impunitatem statuunt, quanto magis in multiplice Jobi vicissitudine, qui ex confesso ab omnibus est justus æstimatus?), id pati possint, si non ad pristinum statum rediit ei conduplicatus splendor et fama. De his igitur magister dixit : *Parvorum gratia constituta.*

A δειαν σαλευομένων. Περὶ ὧν οἶμαι τὸν Κύριον ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις φάναι, *Ὁ σκανδαλίζων ἕνα τῶν μικρῶν τούτων* · οἵτινες ἰδόντες δίκαιον ἀσθενοῦντα, ἢ πτωχεύοντα, ἢ ἄλλως κακουχούμενον (καὶ σχεδὸν οἵγε ἀσθενέστεροι ἄδειαν τοῦ παντὸς κατακρίνουσι, πόσῳ μᾶλλον ἐν τῇ ἀθρόᾳ μεταβολῇ τοῦ Ἰὼβ, ὡμολογημένως δίκαιον πᾶσιν ὑπειλημμένου ;) εἶχον τοῦτο παθεῖν, εἰ μὴ πρὸς τὸ ἀρχαῖον αὐτῷ σωματικῶς κατὰ τὸ διπλάσιον ἐπανῆλθε τὸ περιφανὲς καὶ ἐπίδοξον. (**181** *a*) Περὶ τούτων οὖν εἴρηται τῷ διδασκάλῳ, *Μικρῶν ἕνεκεν οἰκονομηθέντα.*

Ex eodem sermone in illud : « Purgat templum sacrilegis et Dei et Christi nundinatoribus [b], *nisi quod non flagello contorto, sed sermone ad persuadendum accommodato hoc facit. »*

Neque acerbiorem in his, ut quidam existimaverunt, beato Patre Athanasio Dominum nostrum et Deum clarissimus hic magister ostendit, absit! neque profecto sancto Athanasio gratificatur, dum illum flagello, hunc sermone usum esse in templo a sacrilegis nundinatoribus purgando dicit : ut hinc necesse sit, secundum proverbium, ut ex duobus alterutrum statuamus, aut ut Dominus noster et Deus mitiorem medicinæ viam ignoraverit, aut ut sanctus Athanasius modorum spiritualis curæ ignarus, intempestivæ humanitati indulserit. Sed cum ratio eorum quæ egimus judex in nobis commota, tanquam in vivo aliquo templo et animato, pœnitentiam delictis parem exerceat, per quam Christus Deus et sermo semper nos cædit peccantes, veluti torto flagello usus, ipsa videlicet conscientia ex prave ac perperam cogitatis et facinoribus contorta, sanctus vero Athanasius leniter ad emendationem deducebat peccantes, quippe qui ipse infirmitatis carne indutus esset, propterea divinum hunc doctorem tropice et per figuram hæc verba arbitror usurpasse.

Ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου, εἰς τὸ, « Καθαίρει μὲν τὸ ἱερὸν τῶν θεοκαπήλων καὶ χριστεμπόρων, πλὴν ὅσον οὐ φραγελλίῳ πλεκτῷ, λόγῳ δὲ τιθαρῷ τοῦτο ἐργάζεται (7). »

Οὔτε στυπτικώτερον ἐν τούτοις, ὥς τινες ὑπειλήφασι, τοῦ μακαρίου Πατρὸς Ἀθανασίου τὸν Κύριον ἡμῶν καὶ Θεὸν ἀποδείκνυσιν ὁ ἀοίδιμος οὗτος διδάσκαλος, μὴ γένοιτο. οὔτε μὴν καταχαρίζεται τῷ ἁγίῳ Ἀθανασίῳ τῷ τὸν μὲν φραγελλίῳ, τὸν δὲ λόγῳ χρησάμενον, καθαίρειν τὸ ἱερὸν τῶν θεοκαπήλων εἰπεῖν. Ὡς ἀνάγκην ἐκ τούτων εἶναι, κατὰ τοὺς λέγοντας, δυοῖν θάτερον ὑποληφθῆναι, ἢ τὸν Κύριον ἡμῶν καὶ Θεὸν τὴν προσηνεστέραν ἠγνοηκέναι μέθοδον τῆς ἰατρείας, ἢ τὸν ἅγιον Ἀθανάσιον μὴ γινώσκοντα τῆς πνευματικῆς ἐπιμελείας τοὺς τρόπους φιλανθρωπίαν ἄκαιρον μετιέναι. Ἀλλ' ἐπειδὴ ὁ διαγνωστικὸς λόγος ὧν πεπράχαμεν ἐν ἡμῖν ἀνακινούμενος, οἷον ἱερῷ τινι ἐμψύχῳ τε καὶ ζῶντι, ἀναλογοῦσαν τοῖς πλημμεληθεῖσι μεταμέλειαν ἐργάζεται, δι' ἧς Χριστὸς ὁ Θεὸς καὶ Λόγος ἀεὶ τύπτει ἡμᾶς ἁμαρτάνοντας, πλεκτὸν ὥσπερ ἔχων φραγέλλιον, αὐτὴν ἡμῶν τὴν ἐξ ἀτόπων ἐννοιῶν συμπεπλεγμένην καὶ ἔργων συνείδησιν, ὁ δὲ ἅγιος Ἀθανάσιος ἠπίως τοὺς πταίοντας ἐνῆγε πρὸς διόρθωσιν, ὡς καὶ αὐτὸς ἀσθενείας σάρκα περικείμενος, τούτου χάριν τῷ τρόπῳ τούτῳ τῷ λόγῳ χρῆσθαι τὸν θεόφρονα τοῦτον οἶμαι διδάσκαλον.

Ejusdem ex sermone extemporali ad Eunomianos, in illud : « Sunt enim, sunt quibus auditus et lingua pruriunt [c]. »

Qui circa vocabula exercuerunt studia, nec vulgarem sibi inde gloriam pepererunt, et accuratos eorum significatus pernoscendos et rei suum cuique et conveniens vocabulum attribuendum esse statuunt, quod proprietatem contra quodvis alienæ significationis, quoquo modo dictum sit, puram et intaminatam tueatur, hi bene illud se habere et *prurientes auditu et lingua* esse qui novi aliquid audire vel dicere cupiant, quique semper novis rebus moliendis gaudeant, et terminos, ut expresse dicam, transponant quos patres sui collocaverunt, quique recentibus et inusitatis delectentur contraque ea

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τοῦ σχεδιασθέντος πρὸς Εὐνομιανοὺς λόγου, εἰς τὸ, « Εἰσὶ γάρ, εἰσί τινες οἱ τὴν ἀκοὴν κνηθόμενοι καὶ τὴν γλῶτταν (8). »

Φασὶν οἱ περὶ λόγους ἐσχολακότες καὶ τὰς αὐτῶν ἀκριβεῖς σημασίας γινώσκειν, κλέος οὐ τὸ τυχὸν ποιησάμενοι, καὶ ἑκάστῳ πράγματι φωνὴν πρόσφορον δεῖν ἀπονέμεσθαι, παραστατικὴν τῆς πρὸς ὁτιοῦν (**181** *b*) ἄλλου τοῦ σημαινομένου, καθ' ὁντινα τρόπον τύχοι λεγόμενον, ἀμιγοῦς ἰδιότητος, καλῶς ἔχειν ἀποφηνάμενοι, *κνηθομένους δὲ τὴν ἀκοὴν καὶ τὴν γλῶσσαν* εἶναι τοὺς καινότερόν τι μανθάνειν ἢ λέγειν ἐθέλοντας, καὶ ἀεὶ ταῖς καινοτομίαις χαίροντας, καὶ ὅρια μετατιθεμένους, γραφικῶς εἰπεῖν, ἃ ἔθεντο οἱ πατέρες αὐτῶν, καὶ τοῖς προσφάτοις καὶ ξένοις ἡδομένους, καὶ τῶν συνήθων

[a] Marc. IX, 41. [b] Matth. XXI, 12. [c] II Tim. IV, 3.

7) Idem ibid. cap. 31, p. 406, tom. I, Opp. ed. Bened.

(8) Greg. Naz. *Or. theologica* I, adv. Eunomianos cap. I, p. 487, tom. I Opp. edit. Bened.

Digitized by Google

καὶ πάλαι γνωρίμων καὶ ὡσαύτως; ἐχόντων ὡς ἐώλων καὶ πεπτημένων καὶ μηδενὸς ἀξίων, κατεξανισταμένους, καὶ μᾶλλον τὰ νεαρώτερα προσδεχομένους ἀσπασίως, κἂν ψευδῆ τύχοιεν ὄντα, καὶ μηδεμίαν εἰς ψυχὴν διαβαίνουσαν ὠφέλειαν ἔχοντα. Ὑπὲρ ἧς μάλιστα πᾶς εὐσεβὴς λόγος καὶ πόνος σωτήριος ᾄδεταί τε καὶ γράφεται καὶ ἐπιτηδεύεται, ὁ μὲν κατὰ τῆς ἀγνωσίας, ὁ δὲ κατὰ τῆς ἡδονῆς ὁπλιζόμενος, ὁ μὲν ἵνα τῆς ἀγνοίας ἐκτεμὼν τὰ πηρώματα τῆς ψυχῆς οἰκειώσῃ θεῷ διὰ γνώσεως τὴν ἀλήθειαν ἔχοντας, τοὺς διὰ τοῦτο τοῖς μαθήμασι χαίροντας, καὶ τῶν ὁρωμένων τε καὶ νοουμένων ὑπεράνω τὸν νοῦν παραπέμψας θέλξῃ τῷ ἀῤῥήτῳ τῆς θείας παλλονῆς ἔρωτι, καὶ προστηλώσῃ τῷ πόθῳ μηδαμοῦ φέρεσθαι δυνάμενον, μᾶλλον δὲ δυνηθῆναι μὴ ἀνεχόμενον· ὁ δὲ ἵνα τῆς καθ' ἡδονὴν σχέσεως τοὺς ἧλους ἐκκρούσηται οἷς ὁ περὶ θεὸν τῆς ψυχῆς πόθος τε καὶ τόνος ἐκ τῆς ἀρχαίας παρακοῆς πρὸς τὴν ὕλην ἐνεπάγη καὶ τὰ φθειρόμενα, καὶ ἀπαλλάξῃ κακίας τοὺς ἐνεσχημένους[20], καὶ ἀρετῆς ποιήσειε φοιτητὰς γνησίους, καὶ ἄσειστον πρὸς πάντα τὰ κωλύειν δοκοῦντα τῆς ψυχῆς τὴν πρὸς τὸ καλὸν οἰκείωσιν ἀπεργάσηται, διδάξας πρὸς μὲν ἀποστροφὴν ἡδονῆς, (**182** *a*) διὰ τῶν ἐφ' ἡμῖν ἀτόπων ἀπατηλῶς σαινούσης καὶ μαλασσούσης τὸ στερρὸν τῆς γνώμης, καὶ πειθούσης προαιρεῖσθαι τὰ παρόντα τῶν μελλόντων, καὶ τὰ ὁρώμενα τῶν νοουμένων, ἐγκράτειαν, πρὸς δὲ φόβου καὶ δειλίας ἀπόθεσιν, δι' αὐτῶν[21] οὐκ ἐφ' ἡμῖν τὰ ἀνήκεστα καὶ ἀνθρωπίνης εἶναι δοκοῦντα κρείττονα δυνάμεως ὑποτιθεμένων, καὶ βίᾳ κρατεῖν διὰ τῆς τῶν φοβερῶν ἐπαγωγῆς τοῦ σώφρονος λογισμοῦ μηχανωμένων, ὑπομονὴν καὶ τὴν ἐκ τούτων συμπληρουμένην ἀνδρίαν, τὴν πρὸς πᾶσαν ἡδονὴν τῶν ἐφ' ἡμῖν καὶ ὀδύνην τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν ἀνένδοτον καὶ ἀήττητον ἕξιν. *Κνηθομένους δὲ τὴν ἀκοὴν καὶ τὴν γλῶσσαν* ἐκάλεσεν ὁ διδάσκαλος τοὺς περὶ ὧν ὁ λόγος, ἐπειδὴ πᾶς λόγος διὰ γλώσσης καλεῖσθαί τε καὶ προφέρεσθαι καὶ δι' ἀκοῆς ἀκούεσθαί τε καὶ μανθάνεσθαι πέφυκεν. Εἰ δὲ καὶ κατ' ἄλλην ἐπιβολὴν ἐκδέχεσθαι θελήσομεν τὸ λεγόμενον, *Κνηθόμενοι τὴν ἀκοὴν καὶ τὴν γλῶσσαν*, τυχὸν οἱ μόνον πρὸς ψόγον καὶ τῆς κατ' ἄλλων διαβολῆς ἢ λοιδορίας ἀκούειν τε καὶ καλεῖν προθυμούμενοι, καὶ τὸ κατὰ παντὸς ἀμαθῶς ἐπαίρεσθαι λόγου τε καὶ ἀνδρὸς σεμνολόγημα κρίνοντες, καὶ πρὸ τοῦ τι φάναι τὸν ὕποπτον αὐτοῖς καὶ φθονούμενον σφαδάζοντες τῷ πνεύματι καὶ οἷον τὴν ψυχὴν προωθοῦντες καὶ τὴν ἀκοὴν ἑτοιμάζοντες καὶ τὴν γλῶσσαν πρὸς θήραν τινὸς συλλαβῆς ἢ λέξεως, οὐχ ἵνα εὐθυμῶσιν, ἀλλ' ἵνα κακίσωσι καὶ ὕλην ἔχωσι τῆς κατ' αὐτοῦ γλωσσαλγίας. Ὅπερ ἐποιοῦντο τῷ ἀγίῳ τούτῳ ἀνδρὶ οἱ κατ' ἐκεῖνο καιροῦ τῆς ἀληθείας ἐχθροὶ, προπηδῶντες, καὶ προεξανιστάμενοι, καὶ πρὶν λεχθῆναι, τῶν λεγομένων· καθάπερ τῶν ἵππων τοὺς πολεμιστηρίους τε καὶ (**182** *b*) ἀμιλλητηρίους, οἱ καὶ πρὸ τῶν ἀγώνων καὶ τῆς σάλπιγγος εὐθυτενῆ τὰ ὦτα

quæ vulgaris usus sunt et pridem cognita et non novata velut contra obsoleta et trita et vilia insurgant, adeo ut recentiora, vel si mendacia sint, neque ulla inde in animam utilitas redundet, tamen lubenter recipiant. Animæ præsertim commodo omnis pius et sermo et labor salutaris prædicatur, conscribitur, accuratur; quorum alter contra ignorantiam, alter contra voluptatem armatur, alter ut infirmis et mutilis animæ partibus excisis eos qui per cognitionem veritatem habent ideoque in disciplinis versari gaudent, Deo conciliet, mentemque sursum supra ea quæ videntur et intelliguntur emissam ineffabili divinæ pulchritudinis amore demulceat, atque ita affigat ut nullo usquam desiderio stimulari possit, sive potius posse non sustineat : alter ut voluptatis habitus clavos excutiat quibus animæ circa Deum desiderium et intentio de vetere inobedientiæ delicto ad materiam et ea quæ interitui subjacent applicata sunt, et improbitate indutos liberet, et virtutis veros faciat cultores, et immobiles nos et inconcussos stare faciat contra omnia quæ animæ cum honesto et pulchro familiaritatem ineundam prohibere videantur, ad declinandam quidem voluptatem, quæ per absurditates nostras fraudulenter consilii duritatem adulatur et mollit, et præsentia futuris, quæque videntur eis quæ cogitatione percipiuntur præferre suadet, instruens continentia, ad deponendum vero timorem atque metum, qui ipsi gravissima quæque non in nostra manu sed humanam potestatem videri superare persuadent violenterque per terrorum invasionem rationis consiliique sobrietatem opprimere conantur, instruens constantia et fortitudine inde consummata, habitu ad quamlibet eorum quæ in nobis sunt voluptatem, et quemlibet eorum quæ extra nos sunt dolorem imperterrito et invicto. *Prurientes autem auditu et lingua* magister vocavit eos ad quos spectat sermo, siquidem omnis sermo per linguam et appellatur et profertur, atque per auditum auscultatur et ediscitur. Jam si etiam ad alterum quoque propositum excipere volumus illud, *Prurientes auditu et lingua*, fortasse erunt qui solum ad vituperium aliorum et obtrectationem calumniamque audiendam et proferendam inclinant, et contra quemvis sive sermonem sive hominem imperite et rustice insolescere venustum et lepidum judicant, ac priusquam is qui sibi ipsis suspectus est, vel cui invident, aliquid dicat, spiritu exsultant et veluti animam propellunt auditumque præparant et linguam ad syllabam aliquam vel locutionem venandam, non quo lætitia et hilaritate animi afficiant, sed ut injuriam inferant materiamque suæ petulantiæ habeant. Id quod huic sancto viro accidit illo tempore ab veritatis inimicis, ejusmodi qui prosiliunt, et vel priusquam dicta sint, in verbis ansam et occasionem se incitandi arripere solent;

VARIÆ LECTIONES.

[20] ἐνισχημένως cod. Gud. [21] διὰ τῶν cod. Gud.

Digitized by Google

in modum equorum bellatorum celetumque, qui vel ante certamen et tubam aures arrigunt et pedibus terram pulsant et ungulis fodiunt, et ad cursum se incitant et flagellum instigans haud raro antevertunt; nisi quod nullum equos, quia rationis sunt expertes, vituperium tangit, si legitima certaminum tempora non exspectant quæ tubæ sonitu et flagelli ictu significantur, tales contra viri nullo vituperio possunt ad suam nequitiam æstimandam commoveri. Negotium eis et studium est mendacii meditatio et veritatis expugnatio. Quare merito ejusmodi, *prurientes auditu et lingua*, dicantur, propterea quod ut aliquis succus acerbissimus et crassissimus, qui in corporis profundo delitescit, haud raro per pruriginem irritatus in apertum provocatur, ita etiam hos bonorum sermonum obtrectatores occulta quædam affectio, postquam ansam arripuerunt, ad animæ malignitatem in publicum evomendum præcipue irritat, quæ affectio tanto profundius sedet quanto processu suo videatur debilitari. Etenim non excedit de profundo per facinora edita improborum hominum affectio, sed etiam externa omnia furore suo depascitur, et suam in anima sedem haudquaquam relinquit.

ποιοῦσι, καὶ τοὺς πόδας τῇ γῇ προσαράσσουσι, καὶ προσκνήθονται ταύτην ταῖς ὁπλαῖς, καὶ πρὸς ὁρμὴν ἑαυτοὺς διεγείρουσι, καὶ τὴν ὠθοῦσαν πολλάκις προλαμβάνοντες μάστιγα· πλὴν ὅτι τῶν ἵππων οὐδεὶς ἅπτεται ψόγος ὑπὸ τῆς φυσικῆς ἀλογίας, μὴ ἀναμενόντων τοὺς εὐθέτους τῶν ἀγώνων καιροὺς, οὓς διασημαίνει ἥ τε φωνὴ τῆς σάλπιγγος καὶ ἡ τῆς μάστιγος πληγή, τοῖς δὲ τοιούτοις ἀνδράσιν οὐδείς ἐστιν ὁ πρὸς ἀξίαν τῆς αὐτῶν κακίας ἐπινοηθῆναι δυνάμενος ψόγος. Ἔργον ἔχουσι καὶ σπούδασμα τὴν μελέτην τοῦ ψεύδους, καὶ τὴν κατὰ τῆς ἀληθείας ἔνστασιν. Εἰκότως οἱ τοιοῦτοι *κνηθόμενοι τὴν ἀκοὴν καὶ τὴν γλῶτταν* λεγέσθωσαν, διότι καθάπερ τις χυμὸς δριμύτατός τε καὶ παχύτατος, τῷ βάθει τοῦ σώματος ἐμφωλεύων, πολλάκις διὰ τοῦ κνήθεσθαι πρὸς τὴν ἐπιφάνειαν ἐρεθιζόμενος ἐκδίδοται, οὕτως καὶ τοὺς ἐπηρεαστὰς τῶν καλῶς λεγομένων ἐρεθίζει λαβομένους ἀφορμῆς μάλιστα δημοσιεύειν τὴν κατὰ ψυχὴν κακουργίαν ἡ κεκρυμμένη διάθεσις, ἥτις τοσοῦτον τὸ βάθος κατέχειν πέφυκε μᾶλλον, ὅσον κενοῦσθαι τῇ προόδῳ κατὰ τὸ εἰκὸς ἔδοξεν. Οὐ γὰρ ἐξίσταται τοῦ βάθους προφερομένη διὰ τῶν ἔργων ἡ τῶν μοχθηρῶν ἀνθρώπων διάθεσις, ἀλλὰ καὶ τὰ ἐκτὸς πάντα μανικῶς ἐπινέμεται, καὶ τῆς κατὰ ψυχὴν οὐδαμῶς ἐξίσταται χώρας.

Ex eodem sermone, in illud : « Quemadmodum flos in hieme plane intempestivus, et mulieribus virilis ornatus vel viris muliebris, aut mœrori geometriæ studium. »

Moderationis in omni sermone omnique negotio, qua uniuscujusque et universorum decoris ratio integra ac pura manifestatur, per dissimilium enumerationem exemplum proponens hæc dicit magister, quibus ut moderati esse et cauti velint protervi et immoderati nulliusque modi gnari, nullius quidem rei, sed in primis disputandi de Deo modi, verum audacter cuncta discrepantia inter se temere commiscentes atque confundentes instruat. Etenim si præter naturam est legitimumque rerum ordinem flos in hieme spectatus, ac mulieribus ornatus virilis indutus aut viris muliebris, et mœrori aptam geometriam dicere (ille enim tempus novat suamque positionem et ordinem destituit, alter vero invicem in viro et muliere apparens naturam adulterat et modum ex natura eis convenientem ac proprium tollit, tertia dum quæ coexsistere nequeunt, gaudium, inquam, et mœrorem, in unum cogere tentat, inquinat ea prorsus et perimit), nonne multo potius sermo de Deo temere et a quolibet fusus et quo haud decet tempore et loco insuper prolatus, informis et inconveniens erit, et nequaquam dignus qui audiatur, cum, ut ego sentio, tanto potius necesse sit idoneum de Deo disserendi tempus deligant prudentes, quanto in rebus plane discrepantibus nullumque commercium inter se habentibus, quas commemoravit magister, geometriam a mœ-

Ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου, εἰς τὸ, « Ὥσπερ ἄνθος ἐν χειμῶνι παντελῶς ἄωρον, καὶ γυναιξὶ κόσμος ἀνδρεῖος ἢ ἀνδράσι γυναικεῖος, ἢ πένθει γεωμετρία (9). »

Τὴν ἐπὶ παντὸς λόγου τε καὶ πράγματος εὐταξίαν, καθ' ἣν τῆς ἑκάστου καὶ πάντων εὐπρεπείας ὁ λόγος ἀναφαίνεσθαι πέφυκεν (**183** *a*) ἀκραιφνὴς, διὰ τῆς τῶν ἀπεμφαινόντων ἀπαριθμήσεως εἰσηγούμενος, ταῦτά φησιν ὁ διδάσκαλος, ἵνα διὰ τούτων εὐτάκτους εἶναι καὶ εὐλαβεῖς τοὺς θρασεῖς καὶ ἀτάκτους καὶ μηδεμίαν τάξιν εἰδότας, οὐδενὸς μὲν, μάλιστα δὲ τῆς περὶ Θεοῦ διαλέξεως, ἀλλὰ πάντα τολμηρῶς ἀλλήλοις παμμιγῶς τὰ διεστῶτα φύροντάς τε καὶ συγχέοντας διδάξειεν. Εἰ γὰρ τῶν οὐκ ἐχόντων φύσιν ἐστὶ, καὶ διὰ τοῦτο οὐδὲ τάξιν, τό τε ἄνθος ἐν χειμῶνι ὁρώμενον, καὶ γυναιξὶ κόσμος ἀνδρεῖος ἐπιβεβλημένος, καὶ ἀνδράσι γυναικεῖος, καὶ πένθει συνημμένην γεωμετρίαν λέγειν (τὸ μὲν γὰρ καινοτομεῖ τὸν χρόνον καὶ τῆς ἰδίας ἐξίσταται θέσεως. ὁ δὲ παραχαράττει τὴν φύσιν ἑκάτερον, ἀνδρί τε καὶ γυναικὶ ἐπιφαινόμενος, καὶ τὴν αὐτοῖς προσοῦσαν ἐκ φύσεως τάξιν ἐξίστησιν, ἡ δὲ τὰ μηδέπω συνυπάρχειν ἀλλήλοις δυνάμενα, χαράν τέ φημι καὶ πένθος, εἰς ἓν ἀγαγεῖν βιαζομένη φύρει πάντως καὶ ἀφανίζει), οὐ πολλῷ μᾶλλον ὁ περὶ Θεοῦ λόγος, ὡς ἔτυχε καὶ ὑπὸ τοῦ τυχόντος, καὶ ἡνίκα καὶ οὗ μὴ καθῆκον ἔτι προφερόμενος, ἀειδὴς ἔσται καὶ ἀπρεπὴς, καὶ οὐδ' ὅλως ἀκουσθῆναι περὶ Θεοῦ ἄξιος, ἐφ' οὗ μᾶλλον τοσοῦτον τιθέναι δεῖν οἶμαι τὸ εὔκαιρον τοὺς νοῦν ἔχοντας, ὅσον πάντων ἀσυγκρίτως πρεβεβλημένων, πένθει δὲ γεωμετρίαν ἀνάρμοστόν φη-

(9) Idem *ibid.* cap. 4, p. 190. tom. I, Opp. ed. Bened.

Digitized by Google

σιν ὁ διδάσκαλος. Ὁ δὲ μᾶλλον ἀπορεῖν ὑμᾶς πεποίηκεν, ὡς οἶμαι, κατὰ τοιούσδε τρόπους, ἢ ὅτι περ οἱ χώρας τινὸς διὰ στρατιωτικῆς κρατήσαντες χειρὸς γεωμετρίᾳ ταύτην καταδιαιροῦνται, ἡνίκα βασιλείας νόμῳ κρατεῖν (**183** *b*) ἐθέλωσι, χαρᾶς δὲ καὶ χρῆμα μέγιστον, χαρᾶς, τοῖς μόνα τὰ παρόντα μεταδιώκουσιν ἀγαθὰ, καὶ τὸ νικητὰς αὐτοὺς γενέσθαι, καὶ πλοῦτον ἀθρόον κτήσασθαι, οἷς τὸ οἰονοῦν πένθος συνεῖναι ἀμήχανον· ἢ ἐπειδὴ φασιν οἱ περὶ ταῦτα δεινοὶ τοὺς ἀναγκαστικοὺς ἰδίως συλλογισμοὺς ἀνῆφθαι τῇ γεωμετρίᾳ, φορτικός τις εἰκότως ὀφθήσεται, καὶ τὸ καθῆκον μὴ συνορῶν, τὸν πενθοῦντα συλλογιζόμενος καὶ ἀλόγως αὐτὸν πενθοῦντα δεῖξαι πειρώμενος· ἢ τυχὸν καὶ αὐτῷ τῷ πενθοῦντι φαίη τις ἀνάρμοστον εἶναι τὸ συλλογίζεσθαι, πιθανότητι λόγων ἑαυτὸν μηχανώμενος πείθειν ὡς οὐ πέπονθε τὴν ἔργῳ καὶ πράγματι συμβᾶσαν αὐτῷ συμφορὰν, ἢ καὶ αὐτῷ τῷ πένθει, ἤτοι τῇ τούτου φύσει, παντελῶς ἐναντίον. Ἐκκρούεται γὰρ ὥσπερ τὸ πένθος ὁ πενθῶν συλλογιζόμενος, οὕτω καὶ τὸ πένθος τοῦ εἶναι πένθος ἐκπίπτει, πρὸς συλλογισμὸν μετατιθέμενος. Ἀποβαλὼν γάρ τις τὸν εἰς ὃν τὰς ἐλπίδας εἶχε τῆς διαδοχῆς, περιττὰ λοιπὸν ἡγεῖται τὰ τῇδε πάντα. Καὶ κατὰ τοῦτον ἴσως τὸν τρόπον οὐκ ἔξω λόγου φαίη τις εἶναι τὰ θεωρηθέντα, γνοὺς μὴ δύνασθαι συμβαίνειν ἀλλήλοις κατὰ τὸ αὐτὸ τὴν χαρὰν καὶ τὸ πένθος, τῆς ἑκατέρου ποιητικῆς αἰτίας οὐκ ἐκ τῶν αὐτῶν ἀρχῶν ἐχούσης θηλονότι τὰς ἀφορμάς. Καὶ τούτων μάρτυς ἐχέγγυος ὁ ἅγιος καὶ θεόφρων Διονύσιος ὁ Ἀρεοπαγίτης, οὕτωσὶ διεξιὼν περὶ τῆς ἀγγελικῆς εἰκονογραφίας· « Τὰ δὲ γεωμετρικὰ καὶ τεκτονικὰ σκεύη, τὸ θεμελιωτικὸν καὶ οἰκοδομικὸν καὶ τελειωτικὸν, καὶ ὅσα ἄλλα τῆς ἀναγωγοῦ καὶ ἐπιστρεπτικῆς ἐστι τῶν δευτέρων (**184** *a*) προνοίας (10). » Ταῦτα δὲ πάντα φαιδρὰν ἐνδείκνυται διαγωγὴν, ᾗτινι πάντως τὸ πένθος ἐναντίον, καὶ διὰ τοῦτο ἀνάρμοστον. Εἰ δὲ καὶ ἄλλως ἔστιν ἐκλαβεῖν τὸν τόπον, οὐκ ἄκαιρον εἶναι νομίζω, καὶ τὸ τοῦ Σιρὰχ Ἰησοῦ προσθεῖναι τοῖς εἰρημένοις. Ἔστι δὲ τοῦτο· *Μουσικὰ ἐν πένθει, ἄκαιρος διήγησις.* Ὡς οὖν τῆς μουσικῆς πάσας περιεχούσης τὰς παιδεύσεις, ὧν μίαν φασὶ τὴν γεωμετρίαν οἱ περὶ ταῦτα τὴν σπουδὴν ἐσχηκότες, τούτου χάριν, ὡς οἶμαι, συμφερόμενος τῷ τὴν προῤῥηθεῖσαν ἐκθεμένῳ ῥῆσιν ὁ διδάσκαλος ἀνάρμοστον ἔφη τῷ πένθει τὴν γεωμετρίαν. Εἰ δέ τις φαίη, Τί δήποτε τὰς λοιπὰς πασὰς παιδεύσεις ταύτην μόνην ὡς ἀνάρμοστον τῷ πένθει παρείληφε; φαμὲν ὅτι ταύτην ἐσκόπησε κατάλληλον εἶναι πάσαις ταῖς προλεχθείσαις ἐπιβολαῖς. Ἔπειτα δὲ καὶ διὰ ταύτης τῆς μιᾶς καὶ αἱ λοιπαὶ συνεκδοχικῶς συμπαρελήφθησαν. Ταῦτα μὲν, κατ' ἐμὲ φάναι, λελέχθω. Εἰ δέ τις τὸ κρεῖττον ἐξεύροι, ὁμολογήσω χάριν τῶν ἠγνοημένων παρ' αὐτοῦ τὴν γνῶσιν λαβών.

rore dissidere ait. Hic autem magis hæsitare, uti videtur, vos fecit hisce modis : vel, quod qui militari manu regionem aliquam occupaverunt, geometriæ ope dispertiunt, cum regni lege obtinere voluerint, summi gaudii vero negotium esse, certe gaudii eis qui sola præsentia sequantur bona, et superiores fieri, et divitias spissas comparare, cum quibus commodis qualiscunque mœror junctus esse non possit : vel, cum qui in hac re periti sunt syllogismos proprie coactivos tribui geometriæ dicant, fatuus merito videbitur, et quid deceat parum intelligens, qui ad ipsum mœrentem applicato syllogismo inepte eum mœrere probare conatus fuerit : vel fortasse etiam ab ipso mœrore, id est a natura ejus, abhorrere aliquis dixerit, nec convenire ut qui mœret syllogismos colligat ac probabilibus rationibus sibi persuadere tentet casum qui revera acciderit sibi non accidisse. Quomodo enim mœror ex eo expellitur qui, dum mœret, ratiocinatur et syllogismis operam dat, ita etiam mœror mœror esse desinit, cum ad syllogismum se transfert. Nam si quis eum amisit in quo spem successionis collocaverat, superflua sibi et vana hæc terrena omnia habebit. Et hoc fortasse modo haud abhorrere a ratione aliquis dixerit ea quæ contemplati sumus, si meminerit non posse una contingere gaudium et mœrorem, cum utriusque efficiens causa non ex eisdem principiis profecta sit. Cujus rei sponsor et testis nobis est sanctus et divina sapiens Dionysius Areopagita, qui de angelica descriptione ita edisserit : « Geometrica autem atque fabrilia instrumenta fundandi et ædificandi absolvendique facultatem, et quæcunque alia subductricis et deductricis sunt inferiorum providentiæ. » Quæ omnia hilare monstrant institutum, cui plane adversatur mœror, et dissidet. Sed etiam si aliter locum accipere potes, haud tamen inopportunum esse reor etiam Sirach Jesu eis quæ disseruimus apponere dictum. Est autem hoc : *Musica in luctu est intempestivus sermo* [d]. Cum igitur musica omnes disciplinas circumplectatur, quarum unam esse geometriam dicunt qui in iis rebus studium posuerunt, propterea, ut puto, magister supradictæ vocis interpretationem assentiens geometriam a mœrore dissidere dixit. Sed si quis dicat : Quid tandem cæteris disciplinis omissis hanc solam tanquam incongruentem cum mœrore composuit, respondemus hanc eum apte vidisse posse jungi cum supra propositis. Deinde vero etiam hac una reliquæ quoque eadem sunt comprehensæ atque conjunctæ. Atque hæc me exposuisse sufficiat. Verum si quis melius investigaverit, si eorum quæ ignorabam ab eo interpretationem accepero, gratias habebo.

[d] Eccli. xxii, 6.

(10) Dionys. Areopag. *De cœlesti hierarchia* cap. 15, p. 131, tom. I, Opp. ed. Venet.

Digitized by Google

Ejusdem ex magno Theologico, in illud : « Etenim quod Deus sit, ac princeps quædam causa, quæ res omnes procrearit atque conservet, tum oculi ipsi, tum lex naturalis docent, illi, dum rebus in aspectum cadentibus aciem affiguni, easque et pulchre fixas et stabiles esse et progredi, atque immote, ut ita dicam, moveri volvique perspiciunt, hæc autem dum per res oculis subjectas ac recto ordine collocatas auctorem earum certo quidem ratiocinando assequitur. »

Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τοῦ μεγάλου θεολογικοῦ, εἰς τὸ, « Τοῦ μὲν γὰρ εἶναι Θεὸν καὶ τῶν πάντων ποιητικήν τε καὶ συνεκτικὴν αἰτίαν, καὶ ὄψις διδάσκαλος καὶ ὁ φυσικὸς νόμος, ἡ μὲν τοῖς ὁρωμένοις προσβάλλουσα καὶ πεπηγόσι καλῶς καὶ ὁδεύουσι, καὶ ἀκινήτως, ἵν' οὕτως εἴπω, κινουμένοις τε καὶ φερομένοις, ὁ δὲ διὰ τῶν ὁρωμένων καὶ τεταγμένων τὸν ἀρχηγὸν τούτων συλλογιζόμενος (11). »

Qui eorum quæ videntur pulchritudinis, quæ ornata sunt, et naturæ amplitudinem cum ratione sensualiter aggreditur, haud eam per se creatam efficere quidquam concedet et a moderatrice sui ratione disjunctam, nec ipsam rationem intellectus simplicitate liberam, qua ratione tam sensus species et formæ per mediam potestatem rationalem in omnifarias rationes diriguntur, quam rationalis potestatis diversitate varietas omnifariarum eorum quæ sunt rationum in uniformem et simplicem et indifferentem intellectionem cogitur, qua individua, ut dicitur, et quantitatis expers et simplex cogitio constat, is revera quantum id homini licet, per visibilia eorumque ordinem factorem ipsorum et conservatorem et principem animo sibi informavit, atque Deum agnovit, non quo quid essentia et substantia sint (nam hoc fieri non potest), at de singularitate exsistentiæ ejus doctus. Atque hæc post omnem sensualis in specie positionis et figuræ et formationis et imaginis transitum, et, si cui non nimius esse videbor, extra ipsam quoque plane rerum quæ sunt rationum differentiam constitutus, et quasi conterminum sese interponens inter Deum et universorum quæ post Deum sunt, quorum alter supereminet et intactus æterne manet, neque ullum qui se assequatur aut attingat intellectum habet, altera relicta sunt et mentalis cognitionis exsuperantia superata, et mente inferiora visa, cum quid superius eis sit firmiter esset ac vere intellectum, hæc mihi magister per visum et naturalem legem secundum rationem redditam significare, non vero ut quidam existimaverunt, pro uno et eodem ponere visum et legem naturalem. Uterque enim circa eadem vim suam exercens quomodo ab altero differat cogitando potest percipi, cum alter irrationaliter visibilium tactu solum nisus ulterius progredi non possit, altera et ratione socia adjuncta de eis diligenter inquirit et mente bene atque prudenter transcendit, quo maxime cogitationem et fidem de Dei exsistentia naturalis per visum lex insinuavit. Visum igitur appellavit sensum simpliciter, non aliquo modo, sensibilia petentem (neque enim sensus peculiare est simpliciter aliquid ex aliquo aliud colligere), et legem naturalem vim naturalem quæ intellectualiter ac rationaliter per sensum fiat, secundum quam a pejore fit idoneæ explorationis ope ad melius ascensus. Immobiliter

Ὁ τὸ μέγεθος τῶν ὁρωμένων ὡς ἔχει κάλλους καὶ φύσεως, σὺν λόγῳ κατὰ τὴν αἴσθησιν ἐπελθών, μὴ συγχωρῶν αὐτῇ παντελῶς καθ' ἑαυτὴν γενομένην ἐνεργεῖν τοῦ ἡνιοχοῦντος αὐτὴν λόγου κεχωρισμένην οὐδέν, (184 *b*) μηδὲ τὸν λόγον αὐτὸν τῆς τοῦ νοῦ ἁπλότητος ἄφετον, καθ' ὃν τῆς μὲν αἰσθήσεως τά τε εἴδη καὶ τὰ σχήματα διὰ μέσης τῆς κατὰ τὸν λόγον δυνάμεως εἰς λόγους παντοδαποὺς ἄγεσθαι πέφυκε, τῆς δὲ τοῦ λόγου δυνάμεως ἡ κατὰ τὴν διαφορὰν ποικιλία τῶν ἐν τοῖς οὖσι παντοδαπῶν λόγων εἰς ἐνοειδῆ καὶ ἁπλῆν καὶ ἀδιάφορον συνάγεσθαι νόησιν, καθ' ἣν ἡ ἀμερὴς λεγομένη καὶ ἄποσος καὶ ἐνταῦθα γνῶσις συνέστηκεν, οὗτος ἀληθῶς διὰ τῶν ὁρωμένων καὶ τῆς ἐν αὐτοῖς εὐταξίας τὸν ποιητὴν τούτων καὶ συνοχέα καὶ ἀρχηγὸν, ὡς ἀνθρώπῳ δυνατὸν, ἀνετυπώσατο, καὶ ἔγνω Θεὸν, οὐ κατὰ τὸ τί ποτε τὴν οὐσίαν εἶναι καὶ τὴν ὑπόστασιν (τοῦτο γὰρ ἀμήχανον καὶ ἀνεπιχείρητον), ἀλλὰ κατ' αὐτὸ τὸ μόνον εἶναι μαθών. Καὶ ταῦτα μετὰ πᾶσαν τὴν κατ' αἴσθησιν ἐν σχήματι θέσεώς τε καὶ μορφῆς καὶ τυπώσεως καὶ φαντασίας διάβασιν, καὶ εἰ μή τῳ περιττὸς εἶναι δοκῶ, καὶ αὐτῆς ἔξω παντελῶς τῆς ἐν τοῖς λόγοις τῶν ὄντων διαφορᾶς γενόμενος, καὶ οἷον μεθόριον ἑαυτὸν παρενθεὶς Θεοῦ τε καὶ πάντων τῶν μετὰ Θεὸν, τὸν μὲν ὡς ὑπερέχοντος καὶ ἀφαύστου δι' ὅλου μένοντος καὶ μηδεμίαν φθάνουσαν αὐτὸν ἔχοντος νόησιν, τῶν δὲ καταλελειμμένων καὶ τῇ περιουσίᾳ τῆς κατὰ νοῦν γνώσεως διαβαθέντων καὶ κατωτέρων ἐννοίας φανέντων τῷ τί ποτε εἶναι βεβαίως ὑπὲρ αὐτὰ καὶ ἀληθῶς ἐννοῆσαι, ταῦτά μοι δοκεῖ διὰ τῆς ὄψεως καὶ τοῦ φυσικοῦ νόμου κατὰ τὴν ἀποδοθεῖσαν αἰτίαν ὁ διδάσκαλος παραινέσεσθαι, ἀλλ' οὐ ταὐτὸν τίθεσθαι, καθώς τινες ᾠήθησαν, τὴν ὄψιν τε καὶ τὸν φυσικὸν νόμον. Ἄμφω γὰρ περὶ τὰ αὐτὰ τὴν ἐνέργειαν ἔχοντα τὴν ἀπ' ἀλλήλων δύναται κατ' ἐπίνοιαν δέχεσθαι διάκρισιν, τῷ τὴν μὲν (185 *a*) ἀλόγως τῇ προσφαύσει τῶν ὁρατῶν μόνον στηρίζεσθαι περαιτέρω βαίνειν οὐκ ἔχουσαν, τὸν δὲ τῷ τε συνημμένῳ λόγῳ ταῦτα πολυπραγμονεῖν καὶ τῷ νῷ καλῶς τε καὶ σοφῶς ὑπερβαίνειν, καθ' ὃ μάλιστα τὴν περὶ τοῦ εἶναι Θεὸν ἔννοιάν τε καὶ πίστιν ὁ φυσικὸς διὰ τῆς ὄψεως εἰσαγήοχε νόμος. Ὄψιν οὖν ἐκάλεσε τὴν ἁπλῶς, ἀλλ' οὐ τὴν πῶς, πρὸς τὰ αἰσθητὰ τῆς αἰσθήσεως προσβολὴν (οὐ γὰρ αἰσθήσεως ἁπλῶς τὸ ἔκ τινος ἑτέρου τι συλλογίζεσθαι καθέστηκεν ἴδιον), νόμον δὲ φυσικὸν τὴν διὰ τῆς αἰσθήσεως γινομένην κατὰ νοῦν καὶ λόγον φυσικὴν ἐνέργειαν,

(11) Greg. Naz. *Or. theol.* II, cap. 6, p. 499, tom. I, Opp. edit. Bened.

Digitized by Google

καθ' ἣν ἡ πρὸς τὸ κρεῖττον μετ' ἐμμελοῦς ἐξετάσεως καθ' ὁδὸν ἀπὸ τῶν ἡττόνων ἀνάβασις γίνεται. Ἀκινήτως δὲ κινεῖσθαί τε καὶ φέρεσθαι τὰ ὁρώμενα εἴρηται τῷ διδασκάλῳ τῷ μὲν λόγῳ, ᾧ γέγονε ταῦτα, κατά τε φύσιν καὶ δύναμιν καὶ ἐνέργειαν, τάξιν τε καὶ διαμονὴν ἀμεταστάτως ἔχειν, καὶ μὴ ἐξίστασθαι καθ' ὁτιοῦν τῆς φυσικῆς ἰδιότητος καὶ μεταβάλλειν εἰς ἄλλο καὶ φύρεσθαι, κινεῖσθαι δὲ πάλιν τῷ κατὰ ῥοὴν καὶ ἀπορῥοὴν λόγῳ, αὐξήσει τε τῇ περὶ τὸ ποσὸν καὶ μειώσει καὶ τῇ περὶ τὸ ποιὸν ἀλλοιώσει, καὶ κυρίως εἰπεῖν, τῇ ἐξ ἀλλήλων διαδοχῇ, ὑπεξισταμένων ἀεὶ τοῖς ἐπιγνομένοις τῶν προειληφότων. Καὶ ἁπλῶς ἵνα συνελὼν εἴπω, πάντα τὰ ὄντα καθ' ὃν μὲν ὑπέστηταν τε καὶ εἰσὶ λόγον, στάσιμά τε παντελῶς εἰσι καὶ ἀκίνητα, τῷ δὲ τῶν περὶ αὐτὰ θεωρουμένων λόγῳ, καθ' ὃν ἡ τοῦ παντὸς τούτου σαφῶς οἰκονομία συνέστηκέ τε καὶ διεξάγεται, πάντα κινεῖται δηλονότι καὶ ἀστατεῖ. Οὐ ταὐτὸν δέ φασιν εἶναι τῇ φορᾷ τὴν κίνησιν. Τὴν μὲν γὰρ κίνησιν μᾶλλον εἶναί (185 *b*) φασι τῶν ὑπὸ γένεσιν καὶ φθορὰν, ὡς ἐπιδεχομένων τοῖς περὶ αὐτὰ θεωρουμένοις τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον (κἂν ἐπὶ πάντων ὁμοῦ τῶν γενητῶν κυρίως λέγεσθαι δυνατὸν), τὴν δὲ φορὰν τῆς κατὰ κύκλον κινουμένης οὐσίας καὶ ἀκαμάτως τὴν περιδίνησιν. Οὐκ οἶδα πότερον θαῤῥήσαντι περὶ τὸ πᾶν φυσικῶς ἐνεργούσης λέγειν ἐστὶν ἀσφαλὲς ἢ ἐνεργουμένης, πλὴν ὅτι κυρίως εἰπεῖν ἐστιν ἐνεργουμένης τὸ φέρεσθαι. Οὐδὲν γὰρ τῶν ὄντων παντελῶς ἐστιν αὐτενέργητον, ὅτι μηδὲ ἀναίτιον, τὸ δὲ μὴ ἀναίτιον, κινεῖται πάντως δι' αἰτίαν, ἐνεργούμενον δηλονότι τὸ κινεῖσθαι φυσικῶς ὑπὸ τῆς αἰτίας, δι' ἣν καὶ πρὸς ἣν ποιεῖται τὴν κίνησιν. Ἀναιτίως γὰρ οὐδαμῶς κινεῖται καθ' οἱονδήτινα τρόπον τῶν κινουμένων οὐδέν. Ἀρχὴ δὲ πάσης κινήσεως φυσικῆς ἐστιν ἡ τῶν κινουμένων γένεσις, ἀρχὴ δὲ τῆς τῶν κινουμένων γενέσεως ὁ Θεὸς, ὡς γενεσιουργός. Τῆς δὲ ὧν γεγενημένων φυσικῆς γενέσεως τέλος ἡ στάσις ἐστὶν, ἣν ποιεῖ πάντως μετὰ τὴν διάβασιν τῶν πεπερασμένων ἡ ἀπειρία, ἐν ᾗ διὰ τὸ μὴ εἶναι διάστημα πᾶσα ποιεῖται κίνησις τῶν φυσικῶν[22] κινουμένων, οὐκ ἔχουσα λοιπὸν ὅποι τε καὶ πῶς καὶ πρὸς τί κινηθῆναι, ὡς τὸν ὁρίζοντα καὶ αὐτὴν τὴν πάσης ὁριστικὴν κινήσεως ἀπειρίαν Θεὸν τέλος ὡς αἴτιον ἔχουσα. Πάσης οὖν γενέσεώς τε καὶ κινήσεως τῶν ὄντων, ἀρχὴ καὶ τέλος ἐστὶν ὁ Θεὸς, ὡς ἐξ αὐτοῦ γεγενημένων καὶ δι' αὐτοῦ κινουμένων, καὶ εἰς αὐτὸν τὴν στάσιν ποιησομένων. Πάσης δὲ φυσικῆς τῶν ὄντων κινήσεως προεπινοεῖται ἡ γένεσις, πάσης δὲ στάσεως προεπινοεῖται (186 *a*) κατὰ φύσιν ἡ κίνησις. Εἰ οὖν κινήσεως προεπινοεῖται κατὰ φύσιν ἡ γένεσις, κινήσεως δὲ μετεπινοεῖται κατὰ φύσιν ἡ στάσις, γένεσις δηλονότι καὶ στάσις εἶναι τῶν ἅμα κατὰ τὴν ὕπαρξιν ἀμήχανον, ἀλλήλων αὐτὰς φυσικῶς διεῤῥουσαν[23] ἔχουσαι κατὰ τὸ μέσον τὴν κίνησιν. Οὐ γὰρ φυσικὴ ἐνέργεια τῆς γενέσεως τῶν κινουμένων ἡ στάσις ἐστὶν, ἀλλὰ τέλος τῆς κατ' αὐτὴν δυνάμεως ἢ ἐνεργείας, ἢ ὅπως ἂν τις ἐθέλοι τοῦτο λέγειν.

vero moveri ferrique ea quæ videntur magister dicit ea qua facta sunt ratione, secundum naturam et potestatem et actionem, ordinem atque perseverantiam, immutabilia esse, et non ullo modo de naturali proprietate cedere mutarique in alterum et commisceri, ac moveri rursus fluxus et defluxus ratione, incremento et decremento, quo quantitas, et immutatione, qua qualitas afficitur, et ut proprie dicam, alterius ex altero successione ac vicissitudine, dum anticipata semper cedunt eis quæ subsequuntur. Atque ut paucis absolvam, universa quæ sunt, secundum rationem qua exstiterunt ac sunt, firma omnino sunt et immota, sed ratione eorum quæ circa ipsa contemplamur, qua universitatis hujus manifesto constat œconomia et absolvitur, universa, ut apparet, motantur et inquietantur. Nec tamen impetum et motionem idem significare statuunt. Motionem enim magis tribuunt eis quæ generationi subjacent et interitui, ut quæ eis quæ circa ipsa observantur augendi minuendique motionem admittunt (etiamsi de cunctis creatis proprie dici id potest), impetum vero substantiæ esse volunt circulo sese et indefesse commoventis rotationem. Nescio utrum de universo dicere conanti naturaliter operari id tutum sit, an incitari, nisi quod ejus qui incitatur peculiare dicendum est ferri. Nulla enim res, quæcunque exsistunt, ipsa per se operatur omnino, quia nec causa caret; quod vero causa non caret, id omnino per causam movetur, unde apparet quod causa incitatur ad se commovendum naturaliter ad quam et quo motionem dirigit. Sine causa enim eorum quæ moventur nihil usquam ullo modo movetur. Initium vero omnis naturalis motionis est eorum quæ moventur generatio, cujus rursus ipsius initium Deus est, ut generationis auctor. Eorum quæ facta sunt naturalis generationis finis est status, quem plane post consummatorum transgressum infinitas efficit, in qua propter exsistentiæ cessationem omnis motio eorum naturalium quæ moventur intervallum facit, non reliquum habens quo aut quomodo et ad quid moveatur, cum Deum, qui vel ipsam omnis motionis terminatricem infinitatem definit, finem ut causam habeat. Itaque omnis generationis et motionis rerum exsistentium initium et finis Deus est, cum ex eo generatæ sint et motentur, statum quoque in eum facturæ. Omni vero naturali rerum quæ sunt motione prior intelligitur generatio, omnique statu prior secundum naturam intelligitur motio. Jam si motionem secundum naturam anticipat generatio, motionem vero secundum naturam subsequitur status, apparet generationem et statum simul subsistere non posse, dum mediam, quæ alteram ab altera naturaliter dirimat, habeant motionem. Non enim naturalis actio generationis motorum status est, sed finis potestatis vel actionis ad statum pertinentis, vel quoquo id aliquis modo dicere volet.

VARIÆ LECTIONES.

[22] Fortasse φυσικῶς. [23] διέῤῥουσαν cod. Gud.

Digitized by Google

Sub actione enim quæ facta sunt facta sunt, omnis vero actio ad finem aliquem pertinet, ne fine careat. Quodcunque enim naturalium actionum finem non habet, id nec perfectum est, finis autem naturalium actionum eorum quæ facta sunt ad causam motionis est status. Quemadmodum, ut ex uno quæcunque sunt omnium motionis modum perspiciamus, anima, cum intellectualis et rationalis essentia sit, et cogitat et ratiocinatur, facultate utens mente, motione, cogitatione, actione denique cogitato. Hoc enim cogitantis et ejus quod cogitatur cogitationis finis est, ut quod extremitatum mutuam inter se relationem circumscribit. Cogitare enim anima desinit illud cogitatum postquam cogitavit. Nam cogitatum proprie semel, neque iterum, animæ facultatem provocat, et per singulas quasque cogitationes sic statum capit qualiscunque cogitationis in cogitando eo quod cogitatur. Quando igitur omnia cogitata omnium quæ cogitari possunt sensibilium et cogitabilium cogitatione transiverit, desinet anima, uti ab omnibus quæ cogitantur, ita etiam a tota cogitatione atque relatione ad omnia tam relativa quam cogitabilia, nec habet reliquum omnino quid cogitet, post cogitationem eorum quæ naturaliter cogitari possunt, post quam supra mentem et rationem et cognitionem modo nec intelligibili nec perceptibili nec effabili cum Deo unietur, non cogitans omnino, imo neque considerans Deum aut æstimans. Nihil enim exstat eorum quæ cogitantur, quo per relationem aliquam anima cogitationem suam dirigere possit, sed per simplicem (quippe habitu ac relatione vacantem) unitionem, quæ cogitari non capit, et ineffabilem quamdam et haud vestigabilem rationem, quam solus novit Deus qui inenarrabilem hanc gratiam dignis largitur, et qui eam aliquando accepturi sunt, quando conversione et immutatione omni omnia vacabunt, postquam rerum quæ exsistunt quælibet circa quidquam motio prorsus terminum invenerit infinitatem Deum comitantem, in qua quæcunque motantur statum sumunt. Jure quidem, arbitror, gravissimam meretur reprehensionem qui præexsistentiam animarum statuit, gentilem in modum commiscens quæ a commistione abhorrent et secundum substantiam contemporare cum generatione rationalium statum asserens. Neque enim generationem ante statum, quæ immobilis natura sit, aut statum post immobilem generationem, aut denique una cum generatione statum cogitare rationis veritati competit. Non enim facultas generationis est status, adeo ut cum generatione eorum quæ facta sunt una cogitetur, sed facultativæ eorum quæ facta sunt generationis actionis finis exstat; ac simpliciter, ut paucis absolvam, si eorum est status quæ ad quid sunt, non ad generationem, sed ad motionem esse dicitur, ad quam etiam differentiam capit, dum ad generationem quidem minime refertur, ad quam differre haud capit. Donec igitur statum audio, solum cessatio-

Ἐπ' ἐνεργείᾳ γὰρ τὰ γενόμενα γέγονε, πᾶσα δὲ ἐνέργεια πρός τι τέλος ἐστίν, ἵνα μὴ ἀτελής. Τὸ γὰρ τέλος μὴ ἔχον τῶν κατὰ φύσιν ἐνεργειῶν οὐδὲ τέλειόν ἐστι, τέλος δὲ τῶν κατὰ φύσιν ἐνεργειῶν, ἡ τῆς πρὸς τὸ αἴτιον τῶν γεγενημένων κινήσεως στάσις. Οἷον ἵνα ἐξ ἑνὸς τὸν ἐπὶ πάντων τῶν ὄντων κατανοήσωμεν τῆς κινήσεως τρόπον, ἡ ψυχή, οὐσία νοερά τε καὶ λογικὴ ὑπάρχουσα, καὶ νοεῖ καὶ λογίζεται, δύναμιν ἔχουσα τὸν νοῦν, κίνησιν δὲ τὴν νόησιν, ἐνέργειαν δὲ τὸ νόημα. Πέρας γὰρ τοῦτο τῆς τε τοῦ νοοῦντος καὶ τοῦ νοουμένου νοήσεώς ἐστιν, ὡς περιοριστικὸν τῆς πρὸς ἄλληλα τῶν ἄκρων ὑπάρχον σχέσεως. Νοοῦσα γὰρ ἡ ψυχὴ ἵσταται τοῦ νοεῖν ἐκεῖνο τὸ νοηθὲν μετὰ τὴν αὐτοῦ νόησιν. Τὸ γὰρ νοηθὲν κυρίως ἅπαξ, οὐκ ἔτι τὴν πρὸς τὸ νοηθῆναι πάλιν ἐκκαλεῖται τῆς ψυχῆς δύναμιν, καὶ καθ' ἕκαστον νόημα οὕτω στάσιν δέχεται τῆς ποιᾶς ἐπὶ τῷ νοήματι τοῦ νοηθέντος νοήσεως. Ἡνίκα οὖν πάντα τὰ νοήματα τῶν νοουμένων πάντων αἰσθητῶν τε καὶ νοητῶν κατὰ τὴν νόησιν παρέλθῃ, παύεται, ὥσπερ τῶν νοουμένων ἁπάντων, οὕτω καὶ τῆς ὅλης νοήσεώς τε καὶ σχέσεως πρὸς τὰ σχετὰ πάντα καὶ νοητά, οὐκ ἔχουσα λοιπόν τί νοῆσαι τὸ παράπαν, μετὰ τὴν τῶν νοηθῆναι φυσικῶς δυναμένων νόησιν, μεθ' ἣν ὑπὲρ νοῦν καὶ λόγον καὶ γνῶσιν ἀνοήτως, ἀγνώστως τε καὶ (186 b) ἀφράστως κατὰ ἁπλῆν προσβολὴν ἑνωθήσεται τῷ Θεῷ, οὐ νοοῦσα παντάπασιν, οὔτε μὴν τὸν Θεὸν λογιζομένη. Οὐ γάρ ἐστί τε τῶν νοουμένων, ἵνα κατά τινα σχέσιν ἡ ψυχὴ τὴν αὐτοῦ δύνηται νόησιν ἔχειν, ἀλλὰ κατὰ τὴν ἁπλῆν, ὡς ἄσχετον, καὶ ὑπὲρ νόησιν ἕνωσιν, καί τινα λόγον ἄρρητόν τε καὶ ἀνερμήνευτον, ὃν μόνος οἶδεν ὁ τὴν ἄφατον ταύτην χάριν τοῖς ἀξίοις δωρούμενος Θεὸς, καὶ οἱ ταύτην ὕστερον πείσεσθαι μέλλοντες, ἡνίκα πάντα τροπῆς ἐλεύθερα καὶ ἀλλοιώσεως ἔσται πάσης, τῆς καθ' ὁτιοῦν περί τι κινήσεως τῶν ὄντων παντελῶς πέρας λαβούσης τὴν περὶ Θεὸν ἀπειρίαν, ἐν ᾗ τὰ κινούμενα πάντα δέχεται στάσιν. Περὶ Θεὸν γὰρ, ἀλλ' οὐ Θεὸς, ἡ ἀπειρία, ἔστις καὶ ταύτης ἀσυγκρίτως ὑπέρκειται. Δικαίως γοῦν, εἶμαι, μέμψεως ἄξιος πλείστης ὁ τὴν προὔπαρξιν τῶν ψυχῶν δογματίζων ἐστὶ, καὶ τὴν ἀκίνητον καθόλου τῶν λογικῶν ἑνάδα θεσπίζων, φύρων Ἑλληνικῶς τὰ μὴ φυρόμενα, καὶ λέγων ἅμα κατὰ τὴν ὕπαρξιν εἶναι τῇ γενέσει τῶν λογικῶν τὴν στάσιν. Οὐ γὰρ συμβαίνει τῷ ἀληθεῖ λόγῳ τὴν γένεσιν προεπινοεῖσθαι τῆς στάσεως, ἀκίνητον φύσει κατ' αὐτὸν ὑπάρχουσαν. οὔτε μετεπινοεῖσθαι στάσιν ἀκινήτου γενέσεως, οὔτε μὴν συνεπινοεῖσθαι τῇ γενέσει τὴν στάσιν. Οὐ γὰρ δύναμις τῆς γενέσεως ἡ στάσις ἐστὶν, ἵνα συνεπινοηθῇ τῇ γενέσει τῶν γεγενημένων, ἀλλὰ τῆς κατὰ δύναμιν ἐνεργείας τῆς τῶν γεγενημένων γενέσεως τέλος ὑπάρχει, καὶ ἁπλῶς, ἵνα συνελὼν εἴπω, τῶν πρός τι οὖσα ἡ στάσις, οὐ πρὸς γένεσιν, ἀλλὰ πρὸς κίνησιν λέγεται, πρὸς ἣν καὶ ἀντιδιαστολὴν ἐπιδέχεται, οὐδαμῶς τὴν πρὸς γένεσιν ἀναφορὰν ἔχουσα, πρὸς ἣν διαστολὴν οὐκ ἐπιδέχεται. Ἕως δ' ἂν οὖν στάσιν ἀκούω, (187 a) παῦλαν μόνον μανθάνω κινήσεως. Εἰ δὲ τῶν ἅμα κατὰ τὴν ὕπαρξιν οὐκ ἔστι

Digitized by Google

γένεσι; καὶ στάσις, ἆρα παραχαράττει, σαφῶς τὸν τῆς ἀληθείας λόγον ὁ τοῦτο θεσπίζων, καὶ τὴν ἀκίνητον ἅμα τῇ γενέσει προϋπάρχουσαν ἑνάδα τῶν λογικῶν δογματίζων. Εἰ δέ τις λέγοι, Καὶ πῶς ἐπὶ Θεοῦ λέγεται στάσις, μὴ ἰσχυσᾶ προεπινοουμένην κίνησιν; φημὶ πρῶτον μὲν, Οὐ ταὐτὸν Κτίστης καὶ κτισις, ἵν' ὅπερ ἐνὶ δυνατὸν προσεῖναι, κατ' ἀνάγκην τῷ ἑτέρῳ ὡσαύτως ἐπιθεωρηθῆναι δύνηται, ἐπεὶ οὔτωγε οὐδαμῶς τὸ κατὰ φύσιν διάφορον τούτων ἔσται καταφανές· ἔπειτα κυρίως εἰπεῖν, ὁ Θεὸς οὔτε κινεῖται παντελῶς οὔτε ἵσταται (τοῦτο γὰρ τῶν κατὰ φύσιν πεπερασμένων καὶ ἀρχὴν τοῦ εἶναι ἐχόντων ἐστὶν ἴδιον), οὔτε μήν τι ποιεῖ παντάπασιν, οὔτε πάσχει τῶν ὅσα ἐπ' αὐτοῦ δι' ἡμᾶς καὶ νοεῖται καὶ λέγεται, διὰ τὸ κατὰ φύσιν ὑπὲρ πᾶσαν εἶναι κίνησίν τε καὶ στάσιν, καὶ μηδενὶ λόγῳ τοῖς καθ' ἡμᾶς[a] ἁποβάλλεσθαι τρόποις. Ταῦτα παρεκβατικῶς εἰρήσθω περὶ τοῦ μηδὲν χρῆναι λέγειν τῶν ὄντων κατὰ φύσιν ἀπολελυμένως ἐνεργεῖν, ἵνα μὴ ἀναίτιόν τι τῶν μετὰ Θεὸν ἀφρόνως εἰσάγωμεν, ἐνεργεῖσθαι δὲ φυσικῶς τὸ ἐνεργεῖν τοῦθ' ὅπερ ἐνεργούμενον πέφυκεν ἐνεργεῖν.

nem motionis intelligo. Si vero secundum existentiam generatio et status non contemporant, manifesto veritatis rationem adulterat is qui hoc prædicat atque unitatem immobilem una cum generatione ante rationalia præexistere statuit. At si quis dicat: Et quomodo Deo attribuitur status, cum motionem ante se ipsum cogitari non admittit? Primum quidem respondeo: Non idem Conditor est atque conditio, ut quod uni inesse potest, necessario etiam in altero una observari queat, quando ita quidem naturalis horum differentia nullomodo manifesta erit: deinde, ut proprie dicam, Deus neque movetur omnino neque stat (hoc enim eorum est peculiare quæ naturaliter terminata sunt atque initium exsistentiæ habent), neque quidquam omnino facit aut patitur quæcunque per nos cogitantur de eo et dicuntur, propterea quod naturaliter omnem et motionem et statum superat, neque ulla ratione nostræ naturæ modis subjacet. Hæc per digressionem dicta sint de eo quod nihil in rebus naturaliter absolute agere debeamus dicere, ne quid causa vacans eorum quæ post Deum sunt inepte inducamus, sed agi naturaliter esse agere id quod actum agere valeat.

Τοῦ αὐτοῦ λόγου εἰς τὸ, « Ἀλλ' εἰ ἀσώματον, οὔπω μὲν οὐδὲ τοῦτο τῆς οὐσίας παραστατικὸν, ὥσπερ οὐδὲ τὸ ἀγέννητον, καὶ τὸ ἄναρχον, καὶ τὸ ἀναλλοίωτον, καὶ ἄφθαρτον, καὶ ὅσα περὶ Θεοῦ ἢ περὶ Θεὸν εἶναι λέγεται. »

Ejusdem sermonis in illud: « Sed si incorporeum, nondum tamen hoc essentiæ patrocinatur, non magis quam quod ingenitum, et sine initio, et immutabile, et sine interitu, et quæcunque de Deo aut circa Deum esse dicuntur. »

Πρὸς τοὺς ἀνόμοιον μάλιστα τῷ Πατρὶ τὸν Υἱὸν κακούργως εἰσάγοντας, διὰ τοῦ νομίζειν οὐσίαν εἶναι τοῦ Πατρὸς τὸ ἀγέννητον, ὡς οἶμαι, τὸν λόγον ποιούμενος, καὶ ἐκ τῶν ὁμοίων τὸ δίον αὐτοὺς ἐπιγνῶναι διδάσκων, ταῦτά φησιν ὁ διδάσκαλος, ἵν' ὑπὸ τῆς ἀληθείας πρὸς τὴν εὐσέβειαν συνελαυνόμενοι εὐπειθῶς σὺν ἡμῖν τὸ μὴ ἔχειν γένεσιν (187 *b*) τὸν Πατέρα μόνον δηλοῦν τὸ ἀγέννητον ὁμολογήσωσι, συνειδότες ὡς εἴπερ οὐσίαν Θεοῦ τὸ ἀγέννητον εἶναι πάντως βιάσαιντο, οὐσίαν Θεοῦ καὶ τὸ ἀσώματον ἐξ ἀνάγκης, καὶ τὸ ἄναρχον, καὶ τὸ ἀθάνατον, καὶ τὸ ἀναλλοίωτον, καὶ τὸ ἄφθαρτον, καὶ ὅσα διὰ τῆς στερητικῆς ἀναιρέσεως διὰ τὴν ὑπεροχὴν ὁ Θεὸς εἶναι λέγεται, λέγειν εἰκότως, ἑαυτοῖς γοῦν στοιχοῦντες, ἐκβιασθήσονται, καὶ οὕτω πολλὰς οὐσίας Θεοῦ, καὶ οὐ μίαν, μᾶλλον δὲ, κυριώτερον εἰπεῖν καὶ ἀληθέστερον, πολυθεΐαν Ἑλληνικὴν νοσοῦντες ἐλεγχθήσονται, ὅπερ ὡς ἀσεβὲς εἰπεῖν αἰσχυνόμενοι τῆς ἀπονοίας πάντως ἀφέξονται καὶ μὴ βουλόμενοι. Τὰ γὰρ στερητικὰ ἢ ἀναιρετικὰ περί τι θεωρούμενα οὐκ αὐτὸ ἐκεῖνο τυγχάνει ὄντα τὸ περὶ ὃ θεωροῦνται, ἐπεὶ πάντως ἔσονται τῶν σημαινόντων τὸ τί ἐστιν, ὡς ἐκεῖνο αὐτὸ ὄντα, ἀλλ' οὐ τὸ τί οὐκ ἔστιν αὐτὸ ἐκεῖνο σημαίνοντα· εἰ δὲ τοῦτο, ὅρος ἐκείνου τοῦ

Ad eos in primis qui Filium Patri dissimilem nefarie introducunt, eo quod, ut arbitror, Patris essentiam in eo collocant quod ingenitus sit, sermonem dirigens, et ex similibus quid agnoscere debeant instruens, hæc dicit magister, ut veritate ad pietatem coacti libenter eum nobis eo quod Pater generatione caret nihil nisi quod ingenitus sit probari concedant, memores quod, si essentiam Dei plane hoc esse contenderent quod ingenitus est, etiam incorporalitatem ejus, et quod sine initio, et immortalis est, et immutabilis, et interitu caret, et quæcunque privative propter exsuperantiam Deus esse dicitur (certe si sibi constantes esse voluerint) necessario utique statuere cogentur, adeoque non unam statuere, sed multas Dei essentias, imo, ut magis proprie ac verius dicam, quod gentilis multorum deorum religionis morbo laborent sic traducentur; quod, ut impium, confiteri si reverentur, amentia sua plane vel inviti decedent. Privativa enim sive negativa quæ circa rem aliquam observantur haud ipsum illud sunt circa quod observantur, quia quidem omnino sic eorum essent quæ quid sit denotant, ut ipsum illud exsistentia, sed non quid non sit illud ipsum

VARIÆ LECTIONES.

[a] ὑμᾶς cod. Gud.

(187) Idem *ibid.* cap. 9, p. 501, tom. I, Opp. ed. Bened.

Digitized by Google

denotantia; quod si verum esset, finis illius circa quod dicuntur esse hæc demonstrarentur, id quod ineptum est et fieri nequit. Non enim ex iis quæ non sunt rerum fines colliguntur, sed ex iis quæ sunt, quæ exiguum rerum expandunt atque amplificant ambitum, qui nomen earum est. Nihil itaque omnino ex iis quæ de Deo aut circa Deum esse dicuntur, Dei essentia unquam esse potest, quia nec positionem, quæ sola et soli Deo competit, et relatione vacat, nec ipsum illud quod vi circa aliquid activa prorsus solutum est secundum essentiam ac substantiam indicare potest.

A περὶ ὃ λέγονται εἶναι ταῦτα δειχθήσεται, ὅπερ ἄτοπον καὶ ἀδύνατον. Οὐ γὰρ ἐκ τῶν ὧν οὐκ ἔστι τῶν πραγμάτων οἱ ὅροι συνάγονται, ἀλλ' ἐκ τῶν ἃ ἔστιν, ἐξαπλοῦντα τὴν σύντομον τῶν πραγμάτων περίληψιν, ἥτις ὀνομασία τούτων ὑπάρχει. Οὐδὲν οὖν τὸ σύνολον τῶν περὶ Θεοῦ ἢ περὶ Θεὸν εἶναι λεγομένων οὐσία εἶναι Θεοῦ πώποτε δύναται, ὅτι μηδὲ θέσιν, μόνην καὶ μόνῳ Θεῷ ἁρμόζουσαν, ἄσχετον, καὶ τῆς περί τι παντάπασιν ἐνεργείας ἄφετον αὐτὸ ἐκεῖνο κατὰ τὸ τί ποτε εἶναι ἐμφῆναι δύναται.

Ex eodem sermone in illud : « Quemadmodum enim non sufficit corpus dicere, aut generatum esse ad demonstrandum atque manifestandum hoc vel illud circa quod hæc versentur, sed illud quoque quod his subjectum est dicere oportet, si quis perfecte et plene quid cogitemus monstrare voluerit ; nam vel homo vel bos vel equus hoc corporeum esse potest et interitui obnoxium. »

B

Cum sanctus hæreticos videret id unum certare, ut superessentialem naturam amentes secum ipsis destruerent, artificiosisque rationibus potestatem insuperabilem omnique conditioni ex pari imperceptibilem suæ cognitionis comprehensione capere conari, per totum sermonem privative et negative de Deo dicere maluit, nulli omnino positioni aut affirmationi indulsit, ne tanquam impudentes canes hanc mordicus captarent et venenatis dentibus in veritatis sermonem furiose irruerent occasionem prætendendi utcunque et fallendi et propri studii artificium conficiendi qualemcunque de Deo sibi concessam sermonis positionem facientes. Quare neque corpus, neque immateriale corpus, neque incorporale omnino, neque in universo, neque in ulla universi parte, neque supra universum, et ut simpliciter dicam, nihil omnino et in nihilo eorum quæ qualicunque modo, ut verum est, videntur vel comprehenduntur vel dicuntur vel cogitantur vel nosci utcunque possunt, Deum esse docet, de omni eos opinione, Dei essentia quid sit comprehendi posse, propulsans. Deinde instantius eos ad pietatem instigans, et ex inferiorum et incomparabile quantum a Deo distantium investigatione universale de Deo temerarie neque cogitare, nedum edicere ulli fas esse conans persuadere, hæc dicit. Et profecto ad stabilienda quoque ea quæ contra eos jam privative et negative disputaverat, ut inde commonefacti, quod etiam ultimorum in creatis accurata comprehensio rationalis nostræ vis facultatem superet, multo majoris temeritatis et audaciæ impetum coercere possent, postquam in parvis naturæ infirmitatem nossent. Etenim si de figura aliqua inquirimus finge homine, vel equo, vel bove, ad plene comprehendendum figuram corpus dixisse haud sufficit, vel generabile modo aut interibile,

C

D

Ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου, εἰς τό, « Ὡς γὰρ οὐκ ἀρκεῖ τὸ σῶμα εἰπεῖν, ἢ τὸ γεγεννῆσθαι, πρὸς τὸ καὶ περὶ ὃ ταῦτα παραστῆσαί τε καὶ δηλῶσαι, ἀλλὰ δεῖ καὶ τὸ ὑποκείμενον τούτοις εἰπεῖν, εἰ μέλλοι τελείως καὶ ἀποχρώντως τὸ νοούμενον παραστήσασθαι· ἢ γὰρ ἄνθρωπος ἢ βοῦς ἢ ἵππος τοῦτο τὸ ἐν σώματι καὶ φθειρόμενον. »

Ἐπειδήπερ ἐώρα τοὺς αἱρετικοὺς ὁ ἅγιος ἕνα μόνον ἔχοντας (**188** *a*) ἀγῶνα, τὴν ὑπερούσιον ἑαυτοῖς ἀνοήτως συγκαταβάλλειν φύσιν, καὶ τεχνικαῖς μεθόδοις περιλήψει τῆς κατ' αὐτοὺς γνώσεως κρατεῖν ἐπιχειροῦντας, ὡς ᾠοντο, τὴν ἀκράτητον δύναμιν, καὶ πάσῃ τῇ κτίσει κατὰ τὸ ἴσον ἀχώρητον, δι' ὅλου τοῦ λόγου τὰς στερήσεις τε καὶ τὰς ἀποφάσεις προὐτίμησεν ἐπὶ Θεοῦ λέγειν, μηδεμιᾶς παντελῶς ἀνασχόμενος θέσεως ἢ καταφάσεως, ἵνα μὴ ταύτης λαβόμενοι ὡς ἀναιδεῖς κύνες δήγματι τοὺς ἰοβόλους ὀδόντας μανικῶς τῷ λόγῳ τῆς ἀληθείας ἐμβάλλωσιν, ἀφορμὴν τοῦ ὑπωσοῦν προτείνειν καὶ παραλογίζεσθαι, καὶ τὸ οἰκεῖον εἰς πέρας ἀγαγεῖν δυνηθῆναι σκηύδασμα, τὴν ὁποιανοῦν περὶ Θεοῦ δοθεῖσαν αὐτοῖς τοῦ λόγου θέσιν ποιούμενοι. Διὰ τοῦτο οὔτε σῶμα, οὔτε ἄῦλον σῶμα, οὔτε ἀσώματον παντελῶς, οὔτε ἐν τῷ παντί, οὔτε ἔν τινι τοῦ παντός, οὔτε ὑπὲρ τὸ πᾶν, καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, οὐδὲν τὸ παράπαν καὶ ἐν οὐδενὶ καθ' οἱονδήποτε τρόπον, ὡς ἔστιν ἀληθὲς, τῶν ὁρωμένων ἢ χωρουμένων ἢ λεγομένων ἢ νοουμένων ἢ γνωσθῆναι καθ' ὁτιοῦν δυναμένων, εἶναι τὸν Θεὸν ἀποφαίνεται, πάσης αὐτοὺς τῆς περὶ Θεοῦ καταληπτικῆς κατὰ τὸ τί ποτε εἶναι τὴν οὐσίαν ἐννοίας ἀπορράπιζων. Ἔπειτα δυσωπητικώτερον αὐτοὺς ἐνάγων πρὸς εὐσέβειαν, καὶ ἐκ τῆς περὶ τὰ δεύτερα καὶ μακρὰν ἀσυγκρίτως ἀπὸ Θεοῦ ἐρεύνης τὸ καθόλου περὶ Θεοῦ τολμηρὸς μηδὲ ἐννοεῖν, μήτιγε λέγειν, εἶναί τινι θεμιτὸν δεῖξαι βουλόμενος, ταῦτά φησι. Καὶ μὴν καὶ πρὸς σύστασιν τῶν ἤδη πρὸς αὐτοὺς κατὰ στέρησίν τε καὶ ἀπόφασιν εἰρημένων, ὥστε αὐτοὺς συνειδότας ἐντεῦθεν, ὡς καὶ ἡ τῶν ἐσχάτων ἐν τοῖς πρώτοις ἀκριβὴς κατάληψις τῆς καθ' ἡμᾶς λογικῆς ἐνεργείας (**188** *b*) ὑπερβαίνει τὴν δύναμιν, τῆς περὶ τὰ πολλῷ μείζω θρασύτητος τὴν ἀλόγιστον δυνηθῆναι φορὰν ἐπισχεῖν, ἐν τοῖς μικροῖς τὸ ἀσθενὲς μαθόν-

(0) Idem *ibid.* cap. 9, p. 502, tom. I. Opp. ed. Bened.

Digitized by Google

τας τῆς φύσεως. Εἰ γὰρ ἐξετάζουσιν ἡμῖν στοιχεῖόν τι, φέρε εἰπεῖν ἢ ἄνθρωπον ἢ ἵππον ἢ βοῦν, οὐκ ἀρκεῖ πρὸς τελείαν κατάληψιν τὸ σῶμα λέγειν τὸ στοιχεῖον, ἢ γεννητὸν μόνον ἢ φθαρτὸν τὸν ἄνθρωπον ἢ τὸν βοῦν ἢ τὸν ἵππον, ἀλλὰ δεῖ παραστῆσαι καὶ τὸ τούτοις ὑποκείμενον, ὅπερ γεννᾶται καὶ φθείρεται καὶ πεποίωται. Σῶμα δὲ ἢ γέννησις ἢ φθορὰ, οὐδαμῶς ὑπάρχον, ἐπεὶ ἔσται κατὰ τοῦτο ἀνάγκης ἀκολουθία, εἴ τι σῶμα, καὶ στοιχεῖον εἶναι, καὶ εἴ τι γεννητὸν ἢ φθαρτὸν, ἢ ἄνθρωπος εἶναι ἢ βοῦς ἢ ἵππος. Οὐ γὰρ εἴ τι σῶμα, πάντως ἐξ ἀνάγκης καὶ στοιχεῖον ἢ ἄνθρωπος ἢ βοῦς ἢ ἵππος. Εἴ τι μὲν γὰρ στοιχεῖον, πάντως ἐξ ἀνάγκης καὶ σῶμα, οὐκ εἴ τι δὲ σῶμα, πάντως ἐξ ἀνάγκης καὶ στοιχεῖον. Οὔτε εἴ τι σῶμα ἢ γεννητὸν ἢ φθαρτὸν, πάντως ἐξ ἀνάγκης καὶ ἄνθρωπος, ἐπεὶ οὕτω γε καὶ ἄνθρωπος ἔσται πάντως ἐξ ἀνάγκης πᾶν εἴ τι σῶμα, καὶ πᾶν εἴ τι γεννώμενόν ἐστιν ἢ φθειρόμενον. Εἴ τι μὲν γὰρ ἄνθρωπος, πάντως ἐξ ἀνάγκης καὶ σῶμα καὶ γεννώμενον καὶ φθειρόμενον, οὐκ εἴ τι δὲ σῶμα ἢ γεννητὸν ἢ φθαρτὸν, πάντως ἐξ ἀνάγκης καὶ ἄνθρωπος. Οὔτε γὰρ ἕπεται πάντως, ἐπεὶ ἔσται ὁ ἄνθρωπος, ἐξ ἀνάγκης καὶ στοιχεῖον καὶ βοῦς καὶ ἵππος, καὶ πᾶν εἴ τι ἄλλο ἐνσώματον καὶ γεννώμενον καὶ φθειρόμενον. Οὐ γὰρ κατηγορεῖται ποτε τὰ μερικὰ κατὰ τῶν καθόλου, οὔτε τὰ εἴδη τῶν γενῶν, οὔτε τῶν περιεχόντων τὰ περιεχόμενα, καὶ διὰ τοῦτο οὐδὲ ἀντιστρέφει τὰ καθόλου τοῖς ἐπὶ μέρους, οὐδὲ τὰ γένη τοῖς εἴδεσιν, οὐδὲ τὰ κοινὰ τοῖς ἰδιάζουσιν, οὐδὲ (189 *a*), συνελόντα φάναι, τοῖς περιεχομένοις τὰ περιέχοντα. Οὕτως οὖν κατὰ τὸν ἀποδοθέντα λόγον καὶ ἐπὶ βοὸς καὶ ἵππου καὶ παντὸς τοῦ [25] ὁτουοῦν ἑτέρου ληπτέον. Εἰ τοίνυν οὐκ ἀρκεῖ πρὸς τελείαν γνῶσιν τῶν πραγμάτων τὸ πλῆθος τῶν περὶ αὐτὰ θεωρουμένων εἰπεῖν, λέγω δὴ τὸ σῶμα καὶ τὸ γεννᾶσθαι καὶ φθείρεσθαι, καὶ ὅσα τοιαῦτα περὶ τὸ ὑποκείμενόν ἐστιν, ἀλλὰ δεῖ πάντως καὶ τὸ ὑποκείμενον τούτοις, θεμελίου τρόπον ἐφ' ᾧ ταῦτα βέβηκε, τί ἐστιν ἐνδείξασθαι, εἰ μέλλοιμεν τελείως καὶ ἀπαραλείπτως τὸ νοούμενον παριστάναι. Ἢ γὰρ ἄνθρωπον ἔχομεν εἰπεῖν ἢ βοῦν ἢ ἵππον, ταῦτα ὄντα τὰ μὴ ὄντα αὐτὸ τοῦτο σῶμα, ἀλλ' ἐνσώματα, καὶ μὴ ὄντα αὐτὸ τοῦτο γεννήσεις καὶ φθοράς, ἀλλὰ γεννώμενα καὶ φθειρόμενα, ὡς εἶναι ταῦτα, σῶμά φημι καὶ γέννησιν καὶ φθορὰν, δηλαδὴ περὶ τὰ ζῶα, ἀλλ' οὐ τὰ ζῶα ταῦτα ὑπάρχειν, σῶμα λέγω καὶ γέννησιν καὶ φθοράν.

Εἴ τοίνυν οὐδὲν τὸ σύνολον τῶν ὄντων ἐστὶ κατ' αὐτὸ τὸ εἶναι ὅπερ ἐστὶ καὶ λέγεται τὸ ἄθροισμα τῶν ἡμῖν περὶ αὐτὸ νοουμένων τε καὶ λεγομένων, ἀλλ' ἕτερόν τι παρὰ ταῦτα, τὸ περὶ ὃ ταῦτά ἐστι, συνεκτικὸν μὲν τούτων, αὐτὸ δὲ τούτοις οὐδαμῶς συνεχόμενον (οὐδὲ γάρ ἐστιν ἐκ τούτων, ἢ ταῦτα, ἢ τι τούτων, ἢ ἔκ τινων, ἢ τινος αὐτῶν, ἢ ἐν τούτοις, ἢ τισιν, ἢ τινι τούτων, τὸ περὶ ὃ ταῦτα καί ἔστι καὶ λέγεται), παυσάσθω πᾶσα ψυχὴ παντὶ λόγῳ τῶν περὶ Θεοῦ θρασέως ἐπιπηδᾷν εἰθισμένη τοῦ διακενῆς ἐπεκτείνειν, καὶ ἐν τοῖς μικροῖς μαθοῦσα τὴν οἰκείαν

A hominem vel bovem vel equum, sed quod his subjectum sit, id est quod generetur et intereat, et qualitate affectum sit repræsentare, oportet. Corpus vero haudquaquam generatio est, aut interitus; siquidem inde necessario sequeretur, si quid corpus sit, et figuram esse, et, si quid generabile sit vel interibile, et hominem esse, vel bovem vel equum. Neque enim, si quid corpus est, omnino necessarium ut figura sit vel homo vel bos vel equus. Nam si quid figura, necessario prorsus etiam corpus est, non vero si quid corpus, necessario etiam figura. Neque si quid corpus, vel generabile, vel interibile, necessario prorsus etiam homo est, quando ita quidem etiam homo omnino necessario esset quodcunque corpus, vel quodcunque

B generabile est vel interibile. Nam si quid homo, necessario prorsus etiam corpus, et generabile, et interibile, non vero si quid corpus, vel generabile, vel interibile, necessario prorsus etiam homo Neque enim omnino quando homo est, necessario sequitur ut et figura et bos et equus sit, et si quod aliud corporeum et generatum et interiens. Nunquam enim particularia prædicantur de universalibus, neque species de generibus, neque de continentibus contenta, ideoque neque reciprocantur inter se universalia et particularia, neque genera et species, neque communia et peculiaria, neque denique continentia et contenta. Sic igitur secundum hanc explicationem et de bove et

C de equo et de quolibet alio statuendum. Itaque non sufficit ad plenam rerum cognitionem eorum quæ circa eas spectantur plura enumerare, corpus, inquam, et quod generetur et intereat, et quæcunque id genus subjectum comitantur, sed quod his subjectum est, ut fundamentum in quo illa stant, omnino etiam quid sit demonstrari opus est, si perfecte et plene quid cogitetur repræsentare voluerimus. Aut enim hominem habemus dicere aut bovem aut equum hæc jam quæ non sunt ipsum hoc corpus, sed corporalia, et quæ non sunt hoc ipsum generationes et interitus, sed generata et intereuntia, adeo ut hæc, corpus, inquam, et generatio et interitus, manifesto animalia comitentur, sed non animalia ipsa exsistant hæc, corpus, inquam, et generatio et interitus.

D Itaque si nihil de rebus omnino secundum ipsam exsistentiam, id est quod eorum quæ a nobis de eo cogitantur et dicuntur congregatio et est et dicitur, sed aliud quid ab his diversum, id videlicet quod illa comitantur, ea conservans ac continens quidem, ipsum vero his nequaquam contentum aut conservatum (id enim circa quod hæc et sunt et dicuntur non est ex his, neque hæc, neque aliquid horum, neque ex aliquibus, neque alicujus eorum, neque in his, aut aliquibus, aut aliquo horum), desinat vane et impie agere omnis anima cuilibet

VARIÆ LECTIONES.

[25] Fortasse του.

Digitized by Google

Dei rerum rationi insultare petulanter solita, ac vel in parvis propriam animadvertat infirmitatem, et tacite revereatur ineffabilem solum omnique et cogitatione et cognitione superiorem divinæ essentiæ veritatem. Nec ipsa enim, ut antea docuit sanctus, « Accurata vel paululum conditionis perceptio » secundum veram rationem a nostra cognitione comprehenditur, » ut ego quoque paululum sermone immorarer, atque summam et non vestigabilem sapientiam admirarer. Quis enim hominum quantumvis eruditorum rationalibus fretus instrumentis et documentis quæ non sunt confisus eorum quæ sunt majestatem ratione aggressus cognoscere, enarrare atque probare poterit? Quænam sunt de exsistentia cuique eorum quæ exsistunt ab initio insertæ rationes atque implicatæ, secundum quas unumquodque et est et naturam habet, et formam et speciem nactum est, et compositum est, et valet, et agit, et patitur, ne commemorem quantitatis et qualitatis et affectionis et loci et temporis et positionis et motionis et habitus differentiam ac proprietatem, ad quæ et nostra laute atque magnifice rationalis facultas ex pari numero diffunditur in mentem, et cogitationem, et intellectum, et sententiam, et reputationem, et sermonem in mente conceptum, inque prolatum et sonantem sermonem, hoc est vocem et clamorem, et rursus recolligitur, ut in quanto et quali et reliquis, quemadmodum recensuimus, hujus absque ea quam doctrina et ars novit hujus differentia et proprietate? Quis est qui norit eorum quæ exsistunt rationes ut etiam exsistunt, quemadmodum dixi, et distant, et immobilem de natura statum habent et motionem invicem sese non turbantes, dum in motione statum, et in statu, quod maxime mireris, motionem habent? quodnam contrariorum inter se in unius mundi constitutionem sit vinculum, et ordinati et inconfusi motus et administrationis modus? qui rursum in corporibus nostris contrariorum secundum permistionem compositio sit ac nexus, quo quæ naturaliter distant in familiare contubernium coguntur, quique medietate extremitatum austeritatem mitigat, perque se invicem meare sine noxa instruit, et hanc compositorum stabilitatem instituit, extremitatum secundum mistionem in se invicem congressionem ac reditum, et quomodo horum unumquodque sit, et quid sit, et quo ferens aut latum et ad quid perveniat, vel ferat vel feratur, non solum, ut dictum est, quibus a principio hæc exsistunt rationibus, sed etiam quibus ad se ipsa et invicem infinitis et cogitatione et actione et dividantur et uniantur modis? atque rursus quænam singulorum quorumque essentiæ, naturæ, speciei, formæ, compositionis, facultatis, actionis, passionis, sit ratio? quænam dein rursus generalis, qua extremitatibus pro singulorum fine per medietatem mutuus nexus

A ἀσθένειαν, καὶ σιγῇ σεβέσθω μόνον τὴν ἄῤῥητόν τε καὶ ὑπὲρ νόησιν καὶ πάσης ἐπέκεινα γνώσεως τῆς θείας οὐσίας ὀντότητα. « Οὐδὲ αὐτὴ γὰρ κατὰ μικρὸν, ὡς προλαβὼν ἐδίδαξεν ὁ ἅγιος, ἡ τῆς κτίσεως ἀκριβὴς κατανόησις (1) » κατὰ τὸν ἀληθῆ λόγον ὑπὸ τῆς ἡμῶν περιέχεται γνώσεως, ἵνα κἀγὼ (**189** *b*) μικρόν τι προσδιατρίψω τῷ λόγῳ, καὶ τῆς ὑπὲρ πάντα σοφίας θαυμάσω τὸ ἀνεξιχνίαστον. Τίς γὰρ τῶν ἄγαν σοφῶν ταῖς λογικαῖς πιστεύων ἐφόδοις καὶ ταῖς οὐκ οὔσαις βαῤῥῶν ἀποδείξεσι μετὰ λόγου τὴν τῶν ὄντων ἐπελθὼν μεγαλειότητα δυνήσεται γνῶναι, εἰπεῖν τε καὶ παραστῆσαι; Τίνες οἱ ἑκάστῳ τῶν ὄντων τῇ ὑπάρξει πρώτως ἐγκαταβληθέντες λόγοι, καθ' οὓς καὶ ἔστι καὶ πέφυκε τῶν ὄντων ἕκαστον, καὶ εἰδοποιήται, καὶ ἐσχημάτισται, καὶ συντέθειται, καὶ δύναται, καὶ ἐνεργεῖ, καὶ πάσχει, ἵνα μὴ λέγω τὴν ἐν τῷ ποσῷ τε καὶ τῷ ποιῷ, καὶ τῇ σχέσει, καὶ τῷ τόπῳ, καὶ τῷ χρόνῳ, καὶ τῇ θέσει, τῇ τε κινήσει καὶ ἕξει, διαφορὰν καὶ ἰδιότητα, πρὸς ἃ καὶ ἡ καθ' ἡμᾶς μεγαλοφυῶς λογικὴ πέφυκεν ἰσαρίθμως πλατύνεσθαι δύναμις εἰς νοῦν, καὶ νόησιν, καὶ ἔννοιαν, καὶ διάνοιαν, καὶ σύννοιαν, καὶ τὸν ἐνδιάθετον λόγον, τόν τε κατὰ προφορὰν καὶ τὸν γεγωνότα, τουτέστι φωνὴν καὶ κραυγὴν, καὶ αὖθις συνάγεσθαι, χωρὶς τῆς κατ' ἐπιστήμην καὶ τέχνην, ὥσπερ ἐν ποσῷ τε καὶ ποιῷ καὶ τοῖς λοιποῖς, καθὼς ἀπηρίθμηται, τούτου διαφορᾶς τε καὶ ἰδιότητος; Τίς ὁ γινώσκων τοὺς λόγους τῶν ὄντων καθὼς καὶ εἰσὶν, ὡς εἶπον, καὶ διαφέρουσι, καὶ στάσιν ἔχουσιν ἀκίνητον τὴν κατὰ φύσιν καὶ πρὸς ἄλληλα μηδαμῶς μεταπίπτουσαν κίνησιν, ἐν τῇ κινήσει τὴν στάσιν, καὶ ἐν τῇ στάσει τὸ παραδοξότατον τὴν κίνησιν ἔχοντα; τίς πρὸς ἄλληλα τῶν ἐναντίων εἰς ἑνὸς κόσμου σύστασιν ὁ δεσμὸς, καὶ τῆς εὐτάκτου τε καὶ ἀφύρτου κινήσεώς τε καὶ διοικήσεως ὁ τρόπος; τίς πάλιν τῶν καθ' ἡμᾶς σωμάτων ἡ τῶν ἐναντίων κατὰ τὴν κρᾶσιν διὰ συνθέσεως συμπλοκὴ, τὰ διεστῶτα κατὰ τὴν φύσιν εἰς φιλικὴν συνοικίαν ἐνάγουσα (**190** *a*) καὶ τῇ μεσότητι τὸ ἐν τοῖς ἄκροις αὐστηρὸν τιθασσεύουσα, καὶ χωρεῖν δι' ἀλλήλων ἀλυμάντως παρασκευάζουσα καὶ ταύτην ποιουμένη τῶν συνθέτων συντήρησιν, τὴν τῶν ἄκρων κατὰ τὴν κρᾶσιν εἰς ἄλληλα περιχώρησιν, καὶ πῶς ἕκαστον τούτων ἐστὶ, καὶ τί ἐστι, καὶ πρὸς τί φέρον ἢ φερόμενον καὶ ἐπὶ τίνι γεγένηται ἢ φέρει ἢ φέρεται, οὐ μόνον, ὡς εἴρηται, οἷς προηγουμένως ὑπάρχουσι ταῦτα λόγοις, ἀλλὰ καὶ οἷς πρὸς ἑαυτά τε καὶ πρὸς ἄλληλα μυρίοις κατ' ἐπίνοιάν τε καὶ ἐνέργειαν διαιροῦνταί τε καὶ ἑνοῦνται τρόποις; καὶ αὖθις τίς ὁ λόγος τῆς τοῦ καθ' ἕκαστον οὐσίας, φύσεως, εἴδους, σχήματος, συνθέσεως, δυνάμεως, ἐνεργείας, πάθους; τίς δὲ πάλιν ὁ καθόλου τοῖς ἄκροις κατὰ τὸ ἑκάστου πέρας διὰ τοῦ μέσου τὴν πρὸς ἄλληλα συνάφειαν ἐνεργῶν λόγος, ἵνα τόν τε νοῦν καὶ τὸ νοούμενον διὰ τῆς μέσης νοήσεως, σχέσεως οὔσης ἑνωτικῆς τῶν διῃρημένων περὶ τὸ ἐξ ἀμφοῖν νόημα, συναφθῇ καὶ περιληφθῇ ἀλλήλοις ἑκάτερα, καὶ μηδὲν τὸ παράπαν

(1) Idem *ibid.* cap. 5.

Digitized by Google

κατὰ τοῦτο δειχθῇ τῶν μετὰ θεὸν περιγραφῆς ὑπάρχον ἐλεύθερον; ὥσπερ καὶ τὰ αἰσθητὰ πάντα καὶ τὰ αἰσθανόμενα, ἦγουν αἰσθητικά, διὰ τῆς μέσης αἰσθήσεως, σχέσεως οὔσης κοινῆς τῶν διῃρημένων ἄκρων, τῶν μὲν ὡς δι' αὐτῆς ἀντιλαμβανομένων τῶν αἰσθητῶν, τῶν δὲ δι' αὐτῆς ὑποπιπτόντων τοῖς αἰσθανομένοις, περὶ τὸ αἰσθητήριον, ἐν ᾧ τὸ πέρας τῆς ἑκάστου κατὰ τὴν σχέσιν δυνάμεως ὑπάρχον καθέστηκε, καὶ περὶ ὃ ἀλλήλοις τὰ ἄκρα διὰ τῆς μέσης σχέσεως ἑνοῦσθαι πέφυκε.

A efficitur, ratio sit, ut quod cogitat et quod cogitatur per mediam cogitationem, quæ distantium circa cogitatum, amborum prolem, unitiva est affectio, ut utraque invicem jungantur et comprehendantur, neve quidquam omnino eorum quæ post Deum sint circumscriptione vacans ostendatur? Quemadmodum sensibilia quoque omnia et quæ sentiunt, sive sensu prædita, per medium sensum, quæ distantium extremitatum communis affectio est, alteris per eam sensibilia percipientibus, alteris per eam iis quæ sentiunt succidentibus, circa sentiendi instrumentum, ubi singuli cujusque secundum affectionem facultatis terminus collocatus est, et circa quod per mediam affectionem sive relationem uniuntur extremitates. Horum, vel unius alteriusve horum rationes cum investigare conamur, imbecilli plane et muti in explicatione hæsitabimus, nec præter divinam potestatem quo mentem accurate infigamus habebimus.

Τούτων, ἤ τινος τούτων ἐρευνᾶν ἐπιχειροῦντες τοὺς λόγους, ἄτονοι παντελῶς καὶ ἄφωνοι περὶ τὸν λόγον μένομεν, οὐκ ἔχοντες ᾧ τινι τὸν νοῦν ἀκριβῶς (**190** *b*) ἐπερεισόμεθα, πλὴν τῆς θείας δυνάμεως. Καὶ τοῦτό ἐστι τὸ εἰρημένον, ὡς οἶμαι, τῷ ἁγίῳ, γυμνάζοντι τὸν ἡμέτερον νοῦν πρὸς εὐσέβειαν, « Κατὰ μικρὸν γοῦν, οὐδὲ ἡ τῆς κτίσεως ἀκριβὴς κατανόησις. » (1) Τὸ δὲ, « Ἀλλὰ πολὺ πρὸ τούτων ἡ ὑπὲρ ταῦτα καὶ ἐξ ἧς ταῦτα φύσις, ἄληπτός τε καὶ ἀπερίληπτος, » κατὰ κοινοῦ θετέον τῆς κτίσεως καὶ τῆς ὑπὲρ ταῦτα καὶ ἀφ' ἧστινος ταῦτα, δηλαδὴ τὰ κτίσματα, φύσεώς τὸ « Ἀληπτός τε καὶ ἀπερίληπτος. » Τὸ δὲ, « Οὐχ ὅτι ἔστιν, ἀλλ' ἥτις » ἐστὶν, ἐπενεχθὲν προκατάληψίς ἐστιν ἀνθυποφορᾶς. Ἵνα γὰρ μὴ καταδράμῃ αὐτοῦ πρὸς ὃν ὁ λόγος, φάσκων, Οὐκοῦν εἰ ἄληπτον πάντῃ τὸ σέβας ἡμῶν, κενὸν ἄρα τὸ Χριστιανῶν κήρυγμα, κενὴ δὲ καὶ ἡ πίστις, κατ' οὐδενὸς στηριζομένη, ταῦτά φησι προλαμβάνων τὸν ἐπηρεαστὴν λόγον ἢ ἄνθρωπον. Οὐκ ἔφη ἄληπτον εἶναι ταύτην τὴν φύσιν, περὶ ἧς ὁ λόγος, ὅτιπερ ὑπάρχει, ἀλλὰ τί ὑπάρχει, καὶ προσεπάγει πρὸς τὴν τοῦ λόγου βεβαίωσιν τὸ, « Πολὺ γὰρ διαφέρει τοῦ εἶναί τι πεπεῖσθαι τὸ τί ποτέ ἐστι τοῦτο εἰδέναι, » τουτέστι, πολλὴ πρόσεστιν ἡ διαφορὰ τοῦ πεπεῖσθαι περί τινος ὅτιπερ ὑπάρχει πρὸς τὸ εἰδέναι τὴν ἀκριβῆ τῆς οὐσίας τούτου κατάληψιν. Μὴ οὖν, φησὶν, εὐγνωμόνως ἡμῶν εἰπόντων ἄληπτον εἶναι τὴν θείαν οὐσίαν, κακούργως τὸν λόγον μεταβιβάσῃς, εἰς τὸ ὅθεν εἰσάγειν ἡμᾶς ἄληπτον αὐτὴν, εἰς αὐτὴν τὴν ὕπαρξιν, κἀκ τούτου συνάξῃς ἀθεῖαν ἡμᾶς πάντῃ πρεσβεύειν. Καὶ μετά τινα φησιν, Τί γὰρ ὑπολήψῃ τὸ Θεῖον, εἴπερ ὅλως ταῖς λογικαῖς πιστεύσεις ἐφόδοις (τουτέστιν, εἰ οἴει τῷ λόγῳ περιτρέχων ἐναποκλείειν γνώσει τινὶ δύνασθαι τὸ ζητούμενον); « Πότερον σῶμα (**191** *a*) (τουτέστιν, Ἆρα σῶμα); Καὶ πῶς τὸ ἄπειρον καὶ ἀόριστον καὶ ἀσχημάτιστον καὶ ἀναφὲς καὶ ἀόρατον; » ἵνα σαφηνιζόμενον νοηθῇ, οὕτως τῶν κοινῶν ἐννοιῶν κεκρατηκυιῶν, ἄπειρον εἶναι τὸ Θεῖον, ὅπερ ἐστὶ πέρας μὴ ἔχειν. Τοῦτο γὰρ τοῦ τέτρασι διειλημμένου πέρασιν ἴδιον, κέντρῳ καὶ γραμμῇ, ἐπιφανείᾳ καὶ στερεῷ, προσ-

B Atque hoc, ut arbitror, illud est quod dixit sanctus, mentem nostram ad pietatem exercens, « Nec plena et accurata vel paululum conditionis perceptio. » Quod vero ad illud attinet : « Sed multo magis natura illa his sublimior, et ex qua hæc originem traxerunt imperceptibilis atque incomprehensibilis, » illud, « imperceptibilis et incomprehensibilis, » in commune est de conditione et natura his sublimiore, et ex qua hæc originem traxerunt, est condita, sumendum. Illud vero quod addit, « Non quod est, sed quæ, » est anticipatio subjectionis. Ne enim offendat ad quem ejus est sermo, dicens : Itaque si imperceptibile est quod colimus ac veneramur, vana igitur Christianorum prædicatio, vana etiam fides ac nusquam stabilita, C hæc profert ut prævertat obtrectatorem sive sermonem sive hominem. Non statuit imperceptibile esse quod sit hæc de qua sermo natura, sed quid sit, et ad stabiliendam suam sententiam addit insuper : « Multum enim differt persuasum habere quod aliquid est et nosse quidnam hoc sit, » id est multum differt de re aliqua quod sit persuasum habere et certam et accuratam essentiæ ejus notionem tenere. Noli igitur, inquit, cum nos ex bona fide percipi divinam essentiam posse negemus, sermonem maligne in ipsam substantiam torquere, tanquam eam videlicet imperceptibilem esse statuamus, neu inde nos Deum negandum prædicare concludas. Et paulo post subjicit : Quid enim esse censes Deum, si quidem rationalibus D plane instrumentis fidem habebis (hoc est si sermone circumveniens quod quæritur posse in aliqua cognitione includi putas)? « Corpusne (hoc est, Num corpus)? Et quonam ergo modo qui infinitus et interminatus et infiguratus, qui denique nec tangi nec oculis cerni potest? » ut hoc modo demonstratum intelligatur, quod communes adeo notiones evincunt, infinitum esse Deum, quod est terminum non habere. Hoc enim peculiare est ejus quod quatuor distinctum est terminis, puncto et linea, superficie et solido, præterea tribus quoque

(1) Idem *ibid.* cap. 5, p. 499.
(1) Idem *ibid.* cap. 7, p. 500, ed. Bened. Opp. tom. I.

Digitized by Google

distantiis, longitudine et latitudine et altitudine, quæ ipsæ iterum sex terminis discernuntur, quorum unusquisque videlicet duobus definitur, ut longitudo superiore et inferiore, latitudo dextero et lævo, altitudo anteriori termino et posteriori. Atque iterum, cum eædem communes notiones indefinitum Deum esse insinuent, hoc est non capere plenam ex quibusnam constet subjectum explicationem, nec magis admittere in loco collocationem, aut intra tempus initium vel finem, insuper etiam infiguratum, ut qui non globosus est aut quadrangulus aut erectus aut deorsum vergens, quin eum etiam tactum et visum fugere, cum sensui non subjaceat (hæc enim corporum sunt propria), absurdum est ex eis quæ evertimus divinum corpus esse, atque in tot necesse habere dividi in quot B rursum, ut corpus, contrahatur, collegisse. Individuus enim plane est Deus, quia et plane quantitatis expers; quantitatis autem plane expers, quia et qualitatis plane expers; qualitatis autem plane expers, quia et omnino simplex; simplex autem plane, quod omnino non distat; distat autem omnino quod prorsus infinitus est: infinitus autem est prorsus, quod et prorsus immobilis (nequaquam enim movetur quod non habet ubi moveatur); immobilis autem plane, quod et initio omnino caret (nihil enim ante se habet seu majus, nihil cum se ipso seu æquale, nihil post se, quodve conferri aut capere ipsum possit); initio autem omnino caret, quod et ingenitus est plane, ingenitus autem plane, quod et omnino unus et solus; unus autem omnino et solus, quod et omnino caret affectione et relatione, et ob hoc penitus ineffabilis et incognitus, omnisque eorum qui probe et Deo convenienter ad eum promoventur cognitionis finis unicus, et unicam cognitionem veram habens quod non possit cognosci.

ἔτι δὲ καὶ διαστήμασι τρισὶ, μήκει καὶ πλάτει καὶ βάθει, καὶ αὐτοῖς ἑξ ὁιειλημμένοις πέρασιν, ἕκαστον ὁηλονότι δυσὶ περιγραφομένου, οἷον τὸ μὲν μῆκος τῷ ἄνω τε καὶ τῷ κάτω, τὸ δὲ πλάτος τῷ δεξιῷ καὶ τῷ ἀριστερῷ, τὸ δὲ βάθος τῷ ἐμπρὸς πέρατι καὶ τῷ ὀπίσω. Καὶ πάλιν, τῶν αὐτῶν κοινῶν ἐννοιῶν ἀόριστον τὸν Θεὸν εἰσαγουσῶν, τουτέστι μὴ ἐπιδεχόμενον ὁιεξοδεύουσαν ἀνάπτυξιν, ἐκ τίνων ἐστὶ τὸ ὑποκείμενον, μήτε μὴν τὴν ἐν τόπῳ ἢ τὴν ἐν χρόνῳ ἀρχὴν ἢ τέλος, προσέτι καὶ ἀσχημάτιστον, οἷον ὅτι οὐ σφαιροειδὴς ἢ τετράγωνος ἢ ὀρθὸς, ἢ κάτω νενευκὼς, καὶ μὴν καὶ ἀναφὴς ἀόρατον, ὡς αἰσθήσει μὴ ὑποπίπτον (ταῦτα γὰρ σωμάτων ἴδια), παράλογον ἐκ τῶν ἀναιρουμένων ὑπειληφέναι τὸ θεῖον εἶναι σῶμα καὶ ἀνάγκην ἔχειν εἰς τοσαῦτα μερίζεσθαι εἰς ὅσα πάλιν ὡς σῶμα συνάγεται. Ἀμερὲς γὰρ πάντῃ τὸ Θεῖόν ἐστιν, καὶ παντελῶς ἄποσον, ἄποσον δὲ παντελῶς, ὅτι καὶ παντελῶς ἄποιον, ἄποιον δὲ παντελῶς, ὅτι καὶ πάντῃ ἁπλοῦν, ἁπλοῦν δὲ πάντῃ, ὅτι καὶ ἀδιάστατον πάντῃ· ἀδιάστατον δὲ πάντῃ ὅτι καὶ πάντῃ ἄπειρον, ἄπειρον δὲ πάντῃ, ὅτι καὶ πάντῃ ἀκίνητον (οὐ κινεῖται γὰρ πάντῃ πώποτε τὸ μὴ ἔχον ποῦ κινηθῆναι), ἀκίνητον δὲ πάντῃ, ὅτι καὶ παντελῶς (191 *b*) ἀναρχον (οὐ γὰρ ἔχει τι πρὸ αὐτοῦ καὶ μεῖζον, οὔτε τι σύνεγγυς αὐτῷ καὶ ἴσον, οὔτε τι μετ' αὐτὸ, καὶ παραμετρεῖσθαι καὶ χωρεῖν αὐτὸ δυνάμενον), ἄναρχον δὲ πάντῃ, ὅτι καὶ ἀγέννητον πάντῃ, ἀγέννητον δὲ πάντῃ, ὅτι καὶ παντελῶς ἓν καὶ μονώτατον, ἓν δὲ πάντῃ καὶ μονώτατον, ὅτι καὶ παντελῶς ἄσχετον, καὶ διὰ τοῦτο πάσης πάντων ἀῤῥητόν τε καὶ ἄγνωστον, καὶ πάσης τῶν ἐπ' αὐτὸ καλῶς τε καὶ θεοπρεπῶς κινουμένων γνώσεως τέρας μονώτατον, καὶ μοναυτάτην γνῶσιν ἔχον ἀληθῆ τὸ μὴ γινώσκεσθαι.

C

D

Ex eodem sermone in illud : « Nam si id quod non est nusquam est, ne est quidem fortasse. Quod si alicubi esse dixeris, procul dubio, quandoquidem est, vel in universo est, vel supra universum. »

Qua de causa, audiens fortasse inquiet, inversionem ancipitem magister posuit, addito « fortasse » adverbio? cum de rationalibus suppositionibus nemo non dubitet quin jure omnino concedatur id non esse quod nusquam sit. Cui pro exilis nostræ intelligentiæ indigentia respondebimus, quod Eunomii ejusque discipulorum, qui Deum ut ipse se ipsum nosse jactarent, insaniam coercere studens propter tales sermones in placitum absurdum redegit. Aut enim, cum Deum tanquam ipse se ipsum nosse dicunt necessarium plane habent, ut etiam ubi sit quem norint ipsi adjiciant, in plenam cogniti comprehensionem, et ita nihil omnino ab exsistentium ullo secundum ipsos Deus differt,

Ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου, εἰς τὸ, « Εἰ γὰρ τὸ μὴ ὂν οὐδαμοῦ, τὸ μηδαμοῦ τυχὸν οὐδὲ ὄν, εἰ δέ ποὺ ἔστι που, πάντως, ἐπείπερ ἔστιν, ἢ ὑπὲρ τὰ πάντα, ἢ ὑπὲρ τὸ πᾶν (3).

Δι' ἣν αἰτίαν, ἴσως ὁ ἀκούων ἐρεῖ, Τὴν ἀντιστροφὴν ἀμφίβολον ὁ διδάσκαλος ἔθετο, προσθεὶς « τυχὸν » ἐπίῤῥημα, πᾶσι δῆλον ὄντος, κατὰ τὰς λογικὰς ὑποθέσεις, τοῦ, τὸ μηδαμοῦ ὂν μὴ εἶναι δικαίως παντάπασιν ὁμολογεῖσθαι. Πρὸς ὃν κατὰ τῆς ἀτυχῆς ἡμῶν διανοίας ἐκβὰς ἐροῦμεν, τῆς Εὐνομίου καὶ τοὺς ἀμφ' αὐτὸν, λέγοντας εἰδέναι τὸν Θεὸν ὡς αὐτὸς ἑαυτὸν, τῆς πολλῆς ἐπισχεῖν μανίας βουλόμενος εἰς ἄτοπον δόξαν διὰ τῶν τοιούτων ἀπήγαγε λόγων. Ἢ γὰρ λέγοντες εἰδέναι τὸν Θεὸν ὡς αὐτὸς ἑαυτὸν, καὶ τὸ ποῦ χρὴ τὸν γινωσκόμενον εἶναι προσεπάγειν αὐτοὺς πάντως ἀνάγκη, πρὸς τελείαν τοῦ γινωσκομένου[26] κατάληψιν, καὶ οὐδενὸς τῶν ὄντων τὸ παράπαν οὕτω γε διαφέρειν

VARIÆ LECTIONES.

[26] Eadem manus in cod. Gud. marg. rubro adscripsit σημαινομένου.

(3) Idem *ibid.* cap. 10, p. 502. Opp. edit. Bened. tom. I.

Digitized by Google

κατ' αὐτὸν ὁ Θεὸς, τόπῳ καὶ χρόνῳ περιγραφόμενος. Ἢ τί γένοιτ' ἂν ἀσεβέστερον; ἢ μὴ λέγοντας ποῦ, ἢ μηδὲ εἶναι τὸ σύνολον λέγειν, κατὰ τὴν αὐτοῦ τοῦ λόγου ὑπόθεσιν, οὗ τί γένοιτ' ἂν ἀθεώτερον; (πῶς γὰρ καὶ (**192** *a*) τί ἂν εἴη τὸ μὴ πάντως που τὸ εἶναι ἔχον;) ἢ πάντως εἶναι ἐξ ἀνάγκης αὐτοὺς ἡ ἀκολουθία τοῦ λόγου λέγειν βιάζεται· καὶ μηδαμοῦ εἶναι, καὶ διὰ τοῦτο εἶναι μὲν καὶ ὑπάρχειν τὸ θεῖον, τί δὲ εἶναι καὶ ὑπάρχειν μὴ εἰδέναι. Εἰ γὰρ ὁ ποῦ τὸ Θεῖον εἶναι κατ' αὐτοὺς ἄγνωστον, πολλῷ μᾶλλον αὐτὸ τὸ Θεῖον, ὅ τί ποτε κατ' οὐσίαν ἐστὶν, ἀγνωστότερον ἔσται. Διὸ μηδὲ που εἶναι τὸ μὴ γινωσκόμενον εὐσεβοῦντας αὐτοὺς ἀνάγκη πάντως ὁμολογεῖν. Διὰ ταύτην, ὡς οἶμαι, τὴν αἰτίαν συμπεριφερόμενος μὲν τοῖς περὶ Εὐνόμιον ἀμφίβολε τὴν ἀντιστροφὴν ὁ διδάσκαλος, τὸ « τυχὸν » ἐπίρρημα θέμενος, καὶ ἡμῖν καταλιμπάνων νοεῖν ὅτι περ οὐ πάντως τὸ μηδαμοῦ τὸ μηδαμῆ μηδαμῶς ἐν εἰσάγει. Θεὸν γὰρ ἡμεῖς εἶναί φαμεν, καὶ μηδαμοῦ τυγχάνειν, τῷ μὴ ὡς ἐν τόπῳ οὐσιωδῶς κατὰ τὴν ὕπαρξιν περιγράφεσθαι, καὶ πάντως εἶναι, τῷ μὴ δεῖσθαι παντελῶς τοῦ παντὸς τῶν ὄντων πρὸς τὸ εἶναι, ὧν χωρὶς καὶ ἦν καὶ ἔστι, καὶ ἀεὶ εἶναι δυνήσεται, μᾶλλον δὲ ἔστιν ἀεί. Οὐ γὰρ θέσιν ἔχει τὰ ὄντα ὁ καὶ πρὶν εἶναι τὰ ὄντα ὑπάρχων. Εἰ γὰρ παρ' ἡμῖν οὐκ ἐν τοῖς τεχνητοῖς πάντως τὸ εἶναι κατὰ τὴν ὕπαρξιν ὑποστατικῶς ἔχουσιν οἱ τεχνῖται περιγεγραμμένον τὸ φθειρόμενον τοῦτο πρᾶγμα, καὶ ἀληθέστερον κυρίως εἰπεῖν μηδέποτε ὄν, τί ἂν τις, φαίη περὶ τῆς ἀῤῥήτου καὶ ἀγνώστου καὶ ἀχωρήτου πᾶσιν ὁμοίως καὶ ἀεὶ ὡσαύτως ἐχούσης δυνάμεως;

ipse loco circumscriptus, quo nihil absurdius foret: aut, si eum nusquam vel prorsus non existere statuunt, secundum ipsius rationis suppositionem, quid foret magis impium? (quomodo enim comparatum et quid esset quod omnino alicubi esse non haberet?) aut plane necessario esse eum rationis consequentia statuere illos cogit, et nusquam esse, perque hoc esse quidem et existere Deum, quid autem sit et existat se non nosse. Si enim ubinam sit Deus ignorari statuunt, multo magis ipsum Numen divinum quidnam secundum essentiam sit, ignorabit. Quare si religiose et pie agere volunt, quod ignoratur nec usquam esse omnino consentire debebunt. De hac, ut arbitror, causa Eunomianis morigerans inversione eos induit magister; adverbio « fortasse » posito, nobisque considerandum reliquit, quod nequaquam id quod nusquam existat omnino existere neget? Deum enim nos esse dicimus, et nusquam esse, quia non, quasi in loco, essentialiter secundum substantiam circumscribitur, et esse omnino, quia tota universitate eorum quæ sunt plane non eget ad suam exsistentiam, sine quibus et erat, et est, et semper esse poterit, vel potius semper est. Haud enim pro positione utitur eis quæ sunt qui vel ante fuit quam ipsa quæ sunt. Nam si penes nos in suis artificiis substantialem exsistentiam artifices plane non habent circumscriptam, rem interituram istam, et quæ verius nunquam esse diceretur, quid, quæso, de ineffabili et incognita et omnibus pariter imperceptibili ac semper eadem potestate dixeris?

Ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου, εἰς τὸ, « Εἴτε φαντασίαν τινὰ ἡμερινὴν, εἴτε νυκτὸς ἀψευδῆ ὄψιν, εἴτε τοῦ ὑπερκειμένου τύπωσιν, συγγινομένου τοῖς μέλλουσιν ὡς παροῦσιν (4). »

Ex eodem sermone, in illud : « Sive diurnum quoddam erat spectrum, sive minime fallax noctis visio, sive prævia quædam mentis impressio, futura tanquam præsentia exhibens. »

Ἄκρως καθαρθεὶς τῶν οἷς μολύνεσθαι πέφυκε τῶν ἀνθρώπων ἡ φύσις ὁ μακάριος οὗτος Πατὴρ διὰ τῆς πρακτικῆς φιλοσοφίας, (**192** *b*) καὶ τὸν νοῦν εὖ δλου ποιωθεὶς τῷ ἁγίῳ Πνεύματι ταῖς ἐπιβολαῖς τῶν θείων θεωρημάτων, διὰ τῆς ἀληθοῦς κατὰ τὴν γνῶσιν μυσταγωγίας, οἷα δὴ τὰ ἴσα τοῖς ἁγίοις προφήταις παθὼν, τὰ εἴδη τῆς προρητείας ἐν τούτοις ἡμῖν ἀπηριθμήσεν. Οἷς εἴπερ τὸ δεῖν ὅλως τολμᾷν οὕτω μεγαλοφυῶς τε καὶ ἐνθεαστικῶς εἰρημένοις, καὶ πάντων τῶν μὴ τοιούτων οἷος αὐτὸς ἦν ὁ διδάσκαλος τὴν δύναμιν ὑπερβαίνουσιν, ἐπιβάλλειν οἰόμεθα χρήσιμον, στοχαστικῶς, ἀλλ' οὐκ ἀποφαντικῶς τοῦτο ποιητέον. Οἶμαι τοίνυν στοχαστικῶς εἰπεῖν κατὰ τὴν ἐμὴν ἀμβλυωπίαν, « φαντασίαν ἡμερινὴν » αὐτῶν εἰρηκέναι τὴν τῶν ἀπροσώπως τοῖς ἁγίοις ὡς δι' αἰσθήσεως ἀκουομένων πνευματικῶς καὶ φαινομένων λόγων καὶ πραγμάτων ὄψιν τε καὶ ἐνέργειαν. Οὐ γὰρ δὴ λέγειν θέμις ἐπὶ τῶν θείων τὸ θαυμαστὸν[37] πάντως δεῖν παρεῖναι πρὸς διατύπωσιν τῆς

Beatus hic Pater iis quibus hominum natura conspurcatur per activam, quæ dicitur, philosophiam penitus purgatus, ac mente a sancto Spiritu divinarum contemplationum propositis ex toto præparatus, per veram cognitionis initiationem, quippe eadem atque sancti prophetæ passus, prophetiæ species in his nobis enumeravit. Quæ tam magnifice atque divine pronuntiata, et omnium qui non tales qualis ipse magister fuit facultatem superantia, suscipere interpretanda audere saltem nos debere postquam utile visum est, conjecturaliter hoc, non enuntiative erit faciendum. Arbitror igitur, ut quid suspicer pro hebete meo et obtuso ingenio edicam, « diurnum spectrum » eum dixisse visionem et sonitum sanctis viris tanquam per sensum spiritualiter auditum ac visum rerum ac verborum. De divinis enim non fas est statuere miraculum vere adesse oportere ad imaginem imprimendam, sed miro quodam et insolito modo, nec

VARIÆ LECTIONES.

[37] Recentior manus voci θαυμαστὸν superscripsit in Guel. libro φανὸ, quo φανταστὸν emendandum esse significaret. Quod magis placet.

(4) Idem *ibid.* cap. 19, p. 510, tom. i. Opp. edit. Bened.

Digitized by Google

spectro ullo præsente, nec vocibus sensibilibus per auram sonantibus, imaginem efficere, quam rebus divinis initiatus revera et audiat et videat. Siquidem omnis imaginatio aut præsentium est, aut præteritorum; futurorum autem nunquam est. Est enim affectio extremitatum in medio collocata. Extremitates autem dico id quod imaginatur et quod imagine apparet, ex quibus per mediam imaginationem, quæ extremitatum affectio et relatio est, imago nascitur, actionis et passionis terminus, actionis quidem ejus quod imaginatur, et passionis ejus quod imagine apparet, extremitatibus per mediam imaginationem, id est relationem et affectionem circa ipsam imaginem, cohærentibus. Quæcunque enim secundum quidpiam altera petunt, agere dicuntur, quæcunque autem secundum quidpiam alteris succidunt, pati. Itaque quæ petunt, naturaliter agunt, quæ petuntur naturaliter patiuntur, cum passionis et actionis terminum habeant mutuam inter se per medium cohærentiam. Quare de divinis quod imagine apparet non adesse statuere consentaneum videtur, quando id non jam adfuturum est quod secundum propriam substantiam ad rei instar jam adest, neque divinum simul esse creditur, cum naturalem consequentiam nihil superet. Nam si nos nocte per somnum imaginando et videmus et audimus, nemine sæpenumero præsente qui loquatur aut videatur, multo magis vigilantes revera sancti hoc patientur, Deo in eis agitante mira quadam gratia vigilantibus, quod nos naturæ lege per somnum pati consuevimus. « Non fallacem » autem « noctis visionem » eum suspicor dicere aut rerum futurarum in somnis certam atque accuratam comprehensionem, ut Josepho et Danieli accidit [a], aut rerum divinarum visionem quamdam, cujusmodi de perfecta, quæ ex summa puritatis et innocentiæ plenitudine nascitur impassibilitate, vel carneis sanctorum oculis obveniat. « Principalis » autem, id est mentis, « præviam impressionem » dicentem suspicor eum significare futurorum simulacra, sanctis singulari quodam modo per simplicem quamdam nulloque intervallo distantem intellectus applicationem apparentia. Atque ego quidem hæc de istis conjecturaliter dicere audebam, qui experiundi ejusmodi gratiam nactus non sim, ejus quidem jusso qui id mihi negotii injunxit. Sed si quis eorum qui gratiam nacti sunt hanc qualemcunque meam scriptionem legerit, rogo, ne me petulantiæ criminari, sed magis obedientiam probare velit, etiamsi ista disputatio eorum quæ proposita erant summam et cardinem demonstrandi vim habeat nullam.

A φαντασίας, ἀλλὰ παραδόξως τε καὶ ὑπερφυῶς καὶ μὴ παρόντος προσώπου καὶ φωνῶν αἰσθητῶν μὴ κτυπουμένων δι' ἀέρος τὴν φαντασίαν ἐνεργεῖν, ὥστε ἀληθῶς ἀκούειν καὶ ὁρᾷν τὸν τὰ θεῖα μυσταγωγούμενον. Ἐπειδὴ γὰρ πᾶσα φαντασία ἢ τῶν παρόντων, ἢ τῶν παρελθόντων· τῶν δὲ μήπω γενομένων παντάπασίν ἐστιν οὐδαμῶς. Σχέσις γάρ ἐστι τοῖς ἄκροις δι' ἑαυτῆς μεσιτεύουσα. Ἄκρα δέ φημι τό τε φανταστικὸν, καὶ τὸ φανταστὸν, ἐξ ὧν διὰ μέσης τῆς φαντασίας, σχέσεως οὔσης τῶν ἄκρων, τὸ φάντασμα γίνεται, πέρας ὑπάρχον ἐνεργείας καὶ πάθους, ἐνεργείας μὲν τοῦ φανταστικοῦ, πάθους δὲ τοῦ φανταστοῦ, τῶν διὰ μέσης τῆς φαντασίας, σχέσεως αὐτῶν ὑπαρχούσης περὶ αὐτὸ, ἀλλήλοις (193 *a*) συναπτομένων ἄκρων. Πάντα γὰρ τὰ κατά τί τινων ἀντιλαμβανόμενα ἐνεργεῖν λέγεται, πάντα δὲ κατά τι ἄλλοις ὑποπίπτοντα πάσχειν. Τὰ οὖν καταλαμβάνοντα φυσικῶς ἐνεργοῦσι, τὰ δὲ καταλαμβανόμενα φυσικῶς πάσχουσι, πέρας ἔχοντα πάθους καὶ ἐνεργείας τὴν πρὸς ἄλληλα κατὰ τὸ μέσον συνάφειαν. Διὰ τοῦτο δεῖν ἐπὶ τῶν θείων τὸ φανταστὸν οἴεσθαι μὴ παρεῖναι νομίζω πρόσφορον, ἐπεὶ οὐκ ἔτι μέλλει παρεῖναι τὸ καθ' ὑπόστασιν ἰδίαν πραγματικῶς ἤδη παρὸν, καὶ ἅμα μηδὲ θεῖον εἶναι πιστεύεται, τῆς κατὰ φύσιν ἀκολουθίας πλέον ἔχον οὐδέν. Εἰ γὰρ ἡμεῖς καθ' ὕπνον νύκτωρ φανταζόμενοι καὶ ὁρῶμεν καὶ ἀκούομεν, παλλάκις μηδενὸς ὄντος τοῦ λαλοῦντος ἢ ὁρωμένου, πολλῷ μᾶλλον γρηγοροῦντες ἀληθῶς οἱ ἅγιοι πείσονται τοῦτο, τοῦ Θεοῦ ἐνεργοῦντος αὐτοῖς γρηγοροῦσι κατὰ παράδοξον χάριν, ὅπερ ἡμεῖς πάσχειν νόμῳ φύσεως κατὰ τὸν ὕπνον εἰώθαμεν. « Ἀψευδῆ δὲ νυκτὸς ὄψιν » αὐτὸν ὑπολαμβάνω λέγειν ἢ τὴν ἐν τοῖς ὕπνοις κατὰ ψυχὴν ἀκριβῆ γινομένην τῶν μελλόντων πραγμάτων κατάληψιν, ὡς ἐπ' Ἰωσὴφ καὶ Δανιὴλ, ἢ ὀπτασίαν τινὰ θείων πραγμάτων διὰ τὴν ἐκ πολλῆς καθαρότητος ἄκραν ἀπάθειαν καὶ σαρκὸς ὀφθαλμοῖς ἁγίων ὑποπίπτουσαν. « Τὴν δὲ τοῦ ἡγεμονικοῦ τύπωσιν » οἶμαι κατ' ἔμφασιν αὐτὸν λέγειν τοὺς μονοτρόπους, ὡς ἐν εἰκόνι, κατὰ τὴν ἁπλῆν καὶ ἀδιάστατον τοῦ νοεροῦ προσβολὴν τοῖς ἁγίοις προσφαινομένους τῶν μελλόντων τύπους. Κἀγὼ μὲν ταῦτα στοχαστικῶς περὶ τούτων θαῤῥήσας εἶπον, τῆς κατ' αὐτὰ πείρας τὴν χάριν οὐκ εἰληφὼς, (193 *b*) διὰ τὴν τοῦ ἐπιτάξαντος κέλευσιν. Εἰ δέ τις τῶν εἰληφότων τὴν χάριν τούτοις ἐντύχοι, μή με τῆς προπετείας μέμψαιτο, ἀλλὰ μᾶλλον τῆς εὐπειθείας ἀποδείξαιτο, κἂν οὐδεμίαν ἐμφαντικὴν δύναμιν τοῦ σκοποῦ τῶν προτεθέντων ὁ παρὼν ἔχῃ λόγος.

Ex eodem sermone, in illud : « Quod si Paulo ea quæ tertium cœlum [f], atque ad illud usque progressio, vel ascensio, vel assumptio, exhibuit, evulgare licuisset. »

Qui in divinis sapienter sermonibus versati sunt

[a] Gen. XXXVII, 7 seq.; Dan. II, 19. [f] II Cor. XII, 2.

'Ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου, εἰς τὸ, « Παύλῳ δὲ εἰ μὲν ἐκφορὰ ἦν ἃ παρέσχεν ὁ τρίτος οὐρανὸς, καὶ ἡ μέχρις ἐκείνου πρόοδος, ἢ ἀνάβασις, ἢ ἀνάληψις (5). »

Φασὶν οἱ τοῖς θείοις σοφῶς ἐμμελετήσαντες λόγοις

(5) Idem *ibid.* c. 20, p. 510, tom. I Opp. edit. Bened

Digitized by Google

τῶν ὀνομάτων κατὰ περίληψιν τὰ μὲν οὐσίας εἶναι, τὰ δὲ σχέσεως, τὰ δὲ χάριτος ἢ ἀπωλείας. Οἷον οὐσίας μὲν, ὡς ὅταν λέγωσιν « ἄνθρωπος· » σχέσεως δὲ, ὡς ὅταν λέγωσιν « ἀγαθὸς, » ἢ « ἅγιος, » ἢ « σοφὸς ἄνθρωπος, » ἢ τὸ ἐναντίον « πονηρὸς ἄνθρωπος, » ἢ « ἄφρων, » ἢ « ἀκάθαρτος » (τὸ γὰρ πρός τί πως ἔχειν τῶν ἐκ διαμέτρου τοῖς ἐναντίοις διειλημμένων ἕκαστον ἡ σχέσις παριστῶσα δικαίως ἐξ ὧν ἔχει τὴν προαιρετικὴν ἕξιν ἐνδιάθετον προσαγορεύει) χάριτος δὲ, ὅταν Θεὸς ὁ ἄνθρωπος τοῖς λόγοις ὀνομάζηται, ὁ διὰ πάντων ὑπήκοος Θεῷ γενόμενος ἄνθρωπος, κατὰ τὸ, *Ἐγὼ εἶπα, Θεοί ἐστε*, οὔτε κατὰ φύσιν οὔτε κατὰ σχέσιν ἔχων τὸ εἶναι ἢ καλεῖσθαι Θεὸς, ἀλλὰ κατὰ θέσιν καὶ χάριν γενόμενός τε καὶ ὀνομαζόμενος· ἡ γὰρ χάρις τῆς θέσεως ἄσχετός ἐστι παντάπασιν, οὐκ ἔχουσα τὴν οἱανοῦν δεκτικὴν ἑαυτῆς ἐν τῇ φύσει δύναμιν, ἐπεὶ οὐκ ἔτι χάρις ἐστὶν, ἀλλὰ τῆς κατὰ τὴν φυσικὴν δύναμιν ἐνεργείας φανέρωσις. Καὶ οὕτω γε πάλιν οὐκ ἔσται παράδοξον τὸ γινόμενον, εἰ κατὰ δεκτικὴν φύσεως δύναμιν ἡ θέωσις ἦν. Φύσεως γὰρ ἂν εἰκότως ἔργον, ἀλλ' οὐ Θεοῦ δῶρον ἡ θέωσις ἔσται, καὶ δυνήσεται καὶ (194 *a*) φύσει Θεὸς ὁ τοιοῦτος εἶναι καὶ κυρίως προσαγορεύεσθαι. Οὐδὲν γὰρ ἄλλο καθέστηκεν ἡ κατὰ φύσιν τῶν ὄντων ἑκάστου δύναμις ἢ φύσεως πρὸς ἐνέργειαν ἀπαράβατος κίνησις. Πῶς δὲ καὶ ἐξίστησιν ἑαυτοῦ τὸν θεούμενον ἡ θέωσις, εἰ τοῖς ὅροις τῆς φύσεως αὐτὴ περιείληπτο, συνιδεῖν οὐκ ἔχω. Ὡσαύτως δὲ καὶ ἐκ τοῦ ἐναντίου ἀπώλειαν καὶ ᾅδην, καὶ υἱοὺς ἀπωλείας, καὶ τὰ τοιαῦτα προσαγορεύουσι τοὺς τὸ μὴ ὂν κατὰ διάθεσιν ἑαυτοῖς ὑποστήσαντας, καὶ τοῖς τρόποις αὐτῷ [58] διὰ πάντων γενομένους παρεμφερεῖς. Οἶμαι τοίνυν τὸν ἅγιον τοῦτον καὶ μέγαν διδάσκαλον ἐπὶ νοῦν τὰ προειρημένα λαβόντα τὴν ἐν τούτοις ἁρπαγὴν τοῦ ἁγίου Ἀποστόλου διασκευάσαι, προσφυῶς ἑκάστῳ τὴν ἁρμόζουσαν φωνὴν ἀπανείμαντα. Διὸ « πρόοδον » μὲν αὐτὸν ὑπονοῶ λέγειν τὴν ἔξω τῆς φυσικῆς ἀνάγκης τὸν ἅγιον Ἀπόστολον καταστήσασαν τῆς ἀρετῆς κατὰ τὴν ἕξιν ἀπάθειαν, καθ' ἣν οὐδεμίαν εἶλετο πρὸς τὴν φύσιν ἔχειν προαιρέσεως σχέσιν, ὡς καὶ αὐτῆς τῆς κατ' αἴσθησιν φυσικῆς ἐνεργείας ἔξω γενόμενον, μᾶλλον δὲ καὶ ταύτην πρὸς πνευματικὴν ἕξιν μεταβαλόντα· « ἀνάβασιν » δὲ τὴν τε τῶν αἰσθητῶν πάντων ἀπόλειψιν, οὐκ ἔτι ἐνεργούντων ἢ ἐνεργουμένων παρ' αὐτῷ κατὰ τὴν αἴσθησιν, καὶ τῆς περὶ αὐτὰ κατὰ φύσιν ἐν πνεύματι γνωστικῆς θεωρίας ὑπέρβασιν· « ἀνάληψις » δὲ τὴν ἐν τῷ Θεῷ γενομένην αὐτῷ μετὰ ταῦτα μονήν τε καὶ ἵδρυσιν, ἣν προσφόρως « ἀνάληψιν » ὁ διδάσκαλος εἶπεν, ὡς παθόντα μᾶλλον ἢ δράσαντα τὸν Ἀπόστολον τὴν ἀνάληψιν ἐνδεικνύμενος. Ἡ ἀνάληψις γὰρ πάθος ἐστὶ τοῦ ἀναλαμβανομένου, (194 *b*) ἐνέργεια δὲ τοῦ ἀναλαμβάνοντος. Ὧν τοιγαροῦν φυσικῶν τε καὶ σχετικῶν ὀνομάτων ὑπῆρχε Κύριος ὁ Ἀπόστολος, κατά τε φύσιν καὶ σχέσιν ὑπερέβη τὴν κλῆσιν, ὑπὲρ φύσιν καὶ ἀρετὴν καὶ γνῶσιν ἀνθρωπίνην γενόμενος.

vocabulorum, si comprehendere volumus, partem substantiæ esse, partem affectionis, partem gratiæ aut perniciei. Quale est, substantiæ quidem, ut cum dicunt « homo; » affectionis vero, ut cum dicunt « bonus, » vel « sanctus, » vel « sapiens homo, » aut contrarium huic « malus homo, » vel « insipiens, » vel « impurus » (ad aliquid enim aliquomodo se habere eorum quæ contrariis directe distant unumquodque affectio sive relatio repræsentans jure ex quibus voluntatis habitum habet intus conceptum appellat), gratiæ vero, cum homo Deus in sermonibus appellatur, homo per omnia Deo obediens factus, secundum illud : *Ego dixi : Dii estis* [56], nec natura nec affectione Deum esse aut appellari habens, sed positione et gratia factus et appellatus; positionis enim gratia affectione omnino caret, nec habet qualemcunque sui capacem in natura potestatem, cum non amplius gratia sit, sed virtutis naturali facultate agentis et efficientis manifestatio. Atque sic rursum quod fit haud mirum erit, si per capacem naturæ facultatem deificatio foret. Naturæ enim probabiliter opus, at non Dei donum deificatio esset, et talis etiam natura Deus fieri appellarique proprie posset. Nihil enim aliud est naturalis rerum quæ exsistunt cujusque facultas quam naturæ ad agendum perpetua motio. Quomodo autem deificatio eum qui deificatur a se ipso alienet, si ea naturæ finibus comprehensa erat, hoc intelligere non possum. Æque vero etiam ex contrario perniciem et infernum, et perniciei filios, et similia appellant eos qui quod non est secundum affectionem sibi repræsentant, moribusque ei per omnia facti sunt suppares. Arbitror igitur hunc sanctum et magnum magistrum cum in ea quæ supra dixi animum intendisset commemoratum illic sancti Apostoli raptum exornasse, apte suam cuique vocem et consentaneam distribuendo. Quare « progressionem » quidem eum dicere suspicor virtutis secundum habitum impassibilitatem quæ sanctum Apostolum extra naturalem necessitatem constituat, qua nullam voluntatis ad naturam relationem habere voluit, cum extra ipsam quoque naturalem secundum sensum actionem constitutus esset, imo potius hanc quoque in spiritualem habitum convertisset; « ascensionem » vero omnium sensibilium derelictionem, quæ non amplius agerent aut agerentur in eo secundum sensum, et naturalis in spiritu circa ea gnosticæ contemplationis transgressionem : « assumptionem » vero in Deo quæ posthac fieret mansionem et ædificationem, quam magister idoneo sane vocabulo « assumptionem » vocavit, quo passum magis esse quam egisse assumptionem Apostolum significaret. Assumptio enim passio est ejus qui assumitur, actio autem ejus qui assumit. Quorum igitur naturalium et relativorum nominum

[56] Joan. x, 34.

VARIÆ LECTIONES.

[58] αὐτὸ cod. Gud.

Digitized by Google

dominus erat Apostolus, secundum naturam et affectionem transgressus est appellationem, cum naturam et virtutem et cognitionem humanam superasset. Quo autem magis carebat infinite divino nomine, hujus per gratiam participavit vocationem, cum Deus ore omni cætero, quod adhærebat, nomine et naturali et relativo factus esset assumptione et vocaretur. Aut etiam rursus ita : « Progressio » quidem est plena secundum virtutem naturæ renuntiatio, « ascensio » vero est eorum in quibus natura est transgressio, locum inquam, et tempus, in quibus rerum quæ sunt substantia constat; « assumptio » vero ad eum est, ex quo cuncta et per quem et in quem, tanquam ad finem rerum omnium per gratiam restitutio. Et aliter dicam : « Progressio » per practicam, quæ dicitur, philosophiam est in virtutem deductio, ut qua magister Apostolus promovet discipulos; nam in omnibus magister antecedere debet discipulis ad agenda ea quæ decent : « ascensio » vero perita rationum rebus inhabitantium per naturalem contemplationem comprehensio : « assumptio » denique pia veræ et theologicæ sapientiæ initiatio, quæ qualis sit verbo exprimi non potest. Tertium autem cœlum suspicor esse fines circumscriptivos practicæ philosophiæ et naturalis contemplationis ac theologicæ initiationis summas rationes, sive harum terminos, quandoquidem modus aliquis comprehendendæ et virtutis et naturæ et quæ in utraque sita est theologiæ, convenienter et secundum naturam unicuique eorum quæ sunt a Deo adaptatus est, quibus in terminis et finibus beatus Apostolus eorum quæ dixi rationes, quantum sibi liceret superavit. Nam si eorum quæ naturaliter intus continet cœlum descriptio est, ac finis cunctorum quæcunque sensui obnoxia sunt, secundum sublimiorem nimirum et mysticam rationem omnis quoque virtutis vel cognitionis rationes circumscribens, quæ summopere reverenda, cessatio, ut finis eorum quæ videntur, et terminus eorum quæ circumscribuntur, figurate cœlum appellatur. Aut rursus « tertium » Scriptura « cœlum » fortasse appellat sanctorum angelorum tria, quæ supra nos ordine sursum ascendunt castra, ad quæ sanctus Paulus fortasse pertransiit, cognitionum suarum negationibus in illorum affirmationes initiatus, et præcipuis propriorum privationibus illorum habitus imitatus. Omnis enim rationalium natura secundum ordinem suum et facultatem in superioris ipsa essentiæ et ordinis gnosticos habitus et positiones et affirmationes privative ablativis suis negationibus initiatur atque eas imitatur, estque secundum cognitionem affirmatio eorum quæ superjacent eorum quæ subjecta sunt negatio, atque rursus earum quæ subjectæ sunt secundum cognitionem negatio earum quæ supereminent est affirmatio, usque ad cunctorum unice summam naturam et ordinem negative progrediens, quos post omnes ordines et potestates immediata circa

Α Οὗ δὲ μᾶλλον ἀπείρως ἀπέδει θείου ὀνόματος, τούτου κατὰ χάριν μετέσχε τῆς κλήσεως. Θεὸς ἀντὶ παντὸς ἄλλου προσόντος ὀνόματος φυσικοῦ τε καὶ σχετικοῦ τῇ ἀναλήψει καὶ γενόμενος καὶ καλούμενος. Ἢ καὶ πάλιν οὕτω· « Πρόοδος » μὲν ἐστιν ἡ παντελὴς κατ' ἀρετὴν τῆς φύσεως ἄρνησις, « ἀνάβασις » δὲ ἡ τῶν ἐν οἷς ἐστιν ἡ φύσις ὑπέρβασις, λέγω δὲ τόπον καὶ χρόνον, ἐν οἷς ἡ τῶν ὄντων ἐστὶν ὑπόστασις, « ἀνάληψις » δὲ ἡ πρὸς τὸν ἐξ οὗ τὰ πάντα καὶ δι' οὗ καὶ εἰς ὃν, ὡς πρὸς πέρας τῶν ὅλων κατὰ χάριν ἀποκατάστασις. Καὶ ἄλλως δὲ φάναι, « πρόοδός » ἐστιν ἡ διὰ τῆς πρακτικῆς φιλοσοφίας ὡς διδασκάλου τοῦ Ἀποστόλου τῶν αὐτοῦ μαθητῶν εἰς ἀρετὴν προκαθήγησις· δεῖ γὰρ ἐν παντὶ προπορεύεσθαι τῶν μαθητῶν τὸν διδάσκαλον, πρὸς τὴν τῶν καθηκόντων Β ἐνέργειαν· « ἀνάβασις » δὲ ἡ διὰ τῆς φυσικῆς θεωρίας ἐπιστημονικὴ τῶν ἐν τοῖς οὖσι λόγων περίληψις, « ἀνάληψις » δὲ ἡ εὐσεβὴς τῆς ἀληθοῦς καὶ θεολογικῆς σοφίας ἄῤῥητος μύησις. Τρίτον δὲ οὐρανὸν κατὰ στοχασμὸν εἶναι νομίζω τοὺς περιγράφοντας ὅρους τῆς τε πρακτικῆς φιλοσοφίας καὶ τῆς φυσικῆς θεωρίας, καὶ τῆς θεολογικῆς μυσταγωγίας τοὺς ὑψηλοτάτους λόγους, ἤτοι τὰ τούτων πέρατα, ἐπειδὴ μέτρον ἐστί τι καταλήψεως ἀρετῆς καὶ φύσεως καὶ τῆς ἐπ' ἀμφοῖν θεολογίας, ἀναλόγως κατὰ φύσιν ἑκάστῳ (**195** *a*) τῶν ὄντων παρὰ Θεοῦ προσηρμοσμένον, ἐν οἷς ὅροις καὶ πέρασιν ὁ μακάριος Ἀπόστολος τοὺς τῶν εἰρημένων κατὰ τὸ ἐφικτὸν παρελθὼν λόγους ἐγένετο. Εἰ γὰρ περιγραφὴ τῶν ἐντὸς διειλημ- C μένων κατὰ φύσιν ἐστὶν ὁ οὐρανὸς, καὶ ὅρος πάντων τῶν ὑπὸ αἴσθησιν, δηλονότι κατὰ τὸν τῆς ἀναγωγῆς λόγον καὶ πᾶσα περιγράφουσα τοὺς περὶ τινος ἀρετῆς ἢ γνώσεως λόγους λῆξις, ὡς ὅρος τῶν ὁριζομένων, καὶ πέρας τῶν περιεγραμμένων, τροπικῶς οὐρανὸς ὀνομάζεται. Ἢ πάλιν « τρίτον οὐρανὸν » εἶναι τυχόν φησιν ἡ Γραφὴ τὰς ὑπὲρ ἡμᾶς πρὸς τὸ ἄνω καθ' εἱρμὸν τρεῖς τῶν ἁγίων ἀγγέλων τάξεις, ὅσπερ ἔφθασεν ἴσως ὁ ἅγιος Παῦλος, ταῖς τῶν κατ' αὐτὸν γνώσεων ἀποφάσεσι τῶν κατ' ἐκείνους τὰς καταφάσεις μυούμενος, καὶ ταῖς καθ' ὑπεροχὴν τῶν οἰκείων στερήσεσι τὰς ἐκείνων ἕξεις μιμούμενος. Πᾶσα γὰρ φύσις τῶν λογικῶν κατὰ τὴν ἑαυτῆς τάξιν καὶ δύναμιν τῆς ὑπὲρ αὐτὴν οὐσίας καὶ τάξεως τὰς γνωστικὰς ἕξεις τε καὶ θέσεις καταφάσεις στερητικῶς D ταῖς κατ' αὐτὴν ἀφαιρετικαῖς ἀποφάσεσι μυεῖταί τε καὶ μιμεῖται, καὶ ἔστιν ἡ κατὰ τὴν γνῶσιν τῶν ὑπερκειμένων κατάφασις τῶν ὑποβεβληκότων ἀπόφασις, καὶ ἔμπαλιν τῶν ὑποβεβληκυιῶν ἡ κατὰ τὴν γνῶσιν ἀπόφασις τῶν ὑπερεχουσῶν κατάφασις, μέχρι τῆς πασῶν καθ' ὑπεροχὴν ἀνωτάτης φύσεώς τε καὶ τάξεως ἀποφατικῶς προοδεύουσα, ἣν μετὰ πάσας τάξεις τε καὶ δυνάμεις ἡ ἄμεσος περὶ Θεὸν διαδέχεται κατὰ τὴν γνῶσιν ἀπόφασις, ὑπ' οὐδενὸς παντελῶς καταφασκομένη τῶν ὄντων, μὴ ὄντος λοιπὸν ὅρου τινὸς ἢ πέρατος τοῦ ταύτην περιλαμβάνοντος τὴν ἀπόφασιν (**195** *b*). Ὥσπερ γὰρ τῶν αἰσθητῶν κατὰ φύσιν ἀπόφασίς ἐστι τὰ νοητὰ, οὕτω καὶ ἐν τοῖς συμπληρούσαις τὸν ἄνω κόσμον οὐσίαις τε καὶ δυνάμεσιν αἱ τῶν πρώτων κατὰ τὴν περὶ Θεὸν γνῶσιν

Digitized by Google

ὑπεροχαὶ διὰ τὴν ὕφεσιν ταῖς μετ' αὐτὰς ἀποφάσκονται. Ὡς γὰρ ἅπερ ἡμεῖς νοεῖν οὐ δυνάμεθα, τοῖς ὑπὲρ ἡμᾶς ἁγίοις ἀγγέλοις εἰσὶ νοητὰ, οὕτω καὶ τοῖς ὑπὲρ ἡμᾶς ἁγίοις ἀγγέλοις τὰ μὴ νοούμενα τοῖς ὑπὲρ αὐτοὺς ἁγίοις ἀγγέλοις εἰσὶ νοητὰ, καὶ οὕτω καθ' ἑξῆς ἀπὸ δυνάμεως εἰς δύναμιν ἀναβαίνων ὁ λόγος καὶ ὑφούμενος, καὶ πάσας τάξεις τε καὶ δυνάμεις διαβαίνων, εἰς τὸ ἄῤῥητόν τε καὶ ἀνόητον λήγει καὶ παντελῶς ἄγνωστον. Εἰ τοίνυν κατὰ τὸν Ἀρεοπαγίτην Διονύσιον αἱ μὲν ἀποφάσεις ἐπὶ τῶν θείων ἀληθεῖς (6), αἱ δὲ καταφάσεις ἀνάρμοστοι τῇ κρυφιότητι τῶν ἀπορῥήτων, εἰκότως ὁ θεσπέσιος Ἀπόστολος πασῶν τῶν κατ' αὐτὸν γνώσεων ἀποφήσας τὴν νόησιν, καὶ πάσης ὑπεράνω γενόμενος τῶν ὄντων σχέσεως, οὔτε ἐν σώματι, καθὼς εἶπεν, εἰκότως ἦν, ἐνεργοῦσαν οὐκ ἔχων τὴν αἴσθησιν, οὔτε ἐκτὸς αὖθις τοῦ σώματος, ἀργοῦσαν ἔχων τὴν νόησιν κατὰ τὸν καιρὸν τῆς αὐτῷ γενομένης ἁρπαγῆς, καθ' ἣν ἀφράστως τε καὶ ἀγνώστως τινὰ δεξάμενος κατὰ μύησιν ὑπερκόσμιον ῥήματα σιγῇ ταῦτα τιμήσας ἐφύλαξε παντελῶς ἀνέκφορα, ὡς μήτε νοῦ νοῆσαι, μήτε γλώσσης λαλῆσαι, μήτε ἀκοῆς αὐτὰ δέξασθαι δυναμένων. Ποιεῖ δὲ, καθὼς οἱ πεπειραμένοι φασὶ, τὴν μὲν ἐν τῇ λεχθείσῃ « προόδῳ » τῆς ἀρετῆς τελείαν πρᾶξιν πίστις ὀρθὴ καὶ φόβος εἰς Θεὸν ἀνόθευτος, τὴν δὲ κατὰ τὴν ἀνάβασιν ἄπταιστον φυσικὴν θεωρίαν ἐλπὶς (**196** *a*) βεβαία καὶ ἀλώβητος σύνεσις, τὴν δὲ κατὰ τὴν « ἀνάληψιν » θέωσιν ἀγάπη τελεία, καὶ νοῦς τοῖς οὖσι καθ' ὑπεροχὴν πάμπαν ἐκουσίως πεπηρωμένος. Καὶ τῆς μὲν πρακτικῆς φιλοσοφίας πάλιν ἔργον εἶναί φασι πάσης τὸν νοῦν ἐμπαθῆ φαντασίας καθαρὸν καταστῆσαι, τῆς δὲ φυσικῆς θεωρίας πάσης τῆς ἐν τοῖς οὖσι καθ' ἣν αἰτίαν ὑπάρχουσιν ἀληθοῦς γνώσεως αὐτὸν ἐπιστήμονα δεῖται, τῆς δὲ θεολογικῆς μυσταγωγίας ὅμοιον Θεῷ καὶ ἴσον, ὡς ἐφικτὸν, τῇ χάριτι κατὰ τὴν ἕξιν ποιῆσαι, μηδενὸς τὸ σύνολον ἔτι τῶν μετὰ Θεὸν διὰ τὴν ὑπεροχὴν ὄντα νοήμονα.

A Deum excipit secundum cognitionem negatio, quæ a nullo omnino eorum quæ sunt affirmatur, neque ullus de cætero omnino finis exstat aut terminus qui hanc negationem comprehendat. Quemadmodum enim sensibilium secundum naturam negatio sunt intelligibilia, ita etiam in eis qui superiorem mundum complent essentiis ac potestatibus primariorum secundum Dei cognitionem quæ excelluni propter submissionem eis quæ post se sunt negantur. Ut enim quæ nos intelligere non possumus, sanctis, qui nos superant, angelis intellecta sunt, ita quæ angelis nos superantibus, non sunt intellecta eis sunt angelis sanctis intellecta quæ hos superant, atque ita deinceps a potestate in potestatem ascendens ratio, et exaltata, et omnes ordines atque potestates transgressa, in ineffabile desinit ac plane incognitum. Itaque si secundum Dionysium Arcopagitam negationes in rebus divinis veritatem habent, contra affirmationes rerum ineffabilium obscuritati non conveniunt, divinus Apostolus omnium suarum cognitionum intellectu negato, omnique rerum quæ sunt affectione superata, neque in corpore, ut dixit, fuisse probabiliter videatur, cum activum non haberet sensum, neque rursus extra corpus, cum intellectum habere cessantem eo quo raptus est tempore, quo in raptu inenarrabili quodam et incognito modo secundum cœlestem initiationem quædam verba accepit, quæ tacite coleret et nunquam divulganda custodiret, utpote, quæ neque mens intelligere, neque lingua effari, neque aures percipere possent [h]. Efficit autem, ut ii qui experti sunt tradunt, virtutis in « progressione, » quam dixi, perfectam actionem fides recta et metus in Deum incorruptus, naturalem vero in « ascensione » inoffensam contemplationem spes firma et immaculata conscientia, deificationem denique in « assumptione » perfecta charitas ac mens rebus quæ sunt penitus et plane ultro abdicata. Atque activæ quidem philosophiæ rursus esse dicunt mentem passioni obnoxiam omni imaginatione ac sæculari pompa liberare, naturalis autem contemplationis omni eam rerum qua causa exsistant vera cognitione imbuere, theologicæ denique initiationis et instructionis eam Deo æqualem et parem, quatenus licet, gratia secundum habitum reddere, ut jam quæcunque post Deum sunt propter eminentiam plane ignoret.

Ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου, εἰς τὸ, « Οὐδ' ἂν αὐτὸν δυνηθῆναι χωρῆσαι τὸν κάτω κόσμον, Ἰωάννης ὁ τοῦ Λόγου πρόδρομος, ἡ μεγάλη τῆς ἀληθείας φωνὴ, διωρίζετο ».

Ex eodem sermone, in illud : « Nec ab mundo inferiori posse capi Joannes Verbi præcursor et magna veritatis vox pronuntiavit. »

Εὔκαιρον ἦν κἀμὲ πρὸς τὸν ἅγιον τοῦτον καὶ μέγαν τῆς ἀληθείας διδάσκαλον, τὸ μέγεθος ὁρῶντα τῆς αὐτῷ παρὰ Θεοῦ δοθείσης σοφίας, εἰπεῖν ὅπερ Δαβὶδ, ὁ τῶν προφητῶν καὶ βασιλέων ἐπισημότατος, πρὸς τὸν Θεὸν, τὸ ἄπειρον τῆς ἐν πᾶσιν αὐτοῦ μεγαλειότητος καταπλαγείς, ἐνθεαστικῶς ἀπεφθέγξατο, λέγων· *Ἐθαυμαστώθη ἡ γνῶσίς σου ἐξ ἐμοῦ,*

Opportunum erat ut et ego sanctum hunc atque magnum veritatis magistrum, cum magnitudinem sapientiæ viderem a Deo ei datæ, ita alloquerer ut David prophetarum regumque insignissimus, Deum, infinitam ejus in omnibus rebus majestatem admiratus, divino numine plenus dicens : *Mirabilior facta est tui cognitio, et invaluit, quam ut*

[h] I Cor. II, 9.

(6) Dionys. Areopag. *De mystica theol.* cap. I, p. 644, tom. I. Opp. ed. Ven.

(7) Greg. Naz. *or. theol.* II, cap. 20, p. 511, tom. I. Opp. edit. Bened.

Digitized by Google

ei sufficiam [1], ut justum erat, maxime cum admirando solum incircumscriptam circumscribere conaretur potestatem, nec usquam alias circa res, quas assequi non possumus, vagum et mobilem animæ gradum sistere haberet, et ut ego quoque, ut dixi, satis haberem ex admiratione sapientis magistri intelligentiæ sanctificationem abstulisse, nec multum quærerem quomodo et qua ratione, quæ nomina divina vox sanctis mystice indidit contra historiam, inter sese converterit, filium tonitru Joannem præcursorem ibi appellans [1]. Cum vero præclarum habeat præmium obedientia, qua maxime præsulibus morigerari jubemur, cumque Scripturis sacris otium impendere et nosse eas et pervestigare, divinæque legi die ac nocte incumbere, bonis ac frugi maxime **convenire** viderem; simul tergiversationis et inobedientiæ periculum reformidans, meam de his **conjecturam pro** viribus enarrabo, vestris, qui hoc me negotii injunxistis, precationibus fretus. Arbitror igitur, quod iste divinus contra historiam dixit doctor, Christi præcursorem pro tonitru filio ponens, id non aliter posse nisi per contemplationem complanari, quæ sola est eorum quæ de historia sibi contradicere videntur complanatio, quia veritatem in omnibus simplicem secundum naturam incorporaliter demonstrat, non vocibus aut corporibus concretam. Quemadmodum igitur magnus Joannes Baptista præcursor vocatus est, respectu ejus qui revera expectabatur, et Vox respectu Sermonis, cujus denuntiator antecessit, et lucerna respectu solis, ut artificialis et positiva et temporalis lux respectu naturalis et essentialis et non artificiosæ et æternæ atque inexstinguibilis lucis, arbitror vero etiam ut resipiscentia, naturalem quæ se antecesserit justitiam post se secundum œconomiam factum iri prædicans, ita hic quoque divinum istum doctorem eo quod contra historiam magnum apostolum Joannem præcursorem dixerit figurate velle significare, etiam evangelistam magnum Joannem in Evangelio suo præcursorem esse Sermonis magis mystici et majoris, quem prædicaverit, quique nec verbis exprimi nec linguæ carnalis voce edici possit. Sanctorum enim Evangeliorum scriptura institutio est ad cognitionem, eis semper obtingentem qui per illa exaltentur et corporalis prudentiæ crassitie spiritualiter se purgent, vel quæ in futuro obtinget, post rerum quæ motantur consummationem. Nam sicut lex institutio erat, per temporalem quæ in ea apparebat cognitionem, eorum qui per ipsam in Christum, Sermonem in carne factum, erudiebantur et ad primum ejus adventum Evangelio cogebantur, ita sanctum quoque Evangelium institutio est eorum qui per ipsum in Christum, Sermonem spiritualem, erudiuntur, et ad secundum ejus adventum futuro in mundo coguntur; si quidem caro et spiritus

ἐκπεταιώθη, οὐ μὴ δύνωμαι πρὸς αὐτὴν, ὡς ἦν δίκαιον, μάλιστα θαύματι μόνῳ περιγράψας τὴν ἀπερίγραφον δύναμιν, οὐκ ἔχων ἄλλοθί ποι περὶ τῶν ἀνεφίκτων τῆς ψυχῆς ἐρεῖσαι τὴν πολυκίνητον βάσιν· κἀμὲ, ὡς εἶπον, ἀρκεῖσθαι τὸν ἐκ τοῦ θαυμάζειν σοφοῦ διδασκάλου σύνεσιν ἁγιασμὸν κομίσασθαι, καὶ μὴ πολυπραγμονεῖν, πῶς καὶ τίνι λόγῳ παρ' ἱστορίαν, ἅπερ θεία φωνὴ τοῖς ἁγίοις μυστικῶς ὀνόματα τέθεικεν, ἀλλήλοις ὁ διδάσκαλος περιτρέπει, τὸν υἱὸν τῆς βροντῆς (**196** *b*) Ἰωάννην πρόδρομον ἐνταῦθα προσαγορεύων. Ἐπειδὴ δὲ καὶ τῆς εὐπειθείας πολύς ἐστι ὁ μισθὸς, ἐντολῆς μάλιστα τοῖς ἡγουμένοις πείθεσθαι κελευούσης, καὶ σχολάσαι καὶ γνῶναι καὶ ἐρευνᾷν τὰς Γραφὰς, καὶ μελετᾷν τὸν θεῖον νόμον ἡμέρας καὶ νυκτὸς, ἐν τοῖς εὖ ἔχουσι μάλιστα κείμενον ἔγνων, τοῦ τε ὄκνου καὶ τῆς ἀπειθείας τὸν κίνδυνον ὑφορώμενος, στοχαστικῶς περὶ τούτων κατὰ δύναμιν ἐρῶ, ταῖς ὑμῶν θαῤῥῶν τῶν ἐπιταξάντων εὐχαῖς. Οἶμαι τοίνυν τὸ παρ' ἱστορίαν εἰρημένον τῷ θεοφόρῳ τούτῳ διδασκάλῳ, παρατιθεμένῳ τὸν τοῦ Χριστοῦ πρόδρομον ἀντὶ τοῦ τῆς βροντῆς υἱοῦ, μὴ δύνασθαι ἄλλως ἢ κατὰ θεωρίαν ὁμαλίζεσθαι. Μόνη γὰρ αὕτη τῶν κατὰ τὴν ἱστορίαν ἀλλήλοις ἀντικεῖσθαι δοκούντων ἐστὶν ὁμαλισμὸς, ὡς τὴν ἐν ὅλοις ἀλήθειαν ἁπλῆν οὖσαν κατὰ τὴν φύσιν ἀσωμάτως ἐμφαίνουσα, μὴ συμπαχυνομένην ταῖς φωναῖς ἢ τοῖς σώμασιν. Ὥσπερ οὖν ὁ μέγας Βαπτιστὴς Ἰωάννης ἐῤῥέθη πρόδρομος, ὡς πρὸς τὸν ἀληθῶς προσδοκώμενον, καὶ φωνὴ πρὸς λόγον, ὡς τούτου μηνυτικῶς προηγουμένη, καὶ λύχνος πρὸς ἥλιον, ὡς τεχνικόν τε καὶ θετικὸν καὶ πρόσκαιρον φῶς πρὸς φυσικόν τε καὶ οὐσιῶδες καὶ ἀτέχναστον καὶ αἰώνιον φῶς καὶ ἄσβεστον, οἶμαι δὲ ὅτι καὶ ὡς μετάνοια, τὴν πρὸ αὐτῆς κατὰ φύσιν ὑπάρχουσαν δικαιοσύνην μετ' αὐτὴν κατ' οἰκονομίαν γενομένην κηρύττουσα, — οὕτως οἶμαι κἀνταῦθα τὸν θεόφρονα τοῦτον διδάσκαλον διὰ τοῦ παρ' ἱστορίαν εἰπεῖν πρόδρομον τὸν μέγαν ἀπόστολον Ἰωάννην παρανίξασθαι, θέλειν, ὅτιπερ καὶ Ἰωάννης ὁ μέγας εὐαγγελιστὴς ἐν τῷ κατ' αὐτὸν Εὐαγγελίῳ πρόδρομός ἐστι τοῦ δι' αὐτοῦ μηνυομένου (**197** *a*) μυστικωτέρου καὶ μείζονος Λόγου, καὶ γράμμασι τυπωθῆναι καὶ φωνῇ γλώσσης σαρκίνης ῥηθῆναι μὴ δυναμένου. Στοιχείωσις γὰρ ὡς πρὸς τὴν ἐπιγινομένην ἑκάστοτε τοῖς δι' αὐτῶν ὑφουμένοις, καὶ τὸ πάχος τοῦ σωματικοῦ φρονήματος πνευματικῶς ἑαυτῶν ἀποξέουσιν, ἢ καὶ ἐπιγενησομένην ἐς ὕστερον γνῶσιν, μετὰ τὴν τῶν κινουμένων συντέλειαν, ἡ τῶν ἁγίων Εὐαγγελίων ἐστὶ συγγραφή. Ὥσπερ γὰρ ὁ νόμος στοιχείωσις ἦν, κατὰ τὴν τέως ἐμφαινομένην αὐτῷ γνῶσιν, τῶν δι' αὐτοῦ εἰς Χριστὸν τὸν ἐν σαρκὶ Λόγον παιδαγωγουμένων, καὶ τῷ Εὐαγγελίῳ κατὰ τὴν αὐτοῦ πρώτην παρουσίαν συναγομένων· οὕτω καὶ τὸ ἅγιον Εὐαγγέλιον στοιχείωσίς ἐστι τῶν δι' αὐτοῦ εἰς Χριστὸν τὸν ἐν πνεύματι Λόγον παιδαγωγουμένων, καὶ τῷ μέλλοντι κόσμῳ κατὰ τὴν δευτέραν αὐτοῦ παρουσίαν συναγομένων· ἐπειδὴ γὰρ σὰρξ καὶ πνεῦμα

[1] Psal. cxxxviii, 6. [1] Marc. iii, 17.

Digitized by Google

ἐστιν ὁ αὐτὸς κατὰ τὴν ἑκάστῳ τῆς γνώσεως ἀναλογίαν τοῦτο ἢ ἐκεῖνο γινόμενος, πᾶς γὰρ λόγος φωναῖς ὑποπίπτων καὶ γράμμασι.

Θαῤῥῶ δὲ εἰπεῖν ὅτι καὶ πᾶν νόημα, νῷ τυπωθῆναι δυνάμενον, στοιχειώσεως οὐδὲν διενήνοχε τὰ ὑπὲρ αὐτὴν μηνυούσης. Διὸ καὶ τέσσαρα τὸν ἀριθμὸν ὑπάρχει τὰ Εὐαγγέλια, ὡς τοῖς ὑπὸ αἴσθησιν ἔτι καὶ φθορὰν οὖσι τέως χωρητά. Τοσαῦτα γὰρ καὶ τὰ στοιχεῖα τυγχάνει τοῦ κόσμου τούτου, καὶ τέσσαρες πάλιν ἀρεταί, ἐξ ὧν ὁ κατὰ διάνοιαν πνευματικὸς συνέστηκε κόσμος, ἵνα τὸν τέως ἐν ἡμῖν νοητὸν κόσμον, καὶ τὸν ἐν ᾧ ἐσμεν, περιγράφῃ τῆς ἀληθείας ὁ λόγος, καὶ ἀλλήλοις αὐτοὺς ἀσυγχύτως καθ' ἕνωσιν συμβάλλῃ, καὶ ἀλλήλων πάλιν ἀδιαιρέτως διακρίνῃ, ταῖς τῶν συνιστώντων αὐτοὺς στοιχείων ὁμοιότησιν. Ὅπερ γάρ ἐστιν, (197 *b*) ὥς φασιν, ὁ αἰθὴρ, ἤγουν τὸ πύρινον στοιχεῖον ἐν τῷ κατ' αἴσθησιν κόσμῳ, τοοτῦ ἐν τῷ κόσμῳ τῆς διανοίας ἐστὶν ἡ φρόνησις, ὡς ἕξις φωτιστικὴ καὶ τῶν ἐφ' ἑκάστου τῶν ὄντων ἰδίως πνευματικῶν λόγων ἀποδεικτική, τὴν ἐν ὅλοις ἁπλανῶς δι' αὐτῶν αἰτίαν ἐκφαίνουσα, καὶ τῆς κατὰ ψυχὴν περὶ τὸ Θεῖον ἐφέσεως ἑλκτική· καὶ ὅπερ ἐν τῷ αἰσθητῷ κόσμῳ ὁ ἀὴρ, τοῦτο ἐν τῷ κατὰ διάνοιαν κόσμῳ ἐστὶ ἡ ἀνδρεία, ὡς ἕξις κινητικὴ, καὶ τῆς ἐμφύτου κατὰ πνεῦμα ζωῆς συνεκτική τε ἅμα καὶ δραστική, καὶ τῆς κατὰ ψυχὴν περὶ τὸ Θεῖον ἀεικινησίας τομωτική· καὶ ὅπερ ἐν τῷ αἰσθητῷ κόσμῳ ἐστὶ τὸ ὕδωρ, τοῦτο ἐν τῷ τῆς διανοίας κόσμῳ ἐστὶν ἡ σωφροσύνη, ἕξις ὑπάρχουσα τῆς ἐν Πνεύματι ζωτικῆς γονιμότητος ποιητική, καὶ τῆς ἀειθλύστου κατὰ τὴν ἔφεσιν περὶ τὸ Θεῖον ἐρωτικῆς θέλξεως γεννητική· καὶ ὅπερ ἐν τῷ αἰσθητῷ κόσμῳ ἐστὶν ἡ δικαιοσύνη, ἕξις ὑπάρχουσα κατ' εἶδος γεννητικὴ πάντων τῶν ἐν τοῖς οὖσι λόγων, καὶ τῆς ἐν Πνεύματι κατὰ τὸ ἴσον ἑκάστῳ ζωτικῆς διαδόσεως ἀπονεμητική, καὶ τῆς οἰκείας ἐν τῷ καλῷ κατὰ τὴν θέσιν βάσεως ἀμετάθετος ἵδρυσις. Γῆς οὖν καὶ δικαιοσύνης μυστικῶς λόγον ἐπέχει, τὸ κατὰ Ματθαῖον Εὐαγγέλιον, ὡς φυσικώτερον τὸν λόγον ποιούμενον, ὕδατος δὲ καὶ σωφροσύνης τὸ κατὰ Μάρκον, ὡς ἐκ τοῦ βαπτίσματος Ἰωάννου καὶ τῆς κηρυττομένης ὑπ' αὐτοῦ μετανοίας, καθ' ἣν ἡ σωφροσύνη συνέστηκεν, ἀρχόμενον, ἀέρος δὲ καὶ ἀνδρείας τὸ κατὰ Λουκᾶν, ὡς περιοδικώτερον καὶ πλείοσιν ἱστορίαις πυκνούμενον, αἰθέρος δὲ καὶ φρονήσεως τὸ κατὰ Ἰωάννην, ὡς πάντων (198 *a*) ἀνώτατον, καὶ ἁπλῆν μυστικῶς τὴν περὶ Θεοῦ πίστιν εἰσάγον, καὶ ἔννοιαν. Φασὶ δὲ καὶ ἄλλως σύμβολον εἶναι τὴν τῶν ἁγίων Εὐαγγελίων τετράδα, πίστεως, καὶ πρακτικῆς, καὶ φυσικῆς, καὶ θεολογικῆς φιλοσοφίας· καὶ τῆς μὲν πίστεως σύμβολον εἶναι τὸ κατὰ Ματθαῖον, ὡς ἀπίστους μετὰ δώρων προσκυνοῦντας εἰσάγον τοὺς Μάγους, τῆς δὲ πρακτικῆς τὸ κατὰ Μάρκον, ὡς ἐκ τῆς μετανοίας, καθ' ἣν πᾶσα πρᾶξίς ἐστιν ἐνάρετος, τῆς διδασκαλίας ἀρχόμενον, τῆς δὲ φυσικῆς τὸ κατὰ Λουκᾶν, ὡς περιοδικωτέραν τοῦ λόγου τὴν ἐξήγησιν ἔχον, καὶ τὴν τῆς διδασκαλίας ἱστο-

A idem est ac secundum cognitionis unicuique convenientiam et hic fit vel illa, quia omnis sermo vocibus et litteris subjacet.

Audeo vero dicere quodcunque etiam cogitatum, quod menti imprimi queat, ab institutione, ea quæ se superiora sint instruente, non differre. Quare etiam quatuor numero sunt Evangelia, ut eis qui sensui adhuc et interitui subjecti sunt interim perceptibilia. Pari enim numero sunt elementa quoque hujus mundi, et quatuor rursus virtutes, ex quibus spiritualis secundum intellectum constat mundus, eo ut mundum temporaliter in nobis intellectualem, et eum in quo versemur, veritatis sermo circumscribat, ac sibi invicem unitos, sed non commistos, conferat, et haud disjungendo rursus B inter se disparet, elementorum ipsos constituentium similitudinibus. Quod enim, ut tradunt, æther est, sive igneum in sensibili mundo elementum, id in intellectus hoc mundo prudentia est; utpote habitus illuminans et rationum proprie spiritualium, quæ singulis quibusque eorum quæ sunt inhæreant index, qui causam rerum universarum certo per ipsas demonstrat, ac mentis circa divinum desiderium attrahit et ducit : et quod in sensibili mundo aer, id in intellectuali mundo fortitudo est, utpote habitus movens, ac vitam spiritualiter ingenitam conservans, et incitans, et animæ circa Deum immobilitatem discindens : et quod in sensibili mundo aqua, id in intellectuali mundo est C temperantia, qui habitus est vitalis in Spiritu fecunditatis factitator, atque amatorii de desiderio circa Deum perennis gaudii procreator : et quod in sensibili mundo terra, id in intellectuali mundo justitia est, qui habitus est omnium in rerum natura quæ sunt rationum per formam ac speciem procreator, ac vitalis secundum æquum singulis quibusque in Spiritu distribuendorum assignator [b], nostrique per consilium ac voluntatem in honesto gradus immutabilis stabilitor. Itaque terræ ac justitiæ rationem mystice tenet Matthæi Evangelium, ut quod naturalius instituat sermonem ; aquæ vero et temperantiæ Evangelium Marci, ut quod ex baptismo Joannis et pœnitentia ab eo prædicata, qua temperantia constat, inchoet; aeris vero et fortitudinis Evangelium Lucæ, ut quod amplius sit D pluribusque narrationibus confertum ; ætheris denique et prudentiæ Evangelium Joannis, ut quod cæteris superius sit, simplicemque mystice Dei fidem introducat atque intelligentiam. Tradunt vero aliter quoque sanctorum Evangeliorum quadrigam symbolum esse, fidei, et practicæ, sive activæ, et naturalis, et theologicæ philosophiæ; atque fidei symbolum esse Evangelium Matthæi, ut quæ infideles cum donis adorantes inducat magos; practicæ vero sive activæ, philosophiæ, Evangelium Marci, ut quod ex pœnitentia, quam omnis actio virtutis sequitur, disciplinam instituat; naturalis

[b] I Cor. xii, 11.

Digitized by Google

vero Evangelium Lucæ, ut quod ampliorem sermonis enarrationem contineat, et institutionis historiam modis congruam et consentaneam; theologiæ denique symbolum esse Joannis Evangelium, ex quo et in quod Deo convenienter inchoaverit et finiverit.

A ρίαν τοῖς τρόποις κατάλληλον, τῆς δὲ θεολογίας τὸ κατὰ Ἰωάννην, ἐξ ἧς καὶ εἰς ἣν θεοπρεπῶς ἤρξατό τε καὶ ἔληξε.

Atque rursus ut sensibilis mundus quinque sensuum naturaliter est institutor, dum subjacet eis atque ad se comprehendendum eos deducit, ita etiam intellectualis mundus virtutum est, dum animæ facultatibus obnoxia ad spiritum eas instituit, et uniformes reddit circaque eum duntaxat commoveri ejusque perceptionibus inniti jubet. Et ipsis vero corporis sensibus secundum diviniorem rationem eis convenientem, institui aiunt animæ facultates, ut quibus ad agendum paulatim instruantur, rationibus nimirum quæ in rebus exsistentibus insint apprehendendis ac percipiendis, per quas veluti per litteras quasdam eis qui oculorum in veritatem aciem intendunt Deus Sermo legitur. Unde et exemplares animæ facultatum imagines sensus vocaverunt, cum unusquisque sensus cum instrumento suo, unicuique animæ facultati convenienter ratione magis mystica de principio a natura attributus sit. Ac facultatis intelligendi, sive mentis, visum, rationalis vero, sive sermonis auditum, animi olfactum, concupiscentiæ gustum, vitalis tactum esse sensum dicunt, atque simpliciter ut clarius me exprimam, mentis quidem imago est visus, hoc est oculus, sermonis est auditus, hoc est auris, animi est olfactus, hoc est nasus, concupiscentiæ est gustus, atque vitæ est tactus; quibus anima secundum Dei, qui cuncta sapienter instituit, legem naturaliter innitens per suas facultates, et ad sensibilia varie transducta, si bene per facultates suas usa fuerit in multiplicibus rerum rationibus colligendis, et ad se ipsam sapienter transferre potuerit universa quæ oculis objacent in quibus Deus tacitus præco delitescit, pulcherrimum etiam ipsa de voluntate in intellectu et spiritualem mundum condit, generalibus quatuor virtutibus elementorum in modum inter se junctis ad mundi intelligibiliter inde in spiritu consummandi compaginationem, nimirum dum pro nexu et applicatione facultatum ipsius in sensus actionis singulas virtutes sistit: ut prudentiam ex gnostica et perita intellectualis et rationalis cum sermone facultatum ad videndi audiendique sensum applicatarum circa sensibilia sua actione; fortitudinem vero ex summa animi ad olfactum, hoc est nasum, in quo animi spiritum sedem habere dicunt, applicati circa suum sensibile secundum actionem æquabilitate; temperantiam ex concupiscentivæ facultatis ad gustum applicatæ circa suum sensibile moderato usu; justitiam ex æqua et ordinata et in cunctis æquabili per tactum et circa universa fere sensibilia vitalis facultatis secundum actionem distributione. Ex his generalibus rursus

Καὶ πάλιν ὥσπερ ὁ αἰσθητὸς κόσμος στοιχειωτικός ἐστι κατὰ φύσιν τῶν πέντε αἰσθήσεων, ὑποπίπτων αὐταῖς καὶ πρὸς τὴν ἑαυτοῦ κατάληψιν ὁδηγῶν, οὕτω καὶ ὁ κατὰ διάνοιαν κόσμος τῶν ἀρετῶν, ταῖς τῆς ψυχῆς ὑποπίπτων δυνάμεσι στοιχειοῖ αὐτὰς πρὸς τὸ πνεῦμα, ἑνοειδεῖς ἐργαζόμενος τῷ περὶ αὐτὸ μόνον αὐτὰς κινεῖσθαι, καὶ ταῖς αὐτοῦ ἀντιλήψεσιν ἐπερείδεσθαι. Καὶ αὐτὰς δὲ τὰς αἰσθήσεις τοῦ σώματος, κατὰ τὸν αὐταῖς ἐμπρέποντα θειότερον λόγον, στοιχειωτικὰς εἶναί φασι τῶν τῆς B ψυχῆς δυνάμεων, στοιχειούσας αὐτὰς ἠρέμα πρὸς ἐνέργειαν, ταῖς δὴ [28] ἑαυτῶν ἀντιλήψεσι τῶν ἐν τοῖς οὖσι λόγων, δι' ὧν ὡς διὰ γραμμάτων τινῶν τοῖς ὀξυωποῦσι πρὸς τὴν ἀλήθειαν ὁ Θεὸς Λόγος ἀναγινώσκεται. Ὅθεν καὶ παραδειγματικὰς τῶν ψυχικῶν δυνάμεων εἰκόνας τὰς αἰσθήσεις ἐκάλεσαν, ὡς ἑκάστης αἰσθήσεως μετὰ τοῦ αὐτῆς ὀργάνου, ἤγουν αἰσθητηρίου, προηγουμένως **(198 b)** ἑκάστῃ δυνάμει τῆς ψυχῆς ἀναλόγως μυστικωτέρῳ τινὶ λόγῳ κατὰ φύσιν νενεμημένης. Καί φασιν εἶναι τῆς μὲν νοερᾶς δυνάμεως ἤτοι τοῦ νοῦ τὴν ὀπτικὴν αἴσθησιν, τῆς δὲ λογικῆς ἤτοι τοῦ λόγου τὴν ἀκουστικὴν, τῆς δὲ θυμικῆς τὴν ὀσφραντικὴν, τῆς ἐπιθυμητικῆς δὲ τὴν γευστικὴν, τῆς δὲ ζωτικῆς τὴν ἁπτικὴν, καὶ ἁπλῶς ἵνα σαφέστε- C ρον εἴπω, τοῦ μὲν νοῦ ἐστιν εἰκὼν ἡ ὄψις, ἤγουν ὁ ὀφθαλμὸς, τοῦ δὲ λόγου ἐστὶν ἡ ἀκοὴ, ἤγουν τὸ οὖς, τοῦ δὲ θυμοῦ ἐστιν ἡ ὄσφρησις, ἤγουν ἡ ῥὶς, τῆς δὲ ἐπιθυμίας ἐστὶν ἡ γεῦσις, καὶ τῆς ζωῆς ἡ ἁφή· αἷς ἡ ψυχὴ κατὰ τὸν νόμον τοῦ τὰ πάντα σοφῶς δημιουργήσαντος Θεοῦ κατὰ φύσιν ἐποχουμένη διὰ τῶν αὐτῆς δυνάμεων, καὶ πρὸς τὰ αἰσθητὰ ποικίλως διαβιβαζομένη, εἰ μὲν καλῶς χρήσαιτο ταῖς αἰσθήσεσι διὰ τῶν οἰκείων δυνάμεων τοὺς παντοδαποὺς τῶν ὄντων λόγους ἀναλεγομένη, καὶ δυνηθῇ μεταβιβάσαι πρὸς ἑαυτὴν σοφῶς πᾶν τὸ ὁρώμενον, ἐν ᾧ κέκρυπται Θεὸς σιωπῇ κηρυττόμενος, κάλλιστον καὶ αὐτὴ κατὰ προαίρεσιν ἐν τῇ διανοίᾳ καὶ πνευματικὸν κόσμον ἐδημιούργησε, τὰς γενικὰς τέσσαρας ἀρετὰς στοιχείων δίκην ἀλλήλαις συνθεῖσα πρὸς D σύμπηξιν τοῦ ἐξ αὐτῶν νοητῶς κατὰ πνεῦμα συμπληρουμένου κόσμου, κατὰ συμπλοκὴν μέντοι τῆς πρὸς τὰς αἰσθήσεις τῶν αὐτῆς δυνάμεων ἐνεργείας ἑκάστην ἀρετὴν ὑποστήσασα· οἷον τὴν μὲν φρόνησιν ἐκ τῆς κατὰ συμπλοκὴν τῆς τε νοερᾶς καὶ λογικῆς δυνάμεως πρὸς τὴν ὀπτικήν τε καὶ ἀκουστικὴν αἴσθησιν, περὶ τὰ αὐτῶν αἰσθητὰ, γνωστικῆς τε καὶ ἐπιστημονικῆς ἐνεργείας, τὴν δὲ ἀνδρείαν ἐκ τῆς κατὰ συμπλοκὴν τοῦ θυμικοῦ πρὸς τὴν ὄσφρησιν, ἤγουν τὸν μυκτῆρα, ἐν ᾧ τὸ θυμικὸν, ὥς φασιν, αὐλίζεται πνεῦμα, **(199 a)** περὶ τὸ συμφυὲς αἰσθητὸν ἄκρας κατὰ τὴν ἐνέργειαν ὁμαλότητος, τὴν δὲ σωφροσύνην ἐκ τῆς κατὰ συμπλοκὴν τῆς

VARIÆ LECTIONES.

[28] ταῖς [illegible] Cod.

κατ' ἐπιθυμίαν δυνάμεως πρὸς τὴν γευστικὴν αἴσθησιν περὶ τὸ οἰκεῖον αἰσθητὸν μεμετρημένης χρήσεως, τὴν δὲ δικαιοσύνην ἐκ τῆς ἐν ὅλοις διὰ τῆς ἀπτικῆς καὶ περὶ ὅλα σχεδὸν τὰ αἰσθητὰ τῆς ζωτικῆς δυνάμεως κατὰ τὴν ἐνέργειαν ἴσης καὶ αὐτάκτου καὶ ἁρμονικῆς διανεμήσεως. Ἐκ δὲ τούτων αὖθις τῶν γενικῶν τεσσάρων ἀρετῶν δύο γενικωτέρας κατὰ σύνθεσιν ἀρετὰς ποιεῖν ἐκδιδάσκεται, τὴν σοφίαν φημὶ καὶ τὴν πραότητα, τὴν μὲν σοφίαν, ὡς πέρας οὖσαν τῶν γνωστῶν, τῶν δὲ πρακτῶν, τὴν πραότητα· οἷον ἐκ μὲν τῆς φρονήσεως καὶ τῆς δικαιοσύνης ποιεῖ τὴν σοφίαν, ὡς γνώσεως τῆς κατὰ τὴν φρόνησιν καὶ τῆς κατὰ τὴν δικαιοσύνην ἐπιστήμης ὑπάρχουσαν συνεκτικὴν αἰτίαν, καὶ διὰ τοῦτο πέρας τῶν γνωστῶν, ὡς εἶπον, τυγχάνουσαν· ἐκ δὲ τῆς ἀνδρείας καὶ τῆς σωφροσύνης τὴν πραότητα, μηδὲν ἄλλο τυγχάνουσαν ἢ θυμοῦ καὶ ἐπιθυμίας παντελῆ πρὸς τὰ παρὰ φύσιν ἀκινησίαν, ἣν τινες ἐκάλεσαν ἀπάθειαν, καὶ διὰ τοῦτο τῶν πρακτῶν τέλος ὑπάρχουσαν. Ταύτας δὲ πάλιν εἰς τὴν τῶν πασῶν γενικωτάτην ἀρετὴν, φημὶ δὲ τὴν ἀγάπην, συνάγει, ἐκστατικὴν οὖσαν τῶν ἐξ αὐτῆς καὶ προσαγωγικὴν τῶν δι' αὐτῆς καὶ ἐνοποιητικὴν τῶν εἰς αὐτὴν ἀρξαμένων τε καὶ κινηθέντων καὶ ληξάντων, καὶ διαφερόντως ἐπὶ πᾶσι θεοποιητικήν. Οὕτω μὲν οὖν ἡ ψυχὴ κινουμένη τε σοφῶς καὶ ἐνεργοῦσα καθ' ὃν καὶ ἔστι καὶ γεγένηται θεοτελῆ λόγον τῶν μὲν αἰσθητῶν χρησίμως διὰ τῶν αἰσθήσεων ἀντιλαμβάνεται, τοὺς ἐν αὐτοῖς πνευματικὴ λόγους οἰκειουμένη, τὰς δὲ αἰσθήσεις αὐτὰς, λογισθεῖσα ἤδη (199 b) τῇ τοῦ λόγου περιουσίᾳ, ὥσπερ ὀχήματα λογικὰ προσίεται τῶν αὐτῆς δυνάμεων, αὐτὰς δὲ τὰς δυνάμεις ταῖς ἀρεταῖς συνάπτει, καὶ ἑαυτὴν διὰ τῶν ἀρετῶν τοῖς ἐν αὐταῖς θειοτέροις λόγοις, εἰ δὲ θειότεροι τῶν ἀρετῶν λόγοι τῷ ἐν αὐτοῖς ἀφανῶς κεκρυμμένῳ πνευματικῷ νῷ, ὁ δὲ πνευματικὸς νοῦς τῶν ἐν ταῖς ἀρεταῖς θειοτέρων λόγων, πᾶσαν τῆς ψυχῆς ἣν ἔχει πρὸς τὰ παρόντα φυσικήν τε καὶ προαιρετικὴν σχέσιν διωθούμενος, ἁπλῆν ὅλην ὅλῳ δίδωσι τῷ Θεῷ, ὁ δὲ Θεὸς ταύτην δι' ὅλου περιλαβὼν μετὰ τοῦ συμπεφυκότος αὐτῇ σώματος ἀναλόγως αὐτὰ ἑξομοιεῖ ἑαυτῷ, ὥστε δι' αὐτῆς ὅλης ἀπεριγράφως ὅλον φαίνεσθαι δύνασθαι, τὸν[20] μηδαμῶς τινι τῶν ὄντων καθ' ὁτιοῦν ἐξ ἑαυτοῦ φαίνεσθαι φύσιν ἔχοντα. Καὶ τοῦτο τυχόν ἐστιν ὅπερ νοήσας ὁ μακάριος οὗτος καὶ μέγας διδάσκαλος ἐν τῷ εἰς Καισάριον τὸν ἀδελφὸν Ἐπιταφίῳ ἀναστάσεως ἔφη, « Μικρὸν δὲ ὕστερον καὶ τὸ συγγενὲς σαρκίον ἀπολαβοῦσα (περὶ τῆς ψυχῆς δηλονότι φάσκων) ᾧ τὰ ἐκεῖθεν συνεφιλοσόφησε, παρὰ τῆς καὶ δούσης καὶ πιστευθείσης γῆς, τρόπον δν οἶδεν ὁ ταῦτα συνδήσας καὶ διαλύσας Θεὸς, τούτῳ συγκληρονομεῖ τῆς ἐκεῖθεν δόξης, καὶ καθάπερ τῶν μοχθηρῶν αὐτοῦ μετέσχε διὰ τὴν συμφυΐαν, οὕτω καὶ τῶν τερπνῶν ἑαυτῆς μεταδίδωσιν, ὅλον εἰς ἑαυτὴν ἀναλώσασα, καὶ γενομένη σὺν τούτῳ ἕν, καὶ πνεῦμα, καὶ νοῦς, καὶ Θεὸς, καταποθέντος ὑπὸ τῆς ζωῆς τοῦ θνητοῦ τε καὶ

A quatuor virtutibus duas generaliores de compositione virtutes efficere discit, sapientiam, inquam, et mansuetudinem, sapientiam quidem, quæ rerum perceptibilium, mansuetudinem, quæ rerum agendarum finis est; nam ex prudentia et justitia efficit sapientiam, quæ cognitionis a prudentia et artis ab justitia moderatæ causa est conservatrix, ideoque, ut dixi, perceptibilium finis est: ex fortitudine vero et temperantia mansuetudinem, quæ nihil aliud est quam animi et concupiscentiæ perfecta ad ea quæ naturæ contraria sunt immobilitas, quam quidam indolentiam vocarunt, ideoque eorum quæ sub actionem cadunt finis est. Has vero rursus in virtutem omnium generalissimam, charitatem dico, contrahit, quæ dimovet ea quæ ex ipsa, et conciliat B ea quæ per ipsam, et in unum conflat ea quæ in ipsam occeperunt et mota sunt et finem habuerunt, quæque in omnibus denique maxime deificat. Sic igitur anima motata sapienter et agens secundum divinæ perfectionis rationem qua et exsistit et facta est, sensibilia quidem utiliter per sensus percipit, earumque rationes spiritualis sibi adjungit, ipsos vero sensus, rationis facultate jam æstimatos, tanquam vehicula rationalia suarum ipsius facultatum admittit, ipsasque facultates virtutibus seque ipsam per virtutes divinioribus earum rationibus adjungit, et diviniores virtutum rationes spirituali qui in eis occulto latet intellectui; spiritualis autem intellectus divinorum in virtutibus rationum omnem animæ, quam habet ad præsentia naturalem C voluntatisque affectum et relationem removens, simplicem totam toti tradit Deo, atque Deus eam ex toto una cum corpore quocum cognata est amplexus, convenienter utrumque sibi ipsi assimilat, adeo ut per ipsam totam plane incircumscriptus apparere et totus possit, qui ea natura est ut eorum qui sunt ulli ullo modo de se ipso non appareat. Atque hoc est fortasse quod beatus hic et magnus doctor in animo habens in Epitaphio in Cæsarium fratrem dicebat: « Post etiam aliquanto, » id est post resurrectionem, « cum cognatam carnem (de anima videlicet loquens), quam cum hic philosopharetur, sociam habuit, a terra, quæ et dederat et in fidem acceperat, recepit (quod quomodo D fiet Deus novit, qui ea inter se conjunxit atque dissolvit), tum demum eam quoque ad gloriæ cœlestis hæreditatem secum admissuram, et quemadmodum ob naturæ conjunctionem ærumnarum ipsius particeps fuerat, sic etiam jucunditates suas cum ipsa communicaturam, totum videlicet corpus in se ipsam absumentem, et cum eo unum effectam, et spiritum, et mentem, et Deum, absorpto nimirum a vita eo quod mortale et caducum erat. » Quomodo enim per peccatum caro ab interitu absorpta erat, a carne vero anima de actionibus agnita, ab anima vero per plenam ignorantiam agnitio Dei, adeo ut vel an Deus esset ignoraret, ita jam

VARIÆ LECTIONES.

[20] τῶν habet apographum

tempore resurrectionis secundum pulchram inversionem in sancto Spiritu eventuram de Dei qui caro factus est gratia caro ab anima plane in Spiritu absorbetur, anima autem a Deo, qui vera vita est, et quem illa solum omnium et unicum tota totum in conspectu apparentem habet, et, ut simpliciter dicam, cuncta nostra aliter atque in his præsentibus rebus, circa quas nunc sumus et degimus, se habent, in futuro divine manifestabit gratia resurrectionis, ut quomodo per peccatum hic mors corroborata absorbuit, sic jure infirmata illic per gratiam absorbeatur. Quare si anima bene, uti dixi, suis facultatibus utetur, et secundum Dei propositum, sensibili hoc mundo per spirituales in eo rationes sapienter peragrato ad Deum perveniet cum intelligentia; at si male utetur, præter convenientem rationem præsenti mundo perlustrato, non occulto forte in infamiæ affectus illapsa, divina quoque in futuro gloria merito excidet, horrendaque judicii in infinitas æternitates sententia damnabitur ut omne cum Deo vinculum et nexum amittat, in quam sententiam si se induet, se injuriam pati dicere non habebit, cum affectum Nonexistens repræsentántem habeat accusatorem, quem ignorare non possit. Sed ad propositum sermo revocandus est.

ἀλλοτρίωσιν, ἐφ' ᾗ τρεχομένη οὐκ ἔχει λέγειν ὡς οὐ δικαίως, τὴν ὑποστήσασαν τὸ μὴ ὂν διάθεσιν κατήγορον ἔχουσα, ἣν ἀγνοῆσαι οὐδέποτε δύναται. Ἀλλ' ἐπὶ τὸ προκείμενον ἡμῖν ἐπανακτέον τὸν λόγον.

Etenim evangelista dicens : *Sunt vero etiam alia quam multa quæ Jesus fecit, quæ si in unum conscriberentur, ne ipsum quidem mundum capturum esse arbitror libros scriptos* [1], per hæc nobis revelavit, ea quæ ab se scripta essent complanationem quamdam præviam esse perfectioris et adhuc imperceptibilis rationis. Hac igitur sententia Joannem sanctum evangelistam si quis præcursorem appellarit, in suo nimirum Evangelio quod ad præparandam viam intellectui ad perfectiorem rationem recipiendam composuit, is a veritate non aberrabit. Sic igitur magnam veritatis vocem doctor vocat eum qui spiritualia tonuerat. Tonitru autem est vox nihil nisi terrorem audientibus creans, nihil utique clari reddens, qualis est elementarius sermo. Omnis enim sermo divinitus in hoc sæculo hominibus perscriptus præcursor est perfectioris sermonis qui nullarum litterarum ope per se in spiritu menti reveletur, quique in futuro apparebit, veritatem quidem in se ipso revelatam habens, sed involucro suo nudatam non ostendens. Sic igitur, uti videtur, totius sacræ Scripturæ intellectus pie complanatus nihil difficile aut inæquale in eis quæ secundum historiam sibi contraria esse videntur habere monstrabitur. Antiquiorum enim unusquisque sancto-

ῥέοντος (8). » Ὡς γὰρ κατεπόθη διὰ τὴν ἁμαρτίαν ἡ σὰρξ ὑπὸ τῆς φθορᾶς, ὑπὸ δὲ τῆς σαρκὸς ἡ ψυχὴ γνωσθεῖσα ταῖς ἐνεργείαις, ὑπὸ δὲ τῆς ψυχῆς διὰ τῆς παντελοῦς ἀγνωσίας ἡ ἐπίγνωσις τοῦ Θεοῦ, ὡς μηδὲ (200 *a*) εἰ ἔστι Θεὸς γινώσκεσθαι, οὕτω δὴ πάντως τῷ καιρῷ τῆς ἀναστάσεως κατὰ τὴν καλῶς γενησομένην ἀντιστροφὴν ἐν Πνεύματι ἁγίῳ διὰ τὴν χάριν τοῦ σαρκωθέντος Θεοῦ καταποθήσεται ἡ σὰρξ ὑπὸ τῆς ψυχῆς ἐν πνεύματι, ἡ δὲ ψυχὴ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, τῆς ὄντως οὔσης ζωῆς, ὡς αὐτὸν μονώτατον διὰ πάντων ὅλον ὅλη προφαινόμενον ἔχουσα, καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, ἀντιστρόφως τοῖς παροῦσι, περὶ ἃ νῦν ἐσμέν τε καὶ διεξαγόμεθα, πάντα κατὰ τὸ μέλλον δείξει τὰ ἡμέτερα ἡ θεοπρεπὴς τῆς ἀναστάσεως χάρις, ἵνα ὥσπερ διὰ τὴν ἁμαρτίαν ἐνταῦθα κατέπιεν ὁ θάνατος ἰσχύσας, οὕτω καταποθήσεται δικαίως ἀσθενήσας ἐκεῖ διὰ τὴν χάριν. Ταῦτα μὲν εἰ καλῶς, ὡς εἴρηται, χρήσαιτο ταῖς αὐτῆς δυνάμεσι, καὶ κατὰ τὸν σκοπὸν τοῦ Θεοῦ, τὸν αἰσθητὸν κόσμον διὰ τῶν ἐν αὐτῷ πνευματικῶν λόγων ἡ ψυχὴ σοφῶς διοδεύσασα πρὸς Θεὸν ἔλθῃ μετὰ συνέσεως· εἰ δὲ κακῶς χρήσαιτο, παρὰ τὸν δέοντα λόγον τὸν παρόντα διαθρήσασα κόσμον, οὐκ ἄδηλόν πως εἰς πάθη ἀτιμίας ἐκπίπτουσα, καὶ τῆς θείας δόξης εἰκότως κατὰ τὸ μέλλον ἀπορριφήσεται, φοβερὰν ἐπ' αἰῶσιν ἀπείρους λαβοῦσα κατάκρισιν τὴν πρὸς τὸν Θεὸν σχετικὴν

Εἰπὼν γὰρ ὁ εὐαγγελιστής· *Ἔστι δὲ καὶ ἄλλα πολλὰ ὅσα ἐποίησεν ὁ Ἰησοῦς, ἅτινα ἐὰν γράφηται καθ' ἕν, οὐδὲ αὐτὸν οἶμαι τὸν κόσμον χωρῆσαι τὰ γραφόμενα βιβλία*, ἐνέφηνεν ἡμῖν διὰ τούτων, ὅτι τὰ γραφέντα πρὸς αὐτοῦ προομαλισμός τίς ἐστι τοῦ τελειοτέρου καὶ τέως (200 *b*) ἀχωρήτου λόγου. Κατὰ ταύτην οὖν τὴν ἔννοιαν εἰπών τις τὸν ἅγιον εὐαγγελιστὴν Ἰωάννην πρόδρομον, ἐν ᾧ συνέταξεν Εὐαγγελίῳ προοδοποιοῦντι τὴν διάνοιαν πρὸς παραδοχὴν τοῦ τελειοτέρου λόγου, τῆς ἀληθείας οὐχ ἁμαρτήσεται. Ταύτητοι καὶ μεγάλην τῆς ἀληθείας ἀποκαλεῖ φωνὴν ὁ διδάσκαλος τὰ πνευματικὰ βροντήσαντα. Βροντὴ δέ ἐστι φωνὴ μόνον κατάπληξιν τοῖς ἀκούουσιν ἐμποιοῦσα, μηδὲν μέντοι τρανοῦσα, οἱόσπερ ἐστὶν ὁ στοιχειώδης λόγος. Πᾶς γὰρ λόγος θεόθεν τοῖς ἀνθρώποις κατὰ τὸν αἰῶνα τοῦτον γραφεὶς πρόδρομός ἐστι τοῦ δι' αὐτοῦ ἀγράφως ἐν πνεύματι κατὰ νοῦν μηνυομένου καὶ ἐς ὕστερον φανησομένου τελειωτέρου λόγου, ὡς ἀλήθειαν μὲν ἔχων ἐν ἑαυτῷ μηνυομένην, οὐ μὴν δὲ αὐτὴν εὐπερικαλύπτως [31] γυμνὴν δεικνὺς τὴν ἀλήθειαν. Οὕτω μὲν οὖν, ὡς οἶμαι, τῆς θείας ὅλης Γραφῆς ὁ νοῦς εὐσεβῶς ὁμαλιζόμενος οὐδὲν δυσχερὲς ἢ ἀνώμαλον διὰ τῶν καθ' ἱστορίαν δοκουσῶν ἐναντιώσεων ἔχων δειχθήσεται. Πᾶς γὰρ τῶν ἀνέκαθεν ἁγίων κατὰ

[1] Joan. xxi, 25.

VARIÆ LECTIONES.

[31] Rescribe ἀπερικαλύπτως.

(8) Greg. Naz. *Or. funebr. in laudem Cæs. fratris* hab. cap. 21, p. 213, tom. 1. Opp. ed. Bened.

Digitized by Google

τὸν ἀληθῆ λόγον τοῦ δι' αὐτοῦ μηνυομένου τε καὶ προτυπουμένου μυστηρίου πρόδρομος ἦν, δι' ὧν ἔπασχέ τε καὶ ἔδρα καὶ ἔλεγε τὰ τούτων προκηρύττων ἀρχέτυπα. Διὸ καὶ ἀντ' ἀλλήλων ἀμέμπτως παραλαμβάνονται, καὶ πάντων ἅπαντες, καὶ ἕκαστος ἑκάστου, καὶ ἀντὶ τῶν ὑπ' αὐτῶν συγγραφεισῶν βίβλων, καὶ ἀντ' αὐτῶν αἱ βίβλοι παρὰ τῇ συνηθείᾳ τῆς Γραφῆς προσαγορεύονται. Καὶ δηλοῖ τοῦτο σαφῶς τὸν Βαπτιστὴν Ἰωάννην Ἠλίαν καὶ ποιῶν καὶ λέγων ὁ Κύριος, εἴτε διὰ τὴν ἴσην τῆς ἀρετῆς ἕξιν, ὡς φασιν οἱ διδάσκαλοι, καὶ τὴν κατὰ νοῦν διὰ πάντων καθαρότητα, καὶ τὸ τῆς πολιτείας σύντονον, εἴτε διὰ τὴν ἐν ἀμφοτέροις ταυτότητα τῆς ἐν τῇ χάριτι δυνάμεως, (201 a) εἴτε καθ' ἕτερον λόγον ἀπόκρυφον, αὐτὸς ἂν εἰδείη ὁ λέγων ὡς Θεὸς, καὶ οἱ παρ' αὐτοῦ τὰ τοιαῦτα μυστήρια σοφιζόμενοι. Καὶ πάλιν Μωϋσέα τὸν νόμον, καὶ προφήτας τὰς αὐτῶν προφητικὰς βίβλους, καλέσας, ἐν οἷς πρὸς τὸν ἐν τῇ γεέννῃ βασανιζόμενον πλούσιον φήσαντα τὸν πατριάρχην εἰσήγαγεν Ἀβραάμ· *Ἔχουσι Μωϋσέα καὶ τοὺς προφήτας, ἀκουσάτωσαν αὐτῶν*, ἀντὶ τῶν ὑπ' αὐτῶν συγγραφεισῶν θείων βίβλων αὐτοὺς ἐκείνους παραθέμενος, Μωϋσέα φημὶ καὶ τοὺς προφήτας. Καὶ θαυμαστὸν οὐδέν. Εἰ γὰρ εἷς ἐστιν ὁ δι' αὐτῶν καταγγελλόμενος, οἱ πάντες ὡς εἷς ὢν καταγγέλλουσι νοεῖσθαι δύνανται, καὶ ἀντὶ πάντων ἕκαστος καὶ πάντες πάντων εὐσεβῶς ἀντιπαραλαμβάνεσθαι, τῶν τε διακονησαμένων τῷ κατὰ τὴν Παλαιὰν Διαθήκην μυστηρίῳ καὶ τῶν πιστευθέντων τὸ κήρυγμα τῆς κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον χάριτος. Οὐκοῦν ὥσπερ εἰς ὅλην οὖσαν τῆς Καινῆς Διαθήκης καὶ τῆς κατ' αὐτὴν λατρείας ὁ μέγας Βαπτιστὴς Ἰωάννης εὐσεβῶς παραλαμβάνεσθαι δύναται, οὕτω δικαίως εἰς ὅλην τὴν Καινὴν Διαθήκην καὶ τὴν κατ' αὐτὴν λατρείαν, πρόδρομον οὖσαν τῆς ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι μυστικῆς τῶν ἀῤῥήτων ἀγαθῶν κρυφιότητος, καὶ Ἰωάννης ὁ μέγας ἀληθῶς εὐαγγελιστὴς ληφθῆναι δύναται, ὡς πρόδρομος φωνὴ τοῦ μέλλοντος τρανῶς λαλεῖσθαι θειοτέρου λόγου, καὶ εἰκὼν τῆς δειχθησομένης ἀληθείας. Σκιᾷ γὰρ καὶ εἰκόνι καὶ ἀληθείᾳ τὸ καθ' ἡμᾶς ὅλον τῆς σωτηρίας σοφῶς ᾠκονομήθη μυστήριον. *Σκιὰν γὰρ εἶχεν ὁ νόμος*, ὥς φησιν ὁ θεῖος Ἀπόστολος, *τῶν μελλόντων ἀγαθῶν, οὐκ αὐτὴν* (201 b) *τὴν εἰκόνα τῶν πραγμάτων*, δι' ἧς τοὺς κατὰ νόμον οἰκείως ἑαυτοῖς κατ' ἀμυδράν τινα τῶν ἀληθῶν ἔμφασιν πρὸς τὴν τοῦ Εὐαγγελίου παραδοχὴν ὁ λόγος ἐπαιδαγώγει. Τὸ δὲ Εὐαγγέλιον εἰκόνα κέκτηται τῶν ἀληθῶν, ὅλους ἔχον τρανῶς ἀπεντεῦθεν ἤδη τοὺς τῶν μελλόντων ἀγαθῶν ὁμοιότητα κτησαμένους. Ἑτοίμους ὁ λόγος δι' ἐλπίδος καθίστησι τῇ παραδοχῇ τῆς τῶν ἀληθῶν ἀρχετυπίας ψυχωθῆναι καὶ γενέσθαι ζώσας εἰκόνας Χριστοῦ, καὶ ταυτὸν αὐτῷ μᾶλλον κατὰ τὴν χάριν ἢ ὁμοίωμα, τυχὸν δὲ καὶ αὐτὸς ὁ Κύριος, εἰ μὴ φορτικὸς ὁ λόγος τισὶν εἶναι δοκεῖ. Ὡς πρόδρομος ἑαυτοῦ πρὸς τοῦ θεοφόρου διδασκάλου προσηγόρευται νῦν, ὡς ἑαυτὸν ἀναλόγως τοῖς ὑποδεχομένοις κατά

rum revera ejus quod ipse revelaret et præformaret mysterii præcursor erat, imagines per ea quæ patiebatur et agebat et dicebat horum exemplaria primigenia prænuntians. Quare etiam bene et præter reprehensionem pro se invicem accipiuntur, et pro omnibus omnes et quisque pro quoque, etiam pro libris ab ipsis conscriptis, et pro ipsis libri in Scripturæ usu appellantur. Quod aperte manifestat Dominus Joannem baptistam Eliam et faciens et dicens [m], sive propter parem virtutis habitum, ut discipuli dicunt, ac mentis per omnia puritatem, propterque conversationis et vitæ æqualitatem, sive ob identitatem utriusque in gratia potestatis, sive de alia occulta ratione, ipse qui ut Deus locutus est sciverit, et qui talia ab eo mysteria edocti sunt. Atque iterum Moysen legem, et prophetas libros eorum propheticos appellans, ubi Abrahamum patriarcham ad divitem in gehenna afflictatum et vexatum introducit dicentem : *Habent Moysen et prophetas, audiant eos* [n], pro libris ab eis conscriptis ipsos illos ponens, Moysen, inquam, et prophetas. Neque mirum hoc. Nam si unus est per eos prædicatus, universi tanquam unus quem prædicant intelligere, et pro universis singuli quique, et omnes pro omnibus, pie accipi possunt, qui Veteris Testamenti mysterio inservierunt et quibus Evangelii gratiæ prædicatio credita erat. Itaque ut magnus Joannes Baptista in totam Novi Testamenti ejusque cultus gratiam pie intelligi potest, ita jure in totum Novum Testamentum ejusque cultum, qui futuri ævi mysticæ ineffabilium bonorum occultationis præcursor est, etiam Joannes magnus revera evangelista potest accipi, ut vox præcursor divinioris Sermonis aperte olim pronuntiandi, et simulacrum veritatis demonstrandæ. Umbra enim et simulacro et veritate totum salutis apud nos mysterium sapienter dispensatum est. *Umbram enim habebat lex*, ut dicit divinus Apostolus, *futurorum bonorum, non ipsum rerum simulacrum* [o] qua suo sibi sermo modo per obscuram quamdam veritatum significationem ad Evangelium accipiendum legis cultores instrueret. Evangelium autem simulacrum possidet veritatum, et totos aperte tenet hinc jam qui sibi futurorum bonorum similitudinem quæsiverunt. Præparat sermo per spem veritatum forma primigenia recepta animatum iri nos et vivas Christi fore imagines, imo idem quod ille potius per gratiam fore quam simulacrum, quin fortasse vel ipsum Dominum fore, nisi durius hoc dictum aliquibus videatur. Quemadmodum nunc præcursor sui ipsius a divino doctore appellatus est qui sese eis quæ et de Vetere et de Novo Testamento acceperat convenienter ostendisset, per ænigmata et voces et imagines sui ipsius præcursor, perque hæc ad veritatem his nudatam deducens; id quod ipsius Domini verbis testatur, quibus dixit : *Adhuc multa vobis dicere habeo, sed non potestis nunc*

[m] Matth. xi, 14. [n] Luc. xvi, 29. [o] Hebr. x, 1.

Digitized by Google

bajulare [p], sublimiorem quidem ea quæ prægressa erat, sed ea quæ post se per divinum Spiritum circa ipsum futura esset humiliorem et ipsam disciplinam discipulis significans. Unde, ni fallor, adjecit illud : *Cum autem venerit ille veritatis Spiritus, deducet vos in omni veritate* [q]; vel eis quæ alibi ait : *Ecce ego vobiscum sum vobis ero omnes dies usque ad ævi consummationem* [r]. Non quod postea plane non futurus sit una cum eis, sed quod sublimior videlicet sit futurus quam quem eo usque humiliorem novissent, ut quem ad suam facultatem augendam essent agnituri. Idem enim per se semper exsistens, nullamque ex immutatione conversionem, nec in magis aut minus augmentum aut imminutionem admittens, omnibus omnia per bonitatis fit exsuperantiam, humilis humilibus, sublimis sublimibus, et eis qui se per se ipsum deificentur proprie Deus, adeo ut præsentis ævi omnia providentiæ circa hominem formæ atque mysteria, quantacunque sunt, viæ præparatio et futurorum prævia descriptio sit. Comparatus igitur et ipse Domini perceptibilis interim sermo cum eo qui magis mysticus discipulis olim dabitur, et pristinus ejus rursus cum secundo adventus, sui ipsius præcursor est, obscure quidem in se ostendens ad audientium facultatem, non patefaciens, nunc quæ in occulto penes se tacite habet mysteria, propterea quod interim conditioni plane sint imperceptibilia. Quidquid enim, ut dixi, litteris subjacet et vocibus, id fieri non potest quin et suum ex semet intellectum, vel si spirituale quid sit, quatenus haudquaquam in litteras atque elocutionem cadit, tanquam ad manifestum et perspicuum dirigat verbum; ideoque quæcunque a Christo Deo discipulis in inenarrabilem intellectum et interpretationem dicta sunt Joannem fortasse divinus hic doctor appellavit, præcursorem gratiam ex eo quo ad recipiendum aptus erat pulchre atque sapienter nominans.

τε τὴν Παλαιὰν κατά τε τὴν Νέαν Διαθήκην ἐκφαίνων, δι' αἰνιγμάτων τε καὶ φωνῶν καὶ τύπων προτρέχων αὐτὸς ἑαυτοῦ, καὶ διὰ τούτων πρὸς τὴν χωρὶς τούτων ἄγων ἀλήθειαν, ταῖς αὐτοῦ Κυρίου λόγοις τοῦτο τεκμαιρομένου, δι' ὧν ἔλεγεν, *Ἔτι πολλὰ ἔχω λέγειν ὑμῖν, ἀλλ' οὐ δύνασθε βαστάζειν ἄρτι* · σημαίνων τὴν ὑψηλοτέραν μὲν τῆς προλαβούσης, χθαμαλωτέραν δὲ καὶ αὐτὴν τῆς μετ' αὐτὴν διὰ τοῦ θείου Πνεύματος περὶ αὐτοῦ μέλλουσαν ἔσεσθαι, πρὸς αὐτοὺς διδασκαλίαν. Ὅθεν εἰκότως ἐπήγαγεν · *Ὅταν δὲ ἔλθῃ ἐκεῖνος, τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας, ὁδηγήσει ὑμᾶς ἐν τῇ ἀληθείᾳ πάσῃ* · ἢ καὶ δι' ὧν ἑτέρωθί φησιν· *Ἰδοὺ, ἐγὼ μεθ' ὑμῶν εἰμι πάσας τὰς ἡμέρας ἕως τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος* · οὐχ ὡς μετὰ τοῦτο παντελῶς (**202** *a*) οὐκ ἐσομένου μετ' αὐτῶν, ἀλλ' ὡς ὑψηλοτέρου δηλονότι παρ' ὃν τέως ἠπίσταντο χθαμαλώτερον, ὡς πρὸς τὴν ἑαυτῶν δύναμιν γινώσκεσθαι μέλλοντος. Ὡσαύτως γὰρ ὑπάρχων ἀεὶ δι' ἑαυτὸν, καὶ μηδεμίαν παραδεχόμενος ἐξ ἀλλοιώσεως μεταβολὴν, οὔτε τὸ μᾶλλον καὶ ἧττον, πᾶσι πάντα γίνεται δι' ὑπερβολὴν ἀγαθότητος, ταπεινὸς τοῖς ταπεινοῖς, ὑψηλὸς τοῖς ὑψηλοῖς, καὶ τοῖς δι' αὐτὸν θεουμένοις ὁ φύσει Θεὸς, ὡς εἶναι τὰ τοῦ παρόντος αἰῶνος πάντα τῆς περὶ τὸν ἄνθρωπον προνοίας εἴδη τε καὶ μυστήρια, κἂν μεγάλα ᾖ, προδοποιήσίν τινα καὶ προδιατύπωσιν τῶν μελλόντων. Συγκρινόμενος οὖν καὶ αὐτὸς ὁ τέως τοῦ Κυρίου χωρητὸς λόγος πρὸς τὸν μέλλοντα τοῖς μαθηταῖς μυστικώτερον ἐπιχορηγεῖσθαι, ἥ τε προτέρα πάλιν αὐτοῦ παρουσία τῇ δευτέρᾳ, πρόδρομός ἐστιν ἑαυτοῦ, παραδείξας μὲν ἀμυδρῶς ἐν ἑαυτῷ πρὸς τὴν τῶν ὑποδεχομένων δύναμιν, οὐ φανερώσας δὲ νῦν ἅπερ ἔχει σεσιγημένως παρ' ἑαυτῷ ἐν ἀποκρύφῳ μυστήρια, διὰ τὸ τῇ κτίσει τέως εἶναι παντελῶς ἀχώρητα. Πᾶν γὰρ ὁ γράμμασιν ὑποπίπτει, καθὼς εἴρηται, καὶ φωναῖς πάντως ὅτι καὶ τὸν νοούμενον ἐξ αὐτοῦ, κἂν πνευματικὸν ᾖ, ὅσον πρὸς τὸ μηδόλως γράμμασι καὶ φωναῖς ὑποπίπτειν, καθὼς εἴρηται, καὶ φωναῖς πάντως ὅτι καὶ τὸν νοούμενον ἐξ αὐτοῦ, κἂν πνευματικὸν ᾖ, ὅσον πρὸς τὸ μηδόλως γράμμασι καὶ φωνῇ λόγον ὡς πρὸς ἐκφωνήσει προσπίπτον, φωνῇς λόγον ὡς πρὸς τρανὸν λόγον ἐπέχει, καὶ διὰ τοῦτο πάντα τὰ διὰ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ τοῖς μαθηταῖς λαληθέντα πρὸς τὸν ἀλάλητον νοῦν ἤτοι νόησιν Ἰωάννην ἴσως ὁ θεσπέσιος οὗτος διδάσκαλος προσηγόρευσε, τὴν πρόδρομον χάριν ἐκ τοῦ δεκτικοῦ καλῶς τε καὶ σοφῶς ὀνομάσας.

Ex eodem sermone, in illud: « Disputatio vero ea quæ de Deo suscipitur, quo perfectior, eo quoque difficilior est, pluribusque objectationibus patet, in iisque diluendis ac dissolvendis plus negotii facessit. »

Si quæ facta sunt multa sunt, differunt quoque omnino quæ facta sunt, siquidem multa sunt. Fieri enim non potest quin quæ multa, eadem non et diversa sint. Atque si diversa sunt multa, diversæ sunt etiam intelligendæ rationes quibus secundum essentiam exsistunt, quibus et propter quas magis differunt quæ differunt; non enim inter sese different quæ differunt, nisi rationes

(**202** *b*) Ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου, εἰς τὸ, « Ὁ δὲ περὶ Θεοῦ λόγος, ὅσῳ τελειώτερος, τοσούτῳ δυσεφικτότερος, καὶ πλείους τὰς ἀντιλήψεις ἔχων, καὶ τὰς λύσεις ἐργωδεστέρας. »

Εἰ πολλὰ τὰ γεγονότα ἐστὶ, καὶ διάφορα πάντως τὰ γεγονότα ἐστὶν, εἴπερ πολλά. Οὐ γὰρ δυνατὸν τὰ πολλὰ μὴ καὶ διάφορα εἶναι. Καὶ εἰ διάφορά ἐστι τὰ πολλὰ, διαφόρους καὶ τοὺς οἷς κατ' οὐσίαν ὑπάρχουσι λόγους νοητέον, οἷς μᾶλλον καὶ δι' οὓς διαφέρουσι τὰ διαφέροντα · οὐ γὰρ ἂν διέφερον ἀλλήλων τὰ διαφέροντα, μὴ τῶν λόγων οἷς γεγόνασιν ἐχόντων διαφοράν. Εἰ τοίνυν ὥσπερ αἱ αἰσθήσεις φυσικῶς

[p] Joan. xvi, 12. [q] Ibid. 13. [r] Matth. xxviii, 20.

(9) Idem *ibid.* cap. 21, p. 511, tom. I. Opp. ed. Bened.

Digitized by Google

ὀντιλαμβανόμεναι τῶν αἰσθητῶν ἐξ ἀνάγκης κατὰ παραδοχὴν πολλὰς ποιοῦνται καὶ διαφόρους τῶν ὑποκειμένων καὶ ὑποπιπτόντων αὐταῖς τὰς ἀντιλήψεις, οὕτω καὶ ὁ νοῦς πάντων φυσικῶς ἀντιλαμβανόμενος τῶν ἐν τοῖς οὖσι λόγων, οἷς ἀπείροις ἐνθεωρῶν ἐνεργείας Θεοῦ πολλὰς ποιεῖται καὶ ἀπείρους, εἰπεῖν ἀληθὲς, τῶν ἂν ἀντιλαμβάνεται θείων ἐνεργειῶν διαφορὰς, ἄτονον εἰκότως ἕξει τὴν δύναμιν καὶ τὴν μέθοδον ἄπορον τῆς ἐπιστημονικῆς ἐρεύνης τοῦ ὄντως ὄντος ἀληθοῦς, οὐκ ἔχων νοῆσαι πῶς ἐν ἑκάστῳ τῶν καθ' ἑαυτὸ ἑκάστων [22] λόγῳ καὶ ἐν πᾶσιν ὁμοῦ καθ' οὓς ὑπάρχουσι τὰ πάντα λόγοις ὁ μηδὲν ὢν τῶν ὄντων ἀληθῶς καὶ πάντα κυρίως ὢν καὶ ὑπὲρ πάντα Θεός. Εἰ γοῦν πᾶσα θεία κατὰ τὸν ἀληθῆ λόγον ἐνέργεια τὸν Θεὸν ἀμερῶς ὅλον δι' ἑαυτῆς ἐν ἑκάστῳ καθ' ὅνπερ τινὰ λόγον ἐστὶν ἰδικῶς ὑποσημαίνει, τίς ἀκριβῶς ἐστιν ὁ νοῆσαί τε καὶ εἰπεῖν δυνάμενος, πῶς ἐν πᾶσί τε κοινῶς ὅλος καὶ ἐν ἑκάστῳ τῶν ὄντων ἰδιαζόντως, ἀμερῶς τε, καὶ ἀμερίστως ἐστὶν ὁ Θεὸς, μήτε ποικίλως συνδιαστελλόμενος ταῖς τῶν ὄντων οἷς ἔνεστιν ὡς ὢν (**203** *a*) ἀπείροις διαφοραῖς, μήτε οὖν συστελλόμενος κατὰ τὴν τοῦ ἑνὸς ἰδιάζουσαν ὕπαρξιν, μήτε συστέλλων κατὰ τὴν μίαν πάντων ἑνικὴν ὁλότητα τὰς τῶν ὄντων διαφορὰς, ἀλλὰ πάντα ἐν πᾶσίν ἐστιν ἀληθῶς, ὁ μηδέποτε τῆς οἰκείας ἀμεροῦς ἁπλότητος ἐξιστάμενος; Καλῶς οὖν ὁ διδάσκαλος ἔφη τὰς ἀντιλήψεις τοῦ περὶ θεότητος λόγου πολλὰς εἶναι, ἐξ ὧν ὅτι ἐστὶ μόνον Θεὸς διδασκόμεθα, καὶ τὰς λύσεις ἐργωδεστέρας, ἐξ ὧν πάλιν τί οὐκ ἔστι μανθάνομεν· πρὸς τὸ παῦσαι περιεργίας ἀνωφελοῦς καὶ βλαβερᾶς τοὺς ληπτὸν οἰομένους τὸ Θεῖον τοῖς διακένοις ἀναπλασμοῖς τῆς αὐτῶν διανοίας, ᾗ οὐδὲ τὸ ἔσχατον τῶν ἐν τοῖς οὖσι καθ' ὃν ἐστι καὶ ὑπάρχει λόγον ἀληθῶς ἐστι ληπτόν.

A quibus facta sunt differentiam haberent. Si igitur ut sensus naturaliter sensibilia percipientes necessario multas pro receptione faciunt et diversas eorum quæ subjacent sensibus et succidunt perceptiones, sic etiam mens, cum omnes naturaliter in rebus rationes percipiat, in quibus infinitis Dei actiones intuendo multas efficit et infinitas, ut verum dicam, divinarum a se perceptarum actionum virtutumque differentias, infirma utetur nimirum facultate irritamque habebit veræ veritatis indagandæ artis suæ viam atque rationem, cum intelligere haud queat quomodo in unaquaque singulorum quorumque ratione, et in cunctis simul quibus cuncta exsistunt rationibus, is qui revera inter ea quæ sunt non censetur, et omnia proprie B sit, et supra omnia Deus. Certe si omnis divina, ut verum est, actio et virtus Deum individue totum per semetipsam in unaquaque re, quæque ratione inest proprie significat, quis accurate et intelligere et enarrare poterit, quomodo in cuncta communiter totus et in unoquoque eorum quæ sunt privatim partium expers et individuus exsistat Deus, neque varie ac multipliciter diductus una cum rerum quibus, ut exsistens, inest infinitis differentiis, neque contractus secundum singuli cujusque peculiarem exsistentiam, neque contrahens secundum unam cunctorum et singularem totitatem eorum quæ sunt differentias, sed omnia in omnibus revera exsistat is qui nunquam peculiari sua et individua simplicitate excidat? Bene igitur C magister deitatis rationis multas esse perceptiones dixit, de quibus solum quod Deus sit doceamur, solutionesque operosiores et difficiliores, de quibus rursus quid non sit discamus; quo ab inutili atque nociva curiositate revocaret eos qui divinum vanis ingeniorum suorum figmentis comprehendere posse sibi videntur, quibus ne ultimum quidem eorum quæ sunt qua sit ratione et exsistat vere comprehendi potest.

Ἐκ τοῦ περὶ Υἱοῦ πρώτου λόγου, εἰς τὸ, « Διὰ τοῦτο μονὰς ἀπ' ἀρχῆς εἰς δυάδα κινηθεῖσα μέχρι Τριάδος ἔστη (10). »

C (229 *b*) Ψυχῆς μὲν οὖν γένεσις, ὥς φησιν ἐμφαντικῶς ὁ διδάσκαλος, ἐξ ὑποκειμένης ὕλης οὐ γίνεται, καθάπερ τὰ σώματα, ἀλλὰ τῷ βουλήματι τοῦ Θεοῦ διὰ τῆς ζωτικῆς ἐμπνεύσεως ἀῤῥήτως τε καὶ ἀγνώστως, ὡς οἶδε μόνος ὁ ταύτης δημιουργός. Ἡ ψυχὴ τὸ εἶναι λαμβάνουσα κατὰ τὴν σύλληψιν ἅμα τῷ σώματι πρὸς ἑνὸς ἀνθρώπου συμπλήρωσιν ἄγεται, τὸ δὲ σῶμα ἐκ τῆς ὑποκειμένης ὕλης τοῦ ἑτέρου δηλαδὴ γίνεται σώματος κατὰ τὴν σύλληψιν, ἅμα τῇ ψυχῇ τὴν[62] τοῦ ἓν εἶδος εἶναι σὺν αὐτῇ δεχόμενον σύνθεσιν. Ὅπερ ἀλλαχοῦ τρανότερον ἐμφαίνων φησὶν ὁ διδάσκαλος, « Κατὰ τὴν διπλῆν τοῦ ἐμφυσήματος δύναμιν, καὶ πνοὴν ἐμφυσώμενοι πάντες καὶ Πνεῦμα ἅγιον (3). » Μεριστέον[63] οὖν τῇ ἐπινοίᾳ κατὰ τὴν σύλληψιν τὸ μὲν ζωτικὸν ἐμφύσημα καὶ D τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον τῇ νοερᾷ τῆς ψυχῆς οὐσίᾳ, τὴν δὲ σάρκωσιν καὶ τὴν πνοὴν τῇ φύσει τοῦ σώματος, καθὼς οἱ Πατέρες φασί[64]. Καὶ ἡ τοῦ προπάτορος Ἀδὰμ μυστικῶς παρήχθη γένεσις, ἕτερον τῆς ψυχῆς ἔχουσα τόν τε τοῦ εἶναι λόγον καὶ τὸν τοῦ γενέσθαι τρόπον, καὶ ἕτερον δηλαδὴ τοῦ σώματος, ὡς[65] τὸ θεῖον ἡμᾶς μεγαλοφυῶς ἐμυσταγώγησε γράμμα, μὴ συγχωροῦν τὴν ψυχὴν καὶ τὸ σῶμα καθ' ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν τρόπον τῆς[66] γενέσεως ἀλλήλοις συμπασόντα φυρῆναι κατὰ τὴν φύσιν καὶ τὸν ἑκάστου τῆς οὐσίας λόγον ἀγνοηθῆναι, καὶ τὸν τῆς γενέσεως τρόπον.

VARIÆ LECTIONES.

[56] δίκαιος suspicabantur editores Galland. [57] παντάπασιν om. ed. Galland. [58] γνῶσιν ed. Gall. [59] πρὸς ἄλλο non habet ed. Gall. [60] συνθέτως ed. Gall. [61] πέφυκεν ed. Gall. [62] πρὸς τὴν ed. Gall. [63] μεριστὸν ed. Gall. [64] φασὶν ed. Gall. [65] σώματος τὸν τοῦ εἶναι λόγον καὶ τοῦ γενέσθαι τρόπον, ὡς, etc., ed. Gall. [66] Cod. Gud. apographum habet καὶ pro τῆς.

(37) Greg. Naz. *Or. theol. 4 de Filio*, cap. 20, p. 554, tom. I Opp. edit. Bened.

Digitized by Google

Εἰ δὲ τῷ Ἀδὰμ ἐνηκολούθησεν [67] ἡ διπλῆ τοῦ ἐμφυσήματος δύναμις κατὰ τὴν εἰς τὸ εἶναι γένεσιν σύνδρομος, τί ἂν τις εἴποι περὶ τοῦ κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα συναμφοτέρου τοῦ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ψυχῆς λέγω καὶ σώματος; ὅπερ κρᾶμα κατὰ τὸ δυνατὸν ἐμφέρειαν σώζει πολλὴν πρὸς τὸν πρῶτον Ἀδάμ. Ὥσπερ γὰρ, ὡς αὐτός φησιν ὁ διδάσκαλος, παρὰ τῆς ὕλης τὸ σῶμα (230 *a*) λαβὼν ὁ Θεὸς, νεοτελοῦς [68] δηλονότι προϋποστάσης, παρ' ἑαυτοῦ δὲ ζωὴν ἐνθεὶς, ὃ δὴ νοερὰν ψυχὴν καὶ εἰκόνα Θεοῦ οἶδεν ὁ λόγος, δημιουργεῖ τὸν ἄνθρωπον, τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ἐξ ἀχράντου Παρθένου οἰονεὶ γῆς ἀμιάντου τὸ σῶμα λαβὼν, παρ' ἑαυτοῦ δὲ ζωὴν ἐνθεὶς, ὃ δὴ ψυχὴν [69] νοερὰν καὶ εἰκόνα Θεοῦ οἶδεν ὁ λόγος, τὸ ἑαυτοῦ ἀνθρώπινον [70] ἐδημιούργησεν, ἢ ἑαυτὸν ἀτρέπτως κατὰ πρόσληψιν σαρκὸς, νοερῶς τε καὶ λογικῶς ἐψυχωμένης, δι' ἡμᾶς ἑκουσίως ὡς παντοδύναμος δημιουργήσας ἐποίησεν ἄνθρωπον.

Ταύτῃ γοῦν καὶ τετιμηκέναι, καθάπερ οἶμαι, φησὶν ὁ διδάσκαλος τὸν Κύριον ἡμῶν καὶ Θεὸν τὴν καθ' ἡμᾶς τρισσὴν γέννησιν, τουτέστι τοὺς καθόλου τρόπους τῆς ἡμῶν εἰς τὸ εἶναι καὶ τὸ [71] εὖ εἶναι καὶ ἀεὶ εἶναι γενέσεως, τὴν μὲν ἐκ σωμάτων, μίαν οὖσαν τοῦ συναμφοτέρου κατὰ τὴν ἅμα τῶν μερῶν ἀλλήλοις συνύπαρξιν, ψυχῆς λέγω καὶ σώματος, εἰς δύο διαιρουμένην, διὰ τὸν ἕτεροῖον τῆς ἑκατέρου γενέσεως τρόπον, δι' ἧς τὸ εἶναι λαμβάνομεν, τὴν δὲ ἐκ βαπτίσματος, καθ' ἣν τὸ εὖ εἶναι πλουσίως ὑποδεχόμεθα, τὴν δὲ ἐξ ἀναστάσεως, καθ' ἣν πρὸς τὸ ἀεὶ εἶναι διὰ χάριτος μεταποιούμεθα. Ἀκριβῶς τοίνυν δεῖ τοῖς τοῦ διδασκάλου λόγοις ἐπισκήπτειν διὰ τοὺς ἐπηρεαστὰς τῶν καλῶς κειμένων. Τῇ γὰρ ἐπινοίᾳ μόνῃ διελὼν τὴν ἐκ σωμάτων γένεσιν διὰ τὴν ἀποδοθεῖσαν αἰτίαν, ἅμα τῇ συλλήψει κατὰ ταυτὸν χρονικῆς μοῦδ' ὅλως βραχῆς προεπινοουμένης, εἰληφέναι τὸν Κύριον τὸ ζωτικὸν πνεῦμα, ἤτοι ἐμφύσημα κατὰ τὸ ἀνθρώπινον αὐτοῦ, λέγω δὲ τὴν νοερὰν ψυχὴν μετὰ τοῦ σώματος τοῦ ἐκ τῆς ἀχράντου Παρθένου [72], καὶ οὐ μετὰ τὴν σύλληψιν, ὁ διδάσκαλος διορίζεται.

Quod si Adamo consequenter contigit duplex insufflationis virtus concurrens ad exsistentiæ procreationem, quid dicere quis valeat de Deo et Salvatore nostro Jesu Christo, qui secundum humanitatem utrumque habet, animam videlicet et corpus? quæ complexio quantum fieri potest magnam similitudinem servat cum primo Adam. Quemadmodum enim, sicut idem ait doctor, a materia capiens corpus Deus, quæ recens videlicet subsistebat antea, a se vero vitam indens, quod nimirum intellectualem animam et imaginem Dei Scriptura intelligit, hominem efformavit, haud aliter etiam ex intaminata Virgine tanquam intemerata terra corpus assumens, ex se autem vitam indens, quod nimirum animam intellectualem et Dei imaginem Scriptura novit, humanitatem suam operatus est, vel seipsum immutabiliter secundum assumptionem carnis, intellectualiter rationaliterque animatæ, propter nos sponte, utpote omnipotens Conditor, hominem fecit.

Hoc quidem pacto et honorasse dicit, sicut existimo, magister Dominum et Deum nostrum triplicem nostram nativitatem, id est generales modos generationis nostræ in exsistentiam, in bonam exsistentiam, in æternam exsistentiam: generationem, inquam, ex corporibus, quæ una est utriusque secundum mutuam partium inter se coexsistentiam, animæ videlicet et corporis, sed bifariam divisa, propter diversum utriusque generationis modum, per quam exsistentiam accipimus; alteram ex baptismate, per quam bene esse abunde consequimur; tertiam ex resurrectione, qua ad æternam exsistentiam per gratiam commutamur. Diligenter igitur attendendum est verbis magistri propter calumniatores eorum quæ probe stant. Sola enim cogitatione distinguens nativitatem ex corporibus, propter allatam rationem, simul cum conceptione, ne temporis momento quidem præintellecto, accepisse Dominum vitalem spiritum, sive inspirationem, pro humanitate sua, hoc est animam intellectualem una cum corpore ex immaculata Virgine, et non post conceptionem, definit doctor.

Πρὸς τοὺς λέγοντας προϋπάρχειν τῶν σωμάτων τὰς ψυχάς.

Τινὲς μὲν γάρ φασιν, ὡς ἤδη προλαβὼν ἔφην, προϋπάρχειν (230 *b*) τῶν σωμάτων τὰς ψυχάς, τινὲς [73] δὲ τὸ ἐναντίον, τῶν ψυχῶν προϋπάρχειν τὰ σώματα. Ἡμεῖς δὲ τὴν μέσην ὁδὸν ὡς βασιλικὴν κατὰ τοὺς πατέρας ἡμῶν ὁδεύοντες οὔτε προϋπαρξιν οὔτε μεθύπαρξιν [74] ψυχῆς ἢ σώματος, συνύπαρξιν δὲ μᾶλλόν φαμεν, τὰς ἑφ' ἑκάτερα φυλαττόμενοι ἐγκλίσεις [75], καὶ μήτε ἀριστερὰ μήτε δεξιὰ [76], καθὼς φησιν ἡ ἁγία Γραφὴ, παντάπασι ῥέποντες, φόβον φοβούμενοι

Contra eos qui dicunt animas ante corpora exsistere.

Quidam enim dicunt, uti jam præfatus sum, ante corpora animas exsistere; alii vero contra ante animas exsistere corpora. Nos autem media via, ut regia, secundum patres nostros incedentes, neque anteriorem neque posteriorem animæ corporisve exsistentiam affirmamus, sed coexsistentiam potius, inclinationes in utramque partem caventes, ac neque sinistrorsum neque dextrorsum, ut sancta Scriptura loquitur, omnino propendentes, metuen-

VARIÆ LECTIONES.

[67] ἐπηκολούθησεν ed. Gal. [68] νεοτελοῦ ed. Gal. [69] νοερὰν ψυχὴν ed. Gall. [70] τὸ ἀνθρώπινον ἑαυτοῦ ed. Gall. [71] τὸ om. ed. Gall. [72] παρθένου om. ed. Gall. [73] ἕτεροι ed. Gall. [74] προϋπάρχειν οὔτε μεθυπάρχειν ed. Gall. [75] μετεγκλίσεις ed. Gall. [76] ἀριστερᾷ μήτε δεξιᾷ ed. Gall.

Digitized by Google

tes metu, quo nihil magis metuendum est, ne forte, si præexsistere dicamus corporibus animas, ac supplicii causa animarum fuisse inventa corpora, propter flagitia quæ ab iis ante corpora commissa fuerint, præstantissimi horum quæ oculis subjecta sunt et nobilissimi opificii, per quod agnoscitur Deus tacito præconio manifestatus, sola flagitia causam fuisse jure suspicemur, necessitatem Deo inducentia præter voluntatis propositum ut substantiam conderet, cujus fortasse ab initio ne rationem quidem habuerit ante sæcula cum reliquis occultam. Eorum enim quæ contra propositum fiunt Deum dicere essentiæ habere producendæ rationes, non mihi videtur prudentis esse judicii aut opinionis, et utcunque recte de Dei majestate sentientis, qui solus sine affectionibus est et verax, nec quidquam in universum habet juxta præexsistentes in ipso rerum quæ sunt rationes quod recens sit, ac præsertim contra voluntatis propositum. Cuncta enim ei utcunque exsistentia aut exstitura secundum essentiam jam antea volita, intellecta, statuta fuerunt; cuique vero eorum quæ sunt juxta idoneum et opportunum tempus essentiam tribuit et substantiam. Neque enim quando efficientem quidpiam Deum videmus, tunc quoque voluntatis circa eam rem initium fecisse aut intellectus aut cognitionis ipsum arbitremur. Absit! Hoc enim multa profecto absurditate scateret, si quod Deus ab initio ante sæcula neque cogitavit, aut statuit ut esset, aut voluit, nunc cogitans et statuens et volens, vel resipiscens, ut magis proprie loquar, ut bonum perficeret : ne dicam quod ne ipsam quidem eorum factitationem quorum rationes antecedenter non habeat, novit. Imo cuncta Dei voluntate per præscientiam secundum infinitam ejus virtutem semper contineri credimus, nulla re ab eo quoquo id modo fieret recens excogitata et exsistentiam essentialem accipiente. Neque enim existimo eos qui pie ac religiose sentiunt debere Deum putare quæ per præcognitionem infinita virtute in seipso secundum eorum rationes præcontinentur, ea singula cognoscere per productionem in exsistentiam. At nobis sæcula et tempora secundum præfinitum opportunumque cujusque rei tempus sapienter quælibet fieri ostendunt, et ad exsistentiam provehi : sicut etiam de Levi dicit divinus Apostolus, hoc modo loquens : *Adhuc enim in lumbo patris erat* [i] antequam exsisteret. Qui potentia quidem in patriarcha Abrahamo exsistens, juxta præfinitum vero tempus per conceptionem de effectu nactus generationem in exsistentiam, serie et ordine omnia, præintellecto atque præcognito tempore, secundum ineffabilem Dei sapientiam accipere exsistentiæ conditionem ut nos intelligeremus et crederemus persuasit.

οὗ πλέον φοβεῖσθαι οὐδέν ἐστι φοβερώτερον, μήπως προϋπάρχειν λέγοντες τῶν σωμάτων τὰς ψυχάς, καὶ τιμωρίας ἕνεκεν τῶν ψυχῶν ἐφευρέσθαι[77] τὰ σώματα, διὰ τὴν προγεγενημένην τῶν ἀσωμάτων κακίαν, τῆς τῶν ὁρωμένων ἐκπρεποῦς μεγαλουργίας, δι' ἧς ὁ Θεὸς γινώσκεται σιωπῇ κηρυττόμενος, αἰτίαν εἰκότως[77*] εἶναι μόνην ὑποτιθέμεθα τὴν κακίαν, ἀνάγκην ἐπάγουσαν τῷ Θεῷ παρὰ πρόθεσιν ἣν οὐκ εὐδόκησεν[78] οὐσίαν δημιουργῆσαι, ἧς τυχὸν ἀπ' ἀρχῆς οὐδὲ τὸν λόγον ἔχει πρὸ τῶν αἰώνων μετὰ τῶν ἄλλων ἀπόκρυφον. Τῶν γὰρ παρὰ πρόθεσιν γινομένων λέγειν τὸν Θεὸν ἔχειν τοὺς τῆς οὐσιώσεως λόγους, οὔ μοι δοκεῖ συνετῆς διανοίας εἶναι, καὶ ὁπωσοῦν εὖ συνηθημένης Θεοῦ μεγαλειότητος, τοῦ ἀπαθοῦς καὶ μόνου ἀληθοῦς, καὶ μηδὲν ἔχοντος καθόλου κατὰ τοὺς ἐν αὐτῷ προόντας τῶν ὄντων λόγους πρόσφατον, καὶ μάλιστα παρὰ πρόθεσιν. Πάντα γὰρ αὐτῷ τὰ ὁπωσοῦν ὄντα[79] ἢ γενησόμενα κατὰ τὴν οὐσίαν προτεθέληταί τε καὶ προεννενόηται, καὶ προέγνωσται· ἕκαστον δὲ τῶν ὄντων κατὰ τὸν εὔθετον[80] καὶ ἐπιτήδειον καιρὸν οὐσιοῖ καὶ ὑφίστησι. Μηδὲ γὰρ ὅτε τι κατασκευάζοντα τὸν Θεὸν ὁρῶμεν, τότε καὶ τῆς περὶ αὐτὸ θελήσεως ἤρχθαι ἐννοίας τε καὶ γνώσεως αὐτὸν νομίσωμεν[81]. Ἅπαγε. Πολλῆς γὰρ ὄντως ἐστὶ τοῦτο μεστὸν ἀτοπίας, εἰ ὅπερ ὁ Θεὸς (231 *a*) ἐξ ἀρχῆς πρὸ τῶν αἰώνων μήτε ἐνενόησεν ἢ ἔγνω ἢ ἐθέλησεν εἶναι, νῦν νοήσας τε καὶ θελήσας καὶ γνοὺς, ἢ μεταγνοὺς εἰπεῖν οἰκειότερον, ὡς καλὸν ἐξετέλεσεν· ἵνα μὴ λέγω ὅτι οὐδὲ αὐτὴν ὧν τοὺς λόγους προηγουμένως οὐκ ἔχει, γινώσκει τὴν ποίησιν. Ἀλλὰ πάντα τῇ βουλήσει τοῦ Θεοῦ προγνωστικῶς κατὰ τὴν ἄπειρον αὐτοῦ δύναμιν ἀεὶ περιέχεσθαι πιστεύομεν, μηδενὸς αὐτῷ καθ' οἱονδήποτε τρόπον προσφάτως ἐπινοουμένου, καὶ τὸ εἶναι κατὰ τὴν οὐσίαν λαμβάνοντος. Μηδὲ γὰρ οἴεσθαι δεῖν[82] εὐσεβῶς φρονοῦντας ὑπολαμβάνω τὸν Θεὸν τὰ κατὰ πρόγνωσιν ἀπειροδυνάμως ἐν ἑαυτῷ κατὰ τοὺς ἑαυτῶν λόγους προπεριεχόμενα[83] ἕκαστα μανθάνειν διὰ τῆς εἰς τὸ εἶναι παραγωγῆς. Ἀλλ' ἡμῖν οἱ αἰῶνές τε καὶ οἱ χρόνοι κατὰ τὸν προωρισμένον[84] καὶ τὸν εὔθετον ἑκάστου καιρὸν σοφῶς[85] ἕκαστα δημιουργούμενα δεικνύουσι[86], καὶ εἰς τὸ εἶναι προβάλλονται[87]· καθὰ καὶ περὶ τοῦ Λευΐ φησιν ὁ θεῖος Ἀπόστολος οὕτωσὶ διεξιών, Ἔτι γὰρ ἐν τῇ ὀσφύϊ τοῦ πατρὸς ἦν, πρὶν εἰς τὸ εἶναι παρελθεῖν. Ὅστις δυνάμει μὲν[88] ἐν τῷ πατριάρχῃ Ἀβραὰμ ὑπάρχων, κατὰ δὲ τὸν τετελεσμένον καιρὸν τὴν πρὸς τὸ εἶναι διὰ κυήσεως κατ' ἐνέργειαν γένεσιν λαβών, εἰρμῷ καὶ τάξει κατὰ τὴν ἀπόῤῥητον σοφίαν τοῦ Θεοῦ τὰ πάντα τὴν πρὸς τὸ εἶναι γένεσιν δέχεσθαι νοεῖν ἡμᾶς καὶ πιστεύειν κατὰ τὸν προγνωσθέντα καιρὸν ὑπηγάγετο.

[i] Hebr. vii, 10.

VARIÆ LECTIONES.

[77] ἐφευρῆσθαι ed. Gall. [77*] Sic cod. Gud. et ed. Gall. [78] ηὐδόκησεν ed. Gall. [79] ἢ ὄντα ed. Gall. [80] ἐνθετον ed. Gall. [81] νομίζομεν ed. Gall. [82] δεῖ ed. Gall. [83] προπεριεχόμενα apogr. cod. Gud. [84] ὁρισμένον ed. Gall. [85] σαφῶς ed. Gall. [86] δείκνυσι ed. Gall. [87] προβάλλεται ed. Gall. [88] μὲν non habet ed. Gall.

Digitized by Google

Πάντων οὖν τῶν κατ' οὐσίαν ὑπαρκτικῶς ὄντων τε καὶ ἐσομένων, ἢ γενομένων[89], ἢ γενησομένων ἢ φαινομένων, ἢ φανησομένων, ἐν τῷ Θεῷ προϋπάρχουσι παγίως ὄντες οἱ λόγοι, καθ' οὓς καὶ εἰσὶ τὰ πάντα καὶ γεγόνασι καὶ διαμένουσιν[90] ἀεὶ τοῖς ἑαυτῶν κατὰ πρόθεσιν λόγοις, διὰ κινήσεως φυσικῆς ἐγγίζοντα (**231** *b*) καὶ πρὸς τὸ εἶναι μᾶλλον συνεχόμενα, κατὰ τὴν πρώιάν τε καὶ ποσὴν τῆς προαιρέσεως κίνησίν τε καὶ ῥοπὴν, τὸ εὖ δι' ἀρετὴν καὶ τὴν πρὸς τὸν λόγον καθ' ὃν ἐστιν εὐθυπορίαν, ἢ τὸ φεῦ εἶναι διὰ κακίαν καὶ τὴν παρὰ τὸν λόγον καθ' ὃν ἐστι κίνησιν λαμβάνοντα, καὶ συντόμως εἰπεῖν κατὰ τὴν ἕξιν ἢ τὴν στέρησιν τῆς αὐτῶν κατὰ φύσιν μεθεκτικῆς δυνάμεως τοῦ παντελῶς ἀμεθέκτου κατὰ φύσιν ὑπάρχοντος, καὶ πᾶσιν ἁπλῶς ἑαυτὸν ἀξίοις τε καὶ ἀναξίοις ὅλον κατὰ χάριν δι' ἄπειρον ἀγαθότητα παρέχοντος[91], καὶ τὴν τοῦ ἀεὶ εἶναι καθὼς ἕκαστος ὑφ' ἑαυτοῦ διατέθειται[92] τε καὶ ἔστι διαμονὴν ἐμποιήσαντος. Οὗς ἡ τοῦ κυρίως ὄντος καὶ εὖ ὄντος καὶ ἀεὶ ὄντος ἀνάλογος μέθεξις ἢ ἀμεθεξία, τιμωρίας τῶν μετασχεῖν μὴ δυναμένων, καὶ ἀπολαύσεως τῶν[93] μετασχεῖν δυναμένων, ἐπίτασίς ἐστι καὶ ἐπαύξησις. Οὐδὲν γὰρ τὸ παράπαν ἔστι τῶν ὄντων οὗ μὴ παρὰ τῷ Θεῷ πάντως ὁ λόγος προένεστιν. Ὧν δὲ παρὰ τῷ Θεῷ προυπάρχουσιν ὄντες τῆς οὐσίας οἱ λόγοι, τούτων δηλαδὴ κατὰ πρόθεσιν θείαν πάντως ἐστὶν ἡ γένεσις. Ὧν δὲ κατὰ πρόθεσιν θείαν ἐστὶν ἡ γένεσις, τούτων ἡ κατ' οὐσίαν ὕπαρξις μένει πρὸς τὸ μὴ ὂν ἀπὸ τοῦ ὄντος ἀμεταχώρητος. Ὧν δὲ πρὸς τὸ μὴ ὂν ἀμεταχώρητος μετὰ τὴν γένεσιν ἀπὸ τοῦ ὄντος ἡ κατ' οὐσίαν ὑφέστηκεν ὕπαρξις, τούτων οἱ λόγοι τυγχάνουσι μόνιμοί τε καὶ βάσιμοι, μόνην ἔχοντες ἀρχὴν τοῦ εἶναι τὴν σοφίαν, ἐξ ἧς καὶ δι' ἣν ὑπάρχουσι, καὶ ὑφ' ἧς τὴν πρὸς τὸ εἶναι δύνασθαι παγίως δύναμιν ἔχουσιν. Ὧν δὲ οἱ λόγοι μονίμως ὑπάρχουσι παρὰ τῷ Θεῷ, — καὶ ἡ περὶ αὐτοὺς τοῦ πεποιηκότος (**232** *a*) τὰ πάντα Θεοῦ πρόθεσίς ἐστιν ἀδιάπτωτος· χρονικοῖς γὰρ ἡ τοῦ Θεοῦ πρόθεσις παντάπασιν οὐ περιείληπται πέρασιν, οὔτε μὴν τὴν ἐκ μεταβολῆς ἀλλοίωσιν ἐπιδέχεται τοῖς ὑποκειμένοις συμμεταπίπτουσα, τούτων ἀναμφηρίστως[94] αἱ ὑπάρξεις σαφῶς[95] εἰσιν ἀδιάφθοροι[96]. Ἡ γὰρ οὖν κατὰ πρόθεσιν θέλων πεποίηκεν ὁ Θεὸς τὰ ἀνθρώπινα σώματα, καὶ μένει δι' αὐτὸν πρὸς τὸ μὴ ὂν ἀμετάπτωτα παντελῶς, ἀεὶ θέλοντα εἶναι τὸ σὺν λόγῳ καὶ σοφίᾳ κατὰ πρόθεσιν θεληθὲν, καὶ οὐκ ἔσται κατ' αὐτοὺς ἡ παντελὴς τῶν σωμάτων πρὸς[97] τὸ μὴ ὂν ἀπογένεσις, ἢ κατὰ πρόθεσιν οὐ πεποίηκε[98], καὶ μὴ θέλων ἐτυραννήθη, κατὰ βίαν ἀγόμενος πρὸς γένεσιν, ὧν τοὺς λόγους ἔχων οὐ πέφανται. Καὶ εἰ μὲν τυραννηθεὶς παρὰ πρόθεσιν ἦλθε[99] ποιῆσαι μὴ θέλων τὰ σώματα, λόγος δηλονότι καὶ σοφία τῆς τούτων γενέσεως οὐδαμῶς καθηγήσατο. Τὸ γὰρ παρὰ πρόθεσιν θείαν γινόμενον, λόγου καὶ σοφίας παντελῶς ἐστέρηταί τε

A Omnium igitur rerum secundum essentiam substantialiter exsistentium et exstiturarum, sive natarum sive nasciturarum, sive apparentium sive appariturarum, in Deo præexsistunt stabiliter rationes, secundum quas et sunt omnia et fuerunt et manent semper suis secundum voluntatis propositum rationibus, per naturalem motum appropinquantia et ad exsistentiam magis coarctata, secundum qualemcunque et quantumcunque voluntatis motum atque momentum, accipientia bene esse per virtutem rectumque ad rationem qua utuntur iter, vel male esse propter vitium et motum ei qua utuntur ratione contrarium, et, ut paucis dicam, secundum habitum vel privationem suæ juxta naturam participativæ virtutis
B ejus qui plane imparticipabilis est secundum naturam, et nihilominus cunctis ex æquo seipsum tam dignis quam indignis integrum secundum gratiam ex infinita bonitate exhibet, perpetuitatemque exsistentiæ inoperatur, prout quisque a seipso afficitur et est. Quibus sane vere exsistentis, et bene exsistentis, et semper exsistentis consentanea participatio vel non-participatio, eorum qui participare non possunt, est pœnæ, et eorum qui possunt, fruitionis intensio est et incrementum. Omnino enim eorum quæ exsistunt nullum exstat cujus apud Deum prorsus ratio non præexsistat. Quorum vero apud Deum præexsistunt essentiæ exstantes rationes, horum profecto secundum divi-
C nam voluntatem fit creatio. Quorum vero secundum divinam voluntatem fit creatio, horum essentialis exsistentia manet, et ad non-exsistentiam ab exsistentia non transit. Quorum vero ad non-exsistentiam post creationem ab exsistentia non transit essentialis exstantia, eorum rationes stabiles sunt atque firmæ, unicum habentes exsistentiæ principium sapientiam, ex qua et per quam exsistunt, et a qua virtutem habent constanter ut esse possint. Quorum vero rationes stabiles sunt apud Deum, — et Dei rerum cunctarum conditoris immutabilis est ac firma circa eas voluntas, cum temporaneis Dei voluntas haudquaquam comprehensa est limitibus, neque mutationem ex vicissitudine admittit, una cum subjectis variata, —
D horum manifeste et sine controversia exstantiæ interitu carent. Vel igitur secundum propositum volens effecit Deus humana corpora, et manent per eum ad non-exsistentiam prorsus non declinantia, cum semper velit esse quod cum ratione et sapientia volitum est secundum propositum, et ita non continget secundum eos plena corporum ad non-exsistentiam degeneratio : vel secundum propositum non effecit, et non volens dominationem passus est, quippe vi coactus ad faciendа

VARIÆ LECTIONES.

[89] ἢ γενομένων non habet ed. Gall. [90] καὶ διαμένουσιν non habet ed. Gall. [91] παρέξοντος habet apographum cod. Gud. [92] διατέθηται ed. Gall. [93] Verba μὴ δυναμένων, καὶ ἀπολαύσεως τῶν non comparent in ed. Gall. [94] ἀναμφιῤῥήστως ed. Gall. [95] σαφῶς abest ab ed. Gall. [96] ἀδιάφορα ed. Gall. [97] εἰς ed. Gall. [98] πεποίηκεν ed. Gall. [99] ἦλθεν ed. Gall.

Digitized by Google

ea quorum rationes habere non visus est. Ac si quidem dominationem passus contra voluntatis propositum et invitus devenit ad facienda corpora, jam ratio et sapientia productioni plane eorum facem non prætulit. Quod enim fit contra divinum propositum, ratione et sapientia omnino caret, ab iisque alienum est : at quod caret prorsus ratione et sapientia hoc solum est malum, cujus exsistentiam denotat inexstantia, cujus auctorem Deum ne cogitare quidem nobis unquam in mentem veniat, nedum palam dicere, et perniciose audere credere. At quis contra Deum tyrannidem usurpaverit, siquidem passus est eam, et fas est omnino ut eum contra propositum quod noluit fecisse dicamus? Et quomodo qui tyrannidem passus est Deus erit, ex necessitate et contra propositum constituens in interitum rerum conditionem? Qui hujusmodi opinionem tuentur, dicere audento. Aut enim Deum hæc fecisse dicerent, et gravissimam blasphemiam admitterent, necessitatem Deo inducentes tanquam aliquid fecisset contra voluntatis propositum : aut non fecisse dicerent, et necessario aliud principium in modum Manichæorum, quod fecerit hoc, introducere deprehendentur. Nam peculiaris est omnino eorum qui duo contraria principia inter se committunt præexsistentiæ opinio. Quos Dei gratia misericordissimi profunda exterminii caligo obruens in plenam oblivionem detrusit, cum splendorem prædicatæ a patribus nostris veritatis ferre non possent.

Miror autem quomodo illos, ut cætera interea omittam multa quæ dici possent, ne orationem meam diutius protraham, verum Christi Dei nostri mysterium provocet ad excutiendam prompte ex animo suo hujusmodi sententiam. Si omnium enim mysteriorum divinorum mysteriosissimum est Christi, quod utique omni secundum omnem intellectum vel exsistenti vel exstituræ perfectioni limites imponit, quodque omnium limitum ac finium repagula supergreditur, hoc vero mysterium cum incarnato ac perfecte homine Dei Verbo et esse et exsistere corpus docet de nostra carne desumptum atque nobis coessentiale, unitum ipsi secundum substantiam, cum quo et assumptus est in cœlos [i], *supra omnem principatum et potestatem et virtutem nomenque quodcunque nominatur, non modo in hoc sæculo, sed etiam in futuro* [k], atque cum Deo atque Patre nunc et per interminata sæcula sedet, omnes transgressus cœlos et superior omnibus factus, et rursus veniet, ut reformet atque instauret universum, nostrasque animas salvas reddat et corpora, sicut credidimus et credimus semperque utinam credere perseveremus, — quis tam est temerarius atque audax, solumque petulanter adversus conspicua et manifesta litigandi gnarus, ut vel leviter cogitet corpora ad non-exsistentiam unquam transitura, juxta profectum in id quod perfectum est

A καὶ ἀλλοτριῶται. Τὸ δὲ λόγου καὶ σοφίας παντελῶς ἐστερημένον μόνον ἐστὶ τὸ κακὸν, οὗ τὸ εἶναι χαρακτηρίζει ἡ ἀνυπαρξία, οὕτινος ποιητὴν τὸν Θεὸν μήτε ἐννοεῖν ἡμῖν γένοιτο πώποτε, μήτιγε δὴ [1] λέγειν ἀναφανδὸν, καὶ πιστεύειν ὀλεθρίως τολμᾷν. Τίς δὲ ὁ τυραννήσας τὸν Θεὸν, εἴπερ τετυράννηται, καὶ [2] θέμις ὅλως εἰπεῖν ποιῆσαι παρὰ πρόθεσιν ὃ μὴ βεβούληται; Καὶ πῶς ὁ τυραννηθεὶς ἐστι Θεὸς, πρὸς ἀνάγκης ὑφιστῶν παρὰ πρόθεσιν ἐπ' [3] ἀπωλείᾳ γένεσιν πραγμάτων; Οἱ ταύτην περιέποντες τὴν δόξαν λέγειν τολμάτωσαν. Ἢ γὰρ ἂν τὸν Θεὸν ταῦτα πεποιηκέναι φαῖεν, καὶ τὰ μέγιστα βλασφημήσαιεν, ἀνάγκην [4] ἐπάγοντες τῷ Θεῷ [5] ποιῆσαί τι παρὰ πρόθεσιν· ἢ μὴ (**232** *b*) πεποιηκέναι, καὶ ἐξ ἀνάγκης ἄλλην ἀρχὴν Μανιχαϊκῶς [6] τὴν ταῦτα ποιοῦσαν B εἰσάγοντες φωραθήσονται. Πάντως [7] γὰρ ἴδιόν ἐστι τῶν δύο ἀρχὰς ἀλλήλαις ἀντιπαρεξαγόντων τὸ τῆς προϋπάρξεως δόγμα. Οὓς χάριτι Θεοῦ τοῦ παντελεήμονος ὁ βαθὺς τῆς ἀφανείας ζόφος περιλαβὼν εἰς τελείαν ἀπήλασε λήθην, τὸ φέγγος τῆς κηρυττομένης ὑπὸ τῶν ἁγίων Πατέρων ἡμῶν [8] ἀληθείας οὐ φέροντας.

Θαυμάζω δὲ πῶς αὐτοὺς, ἵνα παραλείψω [9] νῦν δεῖ ῥηθῆναι δυνατόν ἐστι, διὰ τὴν συμμετρίαν τοῦ λόγου, τὸ κατὰ Χριστὸν τὸν ἀληθινὸν Θεὸν ἡμῶν [10] μυστήριον, οὐ δυσωπεῖ ταύτην προθύμως ἑαυτῶν ἐκτινάξασθαι τὴν δόξαν. Εἰ γὰρ πάντων τῶν θείων μυστηρίων μυστηριωδέστερον τὸ κατὰ Χριστὸν ὑπάρχει μυστήριον, καὶ πάσης τῆς κατὰ πᾶσαν ἔννοιαν ἐν πᾶσιν ἢ οὔσης ἢ γενησομένης τελειότητος ὁριστικὸν, καὶ παντὸς ὅρου καὶ πέρατος ὑπεράνω καθέστηκε, τοῦτο δὲ τὸ μυστήριον μετὰ τοῦ [11] σαρκωθέντος καὶ τελείως ἐνανθρωπήσαντος Θεοῦ Λόγου εἶναί τε καὶ ὑπάρχειν διδάσκει τὸ σῶμα τὸ ἐξ ἡμῶν ληφθὲν καὶ ἡμῖν ὁμοούσιον, ἡνωμένον αὐτῷ καθ' ὑπόστασιν, μεθ' οὗ καὶ ἀνελήφθη εἰς οὐρανοὺς, *ὑπεράνω πάσης ἀρχῆς καὶ ἐξουσίας καὶ δυνάμεως καὶ κυριότητος καὶ παντὸς ὀνόματος ὀνομαζομένου, οὐ μόνον ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ μέλλοντι*, C καὶ τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ νῦν τε καὶ εἰς τοὺς ἀπείρους αἰῶνας συγκαθέζεται, πάντας διεληλυθὼς τοὺς οὐρανοὺς, καὶ ὑπεράνω πάντων γενόμενος, καὶ πάλιν ἐλεύσεται ἐπὶ μεταποιήσει τε [12] καὶ μεταστοιχειώσει τοῦ παντὸς καὶ σωτηρίᾳ τῶν ἡμετέρων ψυχῶν τε καὶ σωμάτων, καθὼς ἐπιστεύσαμέν τε καὶ πιστεύομεν καὶ εἰς ἀεὶ πιστεύοντες διαμένοιμεν, (**233** *a*) — τίς οὕτως [13] τολμηρός ἐστι καὶ αὐθάδης, καὶ πρὸς τὰ δῆλά τε καὶ προφανῆ μάχεσθαι μόνον εἰδὼς [14] προπετῶς, ὥστε κἂν ψιλῶς ἐνθυμηθῆναι πάρεσόν τὴν

i Marc. xvi, 19. k Ephes. i, 21.

VARIÆ LECTIONES.

[1] δεῖ ed. Gall., sed. emendat. in annot. [2] εἰ ed. Gall. [3] ἐν ed. Gall. [4] ἀνάγκειν ed. Gall. [5] τὸν Θεὸν ed. Gall. [6] Μανιχαϊκῆς ed. Gall. [7] πάντων ed. Gall. [8] ὑμῶν ed. Gall. [9] πάντα παραλείψω ed Gall. [10] ἡμῶν Θεὸν ed. Gall. [11] τοῦ om. ed. Gall. [12] τε non habet ed. Gall. [13] οὕτω ed. Gall. [14] προπετῶς μόνον εἰδὼς ed. Gall

Digitized by Google

εἰς τὸ μὴ ὂν ἔξειν [15] ποτὲ τὰ σώματα, κατὰ τὴν εἰς τὸ τέλειον, ὡς ἐκεῖνοί φασι, τῶν λογικῶν προκοπήν, τὸν Κύριον αὐτὸν καὶ Θεὸν τῶν ὅλων πιστεύων μετὰ σώματος εἶναι νῦν τε καὶ εἰς ἀεί, τὸν καὶ τοῖς ἄλλοις τὴν τοῦ προκόπτειν δύνασθαι παρεχόμενον δύναμιν, καὶ πάντας πρὸς τὴν οἰκείαν δόξαν, ὡς ἐφικτὸν τῇ δυνάμει τῆς ἐνανθρωπήσεως, ἐνάγοντά τε καὶ προσκαλούμενον ὡς ἀρχηγὸν τῆς πάντων σωτηρίας, καὶ τὰς ἐν ὅλοις ἀναχαθαίροντα [16] κηλῖδας;

Ἀλλ' οὐχ ὑπ' ἐκείνων ὡς τύπων τῆς αὐτοῦ τελειότητος, εἴπερ ὅλως τοῦτο κἂν ἐννοῆσαι τολμήσειεν [17], ἀγόμενον πρὸς ἀπόθεσιν τοῦ σώματος. Οὐ γὰρ ἕπεται πρὸς τελείωσιν ἄλλοις, οὔτε διὰ προκοπῆς ἐνθεωρούμενον ἔχει τὸ τέλειον, ὁ μόνος κατὰ φύσιν τελειότατος καὶ πάσης ποιητὴς τελειότητος, οὔτε σὺν ἄλλοις ἀναμένει τὸ τέλειον δέξασθαι, κατ' οὐδὲν οὐδενὶ τῶν ὄντων τὸ σύνολον εἰς τὸ δεῖσθαι προκοπῆς ὑπάρχων ὅμοιος, ἵνα καὶ αὐτὸς τότε τοῦ σώματος τὴν φύσιν ἀπόθηται, ὅτε τοῖς λοιποῖς ἡ ἐπ' ἄκρον προκοπὴ τὴν τοῦ σώματος ἀπόθεσιν γενέσθαι παρασκευάζει. Ἐπεὶ οὐκ ἔτι ἀρχηγὸς τῶν σωζομένων ἐστὶ καὶ Σωτὴρ, ὡς τὸ καθ' ἡμᾶς τέλος τῆς τελειότητος μυστικῶς ἐφ' ἅπαξ ἐν ἑαυτῷ μὴ παραδείξας, ἀλλ' εἰς τῶν σωζομένων καὶ ἀρχομένων καὶ δεομένων ἄλλου τοῦ δεικνύοντος [18] ἐν ἑαυτῷ τὴν ἐφ' ἣν πάντες οἱ λόγου φυσικῶς μετειληφότες ἐπείγονται τελειότητα καὶ αὐτὸς ὑπάρχων ἀναφανήσεται. Οὐχ οὕτω δὲ τοῦτ' ἔχει. Πόθεν; Οὐδὲ τῆς (233 *b*) ἀληθείας ὁ λόγος τῶν ταῦτα [19] λεγόντων ἀγέχεται. Ἀρχηγὸν γὰρ καὶ τελειωτὴν τῆς ἡμῶν σωτηρίας αὐτὸν φησιν ὁ θεῖος Ἀπόστολος, ὡς σαρκωθέντα δι' ἡμᾶς ἵνα τὴν ἡμῶν ἁμαρτίαν ἐν ἑαυτῷ δαπανήσῃ, καὶ τῆς κατ' ἀρετὴν ἀγωγῆς ἑαυτὸν πᾶσι δῷ τύπον καὶ πρόγραμμα τοῖς πιστεύουσιν εἰς αὐτὸν, ὡς διδάσκαλος ἀγαθός τε καὶ [20] σοφὸς, τὰ ῥητέα καὶ τὰ πρακτέα πρὸς ὑποτύπωσιν ἡμῶν δι' ἑαυτοῦ πρότερον ἐκτελοῦντα, ἀποθανόντα καὶ [21] ἀναστάντα καὶ ἀναληφθέντα εἰς οὐρανοὺς, καὶ καθεσθέντα μετὰ τοῦ σώματος ἐκ δεξιῶν τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, ἵνα καὶ ἡμεῖς ἀποθνήσκοντες βεβαίως ἐλπίζωμεν ἀναστῆναι, καὶ ζωὴν ζῆσαι παντὸς θανάτου καὶ πάσης φθορᾶς παντελῶς κεχωρισμένην, καὶ ἀναληφθῆναι εἰς οὐρανοὺς, καὶ τὴν ἐν τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ διὰ τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ μεσιτεύοντος τιμήν τε καὶ δόξαν λήψεσθαι, καὶ τὴν σὺν αὐτῷ μακαρίαν καὶ αἰώνιον μονὴν, σώματος δὲ καθ' ὁτιοῦν [22] ἀπόθεσιν μὴ ἐκδέχεσθαι, ὅτι μηδὲ τῆς ἁγίας Γραφῆς ὁ λόγος ἡμᾶς τοῦτο διδάσκει. Μήτε μὴν ἐν τῷ ἀρχηγῷ τῆς σωτηρίας ἡμῶν τεθεάμεθα τοῦτο προγεγενημένον. Εἰ γὰρ φίλον ἦν αὐτῷ καὶ τοῦτο γενέσθαι [23], πρῶτος ἂν αὐτὸς ἐνεργήσας καὶ τοῦτο μετὰ τῶν λοιπῶν, οἷς ἑαυτὸν δι' ἡμᾶς ὡς φιλάνθρωπος ὑπεθεὶς καθ' ἡμᾶς ἐτελείωσεν, εἰς τὸ ἡμᾶς μετὰ τῶν ἄλλων εἰς [24] τοῦτο πιστεύσας ἐλπίζειν. Πῶς δὲ, εἴπερ ἀνασχόμεθα

entium rationalium, ut ipsi loquuntur, si modo credat Dominum ac Deum universorum cum corpore esse et nunc et in perpetuum, qui etiam aliis proficiendi facultatem potentiamque largitur, quique omnes ad propriam gloriam, quantum fieri potest, virtute incarnationis adducit et provocat, ut auctorem salutis omnium, et qui omnium emaculet sordes?

Sed neque ab illis ut exemplaribus suæ perfectionis, si quidem prorsus hoc vel cogitare audeant, inducitur ad corporis depositionem. Non enim aliis obsequitur perfectionis gratia, neque per profectum quid sit perfectum agnoscit, ipse qui solus natura est perfectissimus omnisque perfectionis auctor, neque cum aliis præstolatus ut quod perfectum est recipiat, nullatenus nulli, quotquot exsistunt, similis exsistens in eo quod indigeat profectu, ut et ipse tum corporis naturam deponat, quando reliquis summus profectus corporis depositionem conciliet. Siquidem haud amplius dux et Salvator eorum qui salvantur esset, quippe qui finem perfectionis nostrum mystice in semetipso semel non ostenderit, sed eorum unus etiam ipse cernetur qui salvantur et ab alio reguntur, quique indigent altero qui ostendat in seipso perfectionem istam ad quam omnes qui rationis natura sunt participes contendunt. Non ita hæc res se habet. Qui enim? Nec veritatis sermo talia dicentes tolerat. Auctorem enim et consummatorem salutis nostræ ipsum appellat divinus Apostolus [l], utpote incarnatum propter nos ut peccatum nostrum in seipso conficeret, seque imaginem præberet omnibus atque exemplar castitatis vitæ et integritatis iis qui credant in eum, ut magister bonus et sapiens, ea quæ dicenda quæque facienda sint ad informationem institutionemque nostram per seipsum prius perficientem, morientem atque resurgentem atque assumptum in cœlos, et sedentem cum corpore ad dextram Dei ac Patris [m], ut nos quoque morientes firmiter speremus fore ut resurgamus, vitamque vivamus omnis mortis omnisque corruptionis prorsus expertem, assumamurque in cœlos, ac compotes fiamus in Deo et Patre, mediatore Filio ipsius, honoris et gloriæ, mansionisque beatæ et æternæ cum illo, corporis vero depositionem nullo omnino modo patiamur, quandoquidem neque divinæ Scripturæ sermo istud nos docet. Neque enim in auspice salutis nostræ vidimus hoc antea factum fuisse. Si enim ipsi placuisset ut etiam hoc fieret, primus utique ipse in se operatus fuisset, et id cum reliquis quibus seipsum utpote benignus propter nos subjecit, quæque secundum nos per-

[l] Hebr. II, 10. [m] Marc. XVI, 19.

VARIÆ LECTIONES.

[15] ἤξιν ed. Gall., sed emendat. in annot. [16] ἀνακαθάραντα ed. Gall. [17] τολμῆσαι ed. Gall. Editores conjecerunt τολμήσαις. [18] δεικνύντος ed. Gall. [19] ταῦτα ed. Gall. [20] Videntur hæc per quartum casum efferenda. (Editores Galland.) [21] τε καὶ ed. Gall. [22] καθοτιοῦν ed. Gall. [23] λέγεσθαι ed. Gall. [24] καὶ ed. Gall.

Digitized by Google

fecit, ut nos cum cæteris hoc quoque credentes speraremus. Quomodo enim, si hoc eos dicentes feramus, secundum sanctum hunc magistrum, credemus id quod unitur Deo, etiam salvari? « Quod enim, » ait ad Cledonium scribens, « unitum est Deo, hoc etiam salvatur. » Porro unitum est Deo Verbo simul cum anima etiam corpus, ergo simul cum anima corpus quoque salvatur. Et rursus, si propterea incarnatur, juxta divinum hunc doctorem, Dei Verbum, ut et imaginem salvet et carnem immortalem reddat, quanam ratione id quod salvetur interiturum sit, moriturum sit item quod immortale effectum sit, vel, ut magis proprie dicam, divinum effectum sit totum, mediante anima intellectuali divinitatem inter et corpus, præsentique omni ineffabili quodam modo essentialiter suscepta Dei Sermonis incarnati substantia, qui etiam proprium sibi corpus effecerat et præ se tulerat, hoc equidem intelligere non habeo. Cujus vero rei gratia, siquidem mysterio fidei ecclesiasticæ et hoc continetur dogma, non sit cum cæteris comprehensum in symbolo quo sincera et inculpata Christianorum fides a sanctis et beatis Patribus nostris exposita fuit, identidem congregatis ad stabilienda divina sanctæ Dei et apostolicæ Ecclesiæ dogmata, id sapientibus dicere relinquamus. Sed satis esse existimo nunc contra istos hæc per digressionem dicta fuisse. Jam igitur ad alios convertamur.

A τοῦτο λεγόντων αὐτῶν, κατὰ τὸν ἅγιον τοῦτον διδάσκαλον, πιστεύσομεν ὅτι τὸ ἑνωθὲν τῷ Θεῷ καὶ σώζεται [25]; « Ὃ γάρ, φησὶ πρὸς Κληδόνιον γράφων, ἥνωται τῷ Θεῷ, τοῦτο καὶ σώζεται [26] (38). » Ἡνώθη δὲ τῷ Θεῷ [27] Λόγῳ μετὰ τῆς ψυχῆς καὶ τὸ σῶμα. Ἆρα μετὰ τῆς ψυχῆς καὶ τὸ σῶμα σωθήσεται. Καὶ πάλιν, εἰ διὰ τοῦτο σαρκοῦται, κατὰ τὸν θεόφρονα τοῦτον διδάσκαλον, ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, ἵνα καὶ τὴν εἰκόνα σώσῃ καὶ τὴν σάρκα ἀθανατίσῃ, πῶς τὸ σωζόμενον ἀπολεῖται, καὶ (234 *a*) θνήξεται πάλιν τὸ ἀθανατιζόμενον, μᾶλλον δὲ κυριώτερον εἰπεῖν, θεωθὲν ὅλον διὰ μέσης τῆς νοερᾶς ψυχῆς θεότητι μεσιτευούσης καὶ σώματι, παροῦσαν ὅλην ἀῤῥήτως οὐσιωδῶς [28] τὴν τοῦ σαρκωθέντος ὑπόστασιν Θεοῦ Λόγου δεξάμενον [29], καὶ ἴδιον αὐτὸ σῶμα ποιησαμένου τε καὶ ἀποφήναντος, οὐκ ἔχω συνιδεῖν. Τίνος δὲ χάριν, εἴπερ τῷ μυστηρίῳ τῆς ἐκκλησιαστικῆς πίστεως καὶ τοῦτο περιέχεται τὸ δόγμα, μὴ τοῖς ἄλλοις συμπεριελήφθη ἐν τῷ συμβόλῳ τῆς κατὰ τὴν ἀμώμητον πίστιν τῶν Χριστιανῶν ἐκθέσεως ὑπὸ τῶν ἁγίων καὶ μακαρίων [30] Πατέρων ἡμῶν, τῶν [31] συναθροισθέντων κατὰ καιροὺς ἐπὶ βεβαιώσει τῶν θείων τῆς ἁγίας τοῦ Θεοῦ καὶ ἀποστολικῆς Ἐκκλησίας δογμάτων, λέγειν τοῖς σοφοῖς καταλείψωμεν [32]; Ἀλλ' ἀρκεῖν οἶμαι πρὸς τὸ παρὸν παρεκβατικῶς ταῦτα ῥηθῆναι πρὸς τούτους. Πρὸς δὲ τοὺς ἄλλους τρεψώμεθα.

B

Contra eos qui corpora ante animas exsistere affirmant.

Post corpora exsistere animas, o isti, dicere facile et cujusvis volentis est, at ratione probare quod dicitur perquam difficile est atque operosum, studiique et diligentiæ in hac quæstione collocatæ facile nunquam habebit fructum et probationem. Si enim id quod secundum vos in generationis humanæ materia ponitur inanimatum omnino est, sequitur necessario ut etiam vitalis nimirum potestatis plane sit expers. Nam quod anima, quoquo modo comparata fuerit, caret, id omni vitali privatum est virtute. Quod si anima ejusque vitalis potestatis et virtutis plane expers est, mortuum esse manifestum est; verum si mortuum esse statuitur, neque alitur neque crescit, neque ullo modo subsistere poterit, aut indissipatum et indiffusum manere. Quod probat vulnerum in corpore sanatio. Quæ quando medicorum filii attingunt tentantes si corpus mortuum emergens reperiant, medicamentis quæ id devorent ante insumptis, ita quæ reficiendo corpori de vulnere læso idonea sint adhibent ad supplectionem, quatenus vivum videlicet corpus

C

Πρὸς τοὺς λέγοντας τῶν ψυχῶν προϋπάρχειν τὰ σώματα.

Τὸ μεθυπάρχειν τῶν σωμάτων τὰς ψυχάς, ὦ οὗτοι, λέγειν εὔκολον καὶ τοῦ βουλομένου παντὸς, τὸ δὲ λόγῳ συστήσασθαι τὸ λεγόμενον πάνυ δύσκολον καὶ ἐργῶδες, καὶ οὔποτε ῥᾴστην ἔχον τῆς σπουδῆς τὴν ἀπόδειξιν. Εἰ γὰρ τὸ καταβαλλόμενον καθ' ὑμᾶς εἰς πρόφασιν τῆς ἀνθρωπίνης γενέσεως παντάπασιν ἔστιν ἄψυχον, καὶ ζωτικῆς δηλονότι δυνάμεως πάντη καθέστηκεν ἄμοιρον. Τὸ γὰρ ψυχῆς παντελῶς τῆς οἱασοῦν ἐστερημένον καὶ πάσης ζωτικῆς ἐνεργείας ἔστιν ἔρημον. Εἰ δὲ ψυχῆς καὶ τῆς κατ' αὐτὴν ζωτικῆς δυνάμεώς τε καὶ ἐνεργείας παντελῶς καθέστηκεν ἄμοιρον, δηλονότι νεκρὸν τυγχάνει· εἰ δὲ νεκρὸν αὐτὸ ὑποτιθέμεθα εἶναι, οὔτε τρέφεται οὔτε αὔξεται, D αὐδ' ὅλως ὑποστῆσαι δυνήσεται, καὶ μεῖναι παντελῶς ἀσκέδαστόν τε καὶ ἀδιάχυτον. Τεκμηριοῖ δὲ τὸ (234 *b*) λεχθὲν ὁ ἐν τοῖς σώμασι τῶν ἑλκῶν ἀκεσμός. Ἡνίκα γὰρ ἐφάπτονται τούτων ἰατρῶν παῖδες, εἰ εὕροιεν ἐπιπολάζον σῶμα νεκρὸν, τοῖς κατεσθίουσι τοῦτο φαρμάκοις προαναλώσαντες, οὕτω τὰ πρὸς ἀνάδοσιν τοῦ κοιλανθέντος ἐκ τῆς ὠτειλῆς σώματος ἐπιβάλλουσιν εἰς ἀναπλήρωσιν, ὡς τοῦ ζῶντος δη-

VARIÆ LECTIONES.

[25] ζώσεται ed. Gall. [26] ζώσεται ed. Gall. [27] Θεῷ om. ed. Gall. [28] οὐσιωδῶς in codicis Gudiani margine ab eadem manu ascriptum legitur. [29] δεξαμένους suspicabantur editores Galland. [30] καὶ μακαρίων non comparet in ed. Gall. [31] τῶν non habet ed. Gall. [32] καταλείψομεν ed. Gall.

(38) Greg. Naz. *Epist. ad Cledon.*, p. 87, tom. II edit. Bened.

Digitized by Google

λαβὴ σώματος φύσιν ἔχοντος ἀναπεμπάζουσαν καὶ δύναμιν τῆς οἰκείας ἕξεως συστατικὴν τε καὶ ἐπανακλητικὴν, τοῦ δὲ νεκροῦ τοῦτο μηδαμῶς ἐνεργοῦντος, ἅπαξ νενεκρωμένου καὶ παντελῶς ζωτικῆς ἐστερημένου δυνάμεως, καὶ διὰ τοῦτο ἀνενεργήτου τυγχάνοντος. Πῶς δὲ καὶ στήσεται τὸ φύσει σκεδαστόν τε καὶ εὐδιάλυτον, μὴ οἱονεὶ θεμελίου τρόπον κατ' ἐπίνοιαν προϋποκειμένης τινὸς ζωτικῆς δυνάμεως, περὶ ἑαυτὴν φυσικῶς συγκρινούσης τε καὶ διασφιγγούσης τὸ σκεδαννύμενον, ἐν ᾗ τὸ εἶναί τε καὶ εἰδοποιεῖσθαι παρὰ τῆς τὰ ὅλα σοφῶς τεχνιτευούσης δυνάμεως ἔχειν ἔλαχεν; Ἐν ᾧ γὰρ ἂν πράγματι μετὰ τὸ τεχθῆναι περίεστιν ἀληθῶς τὸ [88] εἶναι τῷ σώματι, ἐν ἐκείνῳ πάντως δικαίως ἂν λέγοιτο ἔχειν καὶ τὴν ἀρχὴν τῆς ὑπάρξεως. Οὗτινος γὰρ τῷ χωρισμῷ διαλύεσθαι πέφυκε τὸ σῶμα, τούτου δηλαδὴ τῇ ὑπάρξει κατὰ τὴν γένεσιν εὐλόγως ἂν πάντως καὶ συνυφέστηκεν.

Εἰ δὲ τούτοις στενοχωρούμενοι τοῖς λογισμοῖς, ὦ οὗτοι, φατὲ μὴ νεκρὸν εἶναι παντάπασι τὸ καταβαλλόμενον εἰς πρόφασιν τῆς ἀνθρωπίνης συστάσεως, ζωτικῆς δέ τινος κἂν ποσῶς μετέχειν δυνάμεως, ὡς ψυχὴν ἔχον δηλονότι τῆς τοιαύτης μεθέξει δυνάμεως (χωρὶς γὰρ ψυχῆς εἶδος ζωῆς οὐκ ἂν εἴη πώποτε καθάπαξ ἐν τοῖς ὑπὸ φύσιν ἀναγομένοις καὶ τῆς οὐρανίου δῆλον ἀεικινήτου περιφορᾶς ἐντὸς διειλημμένοις, ἀεὶ δὲ ζωῆς εἶδος ἄνευ ψυχῆς τὸ παράπαν οὐκ ἔστι κατὰ τὴν λογικὴν ἀκολουθίαν), οἷον δ' ἂν ὑποτίθησθε ζωῆς εἶδος τὸ καταβαλλόμενον ἔχειν κατὰ τὴν σύλληψιν, ψυχῆς τινος μόνον ἰδιότητα ἐνεφήνατε, συστατικὴν μὲν τῆς ἐν ᾧπέρ ἐστιν οὐσίας ἀφοριστικὴν δὲ τῶν μὴ τοιούτων διαφοράν. Εἰ δὲ (235 *a*) καὶ ψυχὴν ἔχειν τὸ ἔμβρυον βίας πρὸς τὸ δέον ὑπὸ τῆς ἀληθείας ὠθούμενοι λέγετε, τίνα τε καὶ ὁποίαν ταύτην, καὶ πῶς θεωρουμένην ἢ λεγομένην, ὑμᾶς λέγειν ἐστὶν ἀκόλουθόν τε καὶ πρόσφορον; Καὶ εἰ μὲν μόνην τὴν θρεπτικήν τε καὶ αὐξητικὴν ἔχειν αὐτὸ διαβεβαιοῦσθε ψυχὴν, φυτοῦ τινος δηλονότι καὶ οὐκ ἀνθρώπου τῷ λόγῳ τούτῳ καθ' ὑμᾶς τὸ τρεφόμενον καὶ αὐξόμενον ἔσται σῶμα. Καὶ πῶς τοῦ φυτοῦ πατὴρ ὁ ἄνθρωπος ἔσται συνιδεῖν οὐκ ἔχω, πολλὰ σκοπῶν, ἐξ ἀνθρώπου παντελῶς τὸ εἶναι κατὰ φύσιν οὐκ ἔχοντος. Εἰ δὲ τὴν αἰσθητικὴν μόνην τῷ ἐμβρύῳ προσνέμετε ψυχὴν, ἵππου πάντως ἢ βοὸς ἢ ἑτέρου τινὸς τῶν χερσαίων ἢ ἐναερίων ζώων ψυχὴν ἔχων διειχθήσεται κατὰ τὴν σύλληψιν τὸ ἔμβρυον, καὶ πατὴρ οὐκ ἔσται κατὰ φύσιν ἀνθρώπου καθ' ὑμᾶς ὁ ἄνθρωπος, κατὰ τὴν πρώτην σύστασιν· ἀλλὰ φυτοῦ τινος, καθὼς ἔφην, ἢ ζώου τῶν ἐπὶ γῆς. Οὔ τί γένοιτ' ἂν ἀτοπώτερον ἢ φρενοβλαβέστερον; Τὸ γὰρ μὴ συνυπάρχειν διαβεβαιοῦσθαι τῇ πρώτῃ συστάσει τῶν ὄντων κατὰ τὴν ἑκάστου φυσικὴν διαφορὰν ἀπαραλείπτως τοὺς οἰκείους τῆς ὑπάρξεως ὁρισμοὺς, φύρειν ἐστὶν εἰς ἄλληλα τὰ πάντα, καὶ μηδὲν εἶναι κυρίως τῶν ὄντων ὅπερ ἐστί τε καὶ λέγεται διισχυρίζεσθαι. Καὶ τὸ δὴ μεῖζον κακὸν, διαβολὴν

A natura præditum est resarciente et virtute quadam habitum proprium compingendi revocandique, cum mortuum contra corpus id nullo modo efficiat, semel mortificatum, vitalique potestate prorsus destitutum, et idcirco inefficax. Quomodo vero et stabit quod natura dissipatum est atque nullo negotio dissolvitur, cum tanquam fundamenti in modum cogitatione nulla ante subjecta sit virtus vivifica, quæ circa sese naturaliter coagmentet diffusum atque constringat, in qua et exsistentia et formatio ab ea virtute quæ est universa sapienter fabricata inesse sortitæ sunt? In quacunque enim re postquam facta est generatio vere superstes est exsistentia corpori, in ea recte omnino principium quoque exsistentiæ inesse dicatur. Nam a quo separatum corpus dissolvitur, hujus, uti apparet, cum B exsistentia in generatione etiam coexstitisse plane est consentaneum.

Si autem, o isti, his argumentationibus coarctati quod hominis procreandi gratia seminatur mortuum esse negatis, vitalem vel quantulamcunque virtutem participare affirmantes, quod animam videlicet hujus virtutis communione habeat (sine anima enim nulla semel vitæ species tam in eis unquam quæ in naturam prolata quam quæ in orbe cœli semper mobile intus comprehensa sunt, reperiatur, ac semper vitæ species secundum rationis consequentiam exstat prorsus nulla nisi cum anima), qualemcunque vitæ speciem supponitis inesse in conceptionis propagine, C animæ alicujus solum proprietatem significastis, qua quidem ea in qua inest essentia struatur et eorum quæ non ejusmodi sunt differentia definiatur. Jam vero etiam si embryon anima præditum esse a veritate coacti (nam acriter vos urgere opus est) statuitis, qua et quali ista, et quomodo observata aut appellata convenienter sequitur ut doceatis. Atque si solam illud nutriendi et augendi animam habere affirmatis, plantæ alicujus profecto, non hominis, hac ratione secundum vos corpus illud quod nutritur et augetur erit. Et quomodo plantæ pater homo sit intelligere, quoquo consideratione vertor, equidem non habeo, cum de homine plane exsistentiam secundum naturam non habeat. D Si contra sensualem solam in embryo inesse animam asseveratis, equi plane vel bovis vel alterius alicujus animalium terrestrium aut volatilium animam habere embryon de conceptione manifestabitur, ac secundum naturam hominis per vos homo pater non erit, in prima coagmentatione, sed plantæ alicujus, uti dicebam, vel animalium terrestrium alicujus. Et quid hoc esset absurdius aut amentius? Non enim coexsistere plene cum prima eorum quæ sunt compositione pro uniuscujusque naturali differentia proprios exstantiæ fines asseverare, hoc omnia inter se confundere est, atque

VARIÆ LECTIONES.

[88] τῷ habet apographum cod. Gudiani.

Digitized by Google

fecit, ut nos cum cæteris hoc quoque credentes speraremus. Quomodo enim, si hoc eos dicentes feramus, secundum sanctum hunc magistrum, credemus id quod unitur Deo, etiam salvari? « Quod enim, » ait ad Cledonium scribens, « unitum est Deo, hoc etiam salvatur. » Porro unitum est Deo Verbo simul cum anima etiam corpus, ergo simul cum anima corpus quoque salvatur. Et rursus, si propterea incarnatur, juxta divinum hunc doctorem, Dei Verbum, ut et imaginem salvet et carnem immortalem reddat, quanam ratione id quod salvetur interiturum sit, moriturum sit item quod immortale effectum sit, vel, ut magis proprie dicam, divinum effectum sit totum, mediante anima intellectuali divinitatem inter et corpus, præsentique omni ineffabili quodam modo essentialiter suscepta Dei Sermonis incarnati substantia, qui etiam proprium sibi corpus effecerat et præ se tulerat, hoc equidem intelligere non habeo. Cujus vero rei gratia, siquidem mysterio fidei ecclesiasticæ et hoc continetur dogma, non sit cum cæteris comprehensum in symbolo quo sincera et inculpata Christianorum fides a sanctis et beatis Patribus nostris exposita fuit, identidem congregatis ad stabilienda divina sanctæ Dei et apostolicæ Ecclesiæ dogmata, id sapientibus dicere relinquamus. Sed satis esse existimo nunc contra istos hæc per digressionem dicta fuisse. Jam igitur ad alios convertamur.

A τοῦτο λεγόντων αὐτῶν, κατὰ τὸν ἅγιον τοῦτον διδάσκαλον, πιστεύσομεν ὅτι τὸ ἑνωθὲν τῷ Θεῷ καὶ σώζεται [25]; « Ὃ γάρ, φησὶ πρὸς Κληδόνιον γράφων, ἥνωται τῷ Θεῷ, τοῦτο καὶ σώζεται [26] (38). » Ἡνώθη δὲ τῷ Θεῷ [27] Λόγῳ μετὰ τῆς ψυχῆς καὶ τὸ σῶμα. Ἆρα μετὰ τῆς ψυχῆς καὶ τὸ σῶμα σωθήσεται. Καὶ πάλιν, εἰ διὰ τοῦτο σαρκοῦται, κατὰ τὸν θεόφρονα τοῦτον διδάσκαλον, ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, ἵνα καὶ τὴν εἰκόνα σώσῃ καὶ τὴν σάρκα ἀθανατίσῃ, πῶς τὸ σωζόμενον ἀπολεῖται, καὶ (234 *a*) θνήξεται πάλιν τὸ ἀθανατιζόμενον, μᾶλλον δὲ κυριώτερον εἰπεῖν, θεωθὲν ὅλον διὰ μέσης τῆς νοερᾶς ψυχῆς θεότητι μεσιτευούσης καὶ σώματι, παροῦσαν ὅλην ἀῤῥήτως οὐσιωδῶς [28] τὴν τοῦ σαρκωθέντος ὑπόστασιν Θεοῦ Λόγου δεξάμενον [29], καὶ ἴδιον αὐτὸ σῶμα ποιησαμένου τε καὶ ἀποφήναντος, οὐκ ἔχω συνιδεῖν. Τίνος δὲ χάριν, εἴπερ τῷ μυστηρίῳ τῆς ἐκκλησιαστικῆς πίστεως καὶ τοῦτο περιέχεται τὸ δόγμα, μὴ τοῖς ἄλλοις συμπεριελήφθη ἐν τῷ συμβόλῳ τῆς κατὰ τὴν ἀμώμητον πίστιν τῶν Χριστιανῶν ἐκθέσεως ὑπὸ τῶν ἁγίων καὶ μακαρίων [30] Πατέρων ἡμῶν, τῶν [31] συναθροισθέντων κατὰ καιροὺς ἐπὶ βεβαιώσει τῶν θείων τῆς ἁγίας τοῦ Θεοῦ καὶ ἀποστολικῆς Ἐκκλησίας δογμάτων, λέγειν τοῖς σοφοῖς καταλείψωμεν [32]; Ἀλλ' ἀρκεῖν οἶμαι πρὸς τὸ παρὸν παρεκβατικῶς ταῦτα ῥηθῆναι πρὸς τούτους. Πρὸς δὲ τοὺς ἄλλους τρεψώμεθα.

B

Contra eos qui corpora ante animas exsistere affirmant.

Post corpora exsistere animas, o isti, dicere facile et cujusvis volentis est, at ratione probare quod dicitur perquam difficile est atque operosum, studiique et diligentiæ in hac quæstione collocatæ facile nunquam habebit fructum et probationem. Si enim id quod secundum vos in generationis humanæ materia ponitur inanimatum omnino est, sequitur necessario ut etiam vitalis nimirum potestatis plane sit expers. Nam quod anima, quoquo modo comparata fuerit, caret, id omni vitali privatum est virtute. Quod si anima ejusque vitalis potestatis et virtutis plane expers est, mortuum esse manifestum est; verum si mortuum esse statuitur, neque alitur neque crescit, neque ullo modo subsistere poterit, aut indissipatum et indiffusum manere. Quod probat vulnerum in corpore sanatio. Quæ quando medicorum filii attingunt tentantes si corpus mortuum emergens reperiant, medicamentis quæ id devorent ante insumptis, ita quæ reficiendo corpori de vulnere læso idonea sint adhibent ad supplctionem, quatenus vivum videlicet corpus

C

Πρὸς τοὺς λέγοντας τῶν ψυχῶν προϋπάρχειν τὰ σώματα.

Τὸ μεθυπάρχειν τῶν σωμάτων τὰς ψυχάς, ὦ οὗτοι, λέγειν εὔκολον καὶ τοῦ βουλομένου παντός, τὸ δὲ λόγῳ συστήσασθαι τὸ λεγόμενον πάνυ δύσκολον καὶ ἐργῶδες, καὶ οὔποτε ῥᾴστην ἔχον τῆς σπουδῆς τὴν ἀπόδειξιν. Εἰ γὰρ τὸ καταβαλλόμενον καθ' ὑμᾶς εἰς πρόφασιν τῆς ἀνθρωπίνης γενέσεως παντάπασιν ἔστιν ἄψυχον, καὶ ζωτικῆς δηλονότι δυνάμεως πάντη καθέστηκεν ἄμοιρον. Τὸ γὰρ ψυχῆς παντελῶς τῆς οἱασοῦν ἐστερημένον καὶ πάσης ζωτικῆς ἐνεργείας ἐστὶν ἔρημον. Εἰ δὲ ψυχῆς καὶ τῆς κατ' αὐτὴν ζωτικῆς δυνάμεώς τε καὶ ἐνεργείας παντελῶς καθέστηκεν ἄμοιρον, δηλονότι νεκρὸν τυγχάνει· εἰ δὲ νεκρὸν αὐτὸ ὑποτιθέμεθα εἶναι, οὔτε τρέφεται οὔτε αὔξεται, οὐδ' ὅλως ὑποστῆσαι δυνήσεται, καὶ μεῖναι παντελῶς ἀσκέδαστόν τε καὶ ἀδιάχυτον. Τεκμηριοῖ δὲ τὸ (234 *b*) λεχθὲν ὁ ἐν τοῖς σώμασι τῶν ἑλκῶν ἀκασμός. Ἡνίκα γὰρ ἁφάπτονται τούτων ἰατρῶν παῖδες, εἰ εὕροιεν ἐπιπολάζον σῶμα νεκρὸν, τοῖς κατεσθίουσι τοῦτο φαρμάκοις προαναλώσαντες, οὕτω τὰ πρὸς ἀνάδοσιν τοῦ κοιλανθέντος ἐκ τῆς ὠτειλῆς σώματος ἐπιβάλλουσιν εἰς ἀναπλήρωσιν, ὡς τοῦ ζῶντος δη-

D

VARIÆ LECTIONES.

[25] ζώσεται ed. Gall. [26] ζώσεται ed. Gall. [27] Θεῷ om. ed. Gall. [28] οὐσιωδῶς in codicis Gudiani margine ab eadem manu ascriptum legitur. [29] δεξαμένους suspicabantur editores Galland. [30] καὶ μακαρίων non comparet in ed. Gall. [31] τῶν non habet ed. Gall. [32] καταλείψομεν ed. Gall.

(38) Greg. Naz. *Epist. ad Cledon.*, p. 87, tom. II edit. Bened.

Digitized by Google

λαβὴ σώματος φύσιν ἔχοντος ἀναπεμπάζουσαν καὶ δύναμιν τῆς οἰκείας ἕξεως συστατικήν τε καὶ ἐπανακλητικήν, τοῦ δὲ νεκροῦ τοῦτο μηδαμῶς ἐνεργοῦντος, ἅπαξ νενεκρωμένου καὶ παντελῶς ζωτικῆς ἐστερημένου δυνάμεως, καὶ διὰ τοῦτο ἀνενεργήτου τυγχάνοντος. Πῶς δὲ καὶ στήσεται τὸ φύσει σκεδαστόν τε καὶ εὐδιάλυτον, μὴ οἱονεὶ θεμελίου τρόπον κατ' ἐπίνοιαν προϋποκειμένης τινὸς ζωτικῆς δυνάμεως, περὶ ἑαυτὴν φυσικῶς συγκρινούσης τε καὶ διασφιγγούσης τὸ σκεδαννύμενον, ἐν ᾗ τὸ εἶναί τε καὶ εἰδοποιεῖσθαι παρὰ τῆς τὰ ὅλα σοφῶς τεχνιτευούσης δυνάμεως ἔχειν ἔλαχεν; Ἐν ᾧ γὰρ ἂν πράγματι μετὰ τὸ τεχθῆναι περίεστιν ἀληθῶς τὸ [89] εἶναι τῷ σώματι, ἐν ἐκείνῳ πάντως δικαίως ἂν λέγοιτο ἔχειν καὶ τὴν ἀρχὴν τῆς ὑπάρξεως. Οὕτινος γὰρ τῷ χωρισμῷ διαλύεσθαι πέφυκε τὸ σῶμα, τούτου δηλαδὴ τῇ ὑπάρξει κατὰ τὴν γένεσιν εὐλόγως ἂν πάντως καὶ συνυφέστηκεν.

Εἰ δὲ τούτοις στενοχωρούμενοι τοῖς λογισμοῖς, ὦ οὗτοι, φατὲ μὴ νεκρὸν εἶναι παντάπασι τὸ καταβαλλόμενον εἰς πρόφασιν τῆς ἀνθρωπίνης συστάσεως, ζωτικῆς δέ τινος κἂν ποσῶς μετέχειν δυνάμεως, ὡς ψυχὴν ἔχον δηλονότι τῆς τοιαύτης μεθέξει δυνάμεως (χωρὶς γὰρ ψυχῆς εἶδος ζωῆς οὐκ ἂν εἴη πώποτε καθάπαξ ἐν τοῖς ὑπὸ φύσιν ἀναγομένοις καὶ τῆς οὐρανίου δῆλον ἀεικινήτου περιφορᾶς ἐντὸς διειλημμένοις, ἀεὶ δὲ ζωῆς εἶδος ἄνευ ψυχῆς τὸ παράπαν οὐκ ἔστι κατὰ τὴν λογικὴν ἀκολουθίαν), οἷον δ' ἂν ὑποτίθησθε ζωῆς εἶδος τὸ καταβαλλόμενον ἔχειν κατὰ τὴν σύλληψιν, ψυχῆς τινος μόνον ἰδιότητα ἐνεφήνατε, συστατικὴν μὲν τῆς ἐν ᾗπέρ ἐστιν οὐσίας ἀφοριστικὴν δὲ τῶν μὴ τοιούτων διαφοράν. Εἰ δὲ (235 *a*) καὶ ψυχὴν ἔχειν τὸ ἔμβρυον βίας πρὸς τὸ δέον ὑπὸ τῆς ἀληθείας ὠθούμενοι λέγετε, τίνα τε καὶ ὁποίαν ταύτην, καὶ πῶς θεωρουμένην ἢ λεγομένην, ὑμᾶς λέγειν ἐστὶν ἀκόλουθόν τε καὶ πρόσφορον; Καὶ εἰ μὲν μόνην τὴν θρεπτικήν τε καὶ αὐξητικὴν ἔχειν αὐτὸ διαβεβαιοῦσθε ψυχήν, φυτοῦ τινος δηλονότι καὶ οὐκ ἀνθρώπου τῷ λόγῳ τούτῳ καθ' ὑμᾶς τὸ τρεφόμενον καὶ αὐξόμενον ἔσται σῶμα. Καὶ πῶς τοῦ φυτοῦ πατὴρ ὁ ἄνθρωπος ἔσται συνιδεῖν οὐκ ἔχω, πολλὰ σκοπῶν, ἐξ ἀνθρώπου παντελῶς τὸ εἶναι κατὰ φύσιν οὐκ ἔχοντος. Εἰ δὲ τὴν αἰσθητικὴν μόνην τῷ ἐμβρύῳ προσνέμετε ψυχήν, ἵππου πάντως ἢ βοὸς ἢ ἑτέρου τινὸς τῶν χερσαίων ἢ ἐναερίων ζώων ψυχὴν ἔχων διιχθήσεται κατὰ τὴν σύλληψιν τὸ ἔμβρυον, καὶ πατὴρ οὐκ ἔσται κατὰ φύσιν ἀνθρώπου καθ' ὑμᾶς ὁ ἄνθρωπος, κατὰ τὴν πρώτην σύστασιν· ἀλλὰ φυτοῦ τινος, καθὼς ἔφην, ἢ ζώου τῶν ἐπὶ γῆς. Οὔ τί γένοιτ' ἂν ἀτοπώτερον ἢ φρενοβλαβέστερον; Τὸ γὰρ μὴ συνυπάρχειν διαβεβαιοῦσθαι τῇ πρώτῃ συστάσει τῶν ὄντων κατὰ τὴν ἑκάστου φυσικὴν διαφορὰν ἀπαραλείπτως τοὺς οἰκείους τῆς ὑπάρξεως ὁρισμοὺς, φύρειν ἐστὶν εἰς ἄλληλα τὰ πάντα, καὶ μηδὲν εἶναι κυρίως τῶν ὄντων ὅπερ ἐστί τε καὶ λέγεται διισχυρίζεσθαι. Καὶ τὸ δὴ μεῖζον κακὸν, διαβολὴν

A natura præditum est resarciente et virtute quadam habitum proprium compingendi revocandique, cum mortuum contra corpus id nullo modo efficiat, semel mortificatum, vitalique potestate prorsus destitutum, et idcirco inefficax. Quomodo vero et stabit quod natura dissipatum est atque nullo negotio dissolvitur, cum tanquam fundamenti in modum cogitatione nulla ante subjecta sit virtus vivifica, quæ circa sese naturaliter coagmentet diffusum atque constringat, in qua et existentia et formatio ab ea virtute quæ est universa sapienter fabricata inesse sortitæ sunt? In quacunque enim re postquam facta est generatio vere superstes est exsistentia corpori, in ea recte omnino principium quoque existentiæ inesse dicatur. Nam a quo separatum corpus dissolvitur, hujus, uti apparet, cum exsistentia in generatione etiam coexstitisse plane est consentaneum.

Si autem, o isti, his argumentationibus coarctati quod hominis procreandi gratia seminatur mortuum esse negatis, vitalem vel quantulamcunque virtutem participare affirmantes, quod animam videlicet hujus virtutis communione habeat (sine anima enim nulla semel vitæ species tam in eis unquam quæ in naturam prolata quam quæ in orbe cœli semper mobile intus comprehensa sunt, reperiatur, ac semper vitæ species secundum rationis consequentiam exstat prorsus nulla nisi cum anima), qualemcunque vitæ speciem supponitis inesse in conceptionis propagine, animæ alicujus solum proprietatem significastis, qua quidem ea in qua inest essentia struatur et eorum quæ non ejusmodi sunt differentia definiatur. Jam vero etiam si embryon anima præditum esse a veritate coacti (nam acriter vos urgere opus est) statuitis, qua et quali ista, et quomodo observata aut appellata convenienter sequitur ut doceatis. Atque si solam illud nutriendi et augendi animam habere affirmatis, plantæ alicujus profecto non hominis, hac ratione secundum vos corpus illud quod nutritur et augetur erit. Et quomodo plantæ pater homo sit intelligere, quoquo consideratione vertor, equidem non habeo, cum de homine plane exsistentiam secundum naturam non habeat. Si contra sensualem solam in embryo inesse animam asseveratis, equi plane vel bovis vel alterius alicujus animalium terrestrium aut volatilium animam habere embryon de conceptione manifestabitur, ac secundum naturam hominis per vos homo pater non erit, in prima coagmentatione, sed plantæ alicujus, uti dicebam, vel animalium terrestrium alicujus. Et quid hoc esset absurdius aut amentius? Non enim coexsistere plene cum prima eorum quæ sunt compositione pro uniuscujusque naturali differentia proprios exstantiæ fines asseverare, hoc omnia inter se confundere est, atque

VARIÆ LECTIONES.

[89] τῷ habet apographum cod. Gudiani.

Digitized by Google

eorum quæ exstant nullum id proprie esse quod est affirmare. Et gravius malum, divinæ sapientiæ atque potestatis calumniam maximam manifesto id continere probabitur. Nam si omnibus quoquomodo exsistentibus antequam procreentur secundum Dei præcognitionem propria inest ratione perfectio, apparet quod etiam simul cum exsistentia secundum propriam rationem in originem producta plene ipsa virtute et actione habebunt perfectionem. Jam si perfectio inest secundum Dei præcognitionem in rebus exsistentibus, sed imperfectio secundum productionem in exsistentiam et originem, fit aut ut non ipsa illa sint quæ præcognita sunt, sed alia pro aliis, aut ut opificis hoc sit manifesta imbecillitas atque aperta, cum quod secundum præcognitionem præcognosset statim una cum generatione comparatum est, plenissime repræsentare non posset.

Quæ quidem argumenta reformidantes si ad illud extremum confugitis, iniquum esse dicentes quod imago atque pars divina (intellectualem ita appellatis animam) cum fluxione atque sordida voluptate coexsistat, et honestius esse statuendum post quadraginta conceptionis dies insinuari illam, naturæ opificem aperte calumniari videbimini, argueminique quod horrendum blasphemiæ hujus, quæ palam est, periculum non temere subitis. Nam si matrimonium malum est, mala est, ut apparet, naturalis quoque procreationis lex : et si mala est ea naturalis procreationis lex, etiam is videlicet qui naturam effecit, ac legem procreandi ei dedit, in malitiæ apud vos crimen jure incurret. Et quid Manichæos et antiquiores, si ita est, aversamini hæreticos, propter hanc quodam modo, et unicam causam duo principia substituentes Deumque universarum rerum abnegantes, postquam vos ipsos idem quod illi, etsi non per eadem, statuere deprehendistis ? Quod si hacpropter coexsistere per conceptionem cum corpore animam rationalem et intellectualem pudoris metu dicere refugitis, ne post quadraginta quidem dies, nec post novem graviditatis menses, nec post ipsam partus editionem, ante quadraginta purgationis dies partum habere rationalem atque intellectualem animam dicere audebitis. Intra hoc enim tempus ad Dei templum accedere infanti non licet, quippe impuro secundum legis sanctionem. Ita reliquum est ut ante dies purgationis completos partus nec rationalem nec intellectualem animam habere secundum argumentationis probabilitatem putetis, sed, ut paulo antea dixi, habere animam plantæ, aut irrationalis animalis alicujus de numero eorum quæ rerum natura comprehendit. Cujusmodi opinionis si forte inde occasionem sumpsistis quod magnus Moyses scripsit ab eo pœnas non esse repetendas qui gravidam mulierem cecidisset, ante quadraginta dies si propter plagam embryon in lucem ederet, sciendum est quod sapiens Moyses non rationalis ibi animæ in corpus ingressum, sed perfectam satisfigurationem absolvi intra id tempus

A τῆς θείας σοφίας τε καὶ δυνάμεως ἀρίδηλον ἔχον μεγίστην πάντως δειχθήσεται. Εἰ γὰρ πάντα τὰ ὁπωσοῦν ὄντα πρὸ γενέσεως αὐτῶν κατὰ τὴν πρόγνωσιν τοῦ Θεοῦ τῷ οἰκείῳ λόγῳ τὸ τέλειον ἔχει, δηλονότι καὶ ἅμα τῷ εἶναι κατὰ τὸν ἴδιον λόγον πρὸς γένεσιν παραγόμενα ἀπαραλείπτως αὐτῇ τῇ ἐνεργείᾳ τὸ τέλειον ἕξει. Εἰ δὲ τὸ μὲν τέλειον κατὰ τὴν πρόγνωσιν ἔχει τὰ ὄντα, κατὰ δὲ τὴν εἰς τὸ εἶναι παραγωγήν τε καὶ γένεσιν τὸ ἀτελὲς, ἢ οὐκ αὐτὰ ἐκεῖνα ἔσται τὰ προγνωσθέντα, ἀλλ' καθ' ἑτέρων ἕτερα, ἢ τοῦ δημιουργοῦ πρόδηλος ἀσθένεια τοῦτο ἂν εἴη καὶ σαφὴς, μὴ δυνηθέντος κατὰ τὴν πρόγνωσιν τὸ προγνωσθὲν ἀθρόως ἅμα τῇ γενέσει κατὰ τὴν ἐνέργειαν (235 *b*) ὡς εἶναι πέφυκε κατὰ τὴν οὐσίαν, παραστῆσαι πληρέστατον.

B Εἰ δὲ τούτους ὑφορώμενοι τοὺς ἐλέγχους ἐπ' ἐκεῖνο καταφύγοιτε τελευταῖον, φάσκοντες μὴ δίκαιον εἶναι τὸ κατ' εἰκόνα Θεοῦ καὶ θεῖον (οὕτω τὴν νοερὰν καλοῦντες ψυχὴν) ῥεύσει καὶ ἡδονῇ ῥυπαρᾷ συνυπάρχειν, μετὰ δὲ τὰς τεσσαράκοντα τῆς συλλήψεως ἡμέρας ἐπεισκρίνεσθαι λέγειν εὐσχημονέστερον οἴεσθαι δεῖν, τὸν τῆς φύσεως δημιουργὸν σαφῶς αἰτιώμενοι φανήσεσθε, καὶ τὸν ἐντεῦθεν τῆς βλασφημίας ἀναφαινόμενον εἰκότως ὑπέχοντες φοβερὸν δειχθήσεσθε κίνδυνον. Εἰ γὰρ κακὸς ὁ γάμος, δηλονότι καὶ ὁ κατὰ φύσιν τῆς γενέσεως νόμος · εἰ δὲ κακὸς ὁ τοιοῦτος τῆς κατὰ φύσιν γενέσεως νόμος, ὁ τὴν φύσιν δηλονότι πεποιηκὼς, καὶ δοὺς αὐτῇ νόμον γενέσεως, δικαίως ἂν καθ' ἡμᾶς αἰτιαθήσεται. Καὶ τί τοὺς ἀπὸ Μάνεντος καὶ τοὺς πρὸ αὐτοῦ C αἱρετικοὺς, ταύτης ἕνεκα τρόπον τινὰ καὶ μόνης τῆς αἰτίας, δύο ἀρχὰς ὑποστησαμένους, καὶ τὸν ἐπὶ πάντων Θεὸν ἀρνησαμένους, ἀποστρεφόμεθα, τὸ αὐτὸ λέγοντας, εἰ καὶ μὴ διὰ τῶν αὐτῶν, καὶ ὑμᾶς εὑρηκότες ; Εἰ δὲ ταύτης ἕνεκα τῆς αἰτίας συνυπάρχειν τῷ σώματι κατὰ τὴν σύλληψιν τὴν λογικήν τε καὶ νοερὰν ψυχὴν λέγειν δι' αἰσχύνης εὐλάβειαν παραιτεῖσθε μηδὲ μετὰ τεσσαράκοντα ἡμέρας, μήτε μετὰ τὸν ἐννεαμηνιαῖον τῆς κυοφορίας χρόνον, μήτε μὴν μετὰ τὸν τόκον, πρὸ τῶν μ' ἡμερῶν τοῦ καθαρισμοῦ φάναι τολμήσετε τὸ γεννηθὲν ἔχειν τὴν λογικήν τε καὶ νοερὰν ψυχήν. Οὐ γὰρ προσιτὸν τῷ ναῷ τοῦ Θεοῦ τέως ἐστὶ τὸ τεχθὲν, ὡς ἀκάθαρτον τῷ νόμῳ διοριζόμενον. Ὡς λοιπὸν μέχρι τῆς τῶν ἡμε- D ρῶν τοῦ καθαρισμοῦ συμπληρώσεως μὴ ἔχειν τὸ τικτόμενον τὴν λογικήν τε καὶ νοερὰν ψυχὴν κατὰ τὸν εἰκότα λόγον ὑπονοεῖν, ἀλλά τινος, ὡς ἔφην μικρῷ πρόσθεν, φυτοῦ ἢ ζώου ἀλόγου τῶν ἐν τοῖς οὖσι διειλημμένων. Εἰ δὲ πρόφασις (236 *a*) ὑμῖν τοῦ τοιούτου λόγου καθέστηκε τὸ γεγραφέναι τὸν μέγαν Μωϋσῆν, δίκας μὴ ἀπαιτεῖσθαι τὸν πλήξαντα τὴν κυοφοροῦσαν γυναῖκα, πρὸ τεσσαράκοντα ἡμερῶν εἰ συμβαίη διὰ τῆς πληγῆς αὐτὴν παρὰ τὸν καιρὸν ἀποθέσθαι τὸ ἔμβρυον, ἰστέον ὡς οὐ τὴν εἰς τὸ σῶμα τότε τῆς λογικῆς ψυχῆς γινομένην εἴσοδον ἐμφαίνων ὁ σοφὸς Μωϋσῆς, ἀλλὰ τὸν τέλειον τοῦ καταβληθέντος ἐξεικονισμὸν ἀπαρτίζεσθαι τότε δηλῶν,

Digitized by Google

τέως κατὰ τὸν πρόχειρον νῦν τοῦτο γέγραφε. Προσεπιτούτοις δὲ πᾶσι, δέδοικα τὸν τοιοῦτον προσδέξασθαι λόγον, μήπως ἡ τοῦ λόγου καθ' εἱρμὸν προβαίνουσα τάξις φοβερῶν ποιήσῃ με δικαίως ἐγκλημάτων ὑπεύθυνον, ὅπερ μὴ θέμις εἰπεῖν ὅσον ἐκ τῆς ἀκολουθίας τοῦ λόγου με βιαζομένη τὸν Κύριον ἡμῶν καὶ Θεὸν λέγειν, εἴπερ ἀληθῶς καθ' ἡμᾶς γενέσθαι κατηξίωσεν ἄνθρωπος χωρὶς ἁμαρτίας, κατὰ τὴν σύλληψιν ἄψυχον καὶ ἄνουν ἄνθρωπον γεγονέναι, καὶ τὰς τεσσαράκοντα ἡμέρας οὕτως ἔχοντα μεμενηκέναι, τῶν ἁγίων Πατέρων ἡμῶν καὶ διδασκάλων διαῤῥήδην βοώντων, μᾶλλον δὲ τῆς δι' αὐτῶν λαλούσης τε καὶ λαλουμένης ἀληθείας, ἅμα τῇ καθόδῳ τοῦ Θεοῦ Λόγου κατὰ τὴν σύλληψιν ἀχρόνως διὰ μέσης ψυχῆς λογικῆς ἑνωθῆναι σαρκὶ τὸν Κύριον αὐτὸν καὶ Θεὸν Λόγον, ἀλλ' οὐ διὰ μέσης σαρκὸς ἀψύχου λογικὴν ψυχὴν προσδέξασθαι προσγινομένην, καὶ οὐκ ἄψυχον σῶμα παντελῶς ἢ ἄνουν ψυχὴν καὶ ἄλογον ἀνειληφέναι, ἀλλὰ τελείαν ἀνελλιπῶς τὴν φύσιν τὴν ἐκ ψυχῆς λογικῆς ἅμα καὶ σώματος συνισταμένην ἑαυτῷ καθ' ὑπόστασιν ἀῤῥήτως ἑνῶσαι. Διὸ μάλιστα περιέχομαι τοῦ τῆς συνυπάρξεως λόγου, τοὺς ἐφ' ἑκάτερα δι' ἐναντίας ὄντας ἀλλήλοις τε καὶ τῇ μεσότητι προσφυῶς ἀποπεμπόμενος, αὐτὸν τὸν τῆς φύσεως ποιητὴν ἔχων τῷ καθ' ἑαυτὸν μυστηρίῳ τῆς ἐνσωματώσεως τοῦ τοιούτου λόγου (**236** *b*) συνήγορόν τε καὶ διδάσκαλον ἀπαραλόγιστον, τὸν γενόμενον ἀληθῶς ἄνθρωπον, καὶ τὴν φύσιν τελείως ἔχουσαν ἅμα τῷ εἶναι κατὰ τὴν γένεσιν ὑφίστασθαι δι' ἑαυτοῦ βεβαιωσάμενον, καὶ μόνην καινοτομήσαντα τὴν καινοτομίαν τῆς φύσεως, λέγω δὴ τὴν διὰ σπορᾶς σύλληψιν καὶ τὴν διὰ φθορᾶς γέννησιν, ἅπερ ἡ φύσις μετὰ τὴν παράβασιν ἐπεσπάσατο, τῆς θείας ἀποπεσοῦσα καὶ πνευματικῆς εἰς πλῆθος αὐξήσεως, ἀλλ' οὐ τὸν λόγον τῆς φύσεως καθ' ὃν ἔστι τε καὶ γίνεσθαι πέφυκεν ἅμα τῷ εἶναι ἐκ ψυχῆς λογικῆς ὑφιστάμενα καὶ σώματος.

significans [a], interim in hunc sensum hæc scripserit. Ad hæc vero omnia talem admittere sententiam reformido, ne qua sermonis serie procedens ordo horrendorum me criminum jure obnoxium faciat, quoad ex disputationis consequentia me dicere cogens Dominum nostrum ac Deum, quod dixisse nefas est, siquidem vere ad nos homo fieri dignatus est, peccati tamen expers, hoc est dixisse eum de conceptione inanimatum et mente non præditum hominem effectum fuisse, et per quadraginta dies hoc statu perseverasse, cum sancti Patres nostri atque doctores diserte conclament, imo ipsa per eos Veritas affirmet et affirmetur, simul cum Dei Verbi per conceptionem descensione statim et nullo tempore interjecto per mediam animam rationalem Dominum ipsum et Deum Verbum cum carne coisse, non vero per mediam carnem inanimatam animam rationalem accedentem recepisse, et non inanimatum prorsus corpus aut mentis expertem irrationalemque animam adoptasse, sed perfectam plene naturam ex anima rationali simul et corpore consistentem sibimet secundum substantiam ineffabili quodam modo coadunasse. Quamobrem maxime amplexor coexsistentiæ opinionem, cæterasque in utramque partem divergentes, quæ tam sibi invicem quam medio contraria sunt, ut consentaneum est, missas facio, et ipsum naturæ Conditorem suo quod sibi habet incarnationis mysterio patronum hujus opinionis atque doctorem infallibilem habeo, qui vere est homo factus, quique naturam, simul atque esse incepit, secundum generationem subsistere perfecte habentem per semetipsum confirmavit et solum naturæ innovationem inchoavit, conceptionem per sationem, inquam, atque generationem per interitum, quas natura post transgressionem sibi contraxerat, cum de divino et spirituali in multitudinem incremento quam et est et fieri potest, simul cum exsistentia delapsa esset, sed non naturæ rationem, secundum ex rationali anima atque corpore suscepisset.

Περὶ τοῦ πῶς καινότομία γίνεται τῶν καινοτομουμένων πραγμάτων μενόντων ἀτρέπτων κατὰ τὴν φύσιν.

Πᾶσα γὰρ καθόλου φάναι καινοτομία περὶ τὸν τρόπον τοῦ καινοτομουμένου πράγματος πέφυκεν, ἀλλ' οὐ περὶ τὸν λόγον τῆς φύσεως γίνεσθαι, διόπερ ὁ μὲν λόγος καινοτομούμενος φθείρει τὴν φύσιν, οὐκ ἔχουσαν τὸν καθ' ὃν ἐστι λόγον ἀραδιούργητον, ὁ δὲ τρόπος καινοτομούμενος φυλαττομένου δηλαδὴ τοῦ κατὰ φύσιν λόγου θαύματος ἐνδείκνυται δύναμιν, ὡς τὴν φύσιν ἐνεργουμένην τε καὶ ἐνεργοῦσαν ὑπὲρ τὸν ἑαυτῆς ἀποδεικνὺς δηλονότι θεσμόν. Λόγος δὲ φύσεως ἀνθρωπίνης ἐστὶ τὸ ψυχὴν καὶ σῶμα καὶ ἐκ ψυχῆς λογικῆς εἶναι τὴν φύσιν καὶ σώματος, τρόπος δὲ ἡ ἐν τῷ ἐνεργεῖν καὶ ἐνεργεῖσθαι φυσικῶς τάξις ἐστὶν, ἀμειβομένη τε πολλάκις καὶ ἀλλοιουμένη, τὴν δὲ φύσιν ἑαυτῇ παντελῶς οὐ συναμείβουσα.

Quomodo innovatio fiat dum res innovandæ firmæ natura ac stabiles maneant.

Omnis etenim, ut universe dicam, innovatio circa modum rei innovandæ, non circa rationem naturæ, fieri comparata est, quia ratio innovata naturam lædit, quæ eam secundum quam exsistit rationem non teneat intemeratam, modus vero innovandus, ita nimirum ut naturalis ratio servetur, miraculi ostendit virtutem, cum naturam nempe et actam et agentem ultra suam ipsius legem ac normam promoveat. Ratio autem humanæ naturæ est animam et corpus et ex anima rationali et corpore naturam esse, contra modus est ordo quo agitur naturaliter et agit, qui sæpenumero vertitur et immutatur, sed naturam una cum semetipso omnino non mutat. Quemadmodum etiam in quacunque re alia fieri solet,

[a] Exod. xxi, 22.

Digitized by Google

quando Deus circa suam aliquid conditionem voluerit innovare Providentiæ gratia eorum quibus providetur, et ad demonstrandam suam quæ cuncta comprehendit ac permeat virtutem. Ita profecto virtutem exhibens miraculorum antiquitus atque ostentorum magnificentiis ratione innovationis est usus, cum ad alteram vitæ speciem juxta istam in carne et interitui obnoxiam Henoch et Eliam beatos viros transferret [o], non immutata eorum natura, sed vicissitudine instituendi ejus administrandique; cum aquam ad submergendos improbos in terra homines quantitate multiplicari juberet [p]; cum in arca simul cum feris agrestibus primum navitam Noe vitam degere haud infestatam ostenderet [q]; cum Abraham et Saram magnos sui cultores partu honoraret præter ætatem ac legitimum prolis serendæ terminum naturæ ac tempus [r]; cum ignem desuper cadere in hominum impiorum submersionem juberet [s], nequaquam tamen per hoc imminutum ratione sua naturali, cum rubi ignem non urentem servi sui advocandi gratia accenderet [t]; cum aquam in Ægypto in sanguinis mutaret qualitatem [u], naturam suam omnino non abnegantem, quippe quæ aqua maneret secundum naturam quamvis rubefacta, cumque cætera miracula illa atque ostenta perficeret, ut fidelibus spem e calamitatibus quibus obsidebantur evadendi, infidelibus vero sensum castigantis virtutis suæ præberet, ad dissolvendam eorum circa Deum qua tenebantur indurationem, mare virga dissecans atque aquæ cohærentiam separans, ita ut de peculiari sua natura haud degeneraret, cum in transgressum eorum qui propter sese ab instante hoste premebantur, tum in repressionem eorum qui nobilitatem ac libertatem impudenter persequebantur, aquam ligno dulcem reddens, et panem nullo aratro partum cœlitus pluens novum atque incognitum, et avium multitudinem esculentarum subito de mari ebulliens, extra naturalem singulorum ex se quo cohærent ordinem ac seriem in solatium eorum qui in deserto afflictabantur, aquæ matrem saxum ostendens, in obfirmationem fidei eorum qui in acie ordines deserebant, flumen retundens in siccum transgressum pii populi, solis atque lunæ cursum inhibens mirifice nullo obstaculo impeditum, et sistens cœli naturam semper immobilem adeo ut immota staret, in perniciem impiæ dominationis, Deo per ignorantiam aciem opponentis, idque ne prius ostenti omnium oculis objecti virtus cessaret quam perfecta foret clades, atque ut in posterum obtinerent hæreditatem verociter annuntiatam. Et reliqua quotquot Deus tam in terra possessionis quam in cæteris in quas Israel vetus ob peccata veniebat, effecisse narratur, circa modum virtutis, sed non circa rationem exstantiæ innovando naturam eorum quæ innovabantur, Deus effecit. In quibus omnibus et post quæ illud, propter quod hæc sunt omnia et

A Καθάπερ καὶ ἐπ' ἄλλου παντὸς ἔχει πράγματος, ἡνίκα καινίσαι τι περὶ τὴν ἑαυτοῦ κτίσιν ὁ Θεὸς βουληθῇ προνοίας ἕνεκεν τῶν προνοουμένων, καὶ ἐνδείξεως τῆς ἐπὶ πάντα καὶ διὰ πάντων διηκούσης δυνάμεως. Ὥσπερ ἀμέλει παραδοξοποιῶν ταῖς ἀνέκαθεν τῶν θαυμάτων τε καὶ σημείων μεγαλειότησι καινοτομίας λόγῳ πεποίηκε, πρὸς ἕτερον εἶδος ζωῆς παρὰ τὸ ἐν σαρκὶ τῇ ὑπὸ φθορὰν μεταβιβάσας τὸν Ἐνώχ τε καὶ τὸν Ἠλίαν τοὺς μακαρίους, οὐ κατ' ἀλλοίωσιν φύσεως, ἀλλὰ κατὰ (237 *a*) παραλλαγὴν τῆς κατ' αὐτὴν ἀγωγῆς καὶ διοικήσεως, ὕδωρ εἰς ἐπίκλυσιν τῶν ἐπὶ γῆς μοχθηρῶν ἀνθρώπων πλεῖστον τῷ ποσῷ πολλαπλάσιον, ἐν τῇ κιβωτῷ μετὰ θηρίων ἀγρίων ἀποφαίνων τὸν πρῶτον πλωτῆρα Νῶε δίαιταν ἔχειν ἀλύμαντον, Ἀβραὰμ καὶ Σάρραν B τοὺς μεγάλους αὐτοῦ θεράποντας παιδοτιμῶν παρ' ἡλικίαν καὶ τὸν νενομισμένον πρὸς παιδοποιΐαν ὅρον τε καὶ χρόνον τῆς φύσεως, πῦρ τὴν ἐπὶ τὰ κάτω ποιεῖσθαι φορὰν εἰς ἐπίκλυσιν ἀσεβῶν παρασκευάζων, οὐδ' ὅλως τοῦ κατὰ φύσιν λόγου διὰ ταῦτα μειούμενον, τῆς βάτου πῦρ ἀκαύστως ἐξάπτων εἰς τὴν τοῦ θεράποντος πρόσκλησιν, ὕδωρ ἐν Αἰγύπτῳ πρὸς αἵματος μεταβάλλων ποιότητα, τὴν φύσιν αὐτοῦ πανταχῶς μὴ ἠρνημένον, ὕδωρ μέντοι κατὰ φύσιν καὶ μετὰ τὴν φοινιξιν, καὶ τὰ λοιπὰ τῶν ἐκεῖσε θαυμάτων τε καὶ σημείων ἐπιτελῶν, πρὸς τὸ δοῦναι τοῖς μὲν πιστοῖς τῶν κατεχόντων δεινῶν ἐλευθερίας ἐλπίδα, τοῖς ἀπίστοις δὲ συναισθησιν τῆς κολαζούσης δυνάμεως, πρὸς ἀπόθεσιν τῆς κατ- C εχούσης αὐτοὺς περὶ τὸ Θεῖον πωρώσεως, θάλασσαν τέμνων ῥάβδῳ καὶ τὸ συνεχὲς διαλύων τοῦ ὕδατος, τῆς οἰκείας μὴ ἐξισταμένου φύσεως, εἰς δίοδον μὲν τῶν δι' αὐτὸν διωκομένων, ἔποχὴν δὲ τῶν ἀναιτίως διωκόντων τὸ εὐγενὲς καὶ ἐλεύθερον, ὕδωρ ξύλῳ γλυκαίνων, καὶ ἄρτον ἀνήροτον οὐρανόθεν ὄων ξένον καὶ ἄγνωστον, καὶ πλῆθος ὀρνέων ἐδωδίμων ἐξαίφνης τῆς θαλάττης ἐκβράζων, χωρὶς τῆς κατὰ φύσιν ἐξ ἀλλήλων διαδοχῆς, πρὸς παραμυθίαν τῶν ἐν τῇ ἐρήμῳ κακοπαθούντων, ὕδατος μητέρα τὴν πέτραν ἀποδεικνὺς, εἰς βεβαίωσιν πίστεως τῶν ἐν ταῖς ἀγῶσι λειποτακτούντων, ποταμὸν ἀνακόπτων πρὸς διάβασιν ἄβροχον λαοῦ θεοσεβοῦς, ἡλίου τε καὶ σελήνης δρόμον ἐπέχων ἀκώλυτον παραδόξως, τὴν ἀεικίνητον τοῦ περιέχοντος (237 *a*) φύσιν στήσας D ἀκίνητον, πρὸς ὄλεθρον ἀσεβοῦς δυναστείας ἀμαθῶς ἀντιπαρατατομένης Θεῷ, καὶ πρὶν λάβῃ πέρας τῶν ὁρωμένων ἡ δύναμις, καὶ εἰς κατάσχεσιν τῆς πόρρωθεν ἀψευδῶς ἐπηγγελμένης κληρονομίας. Καὶ τὰ λοιπὰ ὅσα δὴ πεποιηκέναι λέγεται, κατά τε τὴν γῆν τῆς κατασχέσεως καὶ τὰς λοιπὰς εἰς ὅσας ἦλθε παρανομήσας ὁ παλαιὸς Ἰσραὴλ, περὶ τὸν τρόπον τῆς ἐνεργείας, ἀλλ' οὐ περὶ τὸν λόγον τῆς ὑπάρξεως, τὴν φύσιν κεινοτομήσας τῶν καινοτομηθέντων πεποίηκεν ὁ Θεός. Μεθ' ὧν ἁπάντων καὶ μεθ' ἃ τὸ δι' ὃ πάντα καὶ δι' οὗ καινότατον ὄντως μυστήριον τῆς αὐτοῦ δι' ἡμᾶς ἐνανθρωπήσεως ἐπιτελέσας περὶ τὸν τρόπον, ἀλλ' οὐ περὶ τὸν λόγον. τὴν φύσιν

[o] IV Reg. II, 11; Gen. V, 24. [p] Gen. V, passim. [q] Gen. VII, passim. [r] Gen. XVII, 17. [s] Gen. XIX, 24. [t] Exod. III, 2. [u] Exod. VII, 17.

Digitized by Google

ἐκαινοτόμησε. προσλήψει σαρκὸς διὰ μέσης ψυχῆς A per quod, novissimum reverà mysterium suum, νοερᾶς, ἀῤῥήτως κυηθεὶς ἄνευ σπορᾶς, καὶ γεννη- quo carnem propter nos ingressus est, circa mo-θεὶς ἀληθῶς ἄνευ φθορᾶς ἄνθρωπος τέλειος, ψυχὴν dum perficiens, at non circa rationem, naturam νοερὰν μετὰ σώματος ἐξ αὐτῆς τῆς ἀφράστου συλ- innovavit, carne per mediam animam intellectua-λήψεως ἐσχηκώς. lem assumpta, ineffabili quodam modo sine satione conceptus, et generatus vere sine corruptione homo perfectus, animam intellectualem cum corpore ex ipsa quam interpretari non capit conceptione nactus.

Ὅτι πᾶσα φύσις τῷ οἰκείῳ λόγῳ διαπαντὸς ἔχει τὸ τέλος.

Πᾶσα γὰρ, καθολικῶς εἰπεῖν, φύσις, νοητή τε καὶ αἰσθητὴ, ἤγουν ἁπλῆ καὶ σύνθετος, καθ' οἱονδήποτε τρόπον ἐκ μέρους τὴν πρὸς τὸ εἶναι τῆς γενέσεως ἀρχὴν, οὐδέποτε δέχεται, οὔτε μὴν ἐξ ἡμισείας μοί- ρας ὑφίστασθαι δύναται. Ἀλλ' εἰ μὲν σύνθετος B φύσις ἐστὶν, ὅλη τελεία τελείοις τοῖς οἰκείοις μέρ- σιν ἀθρόως συνυφίσταται, μὴ ἔχουσα πρὸς ἑαυτὴν ἢ πρὸς ἄλληλα τῶν ἐξ ὧν ἐστι μερῶν τὴν οἱανοῦν κατὰ τὸν χρόνον διάστασιν. Εἰ δὲ ἁπλῆ φύσις ἐστὶν, ἤγουν νοητὴ, ὡσαύτως ἅμα τοῖς ἑαυτῆς ἀπαρα- λείπτως λόγοις τελεία τελείοις ἀθρόως συνυφίστα- σθαι πέφυκε, χρόνου τινὸς τὸ σύνολον αὐτὴν τῶν οἰκείων λόγων, οὐδαμῶς διακρίνοντος. Οὔτε γὰρ ἦν ποτε καθόλου τις φύσις ἐν τοῖς οὖσιν, οὔτε ἔστιν, οὔτε ἔσται κατὰ τὸν ἑαυτῆς λόγον ὑπάρχουσα ὅπερ νῦν οὐκ ἔστιν, οὔτε μὴν (**238** *a*) νῦν ἐστιν ἢ ἐς ὕστερον ἔσται ὅπερ οὐκ ἦν πρότερον. Ὧν γὰρ οἱ λόγοι παρὰ τῷ Θεῷ ἅμα τῷ εἶναι τὸ τέλειον ἔσχον, τούτων ἡ κατὰ τοὺς οἰκείους λόγους παραγωγὴ καὶ οὐσίωσις προσθήκης πάσης καὶ ἐλλείψεως τῆς πρὸς C τὸ εἶναι ὅπερ ὄντα τυγχάνει παντελῶς ἐστιν ἀνεπί- δεκτος. Ἀλλ' ἀρκεῖν οἶμαι κατὰ τὴν τοῦ λόγου παρέκβασιν καὶ πρὸς τούτους τὰ νῦν ῥηθέντα, πρὸς τὸ μὴ παρασύρεσθαι ῥᾳδίως εἰς ἀτόπους δόξας παρὰ τῶν πίστιν ποιουμένων τὴν ἐν ταῖς κομψείαις τῶν λόγων τεχνικὴν πιθανότητα.

Quod omnis natura propria semper ratione habeat finem.

Omnis enim, ut generatim loquar, natura, intelligibilis et sensibilis, vel simplex et composita, quocunque modo id est, ex parte nunquam capit initium generationis in exsistentiam, neque profecto ex dimidia parte subsistere potest. Sed si composita est natura, tota subsistit perfecta simul cum perfectis suis ipsius particulis, nec sui habet aut particularum ex quibus constat inter se ullam secundum tempus distantiam. Verum si simplex natura est, sive intelligibilis, pari modo una cum suis plene rationibus perfectis ipsa perfecta summatim subsistit, tempore prorsus nullo a suis rationibus utcunque separata. Neque enim erat unquam omnino aliqua natura in eis quæ exsistunt, neque est, neque erit secundum suam ipsius rationem tale quid exstans quod nunc non est, neque profecto nunc est aut in futuro erit quod antea non fuit. Quorum enim rationes apud Deum simul cum exsistentia perfectionem habuerunt, horum secundum suas rationes productio atque in essentiam prolatio additamenti omnis et defectus ad exsistentiam eam quam sortita sunt expertes et non capaces. Sed satis esse opinor quæ nunc secundum sermonis digressionem etiam adversum hos disputavi, ne facile in absurdas opiniones abstraherentur ab eis qui artificiosam probabilitatem in sermonum elegantiis pro fide habent atque commendant.

Διὰ τί συνῆψε τῇ σαρκώσει τὴν ἐκ βαπτίσματος γέννησιν ὁ διδάσκαλος.

Πρὸς τί δὲ βλέπων καὶ τίνος ἕνεκεν τῇ σαρκώσει συνῆψε τὴν ἐκ βαπτίσματος γέννησιν ὁ διδάσκαλος (τοῦτο γὰρ εἰς τὴν ἐξέτασιν ἔτι τοῦ προκειμένου D λείπεται λόγου), συντόμως ὡς ἔμαθον ἐρῶ κατὰ δύναμιν. Φασὶν οἱ τὰ θεῖα μυστικῶς περιέποντες λόγια, καὶ τοῖς ὑψηλοτέροις, ὡς εἰκὸς, αὐτὰ σεμνύ- νοντες θεωρήμασι, κατ' εἰκόνα Θεοῦ κατ' ἀρχὰς γεγενῆσθαι τὸν ἄνθρωπον, ἐπὶ τῷ πάντως γεννη- θῆναι κατὰ προαίρεσιν πνεύματι, καὶ προσλαβεῖν τὸ καθ' ὁμοίωσιν διὰ τῆς τηρήσεως τῆς θείας ἐντολῆς αὐτῷ προσγενόμενον, ἵνα ᾖ ὁ αὐτὸς ἄνθρωπος πλάσμα μὲν τοῦ Θεοῦ κατὰ φύσιν, Υἱὸς δὲ Θεοῦ καὶ Θεὸς διὰ Πνεύματος κατὰ χάριν. Οὐ γὰρ ἦν δυνατὸν ἄλλως Υἱὸν ἀποδειχθῆναι Θεοῦ καὶ Θεὸν κατὰ τὴν ἐκ χάριτος θέωσιν τὸν γενόμενον ἄνθρωπον, μὴ πρότερον κατὰ προαίρεσιν γεννηθέντα τῷ Πνεύματι, διὰ τὴν ἐνοῦσαν αὐτῷ φυσικῶς αὐτοκίνητον καὶ ἀδέσποτον δύναμιν.

Quare magister cum incarnatione conjunxerit generationem per baptismum.

Quo respectu et qua causa magister cum incarnatione conjunxerit generationem per baptismum (hoc enim restat adhuc quærendum in hac disputatione), id breviter ut didici pro viribus meis exponam. Qui divina mystice tractant oracula, ac sublimioribus, ut par est, contemplationibus honórant, hominem ad Dei imaginem in principio factum esse tradunt, cum plane secundum voluntatem generatus esset Spiritu, et similitudinem hanc accepisse attributam propter servatum Dei mandatum, ut idem homo figmentum quidem sit Dei secundum naturam, sed Filius Dei et Deus per Spiritum secundum gratiam. Non enim aliter Dei Filius ac Deus secundum gratiæ deificationem potuit designari homo factus, nisi antea secundum voluntatem esset Spiritu generatus, ob eam quam naturaliter in se habet potestatem liberi arbitrii. Hanc igitur

Digitized by Google

deificam atque divinam et immaterialem generationem cum primus homo deseruisset, quia eis quæ intellectus sunt et ob oculorum obtutu remota interim bonis prætulit sensibilem voluptatem et manifestam, corporali, quæ non nostri nempe sit arbitrii, ac materiali et fato concedenda generatione damnatur, justo Dei judicio, qui sponte pejora prætulerit melioribus, id est generationem passioni subjectam et servilem et coactam, in modum bestiarum terræ brutarum et pecudis mente carentis, prætulerit libertati ac generationi a passione liberæ et sui arbitrii et sanctæ, atque pro honore cum Deo et divino et ineffabili mercari voluerit parem cum insensatis bestiis et inhonoratam in materiam relegationem. Qua hominem liberare et ad beatitudinem divinam reducere volens Sermo, naturæ humanæ artifex, homo ex hominibus vere fit atque generatur corporaliter sine peccato propter hominem, et baptizatur, sponte subiens generationem pro nobis in adoptionem spiritualem, essentialiter Deus et Dei secundum naturam Filius, ut infirmaret corporalem generationem. Cum igitur qui nos fecit, quique solus Patri cum Spiritu par est et deitate et gloria Filius et Sermo, propter nos apud nos ex nobis vere homo fit, et corporaliter nascitur sine peccato, et generationem de baptismo in adoptionem spiritualem pro nobis subeundam suscepit naturaliter Deus, idcirco cum incarnatione, ut mihi videtur, magister conjunxit generationem ex baptismo, ut hoc infirmandæ expiandæque corporalis generationis gratia factum esse interpreteris. Nam quod Adam (generationem spiritualem in deificationem, inquam) sponte deseruit, ut corporali in interitum generatione damnaretur, hoc sponte sua, ut bonus et hominum amans, in nostro lapsu homo factus, seque ipsum cum nobis pariter condemnans, qui solus liber et sine peccato, et corporalem generationem subeundam suscipiens, in qua condemnationis nostræ adhuc vis inesset, spiritualem mystice generationem reparavit, atque solutis generationis corporalis pro nobis in semetipso vinculis per spiritualem voluntatis generationem nobis, qui credimus in ejus nomen, potestatem dedit ut Dei filii pro carnis ac sanguinis fieremus. Incarnatio igitur atque corporalis prius propter meam damnationem in Domino secuta est generatio, et sic quæ reliqua erat per baptismum spiritualis insecuta est generatio, pro salute mea secundum gratiam et revocatione, aut, ut magis perspicue dicam, reflictione, qua Deus circa me copulat exsistentiæ meæ et bonæ exsistentiæ rationes, et eam quæ a me facta erat harum divisionem atque distantiam contrahit, perque hæc ad exsistentiæ æternæ rationem sapienter compellit, secundum quam neque parient amplius homines neque parientur, cum eorum quæ videntur ordo pariendi finem attigerit per magnam et communem resurrectionem, quæ in immortalitatem generet hominem secundum subsistentiam immutabilem,

Ἥνυσεν Θεοποιὸν καὶ θείαν καὶ ἄϋλον γέννησιν, διὰ τὸ προτιμῆσαι τῶν νοουμένων καὶ ἀδήλων τέως ἀγαθῶν τὸ κατ' αἴσθησιν τερπνὸν καὶ ἐπίδηλον. παραλιπὼν ὁ πρῶτος ἄνθρωπος, τὴν ἐκ σωμάτων εἰκότως ἀπροαίρετον καὶ ὑλικὴν καὶ ἐπίκηρον (238 b) ἔχειν καταδικάζεται γέννησιν, ἀξίως κρίναντος τοῦ Θεοῦ τὸν ἐκουσίως τῶν κρειττόνων τὰ χείρονα προελόμενον, τὴν ἐμπαθῆ καὶ δούλην καὶ κατηναγκασμένην, καθ' ὁμοιότητα τῶν ἐπὶ γῆς ἀλόγων τε καὶ ἀνοήτων κτηνῶν γέννησιν τῆς ἐλευθερίας καὶ ἀπαθοῦς καὶ αὐθαιρέτου καὶ ἀγνῆς ἀνταλλάξαι γεννήσεως, καὶ τῆς σὺν Θεῷ καὶ θείας καὶ ἀνεκλαλήτου τιμῆς τὴν μετὰ τῶν ἀνοήτων κτηνῶν ἄτιμον ἀντιλαβεῖν συμπαρενύλησιν. Ἧστινος τὸν ἄνθρωπον ἐλευθερῶσαι καὶ πρὸς τὴν θείαν εὐκληρίαν ἐπανάγαγεῖν βουλόμενος ὁ τὴν φύσιν τῶν ἀνθρώπων δημιουργήσας Λόγος, ἄνθρωπος ἐξ ἀνθρώπων ἀληθῶς γίνεταί τε καὶ γεννᾶται σωματικῶς χωρὶς ἁμαρτίας διὰ τὸν ἄνθρωπον, καὶ βαπτίζεται, τὴν εἰς υἱοθεσίαν πνευματικὴν ὑπὲρ ἡμῶν ἐκουσίως ὑπερχόμενος γέννησιν, ὁ κατ' οὐσίαν Θεὸς καὶ Θεοῦ κατὰ φύσιν Υἱὸς, εἰς ἀθέτησιν τῆς ἐκ σωμάτων γεννήσεως. Ἐπειδὴ τοίνυν δι' ἡμᾶς ὁ ποιήσας ἡμᾶς καὶ μόνος τῷ Πατρὶ μετὰ τοῦ Πνεύματος ὁμόθεος καὶ ὁμόδοξος Υἱὸς καὶ Λόγος καθ' ἡμᾶς ἐξ ἡμῶν ἀληθῶς ἄνθρωπος γίνεται, καὶ σωματικῶς γεννᾶται χωρὶς ἁμαρτίας, καὶ τὴν ἐκ βαπτίσματος εἰς υἱοθεσίαν πνευματικὴν ὑπὲρ ἡμῶν ὑπελθεῖν καταδέχεται γέννησιν ὁ φύσει Θεὸς, διὰ τοῦτο συνῆψε τῇ σαρκώσει, καθὼς οἶμαι, τὴν ἐκ βαπτίσματος γέννησιν ὁ διδάσκαλος, ὡς εἰς ἀθέτησιν καὶ λύσιν τῆς ἐκ σωμάτων ἐπινοηθῆναι γεννήσεως. Ὅπερ γὰρ ὁ Ἀδὰμ (λέγω δὲ τὴν εἰς θέωσιν ἐκ πνεύματος γέννησιν) ἑκουσίως παραλιπὼν γεννᾶσθαι σωματικῶς εἰς φθορὰν κατεκρίθη, τοῦτο κατὰ θέλησιν ὡς ἀγαθὸς καὶ φιλάνθρωπος ἐν τῷ ἡμῶν παραπτώματι γενόμενος ἄνθρωπος, καὶ συγκατακρίνας ἡμῖν ἑαυτὸν ἑκουσίως, ὁ μόνος ἐλεύθερος καὶ ἀναμάρτητος, καὶ τὴν ἐκ σωμάτων γεν- (239 a) νηθῆναι καταδεξάμενος γέννησιν, ἐν ᾗ τὸ κράτος ὑπῆρχε τῆς ἡμῶν κατακρίσεως, τὴν ἐν πνεύματι μυστικῶς διωρθώσατο γέννησιν, καὶ τῆς σωματικῆς γεννήσεως λύσας ὑπὲρ ἡμῶν ἐν ἑαυτῷ τὰ δεσμὰ δέδωκεν ἡμῖν ἐξουσίαν διὰ τῆς κατὰ πνεῦμα γεννήσεως κατὰ θέλησιν, τέκνα Θεοῦ ἀντὶ σαρκὸς καὶ αἵματος γενέσθαι τοῖς πιστεύουσιν εἰς τὸ ὄνομα αὐτοῦ. Σάρκωσις οὖν καὶ σωματικὴ πρότερον τῆς ἐμῆς ἕνεκα κατακρίσεως ἐπὶ τοῦ Κυρίου παρηκολούθησε γέννησις, καὶ οὕτως ἡ διὰ τοῦ βαπτίσματος ἐν πνεύματι παραλειφθεῖσα ἐπηκολούθησε γέννησις. ὑπὲρ τῆς ἐμῆς κατὰ χάριν σωτηρίας καὶ ἀνακλήσεως, ἢ σαφέστερον εἰπεῖν ἀναπλάσεως· οἷα συνάπτοντος περὶ ἐμὲ τοῦ Θεοῦ τόν τε τοῦ εἶναί μου λόγον καὶ τὸν τοῦ εὖ εἶναι, καὶ τὴν γενομένην παρ' ἐμοῦ τούτων ἐνοποιοῦντος τομὴν καὶ διάστασιν, καὶ διὰ τούτων πρὸς τὸν τοῦ ἀεὶ εἶναι λόγον σοφῶς συνελαύνοντος, καθ' ὃν οὐκέτι τὸ φέρειν ἔστι καὶ φέρεσθαι περὶ τὸν ἄνθρωπον, λαβούσης τέλος περὶ τὸ φέρεσθαι τῆς τῶν φαινομένων οἰκονομίας διὰ τῆς μεγάλης καὶ κοινῆς ἀναστάσεως, εἰς ἀθανασίαν

Digitized by Google

γεννώσης τὸν ἄνθρωπον καθ' ὕπαρξιν ἀναλλοίωτον, δι' ὃν τῶν φαινομένων ἡ φύσις τὸ εἶναι κατὰ γένεσιν εἴληφε, καὶ μεθ' οὗ λήψεται χάριτι τὸ κατ' οὐσίαν μὴ φθείρεσθαι. Ἀλλ' εἰ δοκεῖ τῶν εἰρημένων κατ' ἐπιτομὴν ἐπιμνησθέντες τὴν δύναμιν, κεφαλαιώσωμεν. Ἔχομεν τὴν ἐκ σωμάτων γέννησιν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν κατ' ἐπίνοιαν διαιρεθεῖσαν εἰς τὸν προηγούμενον τῆς φύσεως λόγον καὶ εἰς τὸν νῦν αὖθις ὑπάρχοντα καθ' ἡμᾶς, εἰς ὃν ἐτελεύτησε, καὶ πάλιν εἰς τὸν κατὰ φύσιν τῆς γενέσεως λόγον καὶ εἰς τὸν τῆς γεννήσεως τρόπον, προσέτι γε μὴν καὶ εἰς τοὺς διαφόρους τρόπους τῆς κατ' οὐσίαν γενέσεως τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος καὶ προσεπιτούτοις (**239** *b*) εἰς τὴν ἄνευ σπορᾶς σύλληψιν καὶ τὴν ἀνεύ-φθορᾶς γέννησιν. Ἐφ' ὑμῖν οὖν ἐστιν ὡς κριταῖς δικαίοις τῶν λελεγμένων ἐπιβολῶν ἐγκρῖναι τὴν κρείττονα. B

qua rerum visibilium natura exsistentiam cepit originalem, et cum qua per gratiam impetrabit illud ut essentialiter non intereat. Sed si placet, eorum quæ disputavimus brevi facta commemoratione capita recolamus. Habemus corporalem nostri Salvatoris generationem cogitatione divisam in principalem naturæ rationem et in eam quæ nunc rursus penes nos exsistit, in quam est mortuus, et rursus divisam in naturalem generationis rationem et in generationis modum, præterea etiam in diversos modos essentialis originis mentis atque corporis, et in conceptionem denique sine satione et generationem sine interitu. Penes vos est igitur, ut penes æquos judices, expositarum opinionum quæ melior sit vestra censura probare.

—

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου, εἰς τὸ, « Τί φάρμακα ἐπιζητεῖς, τὰ μηδὲν ὀνήσοντα; τί κριτικὸν ἱδρῶτα, ἴσως παρεστῶτος τοῦ ἐξοδίου; (39) »

Τοῦτο, καθὼς ἔφασκεν ὁ μακάριος γέρων, πρὸς τοὺς ὑπερτιθεμένους τὸ βάπτισμα, τὸ ῥητὸν τέθεικεν ὁ διδάσκαλος, ἐλπίδι τοῦ ζήσεσθαι τὸ βάπτισμα φιληδονίας ἕνεκεν ὑπερτιθεμένους, καί φησι, « Τί πάρ' ἄλλου δεῖ μαθεῖν τὴν ἔξοδον, τοῦ βίου δηλονότι, ἀλλ' οὐχ ὡς ἤδη παρούσης διανοῆσῃ; Τί φάρμακα ἐπιζητεῖς, τὰ μηδὲν ὀνήσοντα; τί κριτικὸν ἱδρῶτα, ἴσως παρεστῶτος τοῦ ἐξοδίου; » Ἐπειδὴ γὰρ τέσσαρας ἡμέρας κρισίμους εἶναί φασιν ἰατρῶν παῖδες ἐν τοῖς πυρεκτιῶσι, τὴν δ', καὶ τὴν ζ', καὶ τὴν θ', καὶ τὴν ια', τυχὸν δὲ καὶ τὴν ιγ' (ἐν ταύταις γὰρ C ἂν εὕρωσιν ἐν τῷ νοσοῦντι, καθώς φασι, νενοτισμένον ἐξ ἱδρῶτος τὸ σῶμα τεκμηριοῦσι ζήσειν τὸν κείμενον), ἵνα οὖν μὴ τοῦτον ἐκδεχόμενος ὁ νοσῶν τὸν ἱδρῶτα κακοβούλως ὑπερτίθεται τὸ βάπτισμα, περίοδον οἰόμενος ἔχειν ἐτῶν, συμβουλεύει πάνυ σαφῶς ὁ διδάσκαλος τῷ κάμνοντι, μὴ τούτῳ τῷ ἱδρῶτι θαῤῥεῖν καὶ μάτην ἐρείδεσθαι, δυνατοῦ ὄντος ἀντὶ τούτου τὸν ἐξόδιον ἱδρῶτα συμβῆναι, τὸν βιοῦντα τῆς παρούσης ζωῆς τὸ τέλος, ἵνα μή, ὡς εἶπον, διὰ τοῦτον ἀπατώμενος ὁ νοσῶν τὸν ἱδρῶτα τῆς μὲν προδήλου καὶ θείας ζωῆς καὶ ἀεὶ διαμενούσης ἀλλοτριούμενος λάθῃ, τὴν δὲ ἀνθρωπίνην καὶ ἐπίκηρον καὶ πάντως λυθησομένην εὑρεθῇ περιέπων, ἀκράτητον κατὰ φύσιν ὑπάρχουσαν καὶ ἀεὶ διὰ φθορᾶς καὶ ἀλλοιώσεως ῥέουσαν, καὶ θᾶττον τὰς D τῶν ἔχειν νομιζόντων χεῖρας (**240** *a*) διαφεύγουσαν ἢ ὄναρ ἀνυπόστατον βλέποντα.

Ejusdem ex eodem sermone, in illud : « Quid medicamenta quæris, nihil profutura? quid criticum sudorem, cum fortasse letalis adsit? »

Hoc, ut dixit beatus ille senex, adversus eos posuit dictum magister qui baptismum differrent, et spe vitæ voluptatis lenociniis se dedentes baptismum differrent, et : « Quid opus est, inquit, ut de exitu tuo ab alio certior fias, » id est de « exitu vitæ, ac non ipse potius de eo tanquam jam præsente cogitas? Quid medicamenta quæris, nihil profutura? Quid criticum sudorem, cum fortasse letalis adsit? » Cum enim quatuor dies medicorum filii in febricitantibus criticos esse dicant, quartam et septimam et nonam et undecimam, fortasse decimam tertiam quoque (in his enim si, ut dicunt, corpus sudore madefactum reperiunt, convaliturum esse ægrotum conjectant), ne igitur hunc exspectans sudorem infirmus malo consilio usus baptisma differat, annorum opinatus habere commentum, sapienter doctor ægrotanti consilium dat, ne huic sudori confidat et frustra innitatur, cum fieri possit ut mortis sudor ejus loco eveniat, præsentis vitæ finem prædicaturus; ne, ut dicebam, falsus eo ægrotans sudore a certa et divina et sempiterna vita imprudenter abalienatus humanam ac sorti obnoxiam et prorsus interituram curans inveniatur, impotentem naturaliter ac semper per interitum et immutationem fluentem, et celerius eorum qui eam tenere sibi videntur manus effugientem quam vana somniantem noctis imago.

—

Ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου, εἰς τὸ, « Οὐ γὰρ πολλάκις Χριστὸς φιλεῖ κλεπτόμενος, καὶ εἰ λίαν ἐστὶ φιλάνθρωπος. (40) »

Τί δήποτε, φασὶν ἐνταῦθα τοῦ λόγου γενόμενοί τινες, εἰ λίαν ἐστὶ φιλάνθρωπος ὁ Θεὸς, καὶ πηγὴ φιλανθρωπίας ἀνέκλειπτος, ὥστε μηδ' ὁτιοῦν ὑπὸ τῶν ἀρυομένων ἐλαττοῦσθαι, μὴ φιλεῖ κλεπτόμενος; Οὕτω γὰρ ἂν μᾶλλον τὸ φιλάνθρωπον ἐπεδείκνυτο,

Ex eodem sermone in illud : « Non enim sæpe Christus sibi aliquid subripi amat, tametsi mire benignus et facilis. »

Quid tandem, aiunt quidam, cum in hunc orationis locum pervenerunt, si valde benignus est Deus, et benignitatis fons perennis, adeo ut nullo modo possit exhauriri, sibi aliquid subripi non amat? Ita enim magis eluceret benignitas, non exhausta inde

(39) Greg. Naz. *Or. in sanctum Baptisma*, cap. 12, p. 630, tom. I. Opp., edit. Bened.

(40) Idem *ibid.*, cap. 33, p. 717, tom. I Opp. ed. Bened.

Digitized by Google

quod volentibus subripiendi aliquid daret locum, præsertim cum salutare esset furtum) et quotiescunque voluissent. Quibus, Deo sermonem gratificante, respondemus quod hoc ipsum est benignitatis plenum, vel potius ipsa benignitas, et quoad eos qui aliquid subripere volunt salutaris providentiæ luculentissimum argumentum, non sinere volentes sæpius ut ei aliquid subripiant, ne forte, facili salutis alienatione, facillima fiat consequenter doni abjectio, quod videlicet nullo negotio recuperari queat, neve firmi ac stabilis in pulchro status ignari efficiantur qui donum acceperint, dum facile in nequitiam labantur eorum animi propter facilitatem possessionis pulchri de vilitate contemptæ.

μὴ ἐλαττούμενον διὰ τοῦ διδόναι χώραν τοῖς ἐθέλουσι κλέπτειν, καὶ μάλιστα κλοπὴν σωτήριον, καὶ ἐσάκις ἂν θέλοιεν. Πρὸς οὓς Θεοῦ λόγον χαριζομένου φαμὲν, ὅτιπερ αὐτὸ τοῦτο φιλανθρωπίας πλῆρές ἐστι, μᾶλλον δὲ αὐτὸ **φιλανθρωπία** [34], καὶ τοὺς περί τι κλέπτειν [35] ἐθέλοντας, ἀγαθῆς προμηθείας ἔνδειξις σαφεστάτη, τὸ μὴ συγχωρεῖν τοῖς ἐθέλουσι πολλάκις αὐτὸν κλέπτειν, ὡς ἂν μὴ προχείρου τυγχάνοντος τοῦ σφετερισμοῦ τῆς σωτηρίας ῥᾴστη γένηται κατὰ τὸ εἰκὸς καὶ ἡ τοῦ δωρηθέντος ἀποβολή, ὡς εὐμαρῶς πάλιν ληφθῆναι δυναμένου, καὶ τῆς ἐν τῷ καλῷ ἀμεταθέτου καὶ παγίας ἕξεως ἀμαθεῖς ἀποφανθῶσιν οἱ τυγχάνοντες τῆς δωρεᾶς, εὐέμπτωτον εἰς κακίαν τὴν γνώμην ἔχοντες διὰ τὴν εὐμάρειαν τῆς τοῦ καλοῦ κτήσεως, τῷ εὐώνῳ καταφρονούμενης.

Ejusdem ex sermone in Pascha, in illud: « Nudum per simplicitatem et vitam artificio carentem, atque omnis integumenti et munimenti expertem. Talem enim esse conveniebat eum qui primum esset creatus. »

Quid magnus iste doctor his verbis occulte revelet solos illos nosse aio qui pari cum eo gratia et sapientiæ et cognitionis sunt impertiti, qui, postquam intellectuales oculos de omni passionum et materialis affectus sorde purgaverunt, cognitionis in universis veræ radium percipere potuerint, per quam simplice, quoad ejus fieri possit, et uniformi ratione mentem a multitudine retrahentes universam rerum quæ exstant scientiam simplice intelligentia complecterentur. Nos vero, quos ignorantiæ adhuc tenebræ veritatis perceptione prohibet, propter mentis circa sola fluctuantia agitationem, quemadmodum cæcus ambabus manibus quisquilias pertentans haud raro aliquid pretiosi invenire solet, sic nos quoque cum nostra infirmitate de præsenti quæstione aliquid dicere aggredimur. Atque nihil aliud omnino dicimus quam quod Deus nobis in manus dederit, secundum quod scriptum est, ad alendos pro virili parte ac facultate vos, patres bonos nostros, id est simplicem et modicam nobisque convenientem contemplationem, intelligentiæ nostræ contrectabili magis quam firmo certoque pede progrediente oratione institutam, quæque paternam invitet benedictionem, ne qua naturæ minime convenienter sensibilium agrum sensibiliter in modum Esau perlustrantes, ob tarditatem parata privemur patris satiati benedictione [v], aut rursus animo superbia elato majorem potestatem quærentes ab eis damnum accipiamus qui nostrum adhuc contemplationis montem colunt, in modum Israel, de quibus lex narrat, quod irruperunt quidam et in montem ascenderunt, et exivit Amorrhæus illius montis incola atque vulneravit eos [x]. Suspi-

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τοῦ εἰς τὸ Πάσχα λόγου, εἰς τό, « Γυμνὸν τῇ ἁπλότητι καὶ ζωῇ ἀτέχνῳ, καὶ δίχα παντὸς ἐπικαλύμματος καὶ προβλήματος. Τοιοῦτον γὰρ ἔπρεπεν εἶναι τὸν ἀπ' ἀρχῆς. (41) »

Τί μὲν διὰ τούτων ὁ μέγας οὗτος διδάσκαλος κρυφίως ἀποκαλύπτει, μόνους ἐκείνους εἰδέναι φημὶ τοὺς τὸ ἴσον αὐτῷ τῆς σοφίας εἰληφότας καὶ τῆς γνώσεως χάρισμα, οἳ διὰ τὸ πᾶσαν τὴν ἐκ παθῶν καὶ πάσης ὑλικῆς προσπαθείας λήμην ἀποθέσθαι τῶν νοερῶν ὀμμάτων τὴν ἀκτῖνα τῆς ἐν ὅλοις ἀληθοῦς γνώσεως χωρεῖν ἐδυνήθησαν, καθ' ἣν τῷ ἁπλῷ κατὰ τὸ ἐφικτὸν καὶ ἑνοειδεῖ λόγῳ τὸν νοῦν ἀπὸ τῶν πολλῶν περιστείλαντες πᾶσαν τὴν ἐπιστημονικὴν τῶν (**240** *a*) ὄντων ἁπλῇ συνέσει περιέλαβον εἴδησιν. Ἡμῖν δὲ οἷς ὁ ζόφος ἔτι τῆς ἀγνοίας ἐπιπροσθεῖ πρὸς τὴν τοῦ ἀληθοῦς κατανόησιν, διὰ τὴν περὶ μόνα τὰ σαλευόμενα τοῦ νοῦ συστροφὴν, ὥσπερ τυφλὸς ἅμφω τὼ χεῖρε φορυτὸν ὕλης ἀφάσσων εὑρίσκει πολλάκις τι τῶν τιμίων, οὕτως ἐπιχειροῦμεν καὶ ἡμεῖς μετὰ τῆς ἑαυτῶν ἀσθενείας εἰπεῖν τι περὶ τοῦ προκειμένου ζητήματος. Καὶ δὴ λέγομεν ἄλλο τὸ παράπαν οὐδὲν ἢ ὅπερ ὁ Θεὸς ἐν χερσὶν ἡμῶν παραδῷ κατὰ τὸ γεγραμμένον, πρὸς τὸ θρέψαι κατὰ δύναμιν ἡμῶν τοὺς καλοὺς πατέρας ὑμᾶς, λέγω δὲ τῷ ψηλαφητικῷ λόγῳ τῆς ἐν ἡμῖν νοερᾶς δυνάμεως ἁπλοῦν καὶ ἀπέριττον θεώρημα καὶ ἡμῖν σύμμετρον, καὶ πατρικὴν εὐλογίαν προσκαλούμενον, μήπως ἀφυῶς τὸν ἀγρὸν τῶν αἰσθητῶν αἰσθητῶς κατὰ τὸν Ἡσαῦ περιοδεύοντες στερηθῶμεν διὰ βραδυτῆτα τῆς ἑτοίμης τοῦ τρεφομένου πατρὸς εὐλογίας, ἢ πάλιν δι' ὑψηλοφροσύνην τι μεῖζον τῆς δυνάμεως ἡμῶν ἐπιζητοῦντες ἐκ τῶν οἰκούντων ἔτι τὸ ὄρος ἡμῶν τῆς θεωρίας, τρωθῶμεν κατὰ τὸν Ἰσραὴλ, περὶ ὧν ὁ νόμος φησὶν ὅτι παραβιασάμενοί τινες ἀνέβησαν εἰς τὸ ὄρος, καὶ ἐξῆλθεν ὁ Ἀμορῥαῖος ὁ οἰκῶν ἐν τῷ ὄρει ἐκείνῳ καὶ ἐτίτρωσκεν αὐτούς. Ὑπονοῶ τοίνυν ὅτι τὴν διαφορὰν τῆς

[v] Gen. xxvii, 31 seqq. [x] Deut. i, 43, 44.

VARIÆ LECTIONES

[34] Cod. Gud. αὐτοφιλανθρωπία. [35] περὶ τό τι κλέπτειν cod. Gud.

(41) Idem Orat. *in sanct. Pascha*, cap. 8, p. 850, tom. I Opp. edit. Bened.

Digitized by Google

πρὸ τοῦ παραπτώματος κράσεως τοῦ ἀνθρωπίνου σώματος ἐν τῷ προπάτορι Ἀδὰμ πρὸς τὴν νῦν θεωρουμένην ἐν ἡμῖν καὶ κρατοῦσαν ἐνδείξασθαι βουλόμενος ταῦτά φησιν ὁ διδάσκαλος, ὡς τότε δηλαδὴ τοῦ ἀνθρώπου ἐναντίαις καὶ φθαρτικαῖς ἀλλήλων κατὰ τὴν κρᾶσιν τοῦ σώματος μὴ διελκομένου ποιότησιν, ἀλλ' ὡσαύτως ἔχοντος δίχα ῥοῆς καὶ ἀπορρῴης, καὶ τῆς ἐφ' ἑκάτερα τούτων κατὰ τὴν τῶν ποιοτήτων ἐπικράτειαν συνεχοῦς ἀλλοιώσεως ἐλευθέρου τυγχάνοντος, οἷα δὴ τῆς κατὰ χάριν (241 *a*.) ἀθανασίας οὐκ ἀμοιροῦντος, καὶ τὴν νῦν μαστιγοῦσαν αὐτὸν τοῖς ἑαυτῆς κέντροις φθορὰν οὐκ ἔχοντος, ἀλλ' ἑτέραν δηλονότι πρέπουσαν αὐτῷ κρᾶσιν τοῦ σώματος, ἀμάχοις καὶ ἁπλαῖς ποιότησι συνεχομένην. Καθ' ἣν γυμνὸς ἦν ὁ πρῶτος ἄνθρωπος, οὐχ ὡς ἄσαρκος καὶ ἀσώματος, ἀλλ' ὡς τὴν πιχυτέραν τὴν σάρκα ποιοῦσαν καὶ θνητὴν καὶ ἀντίτυπον κρᾶσιν οὐκ ἔχων. Κατὰ τοῦτον τὸν μέγαν διδάσκαλον ἀτέχνως τε ἔζη μὴ διαπνεόμενος τὴν ἅπαξ οὐσιωδῶς δοθεῖσαν αὐτῷ φυσικὴν εὐεξίαν, καὶ περιβολῆς ὑπῆρχεν ἀπροσδεής, διά τε τὴν ἐνοῦσαν ἀπάθειαν αἰσχύνην μὴ ὑφορώμενος καὶ τὸ μὴ κρυμοῖς καὶ θάλπεσιν αὐτὸν ὑποκεῖσθαι, δι' ἃ μάλιστα τῆς τε τῶν οἴκων καὶ τῶν ἐσθημάτων περιβολῆς ὁ τρόπος τοῖς ἀνθρώποις ἐπινενόηται.

cor igitur quod temperamenti corporis humani Adæ propatoris quale fuerit ante transgressionem differentiam ab eo quod in nobis hodie spectatur et obtinet significare volens magister hæc dicit, cum illo videlicet tempore homo qualitatibus contrariis et sibi invicem exitialibus secundum temperamentum corporis non distraheretur, sed quietus maneret, ab omni fluxu et defluxu intactus, et ab perpetua in hunc illumve pro principatu qualitatum immutatione liber, utpote qui secundum gratiam nec immortalitatis esset expers, nec haberet interitum qui nunc eum stimulis exagitat, verum aliud nimirum idoneum ipsi corporis temperamentum, concordibus simplicibusque qualitatibus constrictum. Secundum quod nudus erat primus homo, non quasi sine carne ac corpore, sed ut crassius quod carnem efficit, mortalem et duram, temperamentum non habens. Secundum magnum hunc doctorem certe vivebat ita ut bona corporis ejus habitudo naturalis, qua semel essentialiter esset impertitus, non evanesceret, utque ipse integumento non egeret, cum nullis passionibus obnoxius pudorem haud metueret, neque frigoribus et æstubus subjectus esset, quorum in primis causa domuum et vestimentorum integumenti consuetudo ab hominibus excogitata est.

Ἄλλη περὶ αὐτοῦ θεωρία.

Ἢ μήποτε καὶ ἐκ τῶν νῦν περὶ τὸν ἄνθρωπον θεωρουμένων τὰ τότε περὶ αὐτὸν ὄντα τῇ περιαιρέσει τῶν νῦν περὶ αὐτὸν ὄντων παραδείκνυσιν ὁ διδάσκαλος. Κινεῖται γὰρ νῦν ὁ ἄνθρωπος, ἢ περὶ φαντασίας ἀλόγους παθῶν ἐξ ἀπάτης διὰ φιληδονίαν, ἢ περὶ λόγους τεχνῶν ἐκ περιστάσεως διὰ τὴν χρείαν, ἢ περὶ φυσικοὺς λόγους ἐκ τοῦ νόμου τῆς φύσεως διὰ μάθησιν, ὧν οὐδὲν κατ' ἀρχὴν εἰκότως ἐξ ἀνάγκης εἶχε τὸν ἄνθρωπον, ὑπεράνω πάντων γενόμενον. Οὕτω γὰρ ἔπρεπεν εἶναι τὸν ἀπ' ἀρχῆς, μηδενὶ τὸ σύνολον περισπώμενον τῶν ὑπ' αὐτὸν, ἢ περὶ αὐτὸν, ἢ κατ' αὐτὸν, καὶ πρὸς τελείωσιν ἑνὸς μόνου προσδεόμενον, τῆς πρὸς τὸν ὑπὲρ αὐτὸν, φημὶ δὲ τὸν Θεὸν, καθ' ὅλην τὴν ἀγαπητικὴν δύναμιν ἀσχέτου κινήσεως. Ἀπαθὴς γὰρ χάριτι ὢν ἁπάντων παθῶν φαντασίας δι' ἡδονῆς οὐ προσίετο· καὶ ἀπροσδεὴς ὑπάρχων τῆς περὶ τέχνας περιστατικῆς ἀνάγκης διὰ τὴν χρείαν ἐλεύθερος ἦν· καὶ σοφὸς ὢν τῆς περὶ τὴν φύσιν θεωρίας ὑπεράνω καθειστήκει διὰ τὴν γνῶσιν. Οὐδὲν οὖν εἶχεν ὁ πρῶτος ἄνθρωπος μεταξὺ Θεοῦ καὶ αὐτοῦ προβεβλημένον πρὸς εἴδησιν, (241 *b*) καὶ κωλύον αὐτοῦ τὴν δι' ἀγάπης αὐθαίρετον κατὰ τὴν πρὸς Θεὸν κίνησιν γενησομένην συγγένειαν, καὶ διὰ τοῦτο « γυμνὸς τῇ ἁπλότητι » προσηγορεύθη τῷ διδασκάλῳ, ὡς ὑπεράνω πάσης τῆς κατὰ φύσιν ὑπάρχων ζητήσεως, καὶ « ζωῇ τῇ ἀτέχνῳ, » ὡς πάσης τεχνῶν ἐνδεοῦς καθαρεύων ζωῆς, καὶ « δίχα παντὸς ἐπικαλύμματος καὶ προβλήματος, » οἷα τῆς πρὸς τὰ αἰσθητὰ τῶν αἰσθήσεων ἐμπαθοῦς συμπλοκῆς τυγχάνων ἐλεύθερος, οἷς ὑπῆχθη δικαίως ὕστερον, ἐλλείψας τὴν ἔλλειψιν,

Altera de eodem loco contemplatio.

Vel fortasse etiam ex eis quæ hodie in homine spectantur comprehensione eorum quæ nunc in eo sunt instituta, magister significat ea quæ tum in eo fuerint. Movetur enim nunc homo, vel circa figmenta irrationalia passionum per fraudem voluptatis cupidine inductus, vel circa rationes artium ex circumstantia utilitate invitatus, vel circa naturales rationes ex lege naturæ cognitionis gratia, quorum nihil videlicet in principio hominem, rebus omnibus superiorem factum, necessitatis vinculo trahebat. Ejusmodi etenim conveniebat esse principem hominem, ut prorsus ab nullo eorum quæ aut subjecta sibi aut circum sese juxtave haberet distraheretur, et ad perfectionem uno solum indigeret, id est motione ad eum qui hominem superat, Deum, inquam, secundum omnem charitatis vim irrevocata atque victrice. Cum enim per gratiam passionibus obnoxius nullis esset, fraudem passionum rerum inanium studio non admisit; et cum nihilo indigeret, artium quoque ab infesta propter indigentiam necessitate liber fuit; et cum sapiens esset, naturæ contemplatione erat superior factus per cognitionem. Nihil ergo primus homo inter Deum et semetipsum habebat ad scientiam objectum, quodque suam per charitatem voluntariam secundum motionem ad Deum futuram impediret cognationem, et idcirco « nudus simplicitate » a magistro est appellatus, utpote superior naturali desiderio factus omni, et « vita artificio carente, » utpote omni vita artibus indigente purus, et « omnis integumenti et munimenti

Digitized by Google

expers, » quippe qui liber erat a connexione affectibus plena sensuum cum sensibilibus, quibus postea est jure subactus, cum defectum passus esset, ac loco plenitudinis omnium vacuitatem sponte maluisset, inferior redditus quibus naturaliter ante superior erat. A καὶ τοῦ πλήρης εἶναι τὸ κενὸς πάντων γενέσθαι αὐθαιρέτως ἑλόμενος; κάτω γενόμενος ὧν ὑπερέχων φυσικῶς ὑπῆρχε γεγενημένος.

Alia de eodem loco contemplatio.

Vel fortasse « nudus, » ut magister, varia circa naturam contemplatione et cognitione, et « vita artificio carente, » extra multiplicem circa actionem et virtutem collocatus fraudem secundum habitum possidens virtutum rationes impollutas, « omnisque integumenti et munimenti expers, » intelligentia eorum quæ videntur sensuali ad cognoscenda divina principaliter non egens, solo simplice uniformis et simplicis, quæque secundum Deum sunt conservatricis, virtutis atque cognitionis munimento ornatus, quod activam et strenuam duntaxat motionem ad patefactionem voluntariam desiderat. Certe quicunque a generis nostri auctoris lapsu philosopha ratione resurgere cupiunt, primum passionibus prorsus, deinde occupatione circa artium rationes exui incipiunt, ac denique, postquam naturalem supra contemplationem se sustulerint, in immaterialem cognitionem introspiciunt, formæ sensu expressæ, vel cogitati prolatione sermonis comprehensi plane expertem, quemadmodum Deus principio primum effecerat hominem, cognitionis simplicitate vitaque indistracta, et lege carnis mortificata nudi facti. Haberem utique alio quoque modo, et sublimiore, de præsenti quæstione contemplandum, sed nunc quidem omittam ea de causa quam initio hujus sermonis sum præfatus. B C

Ἄλλη περὶ αὐτοῦ θεωρία.

51. Lux animæ est cognitio sancta; quæ si cui defuerit imprudenti, obambulabit in tenebris.

να'. Φέγγος ψυχῆς ἡ γνῶσίς ἐστιν, ἧς στερηθεὶς ὁ ἄφρων ἐν σκότει διαπορεύεται.

52. Imprudens est qui in malitia versatur; ipsum enim ignorantiæ tenebræ excipient.

νβ'. Ἄφρων ἐστὶν ὁ ἐν κακίᾳ διάγων· ὃν διαδέχεται τὸ σκότος ἀγνωσίας.

53. Jesum amans, a malitia liberabitur, et ipsum sequendo veram videbit scientiam.

νγ'. Ἰησοῦν ὁ ἀγαπῶν, ἐλευθερωθήσεται κακίας· καὶ ὁ ἀκολουθῶν αὐτῷ, ὄψεται γνῶσιν ἀληθῆ.

54. Mens a perturbationibus libera, quæ considerat, sive vigilet, sive dormiat corpore, videt subtilius.

νδ'. Νοῦς παθῶν ἐλευθερωθείς, ψιλὰ βλέπει τὰ νοήματα, καὶ ἐγρηγορότος τοῦ σώματος, καὶ κατὰ τοὺς ὕπνους αὐτοῦ.

[b] Matth. VII, 2; Marc. IV, 24. [c] Isa. XLV, 3.

Digitized by Google

νε'. Ὁ νοῦς εἰς ἄκρον καθαρθεὶς στενοχωρεῖται τοῖς οὖσι· καὶ ἔξω θέλει γίνεσθαι πάντων τῶν γεγονότων.

νς'. Μακάριος ὁ φθάσας εἰς τὴν ἀπέραντον ἀπειρίαν· ἐκεῖνος δ' ἔφθασεν, ὁ τὰ πεπερασμένα περάσας.

νζ'. Ἐρευνᾷ λόγους Θεοῦ ὁ σεβόμενος αὐτόν· εὑρίσκει δὲ αὐτοὺς ὁ τῆς ἀληθείας ἐραστής.

νη'. Νοῦς ἐξ ὀρθότητος κινούμενος, εὑρίσκει ἀλήθειαν· ὁ δὲ ἐκ πάθους τινὸς, ἀποτεύξεται αὐτῆς.

νθ'. Ὥσπερ τῇ οὐσίᾳ ἄγνωστος ὁ Θεὸς, οὕτως καὶ τῇ μεγαλοσύνῃ ἐστὶν ἀπέραντος.

ξ'. Τῆς οὐσίας ἀρχὴ καὶ τέλος οὐκ ἔστιν, οὔτε τῆς σοφίας ἐξεύρεσις.

ξα'. Σωτηρία ὑπάρχει πάσης κτίσεως, ἡ ὑπεράγαθος τοῦ Κτίσαντος περὶ αὐτὴν πρόνοια.

ξβ'. Ὑποστηρίζει Κύριος πάντας τοὺς καταπίπτοντας ἐν οἰκτιρμοῖς, καὶ ἀνορθοῖ πάντας τοὺς κατερραγμένους.

ξγ'. Χριστός ἐστι ζώντων καὶ νεκρῶν κριτὴς, καὶ τῆς ἑκάστου πράξεως δίκαιος ἀνταποδότης.

ξδ'. Ἄρξαι εἰ θέλεις τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος, προλαβὼν τὰς τῶν παθῶν αἰτίας περίκοπτε.

ξε'. Σύζευξον ταῖς ἀρεταῖς τὰς τῆς ψυχῆς δυνάμεις, καὶ πάσης τῆς τῶν παθῶν ὁρμῆς ἀποζεύγνυνται.

ξς'. Τὰς τῆς ἐπιθυμίας ὁρμὰς ἐγκρατείᾳ χαλίνωσον· τὰς δὲ τοῦ θυμοῦ, ἀγάπῃ πνευματικῇ.

ξζ'. Ἡσυχία καὶ προσευχὴ, μέγιστα ὅπλα ἀρετῆς· αὗται γὰρ τὸν νοῦν καθαίρουσαι, διορατικὸν ἀπεργάζονται.

ξη'. Συντυχία ὠφελεῖ μόνη ἡ πνευματική· τῶν δὲ λοιπῶν πασῶν προτιμωτέρα ἡσυχία.

ξθ'. Τῶν πέντε τρόπων συντυχίας, τοὺς τρεῖς ἐπίλεξαι· τῷ δὲ τετάρτῳ μὴ συχνάσῃς· τοῦ πέμπτου ἀπόστηθι.

ο'. Ἡσυχίαν ἀγαπᾷ ὁ μὴ πάσχων πρὸς τὰ τοῦ κόσμου. Καὶ πάντας τοὺς ἀνθρώπους, ὁ μηδὲν ἀγαπῶν ἀνθρώπινον.

οα'. Διδάσκαλος ἀληθὴς ἡ συνείδησις ὑπάρχει, ᾗ ὁ ὑπακούων ἀπρόσκοπος διαμένει.

οβ'. Ἐκείνους μόνους οὐ κρίνει τὸ συνειδὸς, τοὺς εἰς τὸ ἄκρον τῆς ἀρετῆς ἢ τῆς κακίας φθάσαντας.

ογ'. Ἄκρα ἀπάθεια ψιλὰ ποιεῖ τὰ νοήματα· ἄκρα δὲ γνῶσις τῷ ὑπεραγνώστῳ παρίστησιν.

οδ'. Λύπη ἐστὶ ψεκτὴ ἀποτυχία ἡδονῶν, ὧν ὁ καταφρονήσας, ἄλυπος διαμένει.

οε'. Ἡ λύπη καθόλου στέρησίς ἐστιν ἡδονῆς, κἂν τε τῆς κατὰ Θεὸν, κἂν τῆς κατὰ κόσμον νοήσῃς.

ος'. Θεοῦ ἐστι βασιλεία, ἀγαθότης καὶ σοφία, ὧν ὁ ἐπιτυχὼν, ἐν οὐρανοῖς πολιτεύεται.

οζ'. Ἐκεῖνος ἄθλιος ἄνθρωπος, ὁ τῆς ψυχῆς μὲν τὸ σῶμα, τοῦ Θεοῦ δὲ τὸν κόσμον τοῖς ἔργοις προτιμήσας.

55. Menti in summum purificatæ, angusta sunt omnia quæ sunt; semperque cupit esse extra omnia quæ sunt facta.

56. Beatus est is, qui ad infinitam immensitatem pervenit; is vero pervenit, qui penetravit ea quæ finita sunt.

57. Scrutatur verba Dei, qui eum colit; invenit autem, qui amat veritatem.

58. Mens veritatem invenit, si a rectitudine dirigatur; amittit autem, si ab affectione aliqua.

59. Ut Deus secundum essentiam nobis est incognitus; ita secundum majestatem est immensus.

60. Essentia quæ principio caret et fine, neque sapientia, perscrutabilis est.

61. Salus omnis creaturæ est optima Creatoris circa ipsam providentia.

62. Suffulcit Dominus miserationibus omnes vacillantes, et confractos omnes erigit.

63. Christus viventium et mortuorum est judex [d], ac justus uniuscujusque operis retributor [e].

64. Imperare vis animæ et corpori? ante omnia affectionum causas circumcide.

65. Adhibe vires animæ ad studia virtutum, et ab omni affectionum violentia absolveris.

66. Concupiscentiarum impetus continentia refrenato, iracundiæ vero divina spiritualique charitate.

67. Silentium et preces maxima virtutum arma sunt; mentem enim simul purificant, ac perspicaciorem reddunt.

68. Solum spirituale colloquium prodest: at cæteris omnibus silentium præferendum est.

69. Ex quinque modis colloquiorum tres elige; in quarto ne sis frequens; a quinto prorsus abstine.

79. Silentium amat, qui ad ea quæ hujus mundi sunt, non afficitur. Omnes autem homines amat, qui nihil humanum in eis amat.

71. Magistra verax conscientia est; cui quisquis auscultarit, absque scrupuli offendiculo permanet.

72. Illos solos conscientia sua non arguit, qui vel in virtutum, vel in vitiorum fastigium pervenerunt.

73. Summa impassibilitas subtiles efficit cogitatus; sublimis vero scientia ad ignotissima adducit.

74. Mœstitia ex voluptatum defectu concepta vituperabilis est: eas enim qui contempserit, inoffensus permanet ac jucundus.

75. Voluptatis repressio est, omnis tristitia, sive quæ secundum Deum est, sive quæ mundum sapit.

76. Dei regnum, est bonitas ac sapientia; quas qui nactus, municeps est in cœlis.

77. Ille miser est homo, qui in operibus suis corpus quam animam, et mundum quam Deum majoris facit.

[d] Act. x, 42. [e] Psal. LXI, 13

Digitized by Google

78. Æqualem in omnes charitatem possidet, qui bonis non invidet, malorumque miseretur.

οη'. Ἴσην τὴν ἀγάπην πρὸς πάντας κέκτηται ὁ τοῖς μὲν σπουδαίοις μὴ φθονῶν, τοὺς δὲ φαύλους ἐλεῶν.

79. Quam vere idoneus et utilis ad regendum, qui jam antea animæ corporique suo virtutis leges tulit!

οθ'. Ἄρξαι ὡς ἀληθῶς ἐκεῖνος ὤφειλεν, ὁ καὶ ψυχῇ καὶ σώματι τὰ τῆς ἀρετῆς νομοθετήσας.

80. Ille spiritualis est negotiator, qui suavia prosperaque hujus mundi propter futura ex æquo contemnit.

π'. Πραγματευτὴς πνευματικὸς ἐκεῖνος ὑπάρχει, ὁ ἐξ ἴσου διὰ τὰ μέλλοντα καὶ τῶν ἡδέων τοῦ βίου καὶ τῶν αὐστειρῶν ἀποταξάμενος.

81. Anima charitate et temperantia firmatur; mens vero puris precibus ac spirituali contemplatione.

πα'. Ῥώννυσι ψυχὴν μὲν, ἀγάπη καὶ ἐγκράτεια· νοῦν δὲ προσευχὴ καθαρὰ, καὶ θεωρία πνευματική.

82. Cum sermonem utilem audis, non judica dicentem, ne te ipsum pretiosa admonitione privas.

πβ'. Ἀκούων λόγον ὠφέλιμον, μὴ κρῖνε τὸν λέγοντα, ἵνα μὴ τῆς ἐπωφελοῦς νουθεσίας ἑαυτὸν ἀποστερήσῃς.

83. Judicium pravum mala cogitat, et benefacta proximi infideliter narrando elevat ac immunit. B

πγ'. Γνώμη πονηρὰ κακὰ ἐνθυμεῖται, καὶ τὰ κατορθώματα τοῦ πλησίον εἰς ἐλάττονα παραγνωρίζει.

84. Ne credideris cogitatui mala de proximo cogitanti: nam qui malum thesaurum habet, mala etiam cogitat.

πδ'. Μὴ πίστευε τῷ λογισμῷ κρίνοντι τὸν πλησίον, ὅτι πονηρὸν ἔχων θησαυρὸν, πονηρὰ καὶ λογίζεται.

85. Bonum cor bonas cogitationes nutrit: qualem enim thesaurum habet, tales etiam habet cogitationes.

πε'. Ἀγαθὴ καρδία ἀγαθὰς ἐννοίας φέρει· πρὸς γὰρ τὸν θησαυρὸν αὐτοῦ, καὶ τὰ ἐνθυμήματα αὐτοῦ.

86. Habe rationem cogitationum tuarum, malitiamque fuge; ne obscura mente alia pro aliis videas.

πς'. Τήρει τοὺς λογισμοὺς, καὶ φεῦγε ἀπὸ κακίας· ἵνα μὴ σκοτισθεὶς ὁ νοῦς ἄλλα ἀντ' ἄλλων βλέπῃ.

87. Judæos ante oculos propone, teque ipsum munias. Invidia enim obcæcati, Dominum et Deum Beelzebulis nomine infamabant [f].

πζ'. Ἔννόει τοὺς Ἰουδαίους, καὶ ἀσφάλισαι σεαυτόν. Οἱ ἐκ τοῦ φθόνου τυφλωθέντες, τὸν Κύριον καὶ Θεὸν εἰς Βεελζεβοὺλ παρεγνώρισαν.

88. Suspiciones malæ mentem obfuscant, faciuntque ut ea quæ extra viam sunt, videantur esse in via. C

πη'. Ὑπόνοια πονηρὰ σκοτίζει διάνοιαν, καὶ ποιεῖ, τὰ παρὰ τὴν ὁδὸν, ἀντὶ τῆς ὁδοῦ θεωρεῖν.

89. Juxta omnes virtutes scaturiunt et vitia; et inde est, quare mali virtutes in malam partem interpretantur.

πθ'. Ταῖς ἀρεταῖς ἁπάσαις παραπεπήγασιν αἱ κακίαι· καὶ διὰ τοῦτο τὰς ἀρετὰς οἱ πονηροὶ εἰς κακίας παραγνωρίζουσι.

90. Mens si in re aliqua diutius vel oblectetur, vel mœreat, statim in acediæ grave malum cadit.

ϙ'. Ἡδονῇ ἢ λύπῃ ἐγχρονίζων ὁ νοῦς, τῷ τῆς ἀκηδίας πάθει τάχιστα περιπίπτει.

91. Conscientia pura animam excitat, quam rursus in terram immunda cogitatio dejicit.

ϙα'. Συνείδησις καθαρὰ διεγείρει ψυχὴν, λογισμὸς δὲ ῥυπαρὸς καταχθονίζει αὐτήν.

92. Exagitatæ passiones expellunt vanam gloriam: at si quietæ consistant, eam rursus postliminio revocant.

ϙβ'. Κινούμενα τὰ πάθη ἀπελαύνουσι κενοδοξίαν· ἀναιρούμενα δὲ, πάλιν αὐτὴν ὑποστρέφουσιν.

93. Vis semel ab omnibus animi perturbationibus liberari? assuefacito te charitati, contentiæ et precibus.

ϙγ'. Εἰ πάντων ὁμοῦ τῶν παθῶν ἀπαλλαγῆναι θέλεις, ἐγκράτειαν καὶ ἀγάπην καὶ προσευχὴν ἀνάλαβε.

94. Mens apud Deum moram faciens precando, affectivas animæ vires a passionibus liberat. D

ϙδ'. Νοῦς διὰ προσευχῆς τῷ Θεῷ ἐγχρονίζων, καὶ τὸ παθητικὸν τῆς ψυχῆς τῶν παθῶν ἀπαλλάττει.

95. Sicut Deus omnibus quæ sunt, dedit esse, ita et omnia providentia sua simul colligavit.

ϙε'. Ὁ Θεὸς τὸ εἶναι τοῖς οὖσι δεδωκὼς, καὶ τῇ προνοίᾳ αὐτοῦ ἅμα τὰ πάντα συνέδησεν.

96. Et cum esset Dominus, factus servus summam erga creaturas providentiam declaravit [g].

ϙς'. Δεσπότης δὲ ὑπάρχων, καὶ δοῦλος γενόμενος, τὸ ἄκρον τῆς προνοίας τῇ κτίσει ἐξέφηνεν.

97. Deus et Verbum absque sui conversione incarnatus, omni creaturæ per carnem unitus est.

ϙζ'. Ὁ Θεὸς καὶ Λόγος ἀτρέπτων σαρκωθεὶς, πάσῃ τῇ κτίσει διὰ τῆς σαρκὸς ἡνώθη.

98. Rarum miraculum in cœlo et in terra, quia Deus super terram, et homo in cœlis; ut homines angelis associarentur, et omni creaturæ divinitas tribueretur.

ϙη'. Ξένον θαῦμα ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς, ὅτι Θεὸς ἐπὶ γῆς, κἂν [a] ἄνθρωπος ἐν οὐρανοῖς· ἵνα ἀνθρώπους ἀγγέλοις συνάψας, ἅμα πάσῃ τῇ κτίσει τὴν θέωσιν χαρίσηται.

[f] Luc. xi, 15. [g] Philipp. II, 7.

[a] *Κἂν* Forte καί.

Digitized by Google

ιθ'. Ἁγιασμὸς καὶ θέωσις ἀγγέλων καὶ ἀνθρώπων, ἡ γνῶσις τῆς ἁγίας καὶ ὁμοουσίου Τριάδος. A

ρ'. Συγχώρησις ἁμαρτιῶν, παθῶν ἐστιν ἐλευθερία, ὧν ὁ μήπω ἀπαλλαγεὶς χάριτι, τῆς συγχωρήσεως οὔπω ἔτυχεν.

99. Tam angelorum quam hominum sanctificatio et deificatio, est sanctæ consubstantialisque Trinitatis cognitio.

100. Peccatorum remissio libertatem ab affectionibus præstat : quam qui nondum per gratiam assecutus est, ab eo etiam peccata nondum discesserunt.

ΕΚΑΤΟΝΤΑΣ Β'.

Τίς ἡ ἀκροστιχὶς ἥδε

Εὖξαι ὑπὲρ ἐμοῦ, ἀδελφὲ τιμιώτατε, ὅτι μεγάλα κακὰ προσδοκῶ ἄξια τῆς ἐμῆς προαιρέσεως, λύπας τῇ ψυχῇ, καὶ ὀδύνας τῷ σώματι.

—

CENTURIA II,

Cujus versuum primæ litteræ has voces exhibent :

Ora pro me, frater dignissime; mala enim exspecto grandia et digna meis studiis, tristitias scilicet animi et dolores corporis.

—

α'. Ἐθέλεις ὄφ' ἓν τῶν κακιῶν ἀπαλλαγῆναι ; τῇ μητρὶ τῶν κακῶν τῇ φιλαυτίᾳ ἀπόταξαι. B

β'. Ὑγεία ψυχῆς, ἀπάθεια καὶ γνῶσις, ἧς τυχεῖν ἀμήχανον τὸν ἡδοναῖς δουλεύοντα.

γ'. Ξηραίνει τὰς ἡδονὰς τὰς σωματικάς τε, καὶ ψυχικὰς ἐγκράτεια μεθ' ὑπομονῆς, καὶ ἀγάπη μετὰ μακροθυμίας.

δ'. Ἀρχὴ κακῶν τῇ ψυχῇ ἡ φιλαυτία γέγονεν· φιλαυτία δέ ἐστιν ἡ τοῦ σώματος φιλία.

ε'. Ἴδιον τοῦ λογικοῦ τὸ ὑποταγῆναι τῷ λόγῳ, καὶ τὸ ὑποπιάσαι, καὶ δουλαγωγῆσαι τὸ σῶμα.

ς'. Ὕβρις τῷ λογικῷ ὑποταγῆναι τῷ ἀλόγῳ, καὶ πρόνοιαν αὐτοῦ ποιεῖσθαι εἰς ἐπιθυμίας αἰσχράς.

ζ'. Πονηρὸν ἔργον ψυχῆς λογικῆς, καταλιμπάνειν C τὸν Κτίσαντα, καὶ λατρεύειν τῷ σώματι.

η'. Ἐκελεύσθης τὸ σῶμα ὑπηρέτην ἔχειν, οὐ μὴν ἐν ταῖς ἡδοναῖς αὐτοῦ παρὰ φύσιν δουλεύειν.

θ'. Ῥῆξον τὰ δεσμὰ τῆς πρὸς τὸ σῶμα φιλίας, καὶ μηδὲν παράσχῃς τῷ δούλῳ, ὅ τι μὴ πᾶσα ἀνάγκη.

ι'. Ἔγκλεισον τὰς ἀσθήσεις ἐν τῷ φρουρίῳ τῆς ἡσυχίας, ἵνα μὴ τὸν νοῦν περισπῶσιν εἰς τὰς ἰδίας ἐπιθυμίας.

ια'. Μέγιστα ὅπλα τοῦ μεθ' ὑπομονῆς ἡσυχάζοντος, ἐγκράτεια καὶ ἀγάπη καὶ προσευχὴ καὶ ἀνάγνωσις.

ιβ'. Οὐ παύεται ὁ νοῦς περὶ τὰς ἡδονὰς κυκλεύων, ἄχρις οὗ τὴν σάρκα δουλαγωγήσας θεωρίᾳ D σχολάζεται.

ιγ'. Ὑπὲρ τῶν ἐντολῶν ἀγωνιζώμεθα, ἵνα παθῶν

1. Vis semel a malis omnibus liberari ? matri malorum, amori tui ipsius renuntia.

2. Animæ sanitas est impassibilitas et scientia, quam nemo voluptatibus serviens assequi potest.

3. Abstinentia cum patientia, et charitas cum longanimitate, tam corporeas quam animales voluptates exsiccant.

4. Principium malorum animæ, fuit amor sui ipsius; amor autem sui ipsius, amor est corporis.

5. Proprium est rationalis, ut rationi subdatur, castigatumque corpus in servitutem redigat.

6. Injuria fit rationali hominis parti, si subjiciatur brutæ alteri et rationis experti, prudentiam suam insumendo ad explenda turpia desideria

7. Malum rationalis animæ opus, est reliquisse Conditorem, et servire corpori.

8. Jussus es corpus ministri loco habere, et non ut illius (supra quam exigit natura) servias cupiditatibus.

9. Amicitiæ erga corpus vincula rumpantur, et non indulgeas servo, nisi quod omnis necessitas requirit.

10. Include sensus intra quietis munitionem, ne in sua desideria mentem distrahant.

11. Ut tibi quies et patientia contingant, in promptu tibi sint temperantiæ, charitatis, precum et lectionis arma, sane multo fidissima.

12. Mens, voluptatum escis quas ambit, inhiare non cessat, donec corpore in servitutem redacto contemplationi vacet.

13. In præceptis servandis desudandum est, ut

Digitized by Google

ab animi affectionibus liberemur; in divinis autem dogmatis, ut scientiam digne mercamur.

14. In impassibilitate et cognitione consistit animæ tranquillitas, quam voluptatum mancipiis contingere est impossibile.

15. In servitutem coge corpus voluptatibus circumscriptis, et liberabis mentem a gravi servitute.

16. Liber conditus es, et in libertatem accersitus : pigeat igitur impuris voluptatibus servire.

17. Doloribus et voluptatibus, concupiscentiis ac timoribus devinciunt dæmones mentem eorum qui sensibus serviunt.

18. Timor Domini desideriis dominatur, et tristitia quæ secundum Deum, concupiscentias repellit.

19. Desiderium sapientiæ timorem despicit; cupiditas autem scientiæ voluptates repellit et tristitiam.

20. Quatuor autem in Scripturis traduntur : Mandata, placita, minæ et repromissiones.

21. Concupiscentias sistunt abstinentia et labor; minuunt autem quies et divinus amor.

22. Cavesis, ne fratrem verbis ænigmaticis impugnes; neque enim tu ferres, si sic audires e diverso.

23. Iram sistunt longanimitas et injuriarum oblivio, minuunt charitas et compassio.

24. Cui scientia data est, datum est mentale lumen : quod si quis dehonestarit, pro eo tenebras videbit.

25. Observatio mandatorum Dei parit impassibilitatem; impassibilitas autem animæ, custodit scientiam.

26. Sensilia traducito sursum in cognitionem intellectualem, et sensus evehes supra ea quæ sensilia sunt.

27. Naturalis et quæ videtur mulier, significat operativam animam : ad quam si mens quæ vir est, accesserit, ex ea virtutes parit.

28. Inquisitio eloquiorum Dei, docet scientiam Dei eos, qui pie ac desideranter veritatem scrutantur.

29. Quod lux est videntibus et visis, hoc Deus est intelligentibus et intellectis.

30. Visibile cœli firmamentum, fidei signat firmamentum, in quo omnes sancti ceu luminaria lucent.

31. Hierusalem est supercœlestis incorporearum rerum contemplatio, in qua visio pacis spectatur.

32. Activam vitam cave neglexeris, alioquin et scientia decresceret; hoc enim esset, orta fame, in Ægyptum descendere [b].

33. Libertas est spiritualis, a perturbationibus

[b] Gen. xxvi, 1, 2.

A ἐλευθερ[ωθ]ῶμεν · ὑπὲρ δὲ τῶν θείων δογμάτων, ἵνα γνώσεως ἀξιωθῶμεν.

ιδ'. Ἀταραξία ψυχῆς ἀπάθεια καὶ γνῶσις · ἢ τυχεῖν ἀμήχανον τὸν ἡδοναῖς δουλεύοντα.

ιε'. Δουλαγώγει τὸ σῶμα περιελὼν τὰς ἡδονάς, καὶ ἀπάλλαξον αὐτὸ μοχθηρᾶς δουλείας.

ις'. Ἐλεύθερος κτισθείς, καὶ ἐπ' ἐλευθερίᾳ κληθείς, μὴ ἀνάσχῃ δουλεύειν πάθεσιν ἀκαθάρτοις.

ιζ'. Λύπαις καὶ ἡδοναῖς, ἐπιθυμίαις καὶ φόβοις, συνδεσμοῦσι τὸν νοῦν τοῖς αἰσθητοῖς οἱ δαίμονες.

B ιη'. Φόβος Θεοῦ κρατεῖ ἐπιθυμιῶν, καὶ λύπη κατὰ Θεὸν ἀπελαύνει τὴν ἡδονήν.

ιθ'. Ἐπιθυμία σοφίας καταφρονεῖ φόβου, καὶ ἡ δόκη γνώσεως ἀποδιώκει λύπην.

κ'. Τὰ τέσσαρα ταῦτα αἱ Γραφαὶ περιέχουσι · τὰς ἐντολάς, τὰ δόγματα, τὰς ἀπειλάς, τὰς ἐπαγγελίας.

κα'. Ἵστησι τὴν ἐπιθυμίαν ἐγκράτεια καὶ κόπος· μειοῖ δὲ αὐτὴν ἡσυχία, καὶ θεῖος ἔρως.

κβ'. Μὴ λόγοις δι' αἰνιγμάτων τὸν ἀδελφὸν πλήττετε · οὐ μὴ γὰρ βαστάξῃς τὰ ὅμοια ἀντιδεχόμενος.

C κγ'. Ἵστησι τὸν θυμὸν μακροθυμία καὶ ἀμνησικακία · μειοῖ δὲ αὐτὸν ἀγάπη καὶ συμπάθεια.

κδ'. ὯΙ ἐδόθη γνῶσις, ἐδόθη φῶς νοερόν · ὃς δὲ λαβὼν ἀτιμάζει, δύσεται σκότος.

κε'. Τήρησις ἐντολῶν Θεοῦ, τίκτει ἀπάθειαν · ἀπάθεια δὲ ψυχῆς συντηρεῖ γνῶσιν.

κς'. Ἀνάγαγε τὰ αἰσθητὰ ἐπὶ νοητὴν θεωρίαν, καὶ ἀνθέλκεις τὴν αἴσθησιν ἐπάνω τῶν αἰσθητῶν.

κζ'. Τὸ αἰσθητὸν γύναιον σημαίνει ψυχὴν πρακτικήν · ᾗ ὁ νοῦς συγγενόμενος ἀποτίκτει τὰς ἀρετάς.

κη'. Ἔρευνα λόγων Θεοῦ, διδάσκει γνῶσιν Θεοῦ τὸν ἐν ἀληθείᾳ ζητοῦντα, ἐν εὐλαβείᾳ καὶ πόθῳ.

D κθ'. Ὅπερ ἐστὶ τὸ φῶς τοῖς ὁρῶσι καὶ ὁρωμένοις, τοῦτο καὶ ὁ Θεὸς τοῖς νοοῦσι, καὶ νοουμένοις.

λ'. Τὸ αἰσθητὸν στερέωμα, τὸ τῆς πίστεως σημαίνει στερέωμα, ἐν ᾧ πάντες οἱ ἅγιοι δίκην φωστήρων λάμπουσι.

λα'. Ἱερουσαλὴμ ἐστιν ἐπουράνιος, γνῶσις τῶν ἀσωμάτων · ἐν αὐτῇ γὰρ θεωρεῖται ἡ ὅρασις τῆς εἰρήνης.

λβ'. Μὴ ἀμέλει τῆς πράξεως, ἐπεὶ μειοῦται ἡ γνῶσις · καὶ λιμοῦ γενομένου καταβαίνεις εἰς Αἴγυπτον.

λγ'. Ἐλευθερία ἐστὶ νοητὴ, ἡ τῶν παθῶν ἀπαλλα-

Digitized by Google

γή· ἧς οὐδεὶς ἐπιτυγχάνει ἄνευ ἐλέους Χριστοῦ. A esse liberum, quæ nulli absque misericordia Jesu Christi contingit.

λδ'. Γῆ ἐστιν ἐπαγγελίας ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν, ἧς πρόξενοι γίνονται ἀπάθεια καὶ γνῶσις.

34. Terra repromissionis, regnum est cœlorum; in quam mentem inducunt impossibilitas et scientia.

λε'. Αἴγυπτός ἐστι νοητὴ, ὁ σκοτασμὸς τῶν παθῶν· εἰς ἣν οὐδεὶς καταβαίνει, εἰ μὴ λιμῷ περιπέσῃ.

35. Ægyptus spiritualis, obtenebratio perturbationum; in quam nemo, nisi antea fame laboret, descendit.

λς'. Λόγοις πνευματικοῖς ἐπισυχνάσεις τὸ οὖς σου, καὶ λογισμῶν ἀκαθάρτων ἀπομακρυνεῖ ὁ νοῦς σου.

36. Aurem tuam spiritualibus sermonibus frequenter accommoda, et mentem ab immundis cogitationibus elongabis.

λζ'. Ἀγαθὸς καὶ σοφὸς φύσει μόνος ὁ Θεός· γίνεται δὲ μεθέξει καὶ ὁ νοῦς, ἐὰν σπουδάσῃ.

37. Solus Deus natura bonus est ac sapiens; fit autem mens participatione talis, modo studiosa sit.

λη'. Κράτει γαστρὸς καὶ ὕπνου, καὶ θυμοῦ, καὶ γλώσσης· καὶ οὐ μὴ προσκόψεις πρὸς λίθον τὸν πόδα B σου.

38. Impera ventri, somno, iræ et linguæ; et nunquam impinges ad lapidem pedem tuum.

λθ'. Ἀγωνίζου ἀγαπῆσαι πάντα ἄνθρωπον ἐξ ἴσου, καὶ ἀπελαύνεις συλλήβδην πάντα τὰ πάθη.

39. Enitere ut omnes homines æqualiter diligas, passionesque omnes simul a te abiges.

μ'. Κοινὴ νοῦ καὶ αἰσθήσεως ἡ θεωρία τῶν αἰσθητῶν· ἰδία δὲ τοῦ νοῦ ἡ γνῶσις τῶν νοητῶν.

40. Sensibilium rerum contemplatio communis est menti et sensui; intellectualium autem scientia soli menti convenit.

μα'. Ἀδύνατον τὸν νοῦν σχολάσαι τοῖς νοητοῖς, εἰ μὴ τὴν σχέσιν τὴν πρὸς τὴν αἴσθησιν, καὶ τὰ αἰσθητὰ ἀποκόψῃ.

41. Impossibile est mentem vacare intellectualibus, nisi amicitiam erga sensus et sensibilia antea amputarit.

μβ'. Προσπάθειαν φυσικὴν ἡ αἴσθησις ἔχει πρὸς τὰ αἰσθητὰ, καὶ συμπερισπᾷ τὸν νοῦν περισπωμένη περὶ αὐτά.

42. Sensus natura sensibilibus afficitur; sed cum circa ea distrahitur, distrahitur et mens.

μγ'. Ῥῖψον τὴν αἴσθησιν περὶ τὴν τοῦ νοῦ ὑπουργίαν, καὶ μὴ δῷς αὐτῇ καιρὸν ἀντιπερισπᾶσαι αὐτόν. C

43. Coge sensus in mentis obsequium, et non des ipsis occasionem eam distrahendi.

μδ'. Ὅταν συμβῇ τὸν νοῦν σχολάσαι τοῖς αἰσθητοῖς, ἀντιπερίσπα τὴν αἴσθησιν, πρὸς νοῦν ἀνάγων τὰ παρακείμενα.

44. Quando mentem sensibilibus vacare contingit, obsiste sensibus, et objecta in mentem subduc.

με'. Σημεῖον, ὅτι σχολάζει ὁ νοῦς περὶ τὰ νοητὰ, τὸ πάντων καταφρονεῖν τῶν τὴν αἴσθησιν σαινόντων.

45. Signum mentis circa intelligibilia occupare, est floccifacere omnia quæ sensus oblectant.

μς'. Διανοιγόμενος ὁ νοῦς περὶ τὴν τῶν νοητῶν θεωρίαν, δυσαπόσταστον ἔχει τὴν περὶ αὐτὰ ἡδονήν.

46. Occupata mens in contemplatione eorum quæ sunt, solidam in eis voluptatem experitur.

μζ'. Ὅταν ὁ νοῦς πλουτήσῃ τὴν τῆς μονάδος γνῶσιν, τότε καὶ τὴν αἴσθησιν πάντη δεδουλωμένην ἔχει.

47. Quando mens unitatis scientia locupletata fuerit, tunc sensus omnino in servitutem redactos tenet.

μη'. Κώλυε τὸν νοῦν σου κυκλεύειν τὰ αἰσθητὰ, ἵνα μὴ ἡδονὰς καὶ λύπας ἐν αὐτοῖς καρπώσηται. D

48. Prohibe mentem tuam circum sensilia vagari, ne voluptatum tristitiæ fructus simul ex eis decerpat.

μθ'. Ὧν ὁ νοῦς ἐν τοῖς θείοις σχολάζει διαπαντὸς, τούτων καὶ τὸ παθητικὸν μέρος θεῖον γέγονεν ὅπλον.

49. Quorum mens perpetuo divinis vacat, iis et affectivæ animæ vires divina fiunt arma.

ν'. Ἀδύνατον τὸν νοῦν τῇ γνώσει ποιωθῆναι, εἰ μὴ πρότερον τὸ παθητικὸν ταῖς οἰκείαις ἀρεταῖς ἐξ αὐτοῦ πελάσει.

50. Impossibile est mentem scientia perfici, nisi prius affectiva animæ portio suis admoveatur virtutibus.

να'. Ξένος τῶν τοῦ κόσμου ὁ νοῦς τότε γίνεται, ὅταν τὴν πρὸς τὴν αἴσθησιν σχέσιν παντελῶς ἀποκόψῃ.

51. Mens non antea erit peregrina eorum quæ sunt in hoc mundo, nisi modis omnibus amicitiam erga sensus resecuerit.

νβ'. Ἴδιον τοῦ λογιστικοῦ τῆς ψυχῆς, σχολάζειν γνώσει Θεοῦ· τοῦ δὲ παθητικοῦ αὐτῆς, ἀγάπη καὶ ἐγκράτεια.

52. Proprium est rationali portioni animæ, vacare cognitioni Dei; activæ autem, charitatem et continentiam amplexari.

Digitized by Google

53. Non potest mens rei sensili diu immorari, nisi omnino ad illam afficiatur.

54. Mens perfecta est quam scientia perficit; anima vero virtutibus roborata.

55. Mentis cum sensibus amicitia, eam facit mancipium corporearum voluptatum.

56. Quando a virtutibus suis affectivæ vires moventur, tunc etiam mens a scientiæ suæ loco deturbatur.

57. Accepimus potestatem filios Dei fieri [i]; sed non erimus, nisi affectiones exuerimus.

58. Nullus se putet filium Dei factum, efficaciterque Deum in se operari, si non divinos characteres intra se possederit.

59. Similitudo morum vel bonorum vel malorum filios facit vel Dei vel Satanæ.

60. Vir intelligens est, qui se ipsum attendit, et festinat studetque ab omni inquinamento separari.

61. Obcæcata anima, etiam dum vapulat, non sentit, benefactoremque agnoscere renuit.

62. Sordida vestis e divinis nuptiis ejicit, exteriorumque tenebrarum participem facit [j].

63. Qui timet Deum, sui ipsius curam gerit, et a pravo consortio se alienat.

64. Impossibile est misericordiam a Deo assequi eum, qui ipsum dereliquerit, et voluptatibus servit.

65. Neminem posse duobus dominis servire [k], a Jesu dictum est, etiamsi credere nolimus.

66. Anima affectionibus sordida adeo obcæcata est, ut nisi secetur et uratur, credere renuat.

67. Obduratos horrenda tormenta excipient: nam sine magnis laboribus mollescieri nequeunt.

68. Vir intelligens sollicitam sui curam gerit; ultroque susceptis laboribus, eos quos invitus ferret, effugit.

69. Diligens animæ cura in malorum sustinentia et humilitate consistit: propter eas enim Deus peccata omnia condonat.

70. Sicut concupiscentiæ et iræ peccata multiplicant [l]; ita continentia et humilitas eadem exinaniunt.

71. Conterit cor tristitia quæ secundum Deum est [m]; eam parit tibi timor suppliciorum.

72. Tristitia quæ secundum Deum est, corda purificat, et ab eis voluptatum inquinamenta elongat.

73. Patientia est, quando anima labores ultro deditaque opera subit: ubi ea fuerit, inde in exsilium abire voluptatum amor cogitur.

74. Quodvis peccatum voluptate committitur;

νγ'. Ἀδύνατον τὸν νοῦν πράγματι χρονίζειν αἰσθητῷ, εἰ μὴ πάντως πάθος κέκτηται πρὸς αὐτό.

νδ'. Τέλειός ἐστιν ὁ νοῦς ὁ ποιωθεὶς τῇ γνώσει· ψυχὴ δέ ἐστι τελεία, ἡ ταῖς ἀρεταῖς ἀνακραθεῖσα.

νε'. Ἡ πρὸς τὴν αἴσθησιν σχέσις τοῦ νοῦ, δοῦλον αὐτὸν καθίστησι τῶν τοῦ σώματος ἡδονῶν.

νς'. Σαλεύεται ὁ νοῦς ἐκ τοῦ τόπου τῆς γνώσεως, ὅτε τὸ παθητικὸν αὐτοῦ κινηθῇ ἐκ τῶν ἰδίων ἀρετῶν.

νζ'. Ἐλάβομεν ἐξουσίαν τέκνα γενέσθαι Θεοῦ· οὐ γινόμεθα δὲ εἰ μὴ τὰ πάθη ἀποδυσώμεθα.

νη'. Μηδεὶς οἰέσθω τέκνον Θεοῦ κατ' ἐνέργειαν γεγονέναι, μήπω τοὺς θείους χαρακτῆρας ἐν ἑαυτῷ κτησάμενος.

νθ'. Ἡ κατὰ τὸν τρόπον ὁμοίωσις τοῦ ἀγαθοῦ, ἢ τοῦ πονηροῦ, ἢ τοῦ Θεοῦ υἱοὺς, ἢ τοῦ Σατανᾶ ἀπεργάζεται.

ξ'. Συνετὸς ἀνὴρ ὁ προσέχων ἑαυτῷ, καὶ σπεύδων χωρισθῆναι ἀπὸ παντὸς μολυσμοῦ.

ξα'. Πεπωρωμένη ψυχὴ, μαστιζομένη οὐκ αἰσθάνεται, καὶ εἰς συναίσθησιν ἐλθεῖν τοῦ εὐεργέτου οὐκ ἀνέχεται.

ξβ'. Ῥυπαρὰ ἐσθὴς θείων γάμων ἐκβάλλεται, καὶ κοινωνὸν ἀπεργάζεται σκότους ἐξωτέρου.

ξγ'. Ὁ φοβούμενος τὸν Θεὸν, ἐπιμελεῖται τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς, καὶ πονηρᾶς κοινωνίας ἀπαλλάττει ἑαυτόν.

ξδ'. Ἀμήχανόν ἐστι τυχεῖν ἐλέους Θεοῦ τὸν καταλείποντα αὐτὸν, καὶ ἡδοναῖς δουλεύοντα.

ξε'. Ἰησοῦς ἐστιν ὁ λέγων, κἂν πιστεύειν οὐ θέλωμεν, ὅτι οὐδεὶς δύναται δυσὶ κυρίοις δουλεύειν.

ξς'. Ῥυπωθεῖσα ψυχὴ, ἀπὸ παθῶν πεπώρωται, καὶ ἄνευ τομῶν καὶ καυτήρων πιστεύειν οὐκ ἀνέχεται.

ξζ'. Ἑτοιμοι φοβεροὶ τοὺς πηροὺς διαδέχονται· δίχα γὰρ μεγάλων πόνων μαλαχθῆναι οὐ καταδέχονται.

ξη'. Συνετὸς ἀνὴρ ἐπιμελεῖται ἑαυτοῦ· καὶ δι' ἐκουσίων πόνων τοὺς ἀκουσίους ἐκφεύγει.

ξθ'. Ἐπιμέλεια ψυχῆς, κακοπάθεια καὶ ταπείνωσις· δι' ὧν ὁ Θεὸς συγχωρεῖ πάσας ἁμαρτίας.

ο'. Ὥσπερ ἐπιθυμίαι καὶ ὀργαὶ ἁμαρτίας πληθύνουσιν· οὕτως ἡ ἐγκράτεια καὶ ταπείνωσις ἐξαλείφουσιν αὐτάς.

οα'. Συντρίβει καρδίαν λύπη κατὰ Θεόν· αὐτὴν δὲ τίκτει φόβος κολάσεως.

οβ'. Λύπη κατὰ Θεὸν καθαίρει καρδίαν· καὶ τοὺς μολυσμοὺς τῶν ἡδονῶν μακρύνει ἀπ' αὐτῆς.

ογ'. Ὑπομονή ἐστιν φιλοπονία ψυχῆς· ἔνθα δὲ φιλοπονία, φιληδονία ἐξώρισται.

οδ'. Πᾶσα ἁμαρτία διὰ τὴν ἡδονὴν γίνεται·

[i] Joan. I, 12. [j] Matth. XXII, 12, 13. [k] Matth. VI, 24. [l] Eccli. XXVIII passim. [m] Eccle. VII, 3.

Digitized by Google

καὶ πᾶσα συγχώρησις, διὰ τὴν κακοπάθειαν, καὶ λύπην. A remittitur autem per malorum sustinentiam et luctum.

ϟε'. Ἀκουσίοις πόνοις κατὰ πρόνοιαν περιπίπτει, ὁ ὑπ' ἀκουσίων πόνων μετανοεῖν μὴ ἀνεχόμενος.

ϟϛ'. Σωτὴρ ἐστιν ὁ Χριστὸς τοῦ σύμπαντος κόσμου· καὶ τὴν μετάνοιαν εἰς σωτηρίαν τοῖς ἀνθρώποις ἐχαρίσατο.

ϟζ'. Τήρησιν ἐντολῶν τίκτει μετάνοια· ἡ δὲ τῶν ἐντολῶν τήρησις, ψυχῆς ποιεῖ τὴν κάθαρσιν.

ϟη'. Ἡ τῆς ψυχῆς κάθαρσις, παθῶν ἐστιν ἀπαλλαγή· ἡ δὲ τῶν παθῶν ἀπαλλαγὴ, ἀγάπην τίκτει Θεοῦ.

ϟθ'. Ψυχὴ καθαρὰ ἡ τὸν Θεὸν ἀγαπῶσα, καὶ νοῦς ἐστιν καθαρὸς ὁ ἀγνοίας χωρισθείς. B

π'. Ὑπὲρ τῶν ἐντολῶν τοῦ Θεοῦ μέχρι θανάτου ἀγώνισαι, ὅτι δι' αὐτῶν καθαρθεὶς εἰς τὴν ζωὴν εἰσελεύσῃ.

πα'. Χρῆσαι τῷ σώματι ὡς ὑπηρέτῃ τῶν ἐντολῶν, ἀνώδυνον αὐτὸ τηρῶν καὶ ἄνοσον ὅση δύναμις.

πβ'. Ἡ τῆς σαρκὸς ἐπανάστασις, ἐξ ἀμελείας γίνεται τῆς προσευχῆς τε καὶ διαίτης, καὶ καλῆς ἡσυχίας.

πγ'. Καλὰ ἔγγονα τίκτει ἡ καλὴ ἡσυχία· ἐγκράτειαν καὶ ἀγάπην καὶ τὴν προσευχὴν καθαράν.

πδ'. Ἀνάγνωσις καὶ προσευχὴ νοῦν καθαίρουσιν· ἀγάπη δὲ καὶ ἐγκράτεια τὸ παθητικὸν τῆς C ψυχῆς.

πε. Ἴσην διαπαντὸς τήρει τὴν ἐγκράτειαν, ἵνα μὴ τῇ ἀνομαλίᾳ εἰς τὰ ἐναντία πέσῃς.

πϛ'. Ὁ νομοθετῶν ἑαυτῷ μὴ παραβῇ ἑαυτόν· ὁ γὰρ ἑαυτὸν παραλογιζόμενος, ἑαυτὸν ἀπατᾷ.

πζ'. Δυσμαί εἰσι νοηταὶ, ψυχαὶ ἐμπαθεῖς· ταῖς γὰρ τοιαύταις ἔδυ τῆς δικαιοσύνης ὁ ἥλιος.

πη'. Υἱός ἐστιν Θεοῦ ὁ ὁμοιωθεὶς τῷ Θεῷ δι' ἀγαθότητος, καὶ τῆς σοφίας, καὶ δυνάμεως, καὶ δικαιοσύνης.

πθ'. Νόσος ἐστὶ ψυχῆς, ἡ τῆς κακίας ἕξις, θάνατος δὲ ἡ κατ' ἐνέργειαν ἁμαρτία.

ϙ'. Ἀκτημοσύνη ἐστὶν νοητὴ, ἡ παντελὴς ἀπάθεια, καθ' ἣν γενόμενος ὁ νοῦς ἀναχωρεῖ τῶν ἐν- D ταῦθα.

ϙα'. Συμφώνους τήρει τὰς τῆς ψυχῆς ἀρετάς· ἐκ τούτου γὰρ τίκτεται ὁ τῆς δικαιοσύνης καρπός.

ϙβ'. Τὴν τῶν νοητῶν θεωρίαν, ἀσώματον εἶναί φασιν, ὡς ὕλης καὶ εἴδους πάντη ἀπηλλαγμένην.

ϙγ'. Ὥσπερ τὰ τέσσαρα στοιχεῖα ἐκ τῆς ὕλης καὶ τοῦ εἴδους· οὕτως καὶ τὰ ἐξ αὐτῶν σώματα ἐκ τῶν αὐτῶν συνέστηκεν.

ϙδ'. Σὰρξ γενόμενος διὰ τὴν φιλανθρωπίαν ὁ Λόγος, οὔτε ὃ ἦν μετέβαλεν, οὐδ' ὃ γέγονεν, ἠλλοίωσεν.

75. Quisquis pœnitentiam agere per labores ultro susceptos renititur, is coactus in labores qui jam prædefiniti sunt, incidet, quos et invitus feret.

76. Christus totius mundi Salvator, est et pœnitentiam iis qui eam acturi sunt, in salutem concessit [a].

77. Præceptorum observantiam parit pœnitentia; præceptorum vero observantia animæ præstat purificationem.

78. Animam purificare, est eam ab affectionibus liberare; ea autem libertas charitatem Dei nobis parit.

79. Anima pura est, quæ Deum diligit; mens vero pura, quæ ab ignorantia secessit.

80. Pro mandatis Christi usque ad mortem certa: per ea enim purificatus ad vitam ingredieris.

81. Corpore ad ministerium mandatorum utere, servans ipsum, quantum fieri potest, sine doloribus et sine morbo.

82. Carnis seditiones, ex negligentia precum, diætæ honestæque quietis oriuntur.

83. Formosos liberos formosa parit quies: nempe continentiam, charitatem, purasque preces.

84. Lectio et precum puritas mentem purificant; animæ autem affectivam partem charitas et continentia.

85. Æqualem continentiam semper observa, ne per inæqualitatem in contraria incidas.

86. Ne prævariceris teipsum, cum tibi ipsi legem statueris; seipsum enim falsis rationibus palpans, seipsum seducit.

87. Occasus spiritales sunt, animæ perturbationibus inquietæ; sol enim justitiæ illis occidit.

88. Filius Dei quis est, ob bonitatem et sapientiam, et potentiam, et justitiam [o], similis ei factus.

89. Malitiæ habitus morbus est animæ; mors autem per operationem peccati introducitur [p].

90. Paupertas spiritalis, est consummata impassibilitas; quæ si menti conceditur, ab his quæ hic sunt, secedit.

91. Consonas animæ virtutes custodi: ex ipsis enim nascitur fructus justitiæ.

92. Contemplationem eorum quæ mens concipit, aiunt omnino incorpoream esse, utpote quæ sit a materia formaque abalienata.

93. Sicut quatuor elementa ex materia et forma, sic et corpora quæ ex ipsis sunt, ex ipsis etiam sunt constituta.

94. Verbum propter misericordiam caro factum [q], neque quod erat transmutavit, neque quod factum, alteravit.

[a] Matth. IV, 17. [b] Psal. LXX, 18, 19. [c] Rom. VI, 23. [d] Joan. I, 14.

Digitized by Google

95. Ut ex deitate et humanitate, et in deitate et humanitate; sic ex duabus naturis, et in duabus naturis, dicimus esse unum Deum.

96. Unam hypostasim in Christo confitemur ex duabus naturis inseparabiliter unitis.

97. Inseparabilem unam Christi glorificamus hypostasim, et citra omnem confusionem naturarum confitemur unionem.

98. Trium hypostasium unam deitatis essentiam adoramus, ejusdemque essentiæ sanctam Trinitatem confitemur.

99. Proprietates trium hypostasium sunt, paternitas, filiatio, et processio: et communia tribus hypostasibus sunt, essentia, natura, deitas, bonitas.

ϙε'. Ὥσπερ ἐκ θεότητος καὶ ἀνθρωπότητος, καὶ ἐν θεότητι, καὶ ἀνθρωπότητι, οὕτως καὶ ἐκ δύο φύσεων, καὶ ἐν δύο φύσεσι λέγομεν τὸν ἕνα Θεόν.

ϙς'. Μίαν ὑπόστασιν Χριστοῦ ὁμολογοῦμεν ἐν δύο φύσεσιν ἡνωμέναις ἀδιαιρέτως.

ϙζ'. Ἀδιαίρετον τὴν μίαν Χριστοῦ ὑπόστασιν δοξάζομεν, καὶ ἀσύγχυτον τὴν τῶν φύσεων ἕνωσιν ὁμολογοῦμεν.

ϙη'. Τρισυπόστατον τὴν μίαν τῆς θεότητος οὐσίαν προσκυνοῦμεν, καὶ ὁμοούσιον τὴν ἁγίαν Τριάδα θεολογοῦμεν.

ϙθ'. Διὰ τῶν τριῶν ὑποστάσεων πατρότης, υἱότης, ἐκπόρευσις· καὶ κοιναὶ τῶν αὐτῶν πάλιν ἐστὶν, ἡ οὐσία, ἡ φύσις, ἡ θεότης, ἡ ἀγαθότης.

ΕΚΑΤΟΝΤΑΣ Γ,

Τῆς ἡ ἀκροστιχὶς ἥδε·

Ἀλλὰ ἦν καὶ κυρίως, οὐ τὰ τὴν συνείδησιν (leg. σάρκα) *λυποῦντα, τὴν δὲ ψυχὴν καθαίροντα, ἀλλὰ τὰ τὴν συνείδησιν λυποῦντα, τέρποντα δὲ τὴν σάρκα.*

CENTURIA III,

Cujus hæc est acrostichis:

Verumtamen proprie mala sunt, non quæ carnem affligunt, animam vero purificant; sed quæ conscientiam quidem tristitia afficiunt, carnem vero titillant.

1. Bona de eo quod natura bonum cogita; sed et de omni homine sentias bene.

2. Verborum et operum ac cogitationum rationem reddituri sumus in die judicii[r].

3. Habitus virtutis vel malitiæ impellit nos, ut bene vel male cogitemus, vel loquamur vel operemur.

4. Mens cui affectiones imperant, cogitat quæ non decent; quales autem cogitationes sint, produnt sermones et opera.

5. Malæ cogitationis dux affectio; est affectionis auctor sensus, quo ut male utamur, in causa est mens.

6. Include igitur sensus, expugna phantasmata, et affectiones armis mandatorum diripe.

7. Malitia inveterata, longa opus habet exercitatione; stabilita enim consuetudo haud subito immutatur.

8. Monastica vita quam comitantur continentia ac charitas, per patientiam et quietem facile quæ injuncta sunt, exsequitur.

α'. Ἀγαθὰ διανοοῦ, καὶ περὶ παντὸς ἀνθρώπου καλὰ διαλογίζου.

β'. Λόγων καὶ ἔργων καὶ ἐννοιῶν ἀπολογίαν ἀπαιτούμεθα παρὰ Θεοῦ ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως.

γ'. Ἡ ἕξις τῆς ἀρετῆς; ἢ τῆς κακίας κινεῖ ἡμᾶς ἐπὶ τὰ καλὰ ἢ τὰ κακὰ ἐννοεῖν, ἢ λέγειν, ἢ διαπράττεσθαι.

δ'. Νοῦς ἀπὸ παθῶν κεκρατημένος, ἐννοεῖ τὰ μὴ πρέποντα· φανεροῦσι δὲ τὴν ἔννοιαν οἱ λόγοι καὶ τὰ ἔργα.

ε'. Κακῆς ἐννοίας προηγεῖται πάθος, τοῦ δὲ πάθους αἰτία καθέστηκεν ἡ αἴσθησις, τῆς δὲ κακῆς αὐτῆς χρήσεως, δῆλον ὅτι ὁ νοῦς.

ς'. Ἀπόκλεισον τὴν αἴσθησιν· καὶ πολέμησον τὴν πρόληψιν, καὶ ὅπλοις τῶν ἐντολῶν ἄνελέ σου τὰ πάθη.

ζ'. Κακία χρονίσασα, ἀσκήσεως δεῖται χρονίας· συνήθεια γὰρ παγιωθεῖσα ἀθρόως οὐ μετακινεῖται.

η'. Ἄσκησις ἐπιτεταμένη ἐγκρατείας καὶ ἀγάπης, δι' ὑπομονῆς καὶ ἡσυχίας ἀνεῖλε τὰ ἐγκείμενα.

[r] Matth. XII, 36.

Digitized by Google

θ'. Κίνει τὸν νοῦν εἰς προσευχὴν συνεχῶς, καὶ διαφθείρεις τοὺς λογισμοὺς ἐφεστῶτας τῇ καρδίᾳ.

ι'. Ὑπομονῆς δεῖται καὶ μακροθυμίας ἄσκησις· χρονίᾳ γὰρ φιλοπονίᾳ φιληδονία ἐξορίζεται.

ια'. Ῥᾳδίως γυμνάζῃ εἰς τοὺς τῆς ἀσκήσεως πόνους, ἐὰν πάντα τῷ μέτρῳ καὶ κανόνι διαπράξῃ.

ιβ'. Ἴσον τὸ μέτρον τῆς ἀσκήσεως φύλαττε, καὶ μὴ λύσῃς κανόνα ἐκτὸς τῆς ἀνάγκης.

ιγ'. Ὥσπερ λογισμοὺς καθαίρει ἀγάπη καὶ ἐγκράτεια, οὕτως πᾶν ὕψωμα ἐπαιρόμενον θεωρία καὶ προσευχή.

ιδ'. Συνείδησιν καθαρὰν πόνοι ποιοῦσιν ἀσκήσεως, οἷον νηστεία, ἀγρυπνία, ὑπομονή, μακροθυμία.

ιε'. Ὁ τῶν ἀκουσίων πειρασμῶν τὰς ἐπαγωγὰς ὑπομένων, ταπεινόφρων, καὶ δόκιμος, καὶ εὔελπις γίνεται.

ις'. Ὑπομονή ἐστιν φιλοπονία ψυχῆς· συνίσταται δὲ αὕτη ἐξ ἑκουσίων πόνων καὶ ἀκουσίων πειρασμῶν.

ιζ. Τίκτει ἀκακίαν ἡ τῶν δεινῶν καρτερία, καὶ ἀπόλλυσιν κακίας εἰς τὸ τέλος ἡ μέχρι τέλους ὑπομονή.

ιη'. Αἴσθησιν ὀδυνᾷ πόνων ἐπαγωγή, καὶ ἡδονὴν ἀνιρεῖ λύπης ἐπιφορά.

ιθ'. Τέσσαρά ἐστι γενικώτατα πάθη, οἷς σοφῶς κατ' ἀλλήλων ὑπόνοια κέχρηται.

κ'. Ἡδονὴν γὰρ συστέλλει λύπης ἐπαγωγή, καὶ ἐπιθυμίαν μαραίνει φόβος κολάσεων.

κα'. Νοῦς φρόνιμος γυμνάζει ψυχὴν αὐτοῦ, καὶ εἰς πᾶσαν ἄσκησιν ἐθίζει τὸ σῶμα αὐτοῦ.

κβ'. Σπεῦσον δεῖξαι μοναχὸν, μὴ τὸν ἔξω ἄνθρωπον, ἀλλὰ καὶ τὸν ἔσω τῶν παθῶν ἀπαλλάττων.

κγ'. Ἀποταγὴ πρώτη ἡ τῶν πραγμάτων ἀπαλλαγὴ, δευτέρα δὲ καὶ τρίτη ἡ τῶν παθῶν καὶ τῆς ἀγνοίας.

κδ'. Ῥᾳδίως τις βουληθεὶς τῶν πραγμάτων ἀπαλλάττεται, οὐκ ὀλίγῳ δὲ καμάτῳ, τῶν πρὸς αὐτὰ παθημάτων.

κε'. Κρατῶν ἐπιθυμίας, καὶ θυμοῦ περιέσῃ· αὕτη γὰρ αἰτία τῆς τοῦ θυμοῦ ταραχῆς.

κς'. Ἆρα ἀπηλλάγημεν τῶν ἐμπαθῶν νοημάτων, καὶ τῆς καθαρᾶς καὶ ἀΰλου ἀπολαύομεν προσευχῆς, ἢ οὔπω;

κζ'. Μέγας νοῦς, ὁ τῶν παθῶν ἀπαλλαγείς, καὶ τῶν ὄντων κωρισθείς, καὶ ἐν τῷ Θεῷ διάγων.

κη'. Ἐν τοῖς τρισὶ τούτοις ὁ προκόπτων φιλοσοφεῖ, ἐν ταῖς ἐντολαῖς, ἐν τοῖς δόγμασι, καὶ ἐν τῇ πίστει τῆς Τριάδος.

κθ'. Νοῦς παθῶν γυμνωθεὶς ἐν τούτοις εὑρίσκε-

9 Mentem assidue ad orandum incita, ut cogitationes in pectore obversantes disperdere queas.

10. Exercitatio religiosa, patientia opus habet ac longanimitate; voluptatis enim amor, multa laboris assiduitate in exsilium mittitur.

11. Facile hujus exercitationis labores exantlabis, si ad mensuram et regulam opera tua perfeceris.

12 Æqualem piæ exercitationis mensuram in omnibus serva, nisi ob inexcusabilem necessitatem regulam solvas minimum.

13. Ut continentia et charitas purificant cogitationes, ita omnem superbiam tollunt contemplatio precumque puritas.

14. Conscientiam puram faciunt labores monastici, quales sunt jejunium, vigiliæ, patientia et longanimitas.

15. Qui involuntariarum tentationum plagas patienter fert, modestus et probatus, atque bonæ spei vir erit.

16. Patientia gaudet in ferendis laboribus animæ, consistitque in tentationibus et laboribus qui sponte suscipiuntur, et tentationibus quæ invitis accidunt.

17. Tolerantia rerum gravium parit innocentiam; constantia autem in fine usque perseverans omnino malitiam exterminat.

18. Plagæ immissæ sensus affligunt, sed voluptas tristitia illata tollitur.

19. Quatuor sunt generales affectiones quibus prudentia sapienter vicissim usa est.

20. Voluptatem enim tristitia superveniens frangit et contrahit; concupiscentiam vero metus vindictæ abolet.

21. Mens prudentis animam suam exercet, et corpus suum omni piæ exercitationi assuefacit.

22. Propera ut monachum te ostendas, non exteriorem hominem, sed interiorem ab affectionibus alienando.

23. Abdicatio prima est ut quis ab operibus, secunda ab affectionibus, tertia ut ab ignorantia liber fiat.

24. Si quis volet, facile a malis operibus alienus erit; sed non item parvo labore ab eorumdem affectionibus.

25. Si imperas concupiscentiis, cohibebis et iram; nam eadem de causa quis et ira conturbatur.

26. An non liberati a cogitationibus quæ animam afficiunt, spiritali etiam ac pura oratione fruimur?

27. Magna quidem mens quæ ab affectionibus est libera, et sequestrata est ab his quæ sunt, et in Deo versatur.

28. Sapientiæ vacat, qui in tribus proficit, in mandatis scilicet, doctrinis, et in fide Trinitatis.

29. Mens affectionibus exuta in istis invenietur,

Digitized by Google

in tenuibus cogitationibus, contemplatione horum quæ sunt, et lumine nullam reference speciem.

30. Occultæ sunt in animabus nostris affectiones pessimæ; deprehenduntur autem ubi opera in lucem prodierint.

31. Imperturbata manet aliquando mens, tranquillitatem aliquam particularem nacta: quandiu tamen absunt opera, probata non est.

32. Per ria, scilicet memoriam, habitudinem corporis et sensus, ut prædictum est, excitantur affectiones.

33. Mens, custoditis sensibus et corporis habitudine, in obedientiam justam firmata bellum gerit adversus solam memoriam.

34. A sensibus oriuntur affectiones, quoties continentia spiritalisque charitas abfuerint.

35. Moderatum jejunium, vigiliæ et psalmodiæ parabile corpus reddunt.

36. Corporis habitudinem tria in deterius alterant, nempe diætæ inordinatio, dein aeris immutatio, tandem et dæmonum infestatio.

37. Rerum memoriæ quibus affectiones excitantur, precibus, lectione, continentia ac charitate minuuntur.

38. Sensus primum claude et quietiores facito, et postea armis virtutum adversus ea quæ memoriam infestant, præliare.

39. Ut cogitationum abusus, malitia est earum; ita et operum abusus eorumdem est malitia.

40. Tam cogitationum quam operum abusus, est eisdem non religiose et juste uti.

41. Affectiones turpes mentis vincula sunt, quibus in carnalibus operibus detinetur.

42. Perfectam tranquillitatem assecutus est, qui neque erga opera neque operum memorias afficitur.

43. Anima bona proximum suum beneficiis prosequitur: et si ingratum experiatur, longanimiter fert; quin etiam tolerat sustinenter, si ab eo quid patiatur.

44. Tam gravia mala sunt, pravæ cogitationes, ut nisi quis eis renuntiet, scientiam veram non addiscat.

45. Christum qui audit *, seipsum ad lucem adducit: qui vero ipsum imitatur, seipsum emendat.

46. Injuriarum recordatio, lepra est animæ, quæ vel ex ignominia, vel damno, vel suspiciosis cogitationibus accidit.

47. Mentem invidi excæcat Dominus; injuste enim de bonis proximi contristatur.

48. Obtrectatricis animæ lingua, hasta est tricuspis; nam et seipsam et audientem, quandoque etiam eum de quo obloquitur, lædit.

* Matth. VII, 24.

ται, ἐν τοῖς ψιλοῖς νοήμασι, ἐν τῇ θεωρίᾳ τῶν ὄντων, ἐν τῷ ἀϋλίῳ φωτί.

λ'. Κάκιστα πάθη ἐν ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν κέκρυπται· τότε δὲ φαίνεται, ὅταν τὰ πράγματα ἐλέγχωνται.

λα'. Ἀνενόχλητος μένει ἔσθ' ὅτε ὁ νοῦς, μερικῆς τυχὼν ἀπαθείας· ἀδόκιμος δέ ἐστιν διὰ τὴν τῶν πραγμάτων ἀπουσίαν.

λβ'. Κινοῦνται τὰ πάθη διὰ τῶν τριῶν τούτων, διά τε τῆς μνήμης καὶ τῆς κράσεως, καὶ τῆς αἰσθήσεως, ὡς προείρηται.

λγ'. Ὁ νοῦς τὴν τε αἴσθησιν ἀποκλείσας, καὶ τὴν κρᾶσιν ὁμαλίσας, πρὸς μόνην τὴν μνήμην ἔχει τὸν πόλεμον.

λδ'. Ὑπὸ τῶν αἰσθήσεων τότε τὰ πάθη κινοῦνται, ὁπηνίκα ἐγκράτεια μὴ παρῇ, καὶ ἀγάπη πνευματική.

λε'. Νηστεία σύμμετρος, καὶ ἀγρυπνία, καὶ ψαλμῳδία πέφυκεν ὁμαλίζειν τὴν κρᾶσιν τοῦ σώματος.

λς'. Τὰ τρία ταῦτα τὴν κρᾶσιν κατὰ τὸ χεῖρον δῆλον ὅτι ἀλλοιοῦσιν, ἡ τῆς διαίτης ἀταξία, ἡ τῶν ἀέρων μεταβολή, καὶ ἡ τῶν δαιμόνων ἐπαφή.

λζ'. Αἱ ἐμπαθεῖς μνῆμαι διὰ τούτων ψιλοῦνται, διὰ προσευχῆς, καὶ ἀναγνώσεως, καὶ ἐγκρατείας, καὶ ἀγάπης.

λη'. Τὴν αἴσθησιν πρῶτον τῇ ἡσυχίᾳ ἀπόκλεισον, καὶ τότε τοῖς ὅπλοις τῶν ἀρετῶν πρὸς τὰς μνήμας πολέμησον.

λθ'. Ἡ κατὰ διάνοιαν κακία, ἡ παράχρησίς ἐστι τῶν νοημάτων· ἡ δὲ κατ' ἐνέργειαν ἁμαρτία ἡ παράχρησίς ἐστι τῶν πραγμάτων.

μ'. Νοημάτων καὶ πραγμάτων ἐστὶν παράχρησις, τὸ μὴ εὐσεβῶς καὶ δικαίως τοῖς ἀμφοτέροις χρήσασθαι.

μα'. Δεσμὰ ὑπάρχουσι, πάθη ψεκτά, κατέχοντα τὸν νοῦν ἐν τοῖς αἰσθητοῖς πραγμάτων.

μβ'. Ἐκεῖνος τελείαν ἔχει ἀπάθειαν, ὁ μηδὲ πρὸς τὰ πράγματα πάσχων, μηδὲ πρὸς τὰς μνήμας αὐτῶν.

μγ'. Ψυχὴ ἀγαθὴ εὐεργετεῖ τὸν πλησίον, καὶ ἀγνωμονουμένη μακροθυμεῖ ἐπ' αὐτῷ, καὶ πάσχουσα ὑπομένει τὰ παρ' αὐτοῦ.

μδ'. Ὑπάρχοντά ἐστι κακά, λογισμοὶ πονηροί, οἷς ὁ μὴ ἀποτασσόμενος, οὐ μαθητεύει τῇ γνώσει.

με'. Χριστοῦ ὁ ἀκούων, ἑαυτὸν φωταγωγεῖ, καὶ ὁ μιμούμενος αὐτὸν, διορθοῦται.

μς'. Ἡ μνησικακία λέπρα ἐστὶ ψυχῆς· συμβαίνει δὲ αὐτὴ ἀπὸ ἀτιμιῶν, ἢ ζημίας, ἢ λογισμῶν ὑπονοίας.

μζ'. Κύριος νοῦν φθονερὸν ἐκτυφλοῖ, ὅτι λυπεῖται ἀδίκως ἐπὶ τοῖς ἀγαθοῖς τοῦ πλησίον.

μη'. Κατάλαλος δὲ ψυχὴ τρίβολον ἔχων γλῶσσαν· ἑαυτὸν γὰρ καὶ τὸν ἀκούοντα, ἴσθ' ὅτε δὲ καὶ τὸν καταλαλούμενον βλάπτει.

Digitized by Google

μθ'. Ἀμνησίκακός ἐστιν ὁ προσευχόμενος ὑπὲρ A
λυπήσαντος· καὶ ἀπαλλάττεται μνησικακίας ὁ μὴ
φειδόμενος δώρων.

ν'. Θάνατος ψυχῆς μῖσος πρὸς τὸν πλησίον·
τοῦτον ἔχει καὶ πράττει ἡ τοῦ καταλάλου γλῶσσα.

να'. Ἀκηδία ἐστὶν ὀλιγωρία ψυχῆς· ὀλιγωρεῖ δὲ
ψυχὴ φιληδονοῦσα.

νβ'. Ἰησοῦν ὁ ἀγαπῶν γυμνάζεται ἐν πόνοις, καρ-
τερίᾳ δὲ πόνων ἐκδιώκει ἀκηδίαν.

νγ'. Ῥώννυται ψυχὴ διὰ πόνων ἀσκήσεως, καὶ ἐν
τῷ πάντα μέτρῳ ποιεῖν ἀπελαύνει ἀκηδίαν.

νδ'. Ὁ κρατῶν γαστρὸς, μαραίνει ἐπιθυμίαν, καὶ
λογισμοὺς πορνείας οὐ δουλεύει ὁ νοῦς αὐτοῦ. B

νε'. Νοῦς ἐγκρατοῦς ναὸς ἁγίου Πνεύματος· ὁ δὲ
τοῦ γαστριμάργου, κατοικητήριον κοράκων.

νς'. Τῆς τῶν βρωμάτων ποικιλίας ὁ κόρος ποιεῖ
ἐπιθυμίαν, ἡ δὲ ἔνδεια ἡδύνει καὶ αὐτὸν ψιλὸν τὸν
ἄρτον.

νζ'. Ἀπαλλάττεται φθόνου ὁ συγχαίρων τῷ φθο-
νουμένῳ κρυπτῶς τοῦ φθονοῦντος.

νη'. Τοῦ ἀμελῶς βιοῦντος μάκρυνον σεαυτὸν, κἂν
ὄνομα μέγα παρὰ πολλοῖς κέκτηται.

νθ'. Ἄνδρα φιλόπονον κτῆσαι φίλον, καὶ εὑρήσεις
σκέπην τῶν σῶν σφαλμάτων.

ξ'. Δεσπόταις πολλοῖς ὁ ἀμελὴς πέπραται, καὶ ὡς C
ἄγουσιν αὐτὸν, οὕτως διαγίνεται.

ξα'. Εὔνοεῖ σοι ὡς φίλος ἐν καιρῷ εἰρήνης, καὶ ἐν
καιρῷ πειρασμοῦ ὡς ἐχθρὸς πολεμεῖ.

ξβ'. Τὴν ψυχὴν τίθησιν ὑπερ σοῦ πρὸ τῆς κινή-
σεως τῶν παθῶν, καὶ ὅταν κινηθῶσιν, τὴν ψυχήν
σου λαμβάνει.

ξγ'. Ἡ χερσωθεῖσα γῆ, ἀκανθῶν πεπλήρωται, καὶ
ἀμελὴς ψυχὴ παθῶν ἀκαθάρτων.

ξδ'. Νοῦς φρόνιμος χαλινοῖ ψυχὴν αὐτοῦ, καὶ
ὑποπιάζει τὸ σῶμα, καὶ δουλαγωγεῖ τὰ πάθη.

ξε'. Σημεῖα τῶν ἔνδον τὰ προφανῆ κινήματα, ὡς
καὶ τῶν ἀγνώστων δένδρων οἱ προφερόμενοι
καρποί.

ξς'. Ὑποκριτὴν ἐλέγχουσιν οἱ λόγοι καὶ τὰ ἔργα, D
καὶ τὸν κεκρυμμένον ψευδοπροφήτην εἰς φανέρωσιν
ἄγουσιν.

ξζ'. Νοῦς ἠλογημένος οὐ παιδεύει ψυχὴν αὐτοῦ,
καὶ ἀγάπης καὶ τῆς ἐγκρατείας ἀπομακρύνει
αὐτήν.

ξη'. Ἐννοιῶν φαύλων αἰτία ἕξις πονηρὰ, ἀπὸ
κενοδοξίας καὶ ὑπερηφανείας καὶ ἀλαζονείας συνισταμένη.

ξθ'. Ἴδια τῶν προειρημένων ὑπόκρισις, καὶ δόλος,
πανουργία τε καὶ εἰρωνεία, καὶ τὸ πάμφαυλον
ψεῦδος.

ο'. Δουλεύουσιν τοῖς προλεχθεῖσι φθόνος καὶ ἔρις,
θυμὸς καὶ ὀργὴ, λύπη καὶ μνησικακία.

49. Injurias obliviscitur, qui pro iis qui se contristarunt, orat : et ab injuriarum recordatione alienus erit, si eosdem liberaliter donis prosequatur.

50. Odium erga proximum mors est animæ; eam fert et infert obtrectatoris lingua.

51. Acedia, negligentia animæ; anima autem tunc negligens est, quando studio voluptatum dedita, morbidâ fuerit.

52. Qui Jesum diligit, laboribus exercet semetipsum : quos cum tolerat, fugat acediam.

53. Monasticis laboribus firmatur anima; et cum omnia cum mensura facit, abigitur acedia.

54. Qui ventri imperat, concupiscentias tabefacit, et cogitationibus fornicationum mentem suam servire non sinit.

55. Mens continentis templum est Spiritus sancti; gulosi autem mens, corvorum est domicilium.

56. Varietatem eduliorum appetere facit satietas; indigentia vero suavem facit siccum et decrustatum panem.

57. Alienus fit ab invidia, qui ei cui invidetur, in prosperitate congaudet, sese occultans ei qui invidet.

58. Ab homine vitam negligenter agente procul abscedas, etiamsi apud plerosque magnum ipsius sit nomen.

59. Amicum tibi para, virum laboris patientem et avidum, et in lapsibus tuis præsidium invenies.

60. Negligens multis dominis venundatus est, et versatur utcunque duxerint.

61. Benevolus tibi erit et amici loco, tempore pacis; sed ut hostis, tempore tentationis impugnabit.

62. Antequam tribulationes moveantur, ponit pro te animam suam; ubi autem motæ fuerint, tuam etiam animam tollit.

63. Terra inculta et deserta, spinis densescit; mens autem torpida, immundis affectionibus.

64. Mens prudens refrenat animam suam, castigat corpus, et affectiones sibi servire facit

65. Gestus exteriores signa sunt motuum intrinsecus latentium, sicut ignotarum arborum fructus producti.

66. Hypocritam arguunt verba et opera; similiter et pseudoprophetam occultum manifestant.

67. Mens stulta animam suam non erudit, sed a charitate et continentia longe separat.

68. Improbarum cogitationum causa est malus habitus, ex inani gloria, et superbia, et arrogantia conflatus.

69. Vitiis jam memoratis peculiariter adhærent hypocrisis, dolus, versutia, irrisio ac improbissimum mendacium.

70. Prædictis etiam serviunt, invidia et contentio, furor ac ira, mœstitia et vindictæ meditatio.

Digitized by Google

71. Hæc est via negligenter agentium, et hic thesaurus qui intra me reconditus est.

72. Animam malorum tolerantia et humilitas salvant, et a prædictis affectionibus reddunt alienam.

73. Sermo utilis proprius est menti prudenti, sed virtutis opus animæ bonæ peculiare est.

74. Mens illuminata sapientes profert sermones; anima autem munda divinas producit cogitationes.

75. Cogitationes studiosi sapientiam meditantur, et verba ipsius auditores illuminant.

76. Si in anima virtutes fuerint, mens bonas cogitationes producit; sin vitia insederint, malas parit.

77. Anima affectionibus referta, officina est malarum cogitationum : ex suo thesauro profert mala [t].

78. Bonus thesaurus est habitus virtutis, et ex hoc mens bona profert bona [u, v].

79. Mens divina charitate afflata, bonas de Deo cogitationes excolit : quæ autem amore suiipsius tenetur, omnino diversas.

80. Mens quæ a charitate in proximum movetur, bona de ipso incessanter cogitat [x]; contra vero, quæ secus affecta est.

81. Bonarum cogitationum causæ sunt virtutes, virtutum autem, præcepta : cæterum ut in effectum prodeant, in causa est propositum.

82. Virtutes et vitia sive fiant, sive omittantur, quando vicissim cogitationes excitant, bene vel male animam afficiunt.

83. Malarum cogitationum causæ sunt vitia, vitiorum inobedientia, inobedientiæ vero sensuum deceptio, deceptionis autem sensuum mentis negligentia circa sui securitatem.

84. Proficientes, a suis dispositionibus facile excidere possunt, sive bonæ sint, sive malæ. Perfectorum autem habitus circa utrumque difficillime moventur.

C ἀπὸ τῆς ἁγίας Μαρίας τῆς Θεοτόκου λέγων· ἐκεῖ ἕνι ἄλλος υἱός· οὕτως ἀπέλυσεν ἡμᾶς.

Δ'. Παρακαλοῦμεν οὖν τὴν ἀθάνατον ὑμῶν καὶ εὐσεβεστάτην πίστιν, ὥστε μὴ παριδεῖν ἐκ τοῦ λαικοῦ τὴν ὀρθόδοξον Ἐκκλησίαν μοιχευομένην παρὰ αἱρετικῶν ἐν τοῖς καιροῖς ὑμῶν τῶν ὀρθοδόξων καὶ εὐσεβεστάτων βασιλέων· οὐχ ὡς διὰ τοῦτο τὰς ἡμετέρας ὕβρεις βουλόμενοι ἐκδικεῖν· ὁ Θεὸς οἶδεν· ἀλλ' ὡς θέλοντες τὸ στερέωμα τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως ἀσάλευτον μένειν· καὶ κελεύσει τὸ ὑμέτερον κράτος, τὴν ἁγίαν καὶ οἰκουμενικὴν σύνοδον παραγενέσθαι ἐνταυθα ἤδη, ἵνα τῆς συνόδου παραγενομένης, τὴν ἁγιωτάτην Ἐκκλησίαν ὁ Θεὸς [j] ἑνώσῃ, καὶ τὸν λαὸν
D συνάξῃ, καὶ τοὺς ἱερέας ἀπολαβεῖν ἐν τῷ τῆς ἀληθινῆς πίστεως κηρύγματι ποιήσῃ, πρὸ τοῦ εἰς τέλος τὴν ἄδικον διδασκαλίαν ἐλθεῖν. Κἀκεῖνο δὴ παρακαλοῦμεν, ἀξιοῦντες, ἐπειδὴ πειρᾶται πταῖειν, ἀπειλῶν, ἐλαύνων, ἐξωθῶν, κακουργῶν, βδελυσσόμενος, καὶ κακῶν, καὶ ἵνα τὴν αὐτοῦ μανίαν καὶ ἀσέβειαν κρατύνῃ, πάντα ποιῶν ἀφειδῶς, οὐ Θεὸν φοβούμενος, οὐκ ἀνθρώπους αἰσχυνόμενος, οὐκ ἐπισκόπους εὐλαβούμενος, οὔτε ἱερέα τινὰ, οὐ κληρικόν τινα, οὐχ ἁγίους μοναχοὺς, οὐκ εὐλάβειαν λαϊκῶν, οὐ τὸν κατὰ τῶν ἀδικούντων ἐπηρτημένον φόβον, οὐ τὸν ὡ-

VARIÆ LECTIONES.

[f] In ms. Seg. ἡμᾶς παρὰ τοῦ ὄχλου τῶν δεκανῶν κἀκεῖθεν κατόμενοι ἀπηγόμεθα ἐν τῷ δεκανικῷ. [g] ὡς δημίους καὶ ὑπευθύνους, τιμωρίᾳ ἐστόλισαν, ἐκραββάτισαν. [h] ἱκετείᾳ. [i] ἐκάλεσε. [j] Χριστός.

Digitized by Google

μον τῶν ἐκτελούντων διακονίαν τινὰ Θεῷ εἰς ὀργὴν κατὰ τῶν ἀξίων, ἀλλ' ἐνδυσάμενος τὴν ὑπερηφίαν κατὰ πάντων, θαρρῶν τοῖς χρήμασι, καὶ τινων διεφθαρμένων τῇ ἰσχύϊ, ἢ ἵνα ἀφόβως εἴπωμεν, καὶ τῷ ὑμετέρῳ κράτει, ταῦτα ποιεῖ· ἀξιοῦμεν μηδὲν αὐτῷ κατά τινων ἐξεῖναι ποιεῖν, ἐὰν μὴ πρῶτον διόρθωσιν λάβῃ τὰ κατὰ τὴν ὀρθόδοξον πίστιν, ἵνα μὴ ταύτην διασκεδάσῃ, καὶ τὴν αὐτοῦ παρεισαγάγῃ ταῦτα ποιῶν. Οἶδε γὰρ, ὡς οἶεται, ὅτι κἂν τῷ φόβῳ πολλοὺς ἀμβλύνας ἀποστήσῃ τῆς πίστεως· καὶ λοιπὸν εὑρὼν ὁμογνώμονας αὐτοῦ, παράσχῃ αὐτοῖς θάρσος, ὥστε καὶ ἓως πληγῶν δημοσίᾳ ἐπιχειρεῖν, καὶ διωγμὸν ποιεῖν. Οὐ μόνον δὲ τοὺς αὐτοῦ δῆθεν κληρικοὺς, ἢ συγκέλλους, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν ἔξωθεν παροικιῶν προσελάβετό τινας, οἷς μάλιστα οὐκ ἔξεστιν εἶναι κατὰ τοὺς ἐκκλησιαστικοὺς κανόνας εἰς ἕτερον ἐπισκοπεῖον, ἢ εἰς ἄλλην ἐκκλησίαν, ἀλλ' ἀνάγκη αὐτοὺς εἰς τὰς ἰδίας παροικίας, ἢ πόλεις, ὅπου ἐχειροτονήθησαν, κἀκεῖ ἡσυχῇ διάγειν· ἵνα μὴ τῷ μακρῷ χρόνῳ διὰ τῆς προσκαίρου δυναστείας, ἐρῃ περισσοτέρως ἡ παρανομία, καὶ ἐπιγραφῇ τῇ ὑμετέρᾳ εὐσεβείᾳ· εἰς τοῦτο γὰρ ὑμᾶς ἕθετο ὁ Θεὸς διακόνους, ὑπὲρ τῆς δόξης αὐτοῦ τοῦ δοξάσαντος ὑμᾶς, καὶ δοξάζοντος, καὶ ἀποδιδόντος ὑμῖν τὸν μισθὸν μετὰ πάντων τῶν ἁγίων, τῶν καλῶς φυλαξάντων τὰς ἐγχειρισθείσας αὐτοῖς διακονίας. Πρὸς οὓς εἶπεν· *Εὖ, δοῦλε ἀγαθὲ καὶ πιστὲ, ἐπὶ ὀλίγα ἦς πιστὸς, ἐπὶ πολλῶν σε καταστήσω· εἴσελθε εἰς τὴν χαρὰν τοῦ Κυρίου σου.* Οἱ ὄντως Χριστιανοὶ τούτοις τοῖς λόγοις διὰ τῶν ἔργων πιστεύουσιν· οἱ δὲ ἄπιστοι καὶ ἀπερρίμμενοι, καὶ τῇ ἑαυτῶν κοιλίᾳ ζῶντες, καὶ εἰς αὐτὸ τοῦτο προσκαρτεροῦντες, ἐὰν ἀκούσωσιν ὁμολογοῦντά τινα, τὸν Χριστὸν εἶναι Θεὸν, διαπρίονται, ὡς οἱ τότε Ἰουδαῖοι συνέσχον τὰ ὦτα αὐτῶν, τοῦ ἁγίου Στεφάνου τοῦ πρωτομάρτυρος διηγουμένου, ὅτι *Θεωρῶ*, φησὶ, *τοὺς οὐρανοὺς ἀνεῳγμένους, καὶ τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ἐκ δεξιῶν ἑστῶτα τοῦ ἀοράτου Θεοῦ.* Οὕτω καὶ οὗτοι διαπρίονται κατὰ τῶν Χριστιανῶν, καὶ πάντα θυμὸν σπουδάζουσιν ἐκτελεῖν.

A monachum, aut religiosum laicum honorat; nullam pœnam iniquis decretam formidat, nullam denique legem ministrorum iræ divinæ in ejus provocatores: sed superbia qua omnes parvipendit, elatus, pecuniisque et corruptorum quorumdam hominum potentia fretus; et, ut libere quod res est, dicamus, vestra quoque dominatione fretus hæc facit. Petimus, inquam, ne quidquam deinceps in quempiam illi liceat, nisi primum orthodoxæ fidei veritas enucleetur: ne, quod obnixe studet, hac penitus dissipata eversaque, suam paulatim introducat. Animadvertit enim, quos alia ratione non potest, eos timore a fide avertere se posse: ut suæ sententiæ semel adjunctos ita inflammet, ut verba quoque quibus libitum fuerit B publice inferre audeant, et persecutionem excitare non dubitent. Neque vero suorum tantum, aut domesticorum opera clericorum eam ad rem utitur, verum quorumdam quoque ab exteris parœciis et diœcesibus ascitorum; quibus tamen secundum ecclesiasticos canones in alieno episcopatu vel ecclesia degere non licet, sed necessario in iis locis et civitatibus, idque quiete, in quibus ordinati sunt: ne moræ diuturnitate, temporanea-que potentia nequitiam suam latius propaget, vobisque id ascribatur, quos ob id in ministros Deus assumpsit, ut illius gloriam strenue propugnetis, qui illustri honore vos cumulavit, et cumulat; vobisque cum omnibus sanctis, qui munus C suum præclare obierunt, mercedem tempore suo reddet. Quibus et illud quoque dicturus est: *Euge, serve bone et fidelis; super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam: intra in gaudium Domini tui*[3]. Qui veri Christiani sunt, ii per opera, quantum Christianæ doctrinæ tribuant, ostendunt. At vero infideles et abjecti, qui ventri suo vivunt, et ad hunc scopum omnia sua studia referunt, illi si quem Christum Deum esse profiteri audierint, illico dissecantur. Et quemadmodum Judæi, sancto Stephano protomartyre narrante: *Ecce video cœlos apertos, et Filium hominis stantem a dextris invisibilis Dei*[4], aures suas continebant: ita et isti quoque in Christianos dentibus frendent, omnemque furorem suum in illos explere laborant.

Ε'. Ἀξιοῦμεν οὖν προνοίᾳ τοῦ μεγαλοπρεπεστάτου ἐπάρχου τῆς νέας Ῥώμης κωλύεσθαι τοὺς κατὰ τῶν ὀρθοδόξων ἐπανισταμένους, καὶ προφάσει δικαιολογιῶν, ὡς φασιν, ἐπιχειροῦντας κατά τινος, ἕως ὅτε τὰ τῆς πίστεως διόρθωσιν λάβοι· εἰ δὲ παρακούσαιτε, ἡμῶν ἀμελήσαντες, διαμαρτυρόμεθα ὑμῖν ἐνώπιον τοῦ βασιλέως τῶν αἰώνων, ἀφθάρτου, ἀοράτου, μόνου σοφοῦ Θεοῦ, τοῦ ἐλθόντος καὶ ἐπιφανέντος, ὡς ἠθέλησε, διὰ τὴν σωτηρίαν ἡμῶν, καὶ πάλιν ἐρχομένου κρῖναι ζῶντας καὶ νεκροὺς, ᾧ κάμπτει πᾶν γόνυ ἐπουρανίων, καὶ ἐπιγείων, καὶ καταχθονίων, καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσεται αὐτῷ, ὅτι ἀθῷοί ἐσμεν. Ἡμεῖς γὰρ ὑμᾶς παρεκαλέσαμεν περὶ συνόδου οἰκουμενικῆς, τῆς δυναμένης ἀκριβῶς κρατῦναι καὶ ἀνορθῶσαι τὰ σαλευόμενα, εἴτουν

V. Rogamus proinde, ut magnificentissimi præfecti novæ Romæ providentia, compescantur ii qui D adversus orthodoxos insurgunt, et sub prætextu quod se defendunt, ut aiunt, non paucis insultant; donec ea omnia quæ ad fidem pertinent, componantur. Quod si nostram supplicationem pro nihilo habueritis, vos coram immortali sæculorum Rege, invisibili, solo sapiente Deo[5], qui nostræ salutis causa descendit, et, ut voluit, inter homines apparuit, et ad judicandum vivos et mortuos[6] iterum venturus est; cui omne genu incurvatur cœlestium, terrestrium et infernorum; et omnis lingua confitetur[7]; innocentiæ nostræ testes appellamus. Nos enim vos de œcumenica synodo cogenda rogavimus, quæ aptissime posset constabilire et erigere

[3] Matth. xxv. 23. [4] Act. vii, 55. [5] I Tim. i, 17. [6] Act. x [7] Philipp. ii, 10.

Digitized by Google

titubantia, sive etiam confracta: quanquam per Dei gratiam, ejusdemque tutelam, quæ in vobis operatur, inferorum portæ, quæ sunt hæreticorum ora, adversus fidem nunquam prævalebunt [7], aut evertere illam poterunt. Quo pace Ecclesiæ redintegrata, preces consuetas pro communi omnium salute, vestrique regni incolumitate placide et catholice et concordi animorum consensione ad Deum transmittere liceat. Amen

καταβραγέντα· οὐ κατισχύσουσι δὲ αὐτῆς διὰ τῆς χάριτος καὶ ἀντιλήψεως τοῦ Θεοῦ, τῆς ἐνεργούσης ἐν ὑμῖν, κακῶσαι πύλαι ᾅδου, ἅτινά ἐστι τὰ στόματα τῶν αἱρετικῶν· ἵνα τούτου τυχόντες, τὰς συνήθεις εὐχὰς ἐν ὁμονοίᾳ ὑπὲρ τῆς κοινῆς σωτηρίας καὶ τῆς βασιλείας ὑμῶν, εὐαρέστως καὶ ὀρθοδόξως τῷ Θεῷ ἀναπέμπωμεν. Ἀμήν.

[7] Matth. xvi, 18.

ANNO DOMINI DCL.

THEODORUS RHAITUENSIS.

NOTITIA.

(Galland. *Vet. Patrum. Biblioth.* XIII, p. III.)

Theodorus in monasterio Rhaituensi monachum et presbyterum agebat, sancto Maximo ipse quoque amicus et synchronus (1). Fabricius lauram sive monasterium Raithuense ponit (2) *ad Elim sive septuaginta fontes in Palæstina*. At liquet (3) Elim non fuisse in Palæstina, sed in Arabia prope Sinai montem: nec septuaginta ibi fuisse fontes, sed duodecim fontes, et septuaginta palmæ. Itaque melius Augustinus Lubinus hanc regionem circa Ægyptum locat (3*), cujus populos Rathenos appellat Ptolemæus; Menologium vero Basilii circa mare Rubrum collocat. Scripsit Theodorus προπαρασκευὴν καὶ γυμνασίαν, etc., quam Allatius (4) *Orationem dogmaticam* appellat. Prodiit Græce et Latine cum versione Theodori Bezæ Genevæ an. 1576, et alias: cum versione Rob. Balphorei, et quidem castigatior e ms. Petri Stellæ, ad calcem Gelasii Cyziceni ann. 1599, Parisiis: denique cum Turriani versione edita est oratio apud Ducæum, et in Bibl. Patrum. Confersis Cavæum in hoc Theodoro, et Fabricium (5). Totus est vir prius, ut erroneas Manetis, Nestorii, Samosateni, Apollinarii, Mopsuesteni, Eutychis, Severi Antiocheni, et Juliani Halicarnassei sententias conficiat. Si Fabricio credimus (6), non videtur Photius (7) multum Theodoro nostro detulisse. Nos hoc opusculum a Gallandio jam inchoatum, nec tamen adhuc typis absolutum accepimus.

(1) Vide supra c. 275. Baron. an. 657.
(2) Bibl. Gr. t. IX, p. 252.
(3) Exod. xv, 27, xvi, 1.
(3*) Apud Baudrandum I ex Geogr. in voce *Rathi*.
(4) De process. Spir. S. pag. 251, 502, etc.
(5) Præsertim t. IX Bibl. Gr. pag. 232, 380.
(6) Bibl. Gr. t. IX, p. 381.
(7) Cod. I.

NOTITIA ALTERA.

(Ex Leonis Allatii Diatriba de Theodoris apud. Ang. Maï *Bibliotheca nova*, VI, p. 149.)

Theodorus in cœnobio Raitha presbyter scripsit *commentationem præparatoriam sive exercitationem ad eum qui doceri cupit quis fuerit modus carnis a Deo assumptæ, atque dispensationis, quove pacto peracta sit. Quæ item ab alumnis Ecclesiæ astruantur adversus minus recte de ea sentientes*. Hoc autem scripto opinionem Manetis, Pauli Samosateni, Apollinaris, Theodori Mopsuesteni, Nestorii, Eutychetis, et aliorum evertit. Titulus Græce est: Θεοδώρου πρεσβυτέρου τῆς Ῥαϊθοῦ προπαρασκευή τις καὶ γυμνασία τῷ βουλομένῳ μαθεῖν, τίς ὁ τρόπος τῆς θείας ἐνανθρωπήσεως καὶ οἰκονομίας, καθ' ὃν πέπρακται· καὶ τίνα τὰ πρὸς τοὺς ταύτην μὴ ὀρθῶς νοοῦντας λεγόμενα παρὰ τῶν τῆς Ἐκκλησίας τροφίμων. Libellum hunc

Digitized by Google

(scribit nescio quis ex sectariis) Constantinopoli allatum in vetustissimo manuscripto exemplari ante annum 1586 ediderat cum sua versione Latina Theodorus Beza, continereque opposita iis qui nostro tempore hæreses Nestorii et Eutychetis renovarunt, quas auctor ille vetus, quamvis exiguo scripto, solide refellit. Anno Christi 1599 Robertus Balforeus Scotus, Aquitanici collegii Burdigalæ gymnasiarcha, eumdem tractatum emisit typis Morelli, una cum Gelasii Cyziceni historia concilii Nicæni, adjuncta etiam sua versione Latina, additditque notas et correctiones ex manuscripto exemplari Petri Stellæ; necnon eumdem libellum antea in linguam Latinam transtulerat Godefridus Tilmannus Carthusiæ Parisiensis monachus cujus versionem tom. VIII bibliothecæ sanctæ Margarinus Bignæus tanquam præfationem libris Anastasii Sinaitæ patriarchæ Antiocheni præfixit. Ex hoc libro nonnulla mutuatur Suidas in Manete, multoque plura de Paulo Samosateno, Apollinari, Theodoro Mopsuesteno, et aliis, Georgius Cedrenus in Aureliano.

Eidem etiam attribuitur opusculum Τί; φύσις καὶ οὐσία, *Quæ sit natura et essentia.* P. Τὸ μὲν τῆς οὐσίας ὄνομα, αὐτὴν τὴν κλῆσίν φημι καὶ τὴν προσηγορίαν. Necnon et aliud cui titulus : Σύντομος ἐξήγησις καὶ διήγησις περὶ τοῦ τριμεροῦς τῆς ψυχῆς. *Compendiosa expositio, vel enarratio de triplici facultate animæ.* P. Ὅτι τρία μέρη τῆς ψυχῆς λογισμὸς, θυμὸς, ἐπιθυμία. Hoc vero postremum in aliquibus codicibus manuscriptis vindicatur Stephano Nicomediensi, in aliis Joanni Damasceno. Possevinus existimat ad hunc Theodorum referenda esse, quæ Gennadius in catalogo de Theodoro Antiocheno scribit. Sed plane Mopsuestenum cum Raitheno confundit; ut enim supra vidimus, quæ de Antiocheno tradit Gennadius, ad Mopsuestenum referuntur. Neque meliore lance Gesneriani epitomatores hunc Theodorum a Theodoro presbytero Raitheno dividunt. Theodori presbyteri Raitheni libellus adversus hæreses, qui unionem hypostaticam duarum in Christo naturarum oppugnarunt, primum Græce editus, et Latinus factus a Theodoro Beza in-4 Genevæ 1576.

Scripsit præterea pleraque alia, quibus catholicum dogma confirmavit. Laudatur illius Δογματικὸς λόγος, *Dogmatica oratio*, et ex ea aliqua afferuntur a Joanne Vecco patriarcha Constantinopolitano in epigraphis. Θεόδωρος ὁ τῆς Ῥαϊθοῦ πρεσβύτερος ἐν τῷ δογματικῷ λόγῳ αὐτοῦ, οὗ ἡ ἀρχὴ, Ἄτοπον οἶμαι καὶ καλῶς γε τοῦτο νενόμικα. *Theodorus Raithenus presbyter in dogmatica sua oratione, cujus principium*, etc. Ex eadem referuntur aliqua, cap. 2, 4, 5, 6 et 7. Adnotatur tamen in margine nescio a quo : Ὅτι τὸ στόμα τοῦ Πατρὸς ὁ Υἱός. Ζήτει ἐν τῷ δογματικῷ λόγῳ Θεοδώρου πρεσβυτέρου τῆς Ῥαϊθοῦ, οὗ ἡ ἀρχὴ, Ἄτοπον οἶμαι· ἴσθι δὲ ὅτι καὶ ὁ τὴν παροῦσαν χρῆσιν περιέχων λόγος, ἔν τισι βιβλίοις τοῦ ἁγίου Ἀναστασίου ἐπιγέγραπται. *Os patris esse Filium, quærito in oratione dogmatica Theodori presbyteri Raitheni, cujus est principium :* Ἄτοπον οἶμαι. *Verumtamen scito, præsens hoc dictum continentem orationem, in aliquibus codicibus sancto Anastasio ascribi.*

Eidem quoque asseritur opus Περὶ τῶν καθ' ἡμᾶς ὀρθῶν τῆς ἀληθείας δογμάτων. *De rectis veritatis secundum nos dogmatibus.* Joannes Veccus in epigraphis cap. 1 : Θεόδωρος ὁ τῆς Ῥαϊθοῦ πρεσβύτερος περὶ τῶν καθ' ἡμᾶς ὀρθῶν τῆς ἀληθείας δογμάτων θεολογῶν, φησί· Τοῦ δὲ σώματος, καὶ τὰ ἑξῆς. *Theodorus Raithenus presbyter de rectis veritatis dogmatibus edisserens secundum nos, ait :* Corporis vero, etc. Hoc quoque in dubium vertitur an Theodori sit : namque annotatur in margine : Ἔν τισι βιβλίοις ἡ ἐπιγραφὴ τὸν Ἀναστάσιον ἔχει· *In quibusdam libris inscriptio Anastasio tribuit.* Adverte tamen, lector, tum hoc de dogmatibus, tum superius, orationem nempe dogmaticam, unum idemque opus fuisse, neque diversum ab eo, quod a Balforeo Græce et Latine editum est, quod ex principio operis colligo. Et Veccus ipse in epigraphis, cap. 7 ex tractatu De Incarnatione sententiam affert. Θεόδωρος ὁ τῆς Ῥαϊθοῦ πρεσβύτερος ἐν οἷς γράφει προπαρασκευήν τε καὶ γυμνασίαν τῷ βουλομένῳ μαθεῖν τίς ὁ τρόπος τῆς θείας ἐνανθρωπήσεως, οὗ ἡ ἀρχὴ, Ἄτοπον οἶμαι καὶ καλῶς γε τοῦτο νενόμικα. *Theodorus Raithenus presbyter scribens præparationem et exercitationem, cupienti addiscere modum incarnationis, cujus principium :* Ἄτοπον οἶμαι. Et verba ex hoc opere adducta eadem sunt quæ supra adduxerat ex oratione illius dogmatica. Hinc primum infero, edita a Balforeo, a nonnullis Anastasio quoque tribui; secundum, tractatum illum de dogmatibus et orationem ipsam dogmaticam unum opus fuisse; tertium, tractatum illum multas partes in se habuisse, et ex iis unam tantum promulgasse Balforeum.

Laudatur item ejusdem oratio secunda *De indescripto*, Περὶ ἀγράπτου. Veccus in epigraphis, cap. 7 : Θεόδωρος ὁ τῆς Ῥαϊθοῦ πρεσβύτερος ἐν τῷ περὶ ἀγράπτου δευτέρῳ λόγῳ, οὗ ἡ ἀρχὴ, *Πάντα τολμᾷ γλῶσσα δολία. Theodorus Raithenus presbyter in secunda oratione De indescripto* (3) *cujus principium*, Nihil non audet dolosa lingua. Et lib. 1 ad Sugdææ Theodorum episcopum : Ὁ τῆς Ῥαϊθοῦ πρεσβύτερος Θεόδωρος, ὁ δογματικώτατος, ἐν τῷ περὶ ἀγράπτου λόγῳ αὐτοῦ δευτέρῳ οὕτω φησίν· Οἴδαμεν οἷα λέγειν, καὶ τὰ ἑξῆς. *Raithenus presbyter Theodorus in secunda sua oratione De indescripto dicit :* Scimus qualia

(3) *Inscripto* hic et mox scribit Allatius; sed tamen dicendum esse potius *indescripto* cognoscitur, ut puto, ex edito a nobis antirrhetico I, 25, patriarchæ Nicephori adversus Copronymum; quo loco etiam nominantur hæretici Agraptodocetæ. A. M.

Digitized by Google

dicere, etc. Neque alterius esse puto, quæ περὶ τῆς ἁγίας Τριάδος, *de sancta Trinitate*, leguntur in cod. Vat. 620. P. Μίαν εἶναι τῶν ὅλων ἀρχήν, καὶ ἡ Παλαιὰ καὶ ἡ Καινὴ διδάσκει Γραφή (4).

(4) Non in codice Vat. tantummodo 620, f. 185, sed etiam in Ottob. 414, f. 152, occurrit hic tractatus sub Theodori nomine. Sed verius in Vat. 2026, f. 185 gerit Theodoreti nomen, ex cujus reapse libro v illærct. fab. excerptum esse, adeoque nihil novi continere, ego legens comperi. A. M.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ

ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΟΥ ΤΗΣ ΡΑΙΘΟΥ

Προπαρασκευή τις καὶ γυμνασία, τῷ βουλομένῳ μαθεῖν τίς ὁ τρόπος τῆς θείας ἐνανθρωπήσεως. καὶ οἰκονομίας, καθ' ὃν πέπρακται, καὶ τίνα τὰ πρὸς τοὺς ταύτην μὴ ὀρθῶς νοοῦντας λεγόμενα παρὰ τῶν τῆς Ἐκκλησίας τροφίμων.

—

THEODORI

PRESBYTERI RHAITHUENSIS

Præparatio quædam et exercitatio in ejus gratiam qui discere cupit, quomodo facta sit incarnatio divina, et quæ ab Ecclesiæ alumnis contra eos qui non recte de ea senserunt, dicta sunt.

Interprete Francisco Turriano S. J.

(Galland. *Vet. Patrum Biblioth.* t. XIII, p. 21).

—

Absurdum arbitror, et recte quidem me arbitrari judico : est enim revera absurdum, si ii quidem qui ad tuendum mendacium Eutychetis et Dioscori conspirarunt, et contra veritatem militant, ita fortiter et vigilanter solam Ecclesiam Dei catholicam et apostolicam oppugnant, ut pueros suos, cum nondum expeditam habent linguam, antequam eant ad magistros et prima elementa didicerint, exacuere et instruere curent, ut dicere et audire possint pro defensione dogmatis quod ipsi profitentur : nos vero ita desides sumus et languentes, ut nec hoc ipsum studeamus scire, quæ istorum sit contra Ecclesiam controversia ; et ex quibus initiis ipsorum adversus nos exstitit bellum ; et qui sint eorum duces, a quibus cognominantur. Idcirco non est arbitrandum otiosum esse ponere in his studium, neque, quia Dei gratia et benevolentia, in pace sunt res ecclesiasticæ, et tranquillitate ac quiete fruimur, omni hæresi de medio sublata et in suas latebras relegata, continuo nos inermes erimus et militiæ rudes; ne bello derepente illato, si nudi et imparati reperiamur, ab impietate occidamur. Dum secundis ventis navigas, metue, inquit Gregorius Theologus, naufragium, et minus naufragium facies, adjutore usus metu Quare ut princeps apostolorum Petrus præcipit, simus *semper parati ad*

A Ἄτοπον οἶμαι, καὶ καλῶς μὲν τοῦτο νενόμικα· καὶ γὰρ ἔστιν ὄντως ἄτοπον, εἰ οὗτοι μὲν, οἱ ἐξ Εὐτυχέος καὶ Διοσκόρου τῷ ψεύδει συνιστάμενοι, καὶ στρατευόμενοι κατὰ ἀληθείας, οὕτω καρτερῶς καὶ ἀγρύπνως πολεμοῦσι τὴν μόνην καθολικὴν καὶ ἀποστολικὴν τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίαν· ὥστε καὶ τὰ παρ' αὐτοῖς παιδία μήπω τρανωθείσης αὐτοῖς τῆς γλώσσης, πρὶν εἰς διδασκάλους φοιτῆσαι, καὶ τὰ πρῶτα στοιχεῖα μαθεῖν, ἀκονᾷν τε καὶ ἐμβιβάζειν, ὅπως λέγειν καὶ ἀκούειν δύναιντο ὑπὲρ τοῦ παρ' αὐτοῖς πρεσβευομένου δόγματος, ἡμᾶς δὲ οὕτω καταῤῥᾳθυμεῖν καὶ ἀναπεπτωκέναι, ὡς μηδὲ αὐτὸ τοῦτο σπουδάζειν εἰδέναι, τίς ἡ διαφορὰ τούτων πρὸς τὴν Ἐκκλησίαν, καὶ ἐκ ποίων ἀρχῶν ὁ πρὸς ἡμᾶς αὐτοῖς συνέστηκε πόλεμος, τίνες τε καὶ οἱ ἡγεμόνες αὐτῶν οὗτοι, ἀφ' ὧν ἔχουσι τὴν προσωνυμίαν. Διὰ ταῦτα B μὴ πάρεργον ἡγεῖσθαι ὀφείλομεν τὴν περὶ ταῦτα σχολὴν, μηδὲ, ὅτι Θεοῦ χάριτι καὶ εὐμενείᾳ εἰρηνεύει τὰ τῆς Ἐκκλησίας, ἐν γαλήνῃ τε καὶ ἀταραξίᾳ ἐσμὲν, πάσης αἱρέσεως ἐκποδὼν εἰς τοὺς ἑαυτῆς φωλεοὺς κατακεκρυμμένης, ἤδη καὶ ἡμεῖς ὅπλοί τινες ὦμεν ἀπειροπόλεμοι· μήπως καὶ ἄφνω ἐνστάντος πολέμου, γυμνοὶ καὶ ἀπαράσκευοι εὑρεθέντες ὑπὸ τῆς δυσσεβείας ἀναιρεθῶμεν. Ἕως ἐξ οὐρίας πλεῖς, φοβήθητι τὸ ναυάγιον, φησὶν ὁ Θεολόγος, Γρηγόριος (5), καὶ ἧττον ναυαγήσεις, τῇ δειλίᾳ βοηθῷ χρώμενος. Τοίνυν κατὰ τὴν ἐντολὴν τοῦ κορυ-

(5) Greg. Naz., Orat. XVI *De amore paupertatis.*

Digitized by Google

φαίου τῶν ἀποστόλων, *Ἕτοιμοι γενώμεθα πρὸς ἀπολογίαν ἀεὶ παντὶ τῷ αἰτοῦντι ἡμᾶς λόγον περὶ τῆς ἐν ἡμῖν ἐλπίδος, μετὰ πραΰτητος καὶ φόβου, συνειδησιν ἔχοντες ἀγαθήν·* ἵνα ἐν τῶν ὁποτέρων πάντως ἡμῖν ὑπάρξῃ διὰ τῆς τοιαύτης ἀξιεπαίνου σπουδῆς, ἢ τὸ σώζειν τοὺς ἀποδιορίζοντας ἑαυτούς, καὶ ἐκ τῆς πονηρᾶς διακρίσεως ταύτης αὐτοὺς ἐξαρπάζειν, καθὰ παραινεῖ ὁ κατ' ἐπίκλην ἀδελφὸς τοῦ Κυρίου· ἢ εἰ μὴ τοῦτο, κἂν ἀπορράπτειν αὐτῶν στόμα τοῖς δικαίοις ἐλέγχοις, ὡς μηδὲ καιρὸν ἔχειν αὐτοὺς ἀθυρογλωττεῖν κατὰ τῆς ἀληθείας. Ὁ δὲ τούτων τιμιώτερόν τε καὶ μεῖζον, ἵνα ἡμεῖς αὐτοὶ γινώσκωμεν καὶ πεπληροφορήμεθα ἐφ' οἷς πίστει ἑστήκαμεν καὶ καυχώμεθα, παῤῥησιαζόμενοί τε καὶ ἐλευθεροστομοῦντες τῇ αὐτῆς ὁμολογίᾳ, οὗ χάριν τοὺς ταύτῃ ἀντικειμένους ἀποστρεφόμεθα. Στοχάζομαι δὲ ὅτι καὶ κατὰ τὸν καιρὸν τῆς ἀνταποδόσεως, μείζων ὁ μισθὸς ἔσται καὶ ἡ ἀποδοχὴ πλείων τοῖς μετὰ γνώσεως ἐμμελοῦς, ἀραρότως καὶ ἐδρασμένως ἐχομένοις τῆς εὐσεβείας, τῶν ἁπλῶς καὶ ὡς ἔτυχεν ἐκ πατροπαραδότου συνηθείας ἐν τῇ αὐτῇ πίστει γνωριζομένων. Οἱ μὲν γὰρ κατὰ συμβεβηκὸς μόνον, οἱ δὲ καὶ ἀπὸ διανοίας καὶ γνώμης πιστοὶ γεγονότες εὑρίσκονται· ὡς, εἴπερ ἔτυχεν ἐκείνους τοὺς ῥᾳθύμους καὶ οὐκ ἐξεταστικοὺς ὑπὸ αἱρετικῶν γονέων ὑπάρξαι, οὐδ' ἂν ἐφρόντισαν τὴν πατρῴαν δυσσέβειαν ἀποδύσασθαι· οὕτω κατάγνωστον ἡ ἀμαθία, καὶ τὸ μὴ θέλειν διδάσκεσθαι· διὰ τοῦτο καὶ εἴρηται· *Σοφίαν καὶ παιδείαν ἐξουθενῶν, ταλαίπωρος· ὁ δὲ ἀγαπῶν παιδείαν, εὑρήσει γνῶσιν μετὰ δικαιοσύνης.* Ἵνα δὲ εὔληπτα γένηται παντὶ τῷ ἐντυγχάνοντι τῷ προκειμένῳ πονήματι τὰ πρὸς τοὺς δι' ἐναντίας λεγόμενα, μικρά τινα πρὸς εἰσαγωγὴν συντάξαι ἀναγκαῖον ἐνόμισα, ἧς καὶ ἀρχόμενος, οὕτω φημί·

A *satisfactionem omni poscenti nos rationem de ea quæ in nobis est spe, cum modestia et timore, conscientiam habentes bonam* [a]: ut hoc laudabili studio alterum duorum omnino assequamur, ut vel eos salvos reddamus qui semetipsos segregant et a mala segregatione eos, tanquam ex igne ereptos rapiamus, ut ille qui frater Domini vocatur, admonet [b]: aut si non hoc, os eorum saltem justis argumentis obstruamus, ut non habeant tempus laxandi os contra Ecclesiam; et quod melius ac præstantius est, uti nos ipsi cognoscamus et certo sciamus, in qua fide stemus, et gloriemur eam confitentes. Ex quo fiat, ut eos qui contradicunt, declinemus. Conjecturam vero facio, cum aderit tempus remunerationis, copiosius esse remunerandos eos, qui scienter, B firme ac constanter pietatem in Deum coluerunt, quam qui simpliciter, et propter morem a majoribus suis traditum in eadem fide sunt. Illi enim fideles numerantur, quia casu solum fideles esse cognoscuntur; hi vero, cum intelligentia et judicio: ut jam si ita evenisset, ut illi desides, et qui nihil inquirunt, ex hæreticis parentibus nati essent, nihil curassent paternam impietatem exuere; usque adeo et vituperabile est ignorare, et nolle discere, idcirco dicit Scriptura: *Qui sapientiam et disciplinam spernit, miser; qui vero amat disciplinam, inveniet cognitionem cum justitia* [c]. Ut autem facilia fiant lectori hujus libri ea quæ contra adversarios dicuntur, visum est necessarium pauca C quædam ad aperiendum aditum scribere, inde principio sumpto:

Δόξα Μάνεντος.

Μάνης ὁ τοῦ ἀντιθέτου σκότους ἐφευρετής, μᾶλλον δὲ τῆς ἐξουσίας τοῦ σκότους ἀνάπλασμα, φαντασίᾳ ψιλῇ καὶ σχήματι διακένῳ σώματος ἀνθρωπίνου, πεφανερῶσθαι τὸν Κύριον ἐφαντάσθη ὡς ἀληθῶς καὶ ὠνείρωξεν, ὥστε, φησί, καὶ πάσχειν δοκεῖν αὐτὸν καὶ πράττειν, ἅπερ ἔδρα καὶ πέπονθε καθ' ἡμᾶς, μηδὲν δὲ τούτων πράγματι καὶ ἀληθείᾳ ὑπάρξαι, ἀλλὰ δοκήσει μόνον καὶ ἀπάτῃ ἀποδούκολεῖν τοὺς ἀνθρώπους, οἷς καὶ συνανεστράφθαι νενόμισται. Διὰ τοῦτο καὶ δύο φύσεις παραιτεῖται λέγειν ἐπὶ τοῦ Κυρίου, ἀλλὰ μίαν τὴν τῆς θεότητος, ὡς ἅτε τοῦ πεφενακισμένου [ἐκείνου σχήματος, μὴ ἀξιουμένου] παρ' αὐτοῦ ἀνθρωπίνη φύσις κατονομάζεσθαι.

Opinio Manichæi.

Manichæus inventor tenebrarum contrariarum, imo a potestate tenebrarum instructus, finxit aut somniavit, apparuisse Dominum phantastice solum et inani figura corporis humani; ita ut videretur, inquit, pati, et agere quæ agebat, et passus esse, sicut nos; nihil tamen reipsa et veritate exstitisse, sed visum esse tantum, et sic falsa specie illusisse hominibus, cum quibus versari putabatur. Idcirco non vult dicere in Domino duas naturas, sed unam, scilicet divinitatis; quia figura illa ad fallendum simulata, indigna videretur nomine naturæ humanæ. D

Δόξα Παύλου Σαμοσατέως.

Παῦλος δέ τις τούτῳ τῷ Μάνεντι σύγχρονος γεγονὼς, Σαμοσατεὺς μὲν τὸ γένος, Ἀντιοχείας δὲ τῆς Συρίας πρόεδρος, ψιλὸν ἄνθρωπον εἶναι τὸν Κύριον ἐδυσφήμησεν· ὥσπερ δὲ εἷς ἕκαστον τῶν προφητῶν, οὕτω καὶ ἐν αὐτῷ γενέσθαι τοῦ Θεοῦ Λόγου τὴν οἴκησιν· ἔνθεν καὶ δύο φύσεις διῃρημένως ἐχούσας καὶ ἀκοινωνήτους πρὸς ἑαυτὰς εἶναι παντάπασιν ἐν τῷ Χριστῷ, ἄλλου ὄντος αὐτοῦ τοῦ Χρι-

Opinio Pauli Samosatensis.

Paulus quidam, qui fuit ætate Manichæi, genere Samosatensis, episcopus autem Antiochiæ in Syria, blaspheme prædicavit esse Dominum hominem tantum, et habitasse Verbum in eo sicut in quolibet ex numero prophetarum: unde aiebat duas naturas esse in Christo divisas, vel sine ulla penitus inter se communione; tanquam alius esset Christus, et alius qui in ipso habitabat Deus Verbum.

[a] I Petr. III, 15, 16. [b] Jud. 19. [c] Sap. III, 11.

Digitized by Google

Hæc primæ origines unam, et duas naturas in Salvatore Christo prave et blaspheme profitendi. Illa humanitatem tollebat, hæc divinitatem.

A στοῦ, καὶ ἄλλου τοῦ ἐν αὐτῷ κατοικοῦντος Θεοῦ Λόγου. Αὗται μὲν οὖν αἱ πρῶται φυαὶ τοῦ τὴν μίαν φύσιν, καὶ τὰς δύο κακῶς καὶ δυσφήμως λέγεσθαι ἐπὶ τοῦ Σωτῆρος Χριστοῦ· τὸ μὲν ἐπ' ἀναιρέσει τῆς ἀνθρωπότητος, τὸ δὲ τῆς θεότητος.

Opinio Apollinarii.

Non exiguo post tempore præsul Laodiceæ Syriæ maritimæ Apollinarius (6) alterius insaniæ fuit auctor. Cum enim Ariani carnem Christi omnino inanimatam esse dicerent, aiebat Apollinarius assumpsisse quidem Dominum carnem animatam, mentem vero nostram non assumpsisse : nec enim carnem illam mente humana indiguisse, quod illam Deus Verbum qui eam induerat, gubernaret ; neque capere eam aliam vim intelligentem præter divinam : non enim ipsam humanam mentem posse sustinere, ut cum potentiore et Domino habitaret. His positis, affirmat unam naturam esse Verbi et carnis, quippe cum caro imperfecta sit ut sit totus homo, et ob hanc causam, indigna quæ vocetur natura.

Δόξα Ἀπολιναρίου.

Χρόνου δὲ οὐ μικροῦ προϊόντος Ἀπολινάριός τις πρόεδρος γενόμενος Λαοδικείας τῆς Συρίας, τῆς παράλου, ἑτέρας ματαιοφροσύνης ἠγήσατο. Τῶν γὰρ Ἀρειανῶν παντάπασιν ἄψυχον λεγόντων τὴν τοῦ Κυρίου σάρκα, αὐτὸς ὁ Ἀπολινάριος ἔφη, ὅτι σάρκα μὲν ἐψυχωμένην ψυχῇ ζωτικῇ ἀνέλαβεν ὁ Κύριος, νοῦν δὲ τὸν ἡμέτερον οὐ προσήκατο· μηδὲ γὰρ δεηθῆναι νοὸς ἀνθρωπίνου ἐκείνην τὴν σάρκα, ἡγεμονευομένην ὑπὸ τοῦ αὐτὴν ἐνδεδυκότος Θεοῦ Λόγου· B ἀλλὰ μηδὲ χωρεῖν αὐτὴν ἄλλην νοερὰν δύναμιν παρὰ τὴν θείαν· μηδὲ γὰρ αὐτὸν τὸν ἀνθρώπινον νοῦν ὑποστῆναι δύνασθαι τὴν μετὰ τοῦ κρείττονος καὶ Δεσπότου ἐνοίκησιν. Ταῦτα ὑποθέμενος διατείνεται μίαν εἶναι φύσιν τοῦ Λόγου, καὶ τῆς σαρκὸς, ὡς ἂν τῆς σαρκὸς ἀτελοῦς οὔσης εἰς τὸ εἶναι ἄνθρωπον ὅλον, καὶ διὰ τοῦτο μηδὲ ἀξίαν, φύσιν προσαγορεύεσθαι.

Opinio Theodori Mopsuestiæ.

Post hunc Apollinarium statim exstitit Theodorus quidam Mopsuestiæ civitatis sic nominatæ in Cilicia episcopus, qui ex toto contradicens Apollinario, contumelias non leves audaci animo et corde imperterrito Christo infert, dum eum unum hominem e nostro numero et vulgo hominum vocat, qui per progressum accepta Dei gratia, nominatus fuerit Deus, et ex baptismo in Jordane, baptizatus in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti, etc., habitus sit dignus inter primos dono Spiritus sancti. Deum autem Verbum propter excellentem virtutem ejus, in eo habitantem, pro bona sua voluntate communicare cum eodem postea ad consummationem, divinam dignitatem et adorationem. Hæc et alia ejusmodi blasphemo commentus duas naturas sigillatim signatas dicit se in Christo agnoscere, solum habitudine inter se collatas. Hæc est secunda hæresis, quæ post Paulum Samosatensem unam naturam, et duas naturas *sigillatim signatas* (7) prave in Christo confitetur.

Δόξα Θεοδώρου Μοψουεστίας.

Μετὰ τοῦτον δὲ τὸν Ἀπολινάριον, εὐθέως ἀναφαίνεταί τις Θεόδωρος τῆς Μοψουεστίας οὕτω λεγομένης ἐν τῇ γῇ τῶν Κιλίκων τὴν ἡγεμονίαν λαχών· ὃς ἐκ διαμέτρου τῷ Ἀπολιναρίῳ φερόμενος, ὕβρεις οὐ τὰς τυχούσας τολμηρᾷ ψυχῇ καὶ ἀφόβῳ καρδίᾳ C καταχέει τοῦ Δεσπότου Χριστοῦ· ἄνθρωπον ἕνα τῶν καθ' ἡμᾶς κοινὸν ἀποκαλῶν, καὶ ἐκ προκοπῆς λαβόντα τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ, Θεὸν ὀνομάζεσθαι· καὶ ἐκ τοῦ ἐν τῷ Ἰορδάνῃ βαπτίσματος ἀξιωθῆναι ἐν πρώτοις τῆς τοῦ ἁγίου Πνεύματος δωρεᾶς, εἰς ὄνομα Πατέρος καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος βαπτισθέντα. Τὸν δὲ Θεὸν Λόγον διὰ τὴν ὑπερβάλλουσαν αὐτοῦ ἀρετὴν κατ' εὐδοκίαν ἐν αὐτῷ κατοικήσαντα, μεταδοῦναι αὐτῷ τῆς θείας ἀξίας καὶ προσκυνήσεως εἰς ὕστερον μετὰ τὴν τελείωσιν· ταῦτά τε καὶ ἕτερα πολλὰ δυσφημήσας τοιαῦτα, δύο φύσεις ἰδιοπεριορίστους φησὶν εἰδέναι ἐπὶ Χριστοῦ, σχέσει τινὶ καὶ μόνον ἀλλήλαις ὡκειωμένας. Δευτέρα καὶ αὕτη πλάνη τοῦ μίαν φύσιν καὶ δύο φύσεις *ἰδιοπεριορίστους*, D μὴ κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον ὁμολογεῖσθαι ἐν τῷ Χριστῷ.

Opinio Nestorii.

Post hos fuit quidam nomine Nestorius oriundus ex Germanicia in Syria. Factus est clericus Antiochiæ, quæ sita est juxta Orontem fluvium, et Ecclesiæ Constantinopolitanæ præfuit. Hic rursus voce duarum naturarum in Christo prave abusus est, sicut majores ejus Paulus et Theodorus : non enim numerum duarum naturarum affirmat, ut veritatem divinitatis et humanitatis in Christo sine mutatione

Δόξα Νεστορίου.

Μετὰ τούτους δὲ γίνεταί τις Νεστόριος ὀνόματι, ὃς ὡρμᾶτο μὲν ἀπὸ Γερμανικείας τῆς ἐν Συρίᾳ· κληροῦται δὲ ἐν Ἀντιοχίᾳ τῇ παρὰ Ὀρόντην ποταμὸν, Κωνσταντινουπόλεως δὲ τὸν θρόνον λαμβάνει. Οὗτος πάλιν τῇ φωνῇ τῶν δύο φύσεων τῶν ἐν Χριστῷ, κακοφυῶς ἀποκέχρηται ὁμοίως Παύλῳ καὶ Θεοδώρῳ τοῖς ἑαυτοῦ προγόνοις. Οὐ γὰρ ἵνα τὴν ἀληθότητα τῆς κατὰ Χριστὸν θεότητός τε καὶ ἀνθρω-

NOTÆ.

(6) Hæc et quæ sequuntur descripsit Suidas v. Ἀπολινάριος, ut advertit Kusterus ad Suidæ Lexicon, tom. I, pag. 280

(7) Ἰδιοπεριορίστους, verte *suis quamque finibus terminatam*, hoc est, non hypostatice unitas.

Digitized by Google

πότητος, καὶ τὴν τούτων ἀτρεψίαν καὶ ἐπιμονὴν καὶ ἀσυγχυσίαν σημάνῃ, τὸν ἀριθμὸν τῶν δύο καταφράζει φύσεων, ἀλλ' ἵνα δύο πρόσωπα δι' αὐτοῦ τοῦ δύο ἀριθμοῦ δολερῶς ὑπαινίξηται, τὴν τῶν φύσεων κλῆσιν ἀντὶ τῶν προσώπων λαμβάνων κακούργως, ὡς ἀληθῶς καὶ κακοήθως, πεπαρρησιασμένῃ προσωνυμίᾳ τῶν φύσεων τὸ ἀπηγορευμένον τῶν προσώπων εἰσάγων, ὥστε ἄλλον εἶναι παρ' αὐτῷ τὸν Χριστὸν, καὶ ἄλλον τὸν Θεὸν Λόγον, κατὰ τὴν πατρῴαν αὐτοῦ πλάνην· υἱὸς γὰρ ἦν τοῦ Κίλικος, τοῦ δὲ Σαμοσατέως ἀπόγονος. Καὶ διὰ τοῦτο πρὸς τὴν σεμνὴν Παρθένον ἀσπόνδου ἤρατο πόλεμον, μὴ δυσωπηθεὶς τὴν θεομήτορα καὶ ἁγνὴν Μαρίαν, ὡς Δεσπότου Μητέρα· ἀλλ' ὡς δοῦλος τραχηλιαστὴς καὶ ἀναίσχυντος, ἀρνούμενος τὸν ἑαυτοῦ Κύριον, καὶ ἀτιμάζων τὴν Δέσποιναν ἑαυτοῦ, βασκαίνων οὐ τοσοῦτον αὐτῇ τῆς, Θεοτόκος, προσηγορίας, ὅσον τῆς, Θεὸς, τῷ ἐξ αὐτῆς γεννηθέντι. Οὗτος μὲν οὖν ὁ Νεστόριος τρίτος προστάτης τῆς Ἰουδαϊκῆς ταύτης αἱρέσεως γεγονὼς εἰς ἑαυτὸν αὐτὴν περιέστησεν.

A et confusione significet; sed ut per ipsum numerum duarum naturarum duas personas designet, naturas pro personis appellans; et appellatione naturarum malitiose et per dolum fretus et confisus, personas contra vetitum introducens; ut apud eum alius esset Christus, et alius Deus Verbum, secundum errorem patrum ac majorum suorum: fuit enim filius Cilicis, et ex posteris Pauli Samosatensis. Idcirco bellum suscepit cum Virgine venerabili, nullam reverentiam adhibens matri Dei et purissimæ Mariæ, utpote Matri Domini, sed potius ut servus superbus et impudens, negans Dominum suum, et Dominam suam vituperans, non tam invidens ei appellationem matris Dei, quam invidens Dei appellationem ex ipsa Virgine matre nato. Hic igitur Nestorius tertius hujus hæresis Judaicæ defensor et patronus, eam sibi vindicavit.

B

Δόξα Εὐτυχοῦς.

Τῆς δὲ ἀντιθέτου μοίρας, τῆς κατὰ Μάνην καὶ Ἀπολινάριον, τρίτος πάλιν προασπιστὴς ὁ Εὐτυχὴς ἀναφαίνεται, ὃς ἦν ἡγούμενος μοναστηρίου ἑνὸς τῶν περὶ τὸ Βυζάντιον. Οὗτος γὰρ μὴ ἀνεχόμενος ὁμοούσιον ἡμῖν καὶ ὁμοφυῆ τὴν σάρκα τοῦ Κυρίου ὁμολογεῖν, τὰς δύο φύσεις ἀπηρνεῖτο σώζεσθαι λέγειν ἐν τῷ Χριστῷ μετὰ τῆς τούτων ἑνώσεώς τε καὶ συμφυΐας· οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ τερατώδη τινὰ καὶ ἀλλόκοτα ἔπλαττεν, ἐξ οὐρανοῦ λέγων κατηνέχθαι τοῦ Κυρίου τὸ σῶμα, καὶ ὡς διὰ σωλῆνος τῆς Παρθένου παραδραμεῖν τὸν Θεὸν Λόγον, οὐρανόθεν τοῦτο ἐνδεδυμένον, ἵνα δόξῃ δῆθεν γεγεννῆσθαι ἐκ γυναικὸς, καίπερ μήτε γεγεννημένον. Μανιχαῖος ὁ Λόγος οὗτος, καὶ πεφαντασιασμένος πολλῷ μᾶλλον ἐκείνου. Καὶ οὕτως οὖν μίαν φύσιν τὸν Χριστὸν διεστραμμένῃ καρδίᾳ ἐπρέσβευσε. Τῶν οὖν δύο μερῶν τούτων, τοῦ τε κατὰ Μάνην καὶ Ἀπολινάριον καὶ Εὐτυχέα, καὶ τοῦ κατὰ Παῦλον καὶ Θεόδωρον καὶ Νεστόριον, τῶν μὲν μίαν φύσιν, τῶν δὲ δύο φύσεις ἐξ ἐναντίας ἀλλήλων τὸν Δεσπότην Χριστὸν ἀμαθῶς εἰρηκότων, τὰς ἑφ' ἑκάτερα κακίστας μετατροπὰς καὶ δυσσεβεῖς παρεγκλίσεις ἀπαναινομένη ἡ καθολικὴ Ἐκκλησία, μέσην ἀμφοτέρων βαδίζει, ὁδῷ βασιλικῇ πορευομένη, μὴ ἐγκλίνουσα εἰς τὰ δοκοῦντα δεξιὰ, μηδὲ εἰς τὰ προφανῆ ἀριστερά. Κατὰ γὰρ Μάνητα καὶ Ἀπολινάριον καὶ Εὐτυχέα μίαν φύσιν ἁπλῶς ἐπὶ Χριστοῦ λέγειν οὐ παραδέχεται, ἀλλὰ μίαν φύσιν τοῦ Θεοῦ Λόγου σεσαρκωμένην· διὰ τῆς προσθήκης τοῦ, σεσαρκωμένην, δηλοῦσιν τὴν φύσιν τῆς ἀνθρωπότητος, ἣν ἡ φύσις τοῦ Θεοῦ Λόγου προσλαμβανομένη, ἅμα τε καὶ σὺν ταύτῃ εἷς Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς γέγονεν· οὐδὲ αὐτὴ ἡ τοῦ Λόγου φύσις ἑτέρα παρ' ἑαυτὴν καὶ τῶν κατ' αὐτὴν θεοπρεπῶς αὐχημάτων γενομένη, εἰ καὶ ἐν προσλήψει σαρκὸς γέγονε, σαρκὸς δὲ οὐχ ἁπλῶς· τοῦτο γὰρ Ἀρειανικόν· ἀλλὰ σαρκὸς ἐψυχωμένης· καὶ οὐχὶ ἐψυχωμένης μόνον· πάλιν γὰρ Ἀπολιναρίου καὶ τοῦτο· ἀλλ' ἐψυχωμένης ψυχῇ νοερᾷ καὶ λογικῇ· οὐδὲ μὴν τὴν ἀνθρώπου φύ-

C

Opinio Eutychetis.

Sectæ contrariæ Manichæi et Apollinarii tertius rursus patronus ortus est Eutyches, præfectus cuidam monasterio circum Constantinopolim. Hic cum nollet confiteri esse carnem Domini ejusdem substantiæ et naturæ qua nostra est, negabat servari in Christo duas naturas una cum earum unione: nec hoc solum, sed quædam instar monstri et absona fingebat. Aiebat enim delatum esse corpus Christi e cœlo, et Deum Verbum, cum corpus e cœlo induisset, per Virginem tanquam per canalem transmeasse; ut videatur natus ex muliere, cum tamen natus non sit. Hoc aiebat Manichæus, imo magis hoc, quam illud commentitium est. Sic igitur unam naturam in Christo perverse professus est. Cum igitur duæ sint partes, una Manichæi, Apollinarii et Eutychetis; altera Pauli, Theodori et Nestorii; illi unam naturam, hi duas in Christo inscienter, ac inter se pugnantes ponant: istorum in alterutram partem pessimas declinationes et impias aberrationes respuens Ecclesia catholica, media inter utramque via regia incedit, nec ad eam declinans quæ videtur ad dexteram tendere, nec ad eam quæ plane tendit ad sinistram. Non enim D simpliciter profitetur unam naturam in Christo, sicut Manichæus, Apollinarius et Eutyches, sed potius unam naturam Verbi Dei incarnatam: adjungendo enim, incarnatam, declarat naturam humanitatis, quam natura Verbi Dei assumpsit, et simul cum hac factus est unus Dominus Jesus Christus: nec ipsa natura Verbi Dei facta est alia præter seipsam, et ea quæ ipsi ut eam decent, conveniunt, tametsi carnem assumpsit; carnem vero non simpliciter assumpsit, hoc enim dicunt Ariani, sed carnem animatam, nec animatam tantum, hoc enim tradit Apollinarius, sed anima rationali et intelligente præditam: neque naturam hominis quam assumpsit, in seipsam refudit, nec illam ipsam mutavit, ut extra definitionem ejus naturalem et substantialem

Digitized by Google

poneret, nec hanc consumpsit ut ignis ceram : ut jam tota definitio quæ hæc declarat, sic a piis et Catholicis efferatur : Una natura Verbi Dei incarnata, anima rationali et intelligente prædita. Rursus ecclesiasticum dogma non probat, ut dicamus simpliciter duas naturas in Christo, sicut Paulus, Theodorus et Nestorius; sed duas naturas substantialiter unitas : hac enim adjunctione excludit omnem cogitationem dividentem eas, et eos omnes qui quocunque modo conantur disjungere unionem usque adeo admirabilem, et supra naturam : et non solum duas naturas dicit substantialiter unitas, sed unione hypostatica inseparabiliter et inconfuse unitas.

Explanatio definitionis.

Hæc autem definitio dogmatis cum dicit duas naturas, significat diversam substantiam duarum naturarum quæ convenerunt, divinitatis scilicet quæ assumpsit, et humanitatis quæ assumpta est : cum dicit substantialiter unitas, significat non esse intelligendam unionem duarum naturarum secundum benevolum affectum, aut aliam quamdam notionem habitudinis, sed ipsa substantia et subjecto ac re consubsistere et conjunctas esse; cum dicit unione hypostatica, significat non prius fuisse formatam humanitatem, et sic in eam ingressam esse divinitatem, sed unitam esse divinitati tum primum subsistendo; cum adjungit inseparabiliter et inconfuse, significat, naturas quæ coierunt, nihil novasse per unionem, quin potius semper et eodem modo servatam esse harum unionem, et utramque naturam manere sine ulla imminutione in substantiali sua definitione et ratione. Definitio igitur Ecclesiæ hujusmodi adjunctionibus quæ calumnias subire non possunt, eos qui ex utraque parte aberrant, procul relegat, et eis qui veritatem calumniari volunt, non præbet locum. Si enim quis studiosus dividendi, per confessionem duarum naturarum, duas hypostases, id est, duas personas introducere conatur, redarguetur quidem nihilominus adjunctionibus illis quas diximus; multo vero magis altera definitione dogmatis, illa, inquam, qua dicitur una natura Verbi Dei incarnata.

Hæc definitio evidenter ostendit quod nunquam in universum humanitas Christi agens in hypostasi cognita fuisset, nisi natura divina Verbi Dei in uterum virginalem ingressa, ex ipsa modo inexplicabili hanc naturam sibi formasset et fecisset; ita ut nec ipsa prima principia divinæ incarnationis naturam assumptam sine substantiali et naturali habitatione naturæ Verbi Dei assumentis habuissent. Et quid dico principia divinæ formationis, sive incarnationis? siquidem nec ipsa beata Virgo virtutem fecunditatis supra naturæ leges ad procreandum filium accepisset, nisi per adventum

σιν, ἧς ἐν προσλήψει γέγονεν, εἰς ἑαυτὴν ἀνέχειν, ἢ αὐτὴν ἐκείνην ἠλλοίωσεν ἔξω τοῦ κατὰ τὸν φυσικὸν αὐτῆς καὶ οὐσιώδη ὅρον καὶ λόγον, οὐδὲ, ὡς κηρὸν πῦρ, ταύτην ἐξεδαπάνησεν. Ὥστε τὸν ὅλον ὅρον ταῦτα δηλοῦντα οὕτωσὶ λέγεσθαι πρὸς τῶν εὐσεβῶν· Μία φύσις τοῦ Θεοῦ Λόγου σεσαρκωμένη, σαρκὶ ἐψυχωμένῃ, ψυχῇ νοερᾷ καὶ λογικῇ. Πάλιν δὲ κατὰ Παῦλον καὶ Θεόδωρον καὶ Νεστόριον δύο φύσεις ἁπλῶς ἐπὶ Χριστοῦ λέγειν ἀποδεδοκίμακεν ὁ λόγος ὁ ἐκκλησιαστικός· ἀλλὰ δύο φύσεις οὐσιωδῶς ἡνωμένας· διὰ τῆς ἐπα[γω]γῆς ταύτης ἀποβάλλων πᾶσαν διαιρετικὴν ἔννοιαν, καὶ τὸν καθ' ὁτιοῦν ἐπιχειροῦντα διαζευγνύναι τὴν ὄντως ὑπερφυᾶ καὶ θαυμασίαν ἕνωσιν· καὶ οὐ μόνον δύο φύσεις οὐσιωδῶς ἡνωμένας, ἀλλὰ καὶ ἑνώσει τῇ καθ' ὑπόστασιν ἀδιασπάστως ἅμα καὶ ἀσυγχύτως.

Ἐξήγησις τοῦ ὅρου.

Ὁ δὲ τοιοῦτος ὅρος, διὰ μὲν τοῦ λέγειν δύο φύσεις, σημαίνει, τὸ ἑτερογενὲς καὶ ἑτεροούσιον τῶν συνελθουσῶν δύο φύσεων, τῆς τε προσλαβούσης θεότητος καὶ τῆς προσειλημμένης ἀνθρωπότητος. Διὰ δὲ τοῦ λέγειν οὐσιωδῶς ἡνωμένας, σημαίνει τὸ μὴ κατ' εὐδοκίαν, ἢ ἑτέραν τινὰ σχετικὴν ἔννοιαν νοεῖσθαι τὴν τῶν δύο φύσεων ἕνωσιν, ἀλλ' αὐτῇ οὐσίᾳ καὶ ὑποκειμένῳ καὶ πράγματι συνυφεστάναι ταύτας καὶ συντεθεῖσθαι. Διὰ δὲ τοῦ λέγειν, ἑνώσει τῇ καθ' ὑπόστασιν, σημαίνει τὸ μὴ πρότερον διαπεπλάσθαι τὴν ἀνθρωπότητα, καὶ οὕτως αὐτῇ εἰσδεδυκέναι τὴν θεότητα, ἀλλ' ὅτι κατ' αὐτὸ τὸ ὑφίστασθαι τὴν πρώτην ἀρχὴν ἥνωτο τῇ θεότητι. Διὰ δὲ τοῦ ἐπάγειν, ἀδιασπάστως ἅμα καὶ ἀσυγχύτως, σημαίνει μηδὲ καινοτομηθῆναι τὰς συνελθούσας φύσει διὰ τῆς ἑνότητος, ἀλλὰ καὶ τὴν ἕνωσιν τούτων ἀεί τε καὶ ὡσαύτως διαπεφυλάχθαι, καὶ ἑκατέραν τῶν φύσεων ἀμειώτως ἐπὶ τῷ οὐσιώδει αὐτῆς ὅρῳ καὶ λόγῳ. Ταῖς οὖν τοιαύταις ἀνεπηρεάστοις ἐπαγωγαῖς, τοὺς ἐξ ἑκατέρου μέρους ἀποσφαλέντας, μακρὰν ἀποπέμπεται ὁ λόγος τῆς Ἐκκλησίας, καὶ τοῖς συκοφαντεῖν ἐθέλουσι τὴν ἀλήθειαν, χώραν οὐ δίδωσιν. Εἰ μὲν γάρ τις φιλοδιαιρέτης διὰ τῆς τῶν δύο φύσεων ὁμολογίας, δύο ὑποστάσεις, ἤγουν πρόσωπα, συναγαγεῖν ἐπιχειροίη, οὐχ ἧκιστα μὲν καὶ ταῖς προλεχθείσαις ἐπαγωγαῖς, πολλῷ δὲ μᾶλλον τῷ ἑτέρῳ τῶν ὅρων διελέγχεται, καὶ μάλα ῥᾳδίως. Φημὶ δὲ τῷ, μία φύσις τοῦ Λόγου σεσαρκωμένη.

Οὗτος γὰρ ὁ ὅρος ἐναργῶς παρίστησι, οὐκ ἄν ποτε ἐν ὑποστάσει τὸ καθόλου γνωσθῆναι τὴν κατὰ Χριστὸν ἀνθρωπότητα, εἰ μὴ ἡ τοῦ Λόγου θεϊκὴ φύσις ὑπεισδῦσα τὴν παρθενικὴν νηδὺν, ἐξ αὐτῆς ἀῤῥήτῳ λόγῳ ταύτην ἑαυτῇ περιεμόρφου καὶ περιέπλαττεν, ὥστε μηδὲ αὐτὰς τὰς πρώτας τῆς ζωοπλαστίας ἀρχὰς ἰσχηκέναι τὴν προσληφθεῖσαν φύσιν, ἄνευ τῆς οὐσιώδους καὶ φυσικῆς ἐμφιλοχωρήσεως τῆς προσλαμβανομένης αὐτὴν Θεοῦ Λόγου φύσεως. Καὶ τί λέγω τὰς τῆς θεοπλαστίας (8) ἀρχὰς, ὅπουγε οὐδ' ἂν αὐτὴ ἡ μακαρία Παρθένος ὑπὲρ τὸν ὅρον τῆς φύσεως γονιμοῦ

(8) ζωοπλαστίας.

Digitized by Google

ἐναβε δύναμιν εἰς τὸ τεκνῶσαι, μὴ διὰ τῆς ἐνδημίας τοῦ Λόγου εἰς τοῦτο παρορμηθεῖσα; Πῶς οὖν αὐτῇ ἡ ἐν Χριστῷ ἀνθρωπότης ἐν ἰδιαζούσῃ ὑποστάσει καθ' ἑαυτὴν οὐποτε γενομένη, ἀλλ' ἐν τῷ προσλαβομένῳ αὐτὴν Θεῷ Λόγῳ, τὸ εἶναί τε καὶ ὑποστῆναι λελιχοῦσα, ὑπόστασις ἂν λεχθείη ποτὲ, ἢ πρόσωπον ἰδιοσύστατον καθ' ἑαυτὸ, καὶ ἀνὰ μέρος γνωριζόμενον ἔχοι; Ἠλίθιον ὄντως καὶ μάταιον τὸ ταῦτα συνομολογεῖν, καὶ δύο ὑποστάσεις ἢ πρόσωπα ζητεῖν ἐπὶ τοῦ τοιούτου ἀποτελέσματος. Εἰ μήτι ἄρα τις τοῖς χείλεσι μὲν τιμᾷ καὶ ἀσπάζεται ταῦτα, ἡ δὲ καρδία αὐτοῦ πόῤῥω ἀπέχει ἀπ' αὐτῶν. Ὥστε εἴ τις γνησίως καὶ ἐκκλησιαστικῶς ὁμολογεῖν ἐθέλοι τὰς ἐν Χριστῷ δύο φύσεις, καὶ τὸ, μία φύσις τοῦ Θεοῦ Λόγου σεσαρκωμένη, ὑπτίαις χερσὶ καὶ ὁλοκλήρῳ καρδίᾳ καταδεξάσθω, ὡς τὰ προειρημένα δηλοῖ. Εἰ δὲ συγχεῖν ἡμᾶς διὰ τοῦτο νομίζει τὴν θείαν οἰκονομίαν, ὡς τοῦ σεσαρκωμένου καὶ ἄλλως νοεῖσθαι δυναμένου· παρὰ τὸν τῆς εὐσεβείας λόγον λαβὼν τὴν ἐπαγωγὴν τὴν σαρκὶ ἐψυχωμένῃ, ψυχῇ νοερᾷ καὶ λογικῇ, παυσάσθω λοιπὸν τοῦ προφασίζεσθαι προφάσεις ἐν ἁμαρτίαις.

Οἷον δέ τι λέγω· τὸ, σεσαρκωμένη, φημὶ, δύναται καὶ τῇ μιᾷ φύσει προσκεῖσθαι, καὶ ἑτέραν φύσιν ταύτῃ μὴ ἐπεισάγειν, τροπὴν δέ τινα ἤτοι μεταβολὴν ταύτης σημαίνειν· ὥσπερ λέγομεν τὸν κρύσταλλον, φύσιν ὕδατος εἶναι κεκρυσταλλωμένην. Ἰδοὺ γὰρ τὴν φύσιν τοῦ ὕδατος μίαν εἰδότες, καὶ τὸ, κεκρυσταλλωμένην, ταύτῃ ἐπάγοντες, ἑτέραν φύσιν διὰ τῆς τοιαύτης σημασίας; οὐ προσηγάγομεν, μόνον δὲ πῆξίν τινα περὶ αὐτὴν γενομένην νενοήκαμεν, διὰ τῆς κεκρυσταλλωμένης φωνῆς. Πρὸς τοῦτό φαμεν, ὅτι ἐπὶ τῶν τοιούτων ἀποτελεσμάτων οὐκ ἀναδιπλασιάζονται αἱ τοιαῦται φωναί· ὁ γὰρ ἀναδιπλασιασμὸς ἐνταῦθα σημασίαν φύσεως ἑτέρας ποιεῖται. Οἷον, οὐ δυνάμεθα λέγειν ὕδατος φύσιν κεκρυσταλλωμένην κρυστάλλῳ· ἐπεὶ παρ' αὐτὰ ἐσημήναμεν ἕτερον εἶναι τὴν τοῦ ὕδατος φύσιν, καὶ ἕτερον τὴν τοῦ κρυστάλλου· ὡς ἡνίκα λέγομεν ξύλον κεχρυσωμένον χρυσῷ· διὰ γὰρ τοῦ ἀναδιπλασιασμοῦ τούτου ἐνοήσαμεν ἄλλο τι εἶναι τὸ ξύλον, καὶ ἄλλο τὸν χρυσόν. Οὕτως οὖν ἐνταῦθα, ὅταν εἴπωμεν μίαν φύσιν τοῦ Θεοῦ Λόγου σεσαρκωμένην, φύσιν ἐναργῶς ὑπεσημηνάμεθα, καὶ ὅτι μὴ αὐτὴ ἡ θεότης εἰς σάρκα μεταπεποίηται, ἀλλὰ μείνασα ὅπερ ἦν, διὰ τοῦ καταπετάσματος, τοῦτ' ἔστι τῆς προσληφθείσης ὑπ' αὐτῆς σαρκὸς, ἡμῖν πεφανέρωται. Ἐντελῶς ἄρα καὶ ἡ τοιαύτη ἔννοια, διὰ τοῦ ἀναδιπλασιασμοῦ ἀποδέδοται τούτου.

Εἰ δέ τις πάλιν ἀναχυτικὸς καὶ συμφύρτης, προσίεται μὲν τὸν τοιοῦτον ὅρον, ὡς συντρέχοντα δὲ τῷ αὐτοῦ δυσσεβήματι· μάλιστα μὲν καὶ αἱ προλεχθεῖσαι ἐπαγωγαὶ ὡς πορῤῥωτάτω τὴν αὐτοῦ κακόνοιαν ἀποσείονται· πολλῷ δὲ μᾶλλον ὁ ἕτερος ὅρος, ὁ τὸν Χριστὸν ἐν δύο φύσεσι γνωριζόμενον ἀπαγγέλλων, καὶ λαθροκακουργοῦντα αὐτὸν ἀπελέγχει. Οὗτος γὰρ ὁ ὅρος διαῤῥήδην βοᾷ τὸ ἐδραῖαν καὶ ἀνεκφοίτητον τὴν θατέρας φύσεως ἰδιότητα κἀν τῇ ἑνώσει μεμενηκέναι, ὥστε ῥᾳδίως διαγινώσκειν δύνασθαι,

Verbi ad hoc impulsa esset. Quomodo igitur hæc in Christo humanitas, cum nunquam per se in propria persona fuerit, sed in Verbo Dei quod eam assumpsit, esse et subsistere sortita est, hypostasis dici unquam queat? aut personam habeat, quæ pro parte sua per se subsistat, et privatim notam? Fatuum profecto et vanum est hæc confiteri, et duas hypostases sive personas in hoc opere quærere; nisi quis forte labiis quidem honorat et osculatur hæc, cor autem ejus longe ab eis abest. Quare si quis legitime et ecclesiastice duas naturas in Christo confiteri vult, unam etiam naturam Verbi incarnatam, obviis manibus et toto corde amplectatur, ut antea diximus: si quis vero existimat confundere nos hoc modo divinam œconomiam, quasi adjunctio incarnati aliter intelligi possit, et iste non pie accipiat adjunctionem, incarnatum carne animata anima intelligente et rationali, desinat iste excusare excusationes in peccatis.

Dicam clarius: Cum dicitur una natura Verbi incarnata, incarnata, inquam, potest adjungi uni naturæ; et alteram quidem naturam non inducere, mutationem vero quamdam sive conversionem ejus significare, sicut dicimus glaciem esse naturam aquæ congelatam. Etenim scientes unam naturam aquæ esse, et adjungentes huic, congelatam, alteram naturam per hanc significationem non apponimus; solam autem congelationem in ea natura factam intelleximus ex hac voce, congelatam. Ad hæc dicimus, quod in hujusmodi effectis, hujusmodi voces non duplicantur; duplicatio enim hic significationem alterius naturæ efficit: verbi gratia, non possumus dicere naturam aquæ congelatam glacie, quia statim significaremus aliud esse naturam aquæ, et aliud naturam glacici; sicut cum dicimus lignum auratum auro, duplicatione facta intelligimus aliud esse lignum et aliud aurum. Sic igitur hic, cum dicimus unam naturam Dei Verbi incarnatam, et addimus, carne; naturam carnis significavimus, et quod divinitas non est mutata in carnem, sed quod manens quod erat, per velamen, id est, per carnem assumptam nobis apparuit. Perfecte ergo hujusmodi sententia per hanc duplicationem redditur.

Si quis vero rursus naturas confundens et commiscens, approbat quidem hanc definitionem, quasi cum impietate ejus faciat ac consentiat; adjunctiones quas prius diximus, maxime quidem malam mentem ejus retundunt, sed multo magis adhuc altera definitio, quæ Christum in duabus naturis agnoscit et profitetur, eumque latenter et per insidias fallere convincit. Hæc enim definitio aperte clamat proprietatem utriusque naturæ firmam et immutabilem in unione mansisse; ut facile discerni

Digitized by Google

